Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVII
B
4
NAPOLI

105. 18

XLVII
15
4

HISTORIAE ECCLESIASTICAE NOVI TESTAMENTI

SECULUM XV.

Seu Pars Quarta,

Quâ res Chriſtianorum, Judæorum, Gentilium, Muhammedanorum, Gingiſchanicorum, ſeu Tartarorum, breviter, ſuccinctè & Aphoriſticè primò proponuntur, fuſiùs deinde explicantur: Capita etiam doctrinæ tum veræ, per commodam & luculentam Συμβίβασιν; tum falſæ, per ἔλεγχον ſubjiciuntur, ſicque ad multiplicem uſum, neceſſariamque rerum Eccleſiaſticarum notitiam applicantur.

Accedunt

Andreæ Archiepiſcopi Crainenſis & Cardinalis Geſta, Commentariis Petri Numagen, Trevirenſis illuſtrata & primùm nunc ex Bibliotheca Eccleſiæ Tigurinæ in lucem edita.

A

JOH. HENRICO HOTTINGERO

TIGURI,
Typis JOH. HENRICI HAMBERGERI,
impenſis Michaelis Schufelbergeri, 1657.

Digitized by Google

Magnificentiſsimis, Nobiliſsimis, Ampliſsimis, Prudentiſsimis Viris,

D.D. CONSVLIBVS, TRIBVNIS PLEBIS,

Cæteriſque Inclytæ Reipublicæ Baſileenſis SENATORIBUS conſultiſſimis.

Reverendis item, Clariſsimis, Excellentiſsimis Viris,

D. THEODORO ZUINGERO, Eccleſiæ Baſileenſis Antiſtiti, Sacro-ſanctæ Theologiæ Doctori, & Profeſſori V. Teſt. celeberrimo.

D. JOHANNI BUXTORFIO, SS. Theologiæ Doctori, ejusdémq; facultatis Profeſſori, &, pro tempore, Decano digniſſimo.

D. M. SAMUELI GRYNÆO, Eccleſiæ Baſileenſis, in Æde S. Leonhardi, Paſtori vigilantiſſimo.

D. JOH. RODOLPHO WETTSTEINIO, S.S. Theologiæ Doctori, & Profeſſori Organi Ariſtotelici acutiſſimo.

Hanc Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ partem dedicat & inſcribit

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.

DEDICATIO.

NON anxiè mihi; VIRI MAGNIFICENTISSIMI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMI; REVERENDI, CLARISSIMI, DOCTISSIMI; deliberandum videbatur, quos, pro more & conſuetudine Seculi, Parti huic Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ quartæ, Patronos quærerem atque Mæcenates. Certatim ſe offerebant rationes, quæ Vobis illam deberi clamârunt. Sive enim ipſam in ſe rem ſpectem, ſive Seculum, quod percurri, decimum quintum, ſive denique ardorem, publico ſcripto grati animi documentum poſteritati etiam relinquendi; omnia me humaniſſimè ad hoc audendum invitant. Ea utique Res animum addere mihi potuit & calcar, limen Curiæ & Academiæ Veſtræ ſalutandi, quæ ab ipſis penè Mundi incu-

nabulis honorata fuit & culta: *Hiſtoriam* intelligo *Eccleſiaſticam*, vel, quod eodem redit, *Theologiam Hiſtoricam*, cujus ductu religionem, ejusque, per varias ætates ſeu periodos, ſtatum ita plenè & planè cognoſcimus, ut de perpetua ſanæ doctrinæ conſervatione, & veræ Eccleſiæ propagatione conſtare poſſit. Dicerem, multos præclaros viros & laudi duxiſſe in hac verſari palæſtra, & viam mihi ad ambiendum tam honorificum patrocinium ſtraviſſe (occurrerent, dubio procul, veteres, recentiores; Chriſtiani, Judæi; Latini, Græci, Syri, Arabes, &c. qui Eccleſiarum ſuarum initia, progreſſus & mutationes ſolidè nobis panderunt, & enarrârunt) niſi Eos compellarem, quibus quotidiano hæc uſu tritæ ſunt, & à quorum ἐπιεικείᾳ hic quoque meus fœtus benevolum expectat judicium.

Altera, quæ in hanc me impulit mentem, ratio, Jure Vobis præſentem vendicat annorum Centuriam. Nam & Concilium Baſileenſe, & ejus, per

Archiepiſcopnm Craynenſem, repetitio, in hoc ipſum incidit Seculum. In utroque quid Prudentiſſimi Veſtri Majores præſtiterint, qua animi alacritate graſſanti, omniáq; conculcanti Pontificię tyrañidi frœnum injecerint, paulò plenius ex monumentis variis erui & ad uberiorem uſum Theologicum applicui. Id ſanè ſingulari Dei providentiæ fero acceptum, quòd Acta Archiepiſcopi paucis hactenus cognita, paucioribus lecta, plurimorum tamen votis expetita, adhunc usque diem ſarta tectaque manſerint; & ejus quidem conſignata manu, quem officii ratione eorum, quæ geſta ſunt, nihil latere potuit. Quanquam verò quòd præſtitutus captivitatis Babylonicæ terminus nondum eſſet elapſus, nec Majores Veſtri, nec Concilium ipſum, nec Andreas Cardinalis, Pontificis poteſtatem αὐτοκρατορικὴν in ordinem planè potuerint redigere, ſuisque anathematiſmis Papa id effecerit, ut veritas graviter preſſa, ipséque Archiepiſcopus inſidiis (ut

quidem veriſimile eſt) ſublatus fuerit, ita tamen opprimi nequivit, quin ſequenti ſeculo triumpharet. Nolo repetere, quæ & Cardinalis, & Notarius ejus, Petrus Numagen, prolixè ſatis in ipſa tractatione cōmemorârunt: Hanc tamen mihi ſpem facio, non defuturos ingenuos rerum æſtimatores, qui amplam fortitudinis, magnanimitatis & laudabilis παπαπημαχίας ſegetem in actis iſtis oſtendi, Virtutiq; Veſtræ deberi, lubentes fateantur. Videbunt illi, nunquam Helvetiæ placuiſſe Hildebrandinæ factionis carcinomata, & Pontificii faſtus tumorem. Videbunt, avidos ſemper Majores noſtros fuiſſe κατορθώσεως καὶ καθαρίσεως Eccleſiaſticæ. Videbunt, ad Helvetios, tanquam aſylum & ancoram, confugiſſe, quibus pontificiæ artes ſuſpectæ erant. Videbunt, magno eos ſtudio Conciliorum authoritatem contra pontifices defendiſſe. Videbunt, mercatum Indulgentiarum impudentiſſimum, tædium & nauſeam iis moviſſe. Videbunt, ſuorum ſemper pri-

privilegiorum eosdem tenaciſſimos fuiſſe, id ſedulò operam dantes, ne vel anathematibus territi, vel Cleri immunitate faſcinati à legibus ſuis fœderalibus & fundamentalibus vel latum unguem recederent. Hæc nobis ſolius Archiepiſcopi Hiſtoria præſtat; cujus tantò major apud me eſt authoritas, quantò is ſolidioribus rationibus ſuam cauſam egit.

Tandem etiam, quæ me cura diu verſavit, gratę meæ mentis monumentum extare volui. Quantum enim jam inde à decennio, & quod excurrit, vobis cumprimis, VIRI REVERENDI, CLARISSIMI, DOCTISSIMI, debeam, ſingularíque VESTRAE humanitati, frequenti literarum commercio fotæ & altæ, ignorare ipſi non poteſtis. Veſtra ſanè authoritate, Veſtris monitis, judicio denique Veſtro non ſemel effeciſtis, ut qui tutiùs fortè potuiſſem *λαθεῖν βιώσας*, audacior nonnunquam prodierim. Idem nunc à vobis, VIRI MAGNI (quid enim vel encomiis prolixis EOS, vel operoſis one-

onerem titulis, quibus totus eruditorum chorus reverenter aſſurgit?) humiliter depoſco patrocinium; certò perſuaſus, ipſum etiam Zoilum, ſi quos tractationi noſtræ malignos infixurus eſſet dentes, reverentiâ nominis Veſtri territum, ceſſurum. Sit ergo, VIRI MAGNIFICENTISSIMI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMI; REVERENDI item, CLARISSIMI, DOCTISSIMI, publica hæc mea προσφώνησις & animi in Inclytam Veſtram Urbem Eccleſiam & Academiam devoti μαρτύριον, & acceptorum beneficiorum χαριστήριον, & amicitiæ perennaturæ ὁρμητήριον, Deum ſupplex veneror, ut Templa Veſtra, Curiam Veſtram, Academiam Veſtram porrò eſſe velit, Veritatis officinas, Juſtitiæ tribunal, bonarum literarum domicilium: Quod qui dem toto pectore vovet,

Tiguri VI. Cal. Auguſti. 1654.

Ampliſsimo, Magnificentiſsimòque

Reverendo item & Clariſſimo Nomini veſtro deditiſſimus

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.

EPIGRAMMATA
in
HISTORIAM ECCLESIASTICAM SECULI XV.
Clariſsimi & Doctiſsimi Viri.
D. JOHAN: HENRICI HOTTINGERI
Polyhiſtoris & Polyglotti
ſpectatiſsimi.

I.

HISTORIAM celebras, ea Te celebratq; viciſsim,
Dum tradis luci quæ latuere diu.
Sic de Te diſcunt permulti plurima ſcitu
Digna; ex diſcipulo diſcere meq; juvat.

Affini & Collegæ optatiſsimo.
P.
JOHANNES JACOBUS HULDRICUS,
Eccleſiæ Tigurinæ Mi-
niſter.

Ad

II.

Ad Clariſsimum

D. HOTTINGERUM,

Hiſtoriæ hujus AUTHOREM, Affinem & Compatrem meum honorandum.

PErgis, ad hoc natus, Mundo prodeſſe venuſtis
Scriptis in lucem: quæ latuére diu.
Promis Turcarum quæ gens, quæ Perſæ, Arabésque
Credant, quæ faciant: quæ latuére diu.
Præclara Iſacidum profers monumenta vetuſta:
Sic patriæ pergis commodus eſſe tuæ.

JOH. CASPARUS SUTERUS
Eccleſiæ Tigur. M.

III. Hi-

III.

HIſtoriæ pars quarta venit nunc lucis in auram,
Pieridum gaude, plaude ſacrata cohors.
Eruit è tenebris hæc multa, ſepulta jacebant
Quæ prius: hinc lucis Filius author erit.
Qui neſcit, quid ſit longè ſua tempora geſtum
Ante, puer ſemper, Tullius inquit, is eſt.
Novit HOTINGERUS ſua quid ſit tempora geſtum
Ante, vir eſt igitur, nos facit eſſe viros.
Quatuor has partes quanto dedit ille labore,
Si tanto ſtudio volveris, ipſe vir es.
Quinta Reformati tibi ſiſtet tempora Templi,
Res patrias, patriæ prodeat illa bono.

FELIX WYSSIUS, Eccleſiæ
Tigurinæ M.

IV.

IV.

Ad pium Lectorem.

HOc ſeclum oppreſſit tenebroſa vorago Scholarum,
Horrida barbaries, perditionis homo.
Verùm aurora velut noctem comitatur opacam,
Certa index, claram non procul eſſe diem:
Sic quoq; barbariem & tenebras comitata Latinas
Aurora eſt, lucis nuntia certa novæ.
Nox arta, aurora heic, divinæ ante ambulo lucis,
Curâ HOTTINGERI panditur ecce tibi.
HOTTINGERO annos Pylios viresq; precare,
Hac Fidei claram pandat ut arte diem.

Honoris C.
JOH. WIRTZIUS
S.Theol.Prof.f.

SECU-

SECULUM,

seu

CAPUT XV.

SECTIONES ejus ſunt ſex.

I. De Chriſtianiſmo.
II. De Muhammediſmo.
III. De Gentiliſmo.
IV. De Judaiſmo.
V. De doctrinæ συμβιβάσεως.
VI. De falſa Eccleſia.

SECTIO I.

De

CHRISTIANISMO.

I. Eſt ſpeculum Hiſtoriæ hujus ſeculi tripartitum, quorum primum *Naturæ*, ſecundum *Reipublicæ*, tertium denique *Eccleſiæ* faciem refert & exhibet. II. *Naturæ* facies prodigiis atque portentis rugoſa, & aſpectu [a] horribilis, non ultimi tantùm [b] temporis indi-

cium, ſed & tumultuum, [c] variarúmque calamitatum prodromus fuit.

[a] Notantur enim 1. *Eclipſes* ſolis & Lunæ. Habeo Mſc. Arabicum in quo omnes, quas ab anno Hegiræ 867. ad annum 890. id eſt ab an. Chr. 1489. ad 1512. vidit Arabia, recenſentur Eclipſes, quo in tractatu accurata occurrit collatio menſium & dierum Saracenicorum cum Latinis; eædemq;, ad deſignandos annos Zifrarum figuræ, quæ apud nos ſunt in uſu. Vnde nullum dubium, quin, quemadmodum Arabes hæc numerandi compendia mutuârunt ab Indis (nam apertè *Alkoshgius* fatetur, *ſapientes Indiæ hos numeros reperiſſe*; & alibi appellat *Indorum arithmeticam*: Vide *Ioh. Grav.* anonymum Perſam de ſigillis Arab. & Perſar. p.2. Itiner. *olear.* pag. 463.) eadem, cum ipſa voce zifra, quæ Arabica eſt, ad nos tranſierint. Hæc tamen alius ſunt loci. Propius accedamus, & quas in vicinia noſtri obſervârint Eclipſes, diſpiciamus. Calend. Ian. an. Chr. 1403. inter tertiam & nonam horam adeò obſcuratus eſt ſol, ut ſtellæ cœli, ac ſi media nocte, ab omnibus in meridie conſpicerentur. Secuta eſt ingens pluvia, usque ad extremos Martii dies, & ad 17. diem Martii Romæ tremuit. *Bzov.* S.7. Et *Calviſ.* a. Ch. 1433. Quodam die Mercurii dicunt annales Turcici anno Hegiræ 336. (error ſine dubio, pro 836.) ſub veſperam adeo lumen Solis defecit, ut tenebræ terram occuparent. Hæc Eclipſis facta eſt die 17. Iun. fer. 4. & Vitebergæ quidem poſt meridiem hor. 4. min. ſ. 54. Conſtan-

tino

tinopoli verò poſt horam 5. Sic. *Bzov.* a. Ch. 1433. S. 12. Die 17. Iunii, ad horam circiter 22. Solis deliquium ingens aſpexit, portentum maximæ calamitatis, quæ ſtatim ab ejus ex urbe diſceſſu, Eugenium Pontificem excepit. Vide & *Platin.* in Paul. II. p. 339. a. A. Ch. 1485. die 11. Martii Solis Eclipſi adeò omnia ſunt obſcurata, ut deficiente jam die candelæ accenderentur. *Bzov.* a. Ch. cit. S. 26.

2. *Cometæ, Calviſ.* a. Ch. 1456. Cometæ bini hoc anno apparuerunt, ut habent annales Turcici, & alii, poſterior fuit menſe Iunio, procerâ caudâ: quibus Papa Calixtus territus, ad avertendam Dei iram aliquot dierum ſupplicationes indixit, conſtituitque in urbibus, ut in meridie campanæ pulſarentur, ut omnes de precibus, contra Turcarum tyrannidem fundendis admonerentur. Ejusdem meminit D. *Fel. Malt.* in Regiſtro querelæ p. m. 69. Totum, ſcripti ἀνεκδότȣ dabo locum, utpote quo καὶ ἐπιτομὴν infelicitas hujus, multorum tum opinione, ultimi ſeculi, exhibetur: *Quemadmodum Beda ſimiliter dixit, quòd tabulæ Dionyſii naturalis Aſtronomi, de quo & Paulus in Actibus Apoſtolorum; non debent enim ter iterari, quorum transcurſus jam videtur penitus tertiari. Dicit autem Methodius prædictus, qui de ſeptimo millenario videtur imbutus, quòd ab initio mundi, uſque ad Chriſtum fluxerint, quinq; millia octin-*

genti & novem anni. Sed Beda in libro, de Ratione temporis, dicit, quaterna millia, ſeptingenti & XXIV. anni. Sed Oroſius, quòd quinque millia & quingenti. Et Euſebius, quòd quinque millia, centum nonaginta novem. Sed Aegyptii dicunt, quatuor millia, ducenti quinquaginta ſex. At Aſſyrii quatuor millia ſeptingenti octoginta octo anni. Syrii, quinq; millia tricenti, & viginti anni. Conſequenter Venetiani, quinque millia octuaginta novem. Hinc Judæi, tria millia ſeptingenti quadraginta. Sed Aſtronomi dicunt, quòd quinque millia quingenti & octo anni fluxerunt. Quibus Aſtronomis ſeptuaginta duo interpretes per omnia ſunt concordes; Et iſtis inter prænotatos meritò deberetur excellentior fides. Quemadmodum & ipſi præcunctis in totius Teſtamenti Veteris expoſitionis Interpretatione, licèt ſegregatim remotè poſiti, Spiritu ſancto revelante, in ſuis ſcripturis ſemper fuerunt concordes. Ex iis omnibus eliges tibi liberaliter placibiliores. Sed ſi ad ultimam, videlicet Aſtronomorum & ſeptuaginta duorum interpretum calculi deſcriptionem

5508.

5508. annorum, addideris annos XVI. videlicet 1456. reſtant tantùm 36. anni, & erunt ſeptem millium annorum conpleti. Et ſecundum illorum calculationes reſtarent abhinc 36. anni, usque ad finem mundi. Ex his omnibus crede, quod volueris: Nam totus mundus laborat, ædificat, conſtruit, & congregat, tanquam firmiter credat, quòd mundus cum ornatu ſuo perpetuò permaneat. Videmus patenter multorum inſuper ſanctorum virorum vaticinia, ſcripturis & verbis concordantia, quòd Antichriſti tempora breviter ſint ventura. Unde nuper in Concilio Baſilienſi, in ſeſſione publica convenerunt ſimul cauſaliter conſedendo, duo venerabiles Epiſcopi, unus de Arragonia, alter de Hiſpania; Et loquebantur mutuò, de præſentis Eccleſiæ membrorum ſtatu, viſibiliter periculoſiſſimo. Et dixit ille de Arragonia, quòd quidam Eremita, quem viſitaverat habitu diſſimulato, cum decenti comitiva, qui ipſum mox Epiſcopum Epiſcopali reverentiâ ſalutavit, & Epiſcopus obſtupuit: & poſt diverſarum collationum ſermones dixit idem Eremita: Et Capella-

nus urbis ibi primus videbit Antichriſti tempora. Hinc requiſitus de Concilii Baſilienſis perſeveratione ſtatus, inquit, Sicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Et Epiſcopus, inquit, vult hoc? & ille: Recipiatis literas, ad numerorum calculum diſpoſitas, de præſenti verſiculo, & videbitur, qualiter terminabitur, & quo anno. His & pluribus aliis taliter expeditis, Epiſcopus inde receſſit. Et mox Epiſcopus Hiſpanus intulit: Ecce nuper fueram in quodam monaſterio, in finibus Hiſpaniæ Occidentalibus, & mihi poſt multa retulit quidam Monachus devotus, Antichriſtum fore natum, & pro nunc fore ſeptem annorum. Hæc & alia plura, mihi Felici retulit Epiſcopus de Arragonia dictus Araboen, ex poſt factus Cardinalis. Sed nuper & de anno præſenti 1456. dum ille Sarracenus crudelis, tam potenter invaſit Chriſtianos, gaudebant Judæi, ſperantes, ipſum fore Meſsiam ipſorum, quoque reſtaurare Synagogam, & deſtruere Meſsiæ cœleſtis Eccleſiam. Hoc autem bellum, & tam ingentes humani ſanguinis effuſiones, deſignabant, ſecundùm Iſido-

dorum & dicta certorum Aſtronomorum ille Cometa nuper versùs Orientem eodem anno: & per antea patenter viſus. Vides, quàm verè dixerimus ſecul. 7. p 383. non magis ridiculos eſſe Iudæos, Chriſtum, quàm Pontificios Antichriſtum, pridem utroque jam exhibito, expectantes. *Bzov.* a, Ch. 1470, S. 15. *Cometam ingentem fuiſſe viſum* notat. *Faſcic. temp.* p. 87. b. Cometæ a. Ch. 1408. apparentis meminit. Et pag. 90. a. Cometa apparuit in principio anni 1472. circa feſtum Agnetis, tranſivit ſuper Coloniam in oppoſito libræ, & caudam longam quaſi graduum 30. miſit ad Occidentem. In feſto D. Blaſii ſtetit in ariete: & miſit caudam quaſi ad Pleiades verſus Orientem. Vaga nimis erat alba, quanquam & flammea crinitáque valde. Sequuntur bella & Epidimiæ in diverſis partibus; Et anno ſequenti fuit æſtas ferventiſsima & ſiccitas inaudita, & in quibusdam terris ignis ſub terra ſuccenſus uſque ad arenam fuit. *Nauc.* Gen. 50. p. 294. ait; peſtem & cruentiſsima bella in multis locis eveniſſe. Idem & Tiguri apparuit de quo proinde, ceterisque ſtellis crinitis ſcripſit Eberhardus Schluſinger, de Gasmanſtorf Franconiæ, Medicus Tigurinus. *Bzov.* an. Chr. 1402. S. 4 commemorat, dirum Cometam ante mortem Iohannis Galeazii fuiſſe viſum. *Arſiſſe*, ait, *ſtellam illam lucidam & funebrem, caudáque oblongâ verſus eam cæli plagam, quæ in Corum ventum obvertitur.* Et a. Ch. 1404.

quo Bonifatius IX.mortuus eſt,ſcribit,*ante obitum ejus totis 40. diebus Cometam arſiſſe, quem horribeles tempeſtates, venti validi, grandines,tonitrua, & terræ motus Romæ exceperint, ex quo mœniarium quadrato lapide firmiſſimum ab eodem Bonifacio ad ædes Lateranenſes ædificatum, populóque benedicendum dedicatum,nec non pinna & poſtes molis Adrianæ ceciderunt.* Eo prolixius & diligentius hæc ſunt eruenda,ut, ubi eadem noſtra ætate obſervantur portenta,quod quidem paucis ab hinc ſeptimanis contigit, quid de iis polliceri nobis poſsimus,ex Hiſtoriis diſcamus.

3. *Terræ motus.* A.Ch. 1443. Terræ motus concuſsit Hungariam, Poloniam ad Boëmiam d.5.Iunii.*Mechov.Buchholz.* Et a.Ch.1456.Terræ motus in Italia magnus quo ad triginta millia hominum perierunt in Calabria: *Marian. Calv.Faſcic.*paulò aliter p.89.b.An Chr.1456.*maximus fuit Terræmotus in Neapoli & perierunt* 40000.*hominum millia*, Αὐτόπτης illius ruinę fuit *Platina*.Vide in Calixto 3.p.321.b. Et an.Ch.1427. *Ingens Terræ motus fuit in Catalonia,qui viginti civitates ſubvertit.Ad montem Peſſulanum civitas Tertona penitus abſorpta eſt in lacu,cujus profunditatem nemo adhuc explorare potuit,Chron.Belg.*

4.Pe-

4. *Peſtis, varii & inſueti morbi.* A. Ch. 1463. Peſtis crudeliſsimè graſſatur in Thuringia & alibi. Erfurdi defuncti ſunt ad viginti octo hominum millia. *Fab. Calviſ.* An. Ch. 1424. Novogardiam Ruſſorum urbem clariſsimam tanta lues invaſit epidemiæ, ut infra ſex menſes 80000. perierint, tanta celeritate, ut ambulantes in plateis deciderent & ad ſepulchra mortuorum, qui ſani tumulandis aliis advenerunt, cum mortuis mortui tumularentur. *Krantz.* Vandal. lib. 11. c. 5. *Bzov*, S 37. Vide etiam a. Ch. 1431. S. 2. circa an. Chr. in audita lues, quæ vulgò nominatur ſcabies Gallicana in Europa multos homines inficere cœpit, & paulatim alia atque alia loca invaſit: *Buchholz. Paral. Vrſp.* p. 437. *Geneb.* p. 731. ait, morbum vulgò Gallicum appellari, & Neapolitanum, Hiſpanis Arragonenſibus morbum S. Sementi, Granatenſibus curialem, Francis Groſſam verolam. De ſudore Anglico an. Ch. 1486. exorto, vide *Bzov.* an. c. S. 19.

5. *Locuſtæ*, A. Ch. 1475. Ingens agmen locuſtarum pervagatum eſt Vngariam, Moraviam, Poloniam, & Sileſiam adeò ut denſitate conſpectum Solis adimerent. *Cron. Buchholz.* Sic *Vrſperg. Paral.* pag. 429. Anno eodem menſe Auguſto locuſtæ ad longitudinem unius digiti humani, capita inſtar veſpertilionum habentes, apparuerunt, quæ ex Pannoniis per Moraviam & Sileſiam prodiiſſe ferebantur. Longitudo congregationis earum trium milarium, & latitudo unius cum medio miliari. Volabant ordinatis aciebus. Loca frugum & arborum in quas cadebant, devorabant, nil præter terram &

fimum ſordidum relinquentes: denſitatem earum vix Sol penetrare potuit.

6. *Aër* etiam novas dedit aves; *Mare* prodigioſus piſces. De *illis* author *Faſcic.* temp. pag. 87. b. *Maxima multitudo avium ſatis ignotarum in magnitudine quaſi paſſeres, de Gallia venientes propè Bernam, ſpatium itineris ferè unius miliaris Teutonici in longum, & quartam partem unius milliaris in latum volando occupant.* De *his* *Paral. Vrſperg.* p. 397. ex *Malleolo* noſtro, quem frequenter citat: *An. D. 1437. dum Sigismundus Suevorum terram per ambulabat & Ulmam venit, ecce eâdem die quoddam genus piſcium copiosè de regni finibus Ungariæ, incognitum per piſcatores ibidem, illico prenſum & ad Imperatoris præſentiam delatum, apparebat.* Tradunt etiam annales Belgici an. Chr. 1403, monſtrum quoddam Marinum, mulieris nudæ & mutæ ſpecie, viridi muſco, turpe & undique ſqualens, vi tempeſtatis ex Oceano in ſinum Batavicum, qui maris Auſtralis agnomine notior eſt, compulſum, apud Edamum oppidum captum eſt. Tradunt, id cibis, hominum more, adſuefactum, panem & lactaria comediſſe; annos aliquot ſupervixiſſe, ſonum peregrinum, ac ſuſpirioſum potius, quàm ullum articulatum ſermonem edidiſſe, inter fœmineos cætus penſa etiam traxiſſe, atque S. Cruci honorem

rem exhibuiſſe. *Aubertus Miræus* Chron. *Meyer*. l. 14 Annal. Fland. *Calv. Bzovius* S. 20. exiſtimat, ex Nereidum numero fuiſſe, quibus Plinius corporis humani ſpeciem tribuit. Meminit & Majorum noſtrorum memoria Monachos & Epiſcopos (piſces hoc hominum genus referentes) marinos captos fuiſſe Monachum ejusmodi vidi aliquando Enchuſæ in Holandia. Sed & terræ ſua monſtra fuerunt. Circa an. Chr. 1489. monſtrum hominis in Scotia natum legimus, quod infra umbilicum unus quidem homo fuit, ſed ſuperiori loco geminus, cum duobus capitibus, quatuor brachiis &c. vixitque annis 28. Didicit inſtrumentis Muſicis canere, & aliis linguis loqui: Fuit tamen duabus diſtinctis voluntatibus, ita ut interdum ſecum diſcors eſſet, & pugnos ſibi ingereret, interdum verò ſecum conſultaret. Cùm altera ejus pars defuncta eſſet, & jam computreſceret, altera etiam contabuit. *Buch. Calv. Bzov.* Alius in agro Veronenſi mentionem facit *Faſcic. temp.* p. 90. a. puella fuit viſioni à parentibus pro pretio expoſita. De puella bicipite in Bojaria nata conſulatur *Avent.* annal. l. 7. p. 810. De gemellis utriusque ſexus obverſis tergoribus annexis; *Bzov.* a. Ch. 1486. S. 20.

7. *Variæ tempeſtates & aquarum inundationes. Faſcic. temp.* pag. 90. Fuerunt inundationes maximæ, venti quoque horribiles, multa ædificia ſubvertentes a. Ch. 1481. Vide ſup. n. An. Chr. 1421. In Hollandia Auſtrum verſus, nocte Eliſabethæ in Novemb. ingens tempeſtas exorta, quâ mare aggeres rupit, & eluvione pagos, urbes & villas evertit, ad

ad montem Gertrudis perierunt pag.72. qui adhuc abſorpti ſunt, *chron.Belg.Calv.* Et an.Ch. 1446. Mare ad Dordracum die 17. April. Dominicâ Palmarum plusquam centum hominum millia cum infinita pecorum multitudine interemit. *Calv.Tritb.* Et initio hujus ſeculi tempeſtas ingens Romæ exorta, quâ pars conclavis Pontificii procidentis, tali pondere corruit, & tres, qui coram Pontifice ſtabant, miniſtros obruit, ſed Pontifex ipſe tandem inter rudera inventus eſt vix adhuc ſpirans, qui tamen tandem convaluit. *Marian.Calv.*

8. *Plures Soles.Faſcic.temp.*p.88.b. Tres Soles viſi ſunt in cœlo, & ſequitur ſtatim triplex regimen in Eccleſia, ſcil. Eugenii, Concilii, & Neutralitatis. Lanam pingui rore permixtam an.Ch.1497. cecidiſſe apud Tornacum in Belgio, habet *Ferreol.Locri.* in Chron.Belg.

[*h*] Repete *Malleoli* teſtimonium ſup.p.3. *Plat.*in Nicol.V. *Sequenti biennio adeo ubique ferè peſte laboratum eſt, ut pauci de multis ſuperfuerint: quod quidem malum & frequens terræ motus, & Eclipſis Solis indicare videbatur. Minabantur ij, quos Prædicatores vulgò appellant, futuram calamitatem. Maximè verò Robertus, ordinis S. Franciſci, &c.* De variis belli Neapolitani prodigiis conſulatur. *Bzov.*a.Ch.1485 S.1. Duos eodem anno 1472. Cometas magnorum malorum, quæ totam propè Europam tribus proximis annis invaſerant,

&

& maximæ peſtilentiæ, mortis item aliquot Regum & Principum prodromum fuiſſe, habet *id.* an. S. 28. *Cromer.* lib. 27. Eclipſin illam, an. Ch. 1485. ſecuta eſt ingens rerum omnium penuria, fames, ac perniciosi hinc inde inde tumultus. *Id.* Ante Magiſtri Calatravæ obitum, in agro Giennenſi, tanta ciconiarum multitudo extitit, ut ſolem auferrent. Suſpenſæ ex eo mortalium mentes variè interpretabantur. In agro Toletano, oppido Petromoro, metentibus ſegetes, inter manus ſanguis copioſus effluxit, è manipulis manans; quæ res in præſenti miraculo fuit; deinde eas calamitates portendiſſe obſervatum, quæ Hiſpaniam oppreſſerunt. *Id.* an. Ch. 1468. S. 18.

III. Ità habuit *Natura*: *Reſpublica* Chriſtianorum in Oriente, Turcarum ſævitiâ [a] planè ſublatâ; in Occidente verò Imperatoribus quidem Majeſtas ſua relicta, ità tamen Pontificum libidine & tyrannide [b] vexata fuit, ut vel ab ipſorum nutu & arbitrio dependere, vel diriſſima quæque expectare debuerint.

[a] Mortuò enim Iohanne IV. Manuelis II. Palæologi filio (quanquam ſint, qui *Manueli* ſucceſsiſſe volunt *Iohannem* quendam, Andronici IV. filium, qui ad Imperii gubernacula promotus fuerit an. Ch. 1417.) circa an. Chr. 1445 non multò pòſt cùm à Concilio Ferrarienſi reverſus fuiſſet, thronum

num occupat *Conſtantinus XI.* ſecundus Manuelis filius, *Draco*, (tanta ejus in Turcas fuit ſævitia,) vulgò (vide *Naucl.* Gen.49. pag.282.b.) dictus, cui à Muhammede II. Amuratis II. filio, & vita, & Imperium, & ipſa Imperii ſedes, Conſtantinopolis fuerunt erepta. Capta enim urbe, *Conſtantinus* cum reliqua fugientium turba ſalutem quæſiturus, portâque erupturus, prementium rabie eliſus periit die 29. Maji a. Ch. 1453. Caput ejus haſtæ longæ ſuffixum hoſtium caſtris jucundum ſpectaculum præbuit. Atque ſic *Byzantium*, urbs ad ſummum ſplendorem evecta & caput Imperii conſtituta per Conſtantinum Helenæ filium, ſub Patriarcha Gregorio, poſtquam duraſſet 1122. ſub hoc alio Conſtantino, alius Helenæ filio, & Patriarcha itidem Gregorio (quod valde notabile eſt) capta & jugo Turcico ſubjecta fuit. Quemadmodum & Imperium Romanum in Auguſto cæptum, in Auguſtulo deſiit Regnum Gothorũ in Italia ab Alarico fundatum, in Alarico alio fuit extinctũ. De cauſis ſublati ſceptri & ablati Græcis regiminis, pie & doctè ſcripſit *Carion.* Hiſt.l.5 p 93. Quod ipſum etiã ulcus & nos tetigimus ex Græcorũ ſcriptis, ſec.13.p.309. Nempe, creſcentibus voluptatibus, libidine, avaritia; decreſcunt virtutes, pietas, fortitudo. Quibus ſublatis fulcris, ædificium ruinam minari, neceſſe eſt. Supra audivimus ſec.14.pag.663. Romaniſtas mali hujus fomitem quærere in Apoſtaſia & diſſenſu ab Eccleſia Romana. Quid ſi verò dicamus, ipſam hanc Græcorũm inconſtantiam & fucatam unionem plenis buccis à ſcriptoribus decanta-

tam

tam, *Bzov.* an. Ch. 1439. S. 142. (quâ ſpe ſuppetiarum pellecti plura Pontifici Ferrariæ promiſerunt, quàm à ſuis vel domi obtinere, vel reduces tueri apud eosdem poterant) ad cætera accedentem abjecti animi indicia, laceſsitam jam Numinis iram ita exaſperâſſe, ut cum religionis libertate ipſam quoque Græci amiſerint patriam. Et ſane vix illi qui Syncretiſmum cum Latinis iniverunt, obeunt, lampadem aliis tradunt, triſtiſsimæ illius tragœdiæ ſpectatores Græci eſſe debuerunt. Adeò omnium animi poſt reditum inteſtinis diſsidiis lacerati fuerunt, ut extraneo hoſti haud contemnendam irruptionis præbuiſſent occaſionem.

[*b*] Id quod ex accurata Imperatorum hujus ſeculi προσωπογραφίᾳ manifeſtum eſt, & narratio Hiſtorica à *Schardio* contexta, atque ab authore *Catal. Teſt. Verit.* lib. 19. recitata, probat. Nobis ſatis fuerit ſuprema delibâſſe, & compendiosè ex *Archontol. Coſmica* nomina & res geſtas exhibuiſſe. Habuit autem Imperium Germanicum ſeculo hoc Cæſares V. Robertum ſeu Rupertum, Sigismundum, Albertum II. Fridericum III. Maximilianum I. A. *Robertus*, Elector Palatinus, magni vir ingenii, clarus ſapientià & virtute, diadema ſumſit Coloniæ ab illius urbis Archiepiſcopo a. Ch. 1400. Galeatius, Vicecomes Mediolanenſis, vexabat armis Italiam, ad res magnas adſpirans. Hujus conatus ut retunderet Imperator, cum exercitu in Italiam profectus eſt. Cæterùm, commiſſo prælio inferior factus in Germaniam rediit, præſertim cùm urbes Italicæ non ſtarent promiſsis; ſed variè fidem fal-

fallerent contra bonam Cæſaris mentem Reverſus itaque ſinebat Italos mutuis ſe lanienis conſumere Patriæ turbas ſapienter compoſuit, facta per univerſam Germaniam pace. Obiit an. Ch. 1410. Imperii 10. B. *Sigismundus*, Hungariæ & Bohemiæ Rex, Caroli IV. filius, qui ſtatim poſt ſumtum diadema omni ope annixus eſt, ut reductis ad Concordiam Principibus Chriſtianis, bellum inferret Turcis. Non deſunt, qui ante hunc ponunt Iodocum, Marchionem Moraviæ, qui anno eodem, quo Rubertus obierat, Imperârit annum unum, & collocant Sigismundum in annum 1411. Digladiabantur tunc inter ſe tres Papæ in diverſis reſidentes locis: Benedictus III. Avinioni, Iohannes 23. Bononiæ, Gregorius 12. Arimini habitabat. Qua de cauſa Concilium Conſtantienſe fuit indictum, Die 27. Decemb. 1431. profectus eſt in Italiam, ubi magna ſolennitate ingreſſus Mediolanum, coronâ ferreâ cinctus eſt: inde Romæ à Pontifice diadema ſumſit, ipſo die Pentecoſtes. Ex Italia in Pannoniam ivit, quo tempore crudele bellum Bohemi vicinis intulerunt. ob necem Iohannis Huſsi. Obiit tandem Znoimæ in Moravia, cùm Imperium tenuiſſet ann. 27. regnum Hungariæ 51. Bohemiæ 17. ætatis 71. Princeps laude digniſsimus ob eruditionem & virtutes omnigenas, parùm tamen felix in bello & matrimonio. C. *Albertus* Auſtriacus, Gener, Socero ſucceſsit an. Ch. 1437. non ſolùm in Imperio, ſed & utroque regno. Belli Bohemici reliquias planè ſopivit. Eo, qui ſequebatur, anno correptus eſt dyſenteriâ, ob

ni-

nimium peponum eſum, & mortuus eſt in Pannonia die 27. Octobris an. Chr. 1439. Quæ ejus intempeſtiva mors, novis, per Hungariam, motibus occaſionem præbuit. D. *Fridericus III.* ad culmen Imperiale elevatus eſt d. 30. Martii an. Chr. 1440. Schiſma ſuſtulit ex Concilio Baſileenſi natum. Profectus Romam, uxorem duxit Heleonoram, Eduardi Luſitaniæ Regis filiam. Declaratus primò Rex Longobardorum, biduo poſt Imperator appellatus, & cum uxore coronatus eſt Romæ a. Ch. 1442. Cùm de novis per Germaniam motibus accepiſſet, feſtinato itinere in patriam rediit, ſuoque adventu tumultûs ſedavit. Tandem extinctus eſt fluxu dyſenterico ſenex admodùm, cùm imperâſſet annis 50. E. *Maximilianus*, Friderici filius, Imperium nactus an. Ch. 1493. Iam antea, an. Ch. 1486. Rex Romanorum electus. Singularis virorum doctorum amator, ſub quo bonæ artes, ſcientiæ, ipſæque literæ, reviviſcere cæperunt, quæ propè ſepultę jacebant. Ab infantia erat balbus, ſed tandem evaſit diſertiſsimus, adeò ut ipſe ſcripſerit opus Poeticum, Genealogias Heroum &c. Duxit Mariam Caroli Burgundi filiam, unde Philippum genuit, patrem Caroli V. Brugæ captus à ſuis ſubditis, iterum liberatur à Patre Friderico, ope procerum Imperii. Multa hic bella geſsit variâ fortunâ, intra & extra Imperium, inprimis contra Venetos, Carolum VIII. Gallorum Regem, nec non contra Helvetios. Poſtrema comitia Auguſtæ habuit magnâ Principum frequentia, ubi præcipue de bello Turcis inferendo tractatum fuit. Mortuus eſt an. Chr. 1519. æt. 59. Imperii 26.

IV. Reſtat Eccleſia tum Orientalis, tum Occidentalis.

V. *Orientalis* Eccleſiæ, Græcæ cumprimis, facies, ſqualida ſatis fuit, falſis [a] dogmatibus non paucis adulterata, ceremoniis [b] ſuperſtitioſis conſpurcata, hypocriſi & inconſtantiâ Antiſtitum defædata, Simoniæ [c] & ſic deinc. [d] labe manifeſtè notata; propterea tamen laude digna, quòd nec [e] à fumo tranſire ad ignem, à Græciſmo ad Papiſmum, nec à receptis [f] quibusdam dogmatibus Orthodoxis recedere voluerit, Huſſitis, quàm Pontificiis, fraternitatis [g] teſſeram offerre paratior.

[a] De quibus *Ioh. Iacob. Huld.* de Rel. Græcorum pag. 46. Nam, quòd ſua, adeóque & noſtra ætate ſcripſit, fuſéque probavit, *complures Græcorum profiteri ſpiritus Sancti proceſſionem à Solo Patre; non à Filio: Spirituum beatorum ſuffragiis & votis delectari: Liberò arbitrio nimium tribuere: baptizatos à Latinis in Nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti, rebaptizandos eſſe docere: ſacram communionem mulieribus naturali menſium*

ſium impuritate laborantibus, & partui vicinis denegare: mandatum Apoſtolorum temporaneum de abſtinendo à ſanguine & ſuffocato, ceu perpetuum, urgere: Epiſcopis permittere ut ſint mariti, attamen nonniſi virgine in uxorem ducta: Secundas, tertias & quartas nuptias damnare; idipſum de Seculi 15. Græcis intelligi debet. Habemus Elenchum errorum Græcorum *à Petro Numagen* Trevirenſi, Sacellano Tigurino, ſcriptum, in quo 24. inſimulantur Græci dogmatum heterodoxorum, quæ ordine exſcribere placet, ſed θετικῶς tantùm, ſine explicatione. I. Spiritum Sanctum procedere à Patre tantùm, non à Filio. II. Romanam Eccleſiam errare, quòd pane utatur azymo in Miſſa. III. Romanam Eccleſiam non habere primatum, nec Patriarchales Eccleſias ei ſubeſſe. Quæ Patriarcha Romanus faciat ſine conſenſu & conſcientia Patriarcharum Græcorum, nullius eſſe roboris & firmitatis. IV. Eccleſiam Romanam errare in forma Baptiſmi. V. Purgatorium non eſſe, nec pœnas Purgatorii. VI. Suffragia orationum Eccleſiæ, & oblationum, & Eleemoſynarum, non prodeſſe niſi illis, qui ſunt in inferno. VII. Animas defunctorum exeuntes à corporibus, non habere pœnam, vel gloriam usque ad diem judicii. VIII. Secundas, tertias, &c. nuptias eos damnare. IX. Vſuras non eſſe peccatum mortale. X. Divortia matrimoniorum fieri poſſe absque juſta cauſa. XI. Eccle-

ſiam Romanam damnandam,quòd in ſacrificio altaris admiſceat aquam vino. XII.Licitum eſſe Prælaturas vendere. XIII.Reliquias panis conſecrati, eſſe reliquias corporis B. Virginis Mariæ. XIV. Errare Romanam Eccleſiam diebus Quadrageſimæ Miſſas celebrando, exceptis Sabbato & Dominica. XV. Græcos non conficere Chriſma nec benedicere oleo ſancto, nec oleo extremæ unctionis, aut Catechumenorum, adeoque baptizatos non inungere. XVI. Sacerdotes Græcorum pro furtis & uſura ac rapina nulli injungere,ut ſatis faciat aut reddat; ſed oleo ſimplici inungere raptorem, qui ſacerdotibus tenentur certam dare pecuniæ ſummam pro abſolutione. XVII.Die Cœnæ eos conficere corpus Domini, de quo per totum annum corpus communicent. XVIII. Errare eos, quòd tantùm admittant Lectores, Subdiaconos, Diaconos,Sacerdotes & Epiſcopos,non autem oſtiarios, Exorciſtas & Acoluthos. XIX. Turpiter eos hallucinari,quòd toto anno Pontificem Romanum & aſſeclas ejus excommunicent; nec Latinis permittant in vaſis ſuis aut altaribus celebrare; ſed ſi celebraverint ea tanquam polluta illos lavare. XX. In uno altari non poſſe plures Miſſas celebrari. XXI. Simplicem fornicationem, ſoluti cum ſoluta non eſſe peccatum mortale. XXII. Intolerabilem cumprimis errorem eſſe, quòd Prælati & Religioſi confitentibus injungant in remiſſionem peccatorum,ut Latinos Eccleſiæ Romanæ obedientes occidant. XXIII. Aſſerere eos Dominatorem ſuum non peccare, ſi vel graviſſimum pa-

tret ſcelus. XXIV. Perjurium eos excuſare, quo hoſtes deludentur. Hæc ex MSc. *Petri Numagen.* Sunt quædam calumnioſè Græcis affiĉta. Alia cum illis ex Sacra Scriptura defendimus. Cætera Reformati in ipſis Græcis Publicè damnant. Vide *Huldric.* loco citato.

[*b*] Specimina habet idem ex narratione Hiſtorice *Emanuelis Malaxi* Peloponneſi, & *Theodori Zygomalæ* Protonotarii Conſtantinopolitani, & aliorum. Nec mirum eſt tantam ceremoniarum varietatem in Eccleſiis illis per Europæas, Aſiaticas, Afrianas regiones diſperſis, tantam quoque rituum ſacrorum impuritatem deprehendi. *Primùm*, quia illic vel Iudæis, vel Turcis Muhammedanis, vel Paganis Idololatris, quorum multæ adhuc myriades in Oriente remanſerunt, vel Monachis Papęis commixtæ ſunt, à quorum converſatione multum impuritatis & ſuperſtitionis attraxerunt: *Deinde*, quia deſtitutæ ſunt ope & ſubſidio Scholarum, quibus olim Græcia præ aliis Mundi regionibus floruerat, hodierno verò tempore in Europam Occidentalem, Italiam, Germaniam, Galliam, Angliam, beneficio DEI ſingulari, attractæ ſunt. Acceſsit tandem varium Imperium. Conſtat enim, Tyrannos illos Orientales Arabes primùm, deinde Tartaros, tum Turcas torrentis inſtar Orientem inundâſſe, aliis peregrina ſacra obtruſiſſe, in nonnullis atheiſmum ipſum & omnis religionis contemptum excitâſſe.

[*c*] Superiori jam ſeculo monuimus, Imperatorem Conſtantinopolitanum, *Emanuelem Palæologum* Turcarum irruptione territum, in Italiam con-

fugiſſe, Pontificis Romani Bonifacii IX. & Principum Italicorum auxilium imploraturum. Auxilium quidem Imperatori primùm verbis blandis à Pontifice promiſſum, poſtea verò recuſatum fuiſſe, hac prætexta cauſa, quòd Emanuel Imperator quodam feſto venerationem nullam imagini Crucifixi Chriſti, in dextera manica Chorepiſcopi intextæ, in urbe Romana tribuere gravatus ſit. Vnde Pontifex ad Italiæ Principes ſcripſerat: *Quicunq; Imperatori Græco, nolenti imaginem Chriſti adorare, auxilium ferret, is à ſacroſum communione excluderetur.* Accidit hoc circa an. Ch. 1391. Poſtea an. Ch. 1421. *Naucl.* Gen. 48. p. 273. a. & an Chr. 1438. Iohannes Palæologus, Emanuelis filius ſuppetias à Pontifice Romano Eugenio IV. denuo petiit, promiſſa conſenſione, inter Eccleſiam orientalem & occidentalem (his enim calcaribus unios urgebatur *Bzov.* a. Ch. 1434. Sect 28.) conſtituenda. Pontifex & Cardinales huic petitioni eſſentientes, ſumtus inſuper & naves ad hoc opus, judicio quidem ſuo exoptatiſſimum, ſed aliorum, periculi plenum *Bzov.* an. Chr. 1439. Sect. 127. ipſo etiam eventu ſimulatum, *Platin.* pag. 316. *Bzov.* an. Ch. 1453. S. 2. c. 118. & in conſtans; expediendùm, promunt liberaliter, Græcisque mittunt. Hi proinde Eugenio Concilium a. Ch. 1438. Baſilea quod in Græcorum gratiam ante jam tentaverat *Bzov* a. Ch. 1432. S. 5. & 69. 143. & ipſi Græcorum Legati Baſileam Concilii ſedem apud ſuos non nominatam prætendebant *Id.* an. Chr. 1434.

S. 17.

S. 17. alium igitur, quemcunque ſe in Italia, Sabaudia, Hungaria malle locum dicebant: ſed nec Palæologum, pacis licet ſtudioſiſsimum, Synodum illam pro oecumenie agnoviſſe, ait *idem* S. 27.) Ferrariam in Italiam evocant,, atque inde, peſte invaleſcente, Florentiam transferente ,, ecce Iohannes Imperator adventavit, adductis ſecum ex Græcia Epiſcopis & Presbyteris quotquot eruditionis laude cæteris præſtare videbantur; & præter Græciam quoque ex Æthiopia, Aſia, Armenia, India, Ruſsia, qui tamen omnes (teſte *Iohanne Stella*, Veneto) ſumtibus Pontificis Romani liberaliter enutriti fuerant, Inter Legatos Græcorum celebriores fuerant, Ioſephus, Patriarcha Conſtantinopolitanus: Marcus Eugenicus, Epheſi Metropolita, Synodi Exarchus; Beſſario, Epiſcopus Nicenus, Iſidorus Ruſſiæ Antiſtes, qui duo poſteriores in ſancienda unione, pro voto Pontificis Romanis ſtrenuè laboraverunt, Marco Epheſino animosè ipſis reſiſtente. vide *Bzov*. an. Ch. 1440. S. 16. & *Naucl.* Gen. 48. p. 278. In hac autem Synodo Florentina, Epiſcopi Græciæ, Symbola quatuor primarum Synodorum Oecumenicarum repetiverunt, & approbârunt, quo peracto, Patres Græci & Latini unanimiter ſanciverunt, anathematizandos eſſe, quotquot diſcrepantem ab his ſymbolis fidem docuerint. Præterea Græcorum Legati, prolixis Præſulum Latinorum declamationibus & altercationibus, de unici Symboli Conſtantinopolitani anne-xa illuſtratione (Ex Patre, Filioque) ſeſsionibus 25. ad faſtidium usque detenti, tandem in ejus

approbationem conſenſerunt. Cúmque Græci jam ad reditum in patriam accincti eſſent, & de Proceſsione Sp.S.à Patre & Filio, de Conſecratione corporis Chriſti, pane ſive infermentato, ſive fermentato, de Purgatorio, de poteſtate Pontificis Romani αὐτοκρατορικὴν ſententiam rogati fuiſſent, tum prece tum pretio ſuperati à Romano Pontifice, cujus munificentiâ Legati fuerant enutriti; Imperatore quoque Conſtantinopolitano, conſenſum Orientis cum Occidente, nimio fervore urgente, ſpe ſuppetias à Romano Occidente adverſus Turcas, facilius impetrandi, ceſſerunt; Epheſino tamen, ut diximus, Epiſcopo, Romanis cōſtanter reſiſtente. *Naucl.* hac de re ita breviter Gen.48.p.278. *Florentiæ 1439. unita eſt Eugenio Pontifice Romano IV. & Johanne Palæologo Conſtantinopolitano Imperatore Græca Eccleſia, Romanæ, promulgatis unionis Decretis, actîsque publicé Deo Opt. Max. gratiis. Bulla unionis exemplum eſt apud Antoninum Hiſtoricum. Ea de re circiter hæc tempora plura ſunt aliis in locis acta. Errabant Græci in tribus.* Primò, quòd Spiritus S. procederet à Patre, non à filio. Secundò, quod non eſſet Purgatorium poſt hanc vitam. Tertiò, quòd Eccleſia Orientalis & Conſtantinopolitana non eſſet ſub Eccleſia Romana, nec Patriarcha Conſtantinopolitanus inferior eſſet Romano Pontifice. Horum (NB) quodlibet eſt hæreticum. In aliis ritibus ſuis permiſ-

miſsi ſunt manere, ut quòd celebrent infermentato, quod baptizent ſub alia forma; videlicet, Baptizetur ſervus Dei, N. in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Item, quòd ordinati in ſacris utantur matrimonio contracto ante ſuſceptionem ordinum ſacrorum. Item, quòd nutriant barbam. Item dant ſacramentum Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie omnibus, etiam parvulis, & multa alia. *Inſuper & Armeni, conſtantes fidei Chriſtianæ aſſertores, & aliqui ex India miſerunt oratores ſuos Florentiam ad Eugenium, poſtulantes & ſupplicantes inſtrui & erudiri in his, quæ ſunt fidei, à Romana Eccleſia, & uniri cum ea in charitate Chriſti, qui examinati in paucis ſunt reperti diſſentire à Catholica fide, & in illis ſubjecerunt ſe correctioni Apoſtolicæ ſedis, quæ de conſilio Prælatorum, decrevit in ritibus ſuis, quæ non ſunt contra veritatem fidei permittendos, ut & Græcos, licèt diſsimiles ſint à morib. Latinæ Eccleſiæ.* Legati Orientales, unione ſpecietenus facta, Conſtantinopolin reverſi, ab omni clero ſacro infeſtis animis excipiebantur, ita ut nulli in urbe degentes Hieromonachi, Abbates, Sacerdotes, & quicunque ſacris præfecti eſſent, voluerint Liturgias amplius, cum Legatis ex Italia reverſis celebrare, nec etiam in precibus mentionem eorum facere, ſed ab eis tanquam ab hoſtibus, qui pietatem omnem abje-

ciſſent,receſſerint. Hoc pacto fucatam illam unitatem ſecuta fuit confuſio & diſtractio Eccleſiarum ſumma. Patriarcha Ioſepho Florentiæ mortuo, nullus ſubſtitui poterat. Iſidorus Eccleſiæ Ruſſenæ Epiſcopus & Legatus ex Concilio Florentino domum reverſus (vide *Chal. cocond.* de reb. Turc. l. 6, & 8. *Geneb.* p. 719. *Bzov.* an. Ch. 1440. S. 1.) conformitatem doctrinæ & rituum cum Romana Eccleſia tentaturus inducere & ſtabilire, officio ſuo abdicatus, & à clero excommunicatus fuit. Hinc Iſidorus Ruſſenus, & Beſſario Nicenus, Epiſcopi, Romam reverſi & in Cardinalium ordinem cooptati, ampliſsimis honoribus affecti, concordiam & otium amplexi fuerunt. His verò turbis magis invaleſcentibus, vires Turcarum magnopere accreverunt, animi verò Græcorum ſchismate inteſtino adeò diſtracti & exacerbati fuerunt, ut ſe ipſos mutuis vulneribus atterentes intra annos quindecim proximè conſecutos Conſtantinopolin Turcis facilè occupandam & deprædandam expoſuerint. Eſt hæc ſumma magnorum illorum pro unione Eccleſiaſtica conatuum. Plura qui petit, eos adeat, qui prolixa hac de re ſcripſerunt Commentaria. Conſuli etiam poteſt *Buchholz.* a. Ch. 1438. *Claviſ.* an. eodem, & ſeq. *Bzov.* a. Ch. 1438. S. 1. prolixè, & 1439. S. 38. 39. Vnionem Ruthenorum, eorundémque de primatu Petri ſententia, habet an. Chr. 1423. S. 9. Alia mox an. Ch. 1460. legatione Patriarchas Orientis tres, unionem Florentinam approbâſſe, refert idem S. 18. Syncretiſmum Græcorum, Ruthenorum cum Latinis ſuadet. Nipho Archepiſc. Conſt.

Conſt. apud *eundem* an. Chr. 1489. S. 15. Iacobitas etiam Romanis acceſsiſſe ſcribit a. Ch. 1441. S 5.

[*d*] Quemadmodum veterum Iudæorum Sacerdotium, vergente tandem ad interitum religione Iudaica, Republicâ verò peſſundatâ, venditioni fuit expoſitum: Ita & Græcorum Patriarchatum monopolium rectę dixeris, ex quo tempore Conſtaninopolis Turcarum paruit Imperio. An. Chr. 1462. *Simeon* Hieromonachus Trapezuntius, ut *Marcum* Patriarcham Conſtantinopolitanum ſede dejiceret, offert Muhammedi mille aureos: ut verò hic rurſum Patriarchatu moveretur, *Dionyſius* Philippopolitanus Epiſcopus offert duo aureorum millia: ſeditque hic annis octo. Sed *Simeon* ille Trapezuntius iterum ad Patriarchatum admittitur, cùm duo aureorum millia daret. Iterum verò dejicitur, cùm *Raphael* Hieromonachus (tales omnes deinceps fuiſſe ſcribit *Geneb*, pag. 722.) Servius duo aureorum millia quot annis ſolvenda offerret. Verùm hic, cùm annus abiiſſet, & aureos illos corradere non poſſet, in vincula conjectus eſt, & poſtea in ſumma miſeria oſtiatim ſtipem collegit, ſucceſsit huic *Emanuel* maximus, qui pro munere dedit quingentos aureos, & in ſingulos duo millia pro tributo. De modo electionis & poteſtate eorum vide *Geneb*. p. 722. Quæ de Calogeris ſubjungit ipſe defenderit. An ſit Turcica vox, & ex uſu plebis Turcicæ, ipſis etiam Monachis tributa, an radix *cholach*, per Cheth utrinque, ſignificet mortificatum, idem viderit. Ipſi enim Græci, qui in Lexicis ſuis καλόγηρον per μοναχὸν & μονάζοντα reddunt, haud

ob-

obſcurè, unde vocem deductam velint, innuunt. *Ita n.vocabant,* inquit *Meurſ.*Lex Græco Barb. *Monachos & Monachas ætatis provectioris, quaſi à pulchra ſenectute: & mox extendi nomen ad quosvis capiſſe, nulla habitu ætatis ratione.* Idem ergo accidiſſe videtur, quod vocabulo πρεσβύτερος. Idem verò ſubjicit: *Er* ſyllabam, eſſe terminationem Perſicam, ut *il phacher* (fakir, Arabicum eſt, rexiſtente radicali) qua voce utuntur pro noſtro *humilis*, in literarum ſuarum ſubſignatione. Etiam ipſos Mirmiramler, i.e. pro Reges &c. ὧδεν ὑγιές.

[e] Id quod ex tentata unione Ferrarienſi, patet.

[f] Repetuntur, quæ ex *Nilo*, ſuperiori ſeculo, citavimus. Sive enim illo, ſive, ut alii volunt, hoc vixerit ſeculo, *Catal. Teſt. Verit.* lib. 19. p. 876. certum eſt, nunquam defuiſſe, qui cum ipſo facerent. Ex literis etiam unionis, inter Græcam & Romanam Eccleſiam ſpecietenus ſancitæ, patet, Epiſcopos Orientales ſeveriter apud Eugenium Romanum Pontificem inſtitiſſe, ne controverſia de Transſubſtantiatione in diſputationem traheretur: palàm teſtificatos, quæſtionem illam ſine totius Orientalis Eccleſiæ authoritate non poſſe tractari. Ex qua Græcorum difficultate manifeſtum eſt, Eccleſias Græcas antehac non fuiſſe ejusdem cum Romana Eccleſia ſententiæ de panis Transſubſtantiatione. Extat etiam Abbatis cujusdam Græci oratio in Ba-

ſileenſi Concilio habita, in qua graviter ſatis accuſat Clerum, qui omnia arma ſpiritualia, ſanctioni ſuæ neceſſaria, amiſerit. Hortatur Patrès, ut clerum reforment ſeriò, alioquin Eccleſiam penitùs eſſe perituram. *Catal. Teſt. Verit.* l. 19. p. 879.

[g] Cùm Florentinæ Synodi decretum (quo Bohemi denuo, ceu hæretici, ab Eccleſia abalienabantur) promulgatum eſſet, acta ſunt Pragæ comitia, ſacerdotúmque Synodus: Atque hic Rokyzani conſilio, communi autem omnium conſenſu, provocatum eſt ad Græcam Eccleſiam, & Legati cum literis Conſtantinopolin miſsi. Græci capita doctrinæ à legatis audiverunt, & de conſenſu mutuo lætati; datisque ad Bohemos literis Græcis, (quarum *αὐτόγραφον* anno adhuc Chr. 1618. incorruptum Pragæ ſervabatur in Bibliotheca Collegii Caroli IV. Imperat. In lucem verò prolatum, Latinitatéq; donatum ſtudio *D. Caſpari à Nydpruck* Regis Maximiliani olim conſiliarii: vide Huſs & Lutherum *M. Samuel. Martinii Horzovini* p. 88. *Catal. Teſt. Verit.* l. 19. p. 828.) addita promiſsione de ordinandis eis Miniſtris. Vnionem Florentinam Græci vocant *ſimulatam, à recto veróque conſilio ab alienatam.* Probant ſtudium Bohemorum, quo periculoſis Romæ reſiſtebant innovationibus. Ipſis interim Bohemis Græcorum ritus ſuperſtitioſos in obeundis ſacris diſplicuiſſe teſtatur *Hiſtor. Perſic. Bohem.* pag. 61.

De Cingaris, quos Zigeuner Germani, item Heiden: Galli Bohemos appellant, *Genb.* pag. 718. hic obiter aliquid addimus. De primo illorum in Ger-

Germaniam adventu non idem ſentiunt ſcriptores. Ex *Krantzio Saxon.* l. 11, c. 2. ita ſcribit *Bzov.* a. Ch. 1426. S. 28. *Paucos ante annos apparuerant homines nigredine deformes, Sole excocti, immundi veſte & uſu rerum omnium fœdiſſimi, furtis imprimis acres, præſertim fœminæ ejus gentis: Nam viris ex furto fœminarum victus eſt. Cingaros vulgus appellat, Ducem, Comites, milites inter ſe honorant. Veſte præſtantes, venaticos canes pro more nobilitatis alunt: ſed ubi venentur, niſi furtim non habent. Equos furtivos ſæpe mutant: major tamen pars pedibus graditur. Canino ritu degit: nulla religionis genti cura. In diem vivit, ex provincia in provinciam demigrat. Per aliquot intervalla hominum redit: ſed in multas partes ſcinditur, ut non iidem in eundem facilè redeant locum. Recipiunt paſſim & viros & fœminas volentes in cunctis provinciis, qui ſe illorum miſcent contubernio. Colluvies hominum mirabilis, omnium perita linguarum: ruſticæ plebi fraudulenter imminens, ubi foris illa laborat in agris, hi ſpoliis invigilant caſellarum. Chiromantiæ peritiam venditat, multaque conjectare præſumit*

per-

perpetua falſitate. Ferunt ipſi ex injunctâ ſibi pœnitentia mundum peregrinantes circumire. Gulerus verò de reb. Rhætic. l. X. ad an. Ch. 1428. *Hoc ipſo anno primò viſi ſunt Rhætis Cingari, quos Ethnicos vocant, populus peregrinus. Magno confluebant numero* (nam ad 1400. æſtimabantur) *qui tamen turmatim tantùm regiones peragrabant. Ducem vulgò ſuum Michaelem Aegyptium nominabant. Tradebant Majores ſuos in Aegypto minori (quàm tamen Provinciam in majorem & minorem unquam diſtinctam fuiſſe, authoritate nulla probari poteſt) jam ante aliquot annos (*Avent. p. 827. ait, *eos mentitos eſſe, ſe majorum delicta, qui Dei param virginem cum puero Jeſu Hoſpitio excipere recusârint, ſeptem annorum exilio expiare) fidei orthodoxæ repudium miſiſſe: ſibi verò ad orthodoxiam reverſis pœnæ loco fuiſſe injunctum, ut quidam turpem illam apoſtaſiam exilio eluerent, tótque annos viverent extorres, quot infideles ante fuiſſent: ſorte verò hanc ſe pendere multam. Atque hi ἀταξίαν obſervabant Chriſtianam, qui etſi abjectis & laceris tegerentur veſtibus, in-*

ſtru-

ſtructi tamen erant auro, argento & gemmis. Aſuis etiam ex patria ipſa (quam Zeugitanam, id eſt, Africam propriam fuiſſe quidam volunt) tantum accipiebant pecuniæ, quantum viatico ſatis erat, neque cuiquam moleſti eſſe cogerentur. Publicis etiam ſalvi conductis literis muniebantur à Papa, Sigismundo Imperatore, aliísque Principibus: finitis verò peregrinationis annis ad ſuos redierunt. Quibus deinde manipulus latronum, Cingarorũ nomine, ſucceſſit, &c. Quæras hinc, *fuerint ne cingari chriſtiani, & ſi, cui confeſſioni addicti?* Iudico ego, Cingaros, vel Zabæos, vel Tartaros fuiſſe, & quidem reliquias exercitus Tamerlanici, qui ad Europę fines graſſatus manipulo huic facilem in Germaniam dedit tranſitum. A fece autem illa profana quæ ſacra expectes? Habuerunt fortè obſcura quædam veſtigia Chriſtianiſmi jam ante, ut monuimus ſec. 13. pag. 519. à Tartaris recepti, cui deinde, ut ne à Chriſtianis Europæis opprimerentur, pœnitentiæ publicæ affinxerunt prætextum. Cætera enim, quæ de Majorum apoſtaſia garriunt λῆροι καὶ λόγοι ſunt.

VI. Hæc de *Oriente*: In *Occidente* conſideramus ſtatum *Scholaſticum, Monaſticum*, & *Eccleſiaſticum*.

VII. Ad *Scholaſtici* ſtatus examen per-

pertinent 1. [a] Academiæ, earum [b] incrementa & [c] authoritas, ſeu privilegia. 2. [d] Bibliothecæ. 3. [e] Typographia, [f] novum & inſigne literas [g] promovendi compendium. 4. Studia [h] Theologica, [i] Juridica, [k] Philoſophica, [l] Philologica & [m] Linguarum. 5. Ortus [n] magnorum virorum, futuræ Reformationis Prodromorum. 6. Conatus [o] quorundam literarum ſtudia promovendi laudabilis.

[a] Hoc enim ſeculo fundatæ ſunt Academiæ non paucæ celeberrimæ 1. *Lipſienſis* an. Chr. 1409. 12. Novembr. Cùm enim Germani aliarumque nationum Doctores & Scholaſtici, relicta Praga, Lipſiam confluxiſſent, nata hinc fuit occaſio erigendæ Academiæ, quæ Colonia quædam Pragenſis eſſet. 2. *Roſtochienſis*, quæ ſumſit exordium 12. Nov. an. Chr. 1429. *Krantz.* & *Chyt.* Iohannes & Albertus Duces Megalopolitani, cum Senatu urbis Roſtochienſis, Academiam fundant. Coloniæ ex Erfurtenſi & Lipſenſi Academia deductæ. Privilegia confert Martinus V. Papa. *Bzov.* an Ch. 1419. S. 26. & *Calviſ.* Mox tamen Roſtochienſes cives ſeditioſi ſenatum urbe ejiciunt, & eam ob cauſam non ſolùm proſcribuntur, ſed etiam excommunicantur Academici, ut excommunicatorum converſationem fugerent, abeunt Grypswaldium, ibique

toto quinquennio manent,doneceres componeretur; *Id* a.Ch.1436. 3.*Lovanienſis* cujus incunabula referuntur ad a.Ch.1427.10.Septemb Primò autem Iohannes, Brabantiæ Dux facultatem docendi Theologiam non obtinuit à Martino V. ſed ab Eugenio poſtea,ſucceſſore. *Bzov*.a.Ch.1425.S.20. De cujus facie & adminiſtrationis forma agit a.Ch. 1427.S,34.& deinc.4.*GripsVValdenſis*,cujus initium oſtenditur 1457.18.Oct.*Beuth.Caſt.* 5. *Baſileenſis*, inſtituta à Pio II.a. Ch.1460. Cal. 6. *Ingolſtadienſis* fundata,juxta quosdam,an. Chr.1420. juxta alios 1472.7.*Tubingenſis* conſtituta ab Eberhardo,Duce VVirtenbergenſi,a.Chr.1477. Primus ejus Rector fuit Nauclerus.Privilegia conceſsit Sixtus.Annal. Suev. Calv. 8. Academiæ *Moguntinæ* author fuit Ditherus de Iſenburg: Calv an. Chr.1475.& 1482. 9. *Friburgenſis* in Brisgoja excitata ab Alberto Archiduce Auſtriæ a.Ch.1460.*Cal.*10.Schola elegantioris doctrinæ *Monaſterii* in VVeſtphalia inſtituitur ab Epiſcopo,ex conſilio Rodolphi Langii.Præceptoribus Murmelio,Cæſario,Buſchio & aliis, ex qua literarum & linguarum ſtudia in Germania ubique ferè propagata ſunt *Chyt.Calv.* a. Ch. 1490. 11. Gymnaſium *Sant. Andreanum* in Scotia à Iacobo I.magno literarum & literatorum fautore erectum; *Bzov*.a.Ch.1413 S.32.

[*b*] Quo pertinet (juxta *Calv*.a.Ch.1401.)complementum Academiæ Cracovienſis,cujus ſupra, ſeculo 14.p.708.meminimus. Neque parum acceſſit literis ex *Collegiis novis*. Sic a.Ch 1420. *Salmanticæ* Collegium Bartholomæi extructum,& ſic Academia

demia aucta eſt. *Marian. Calv. Bzov.* a. Ch. 1420. S. 20. *Hoc anno*, inquit, *Salmanticæ D. Bartholomæi Collegium extruebatur, impenſis Dieghi Anajæ (qui ipſo Conſtantienſis Concilii tempore, voluntate Martini Papæ, Conchonſem Eccleſiam Hiſpalenſi mutârat) amplius vectigalibus attributis, unde Collegæ idoneo numero vitam ſuſtentarent, ad exemplar Bononienſis Collegii, quod ab Egidio Cardinali, Hiſpanis Juvenibus literis informandis conſtitutum, Italica peregrinatione præſens erat contemplatus. Anajæ exemplum æmulati viri Principes tota Hiſpania multa domicilia literis ædificârunt annis ſequentibus, majora in ea urbe tria, Valleſoleti quartum, quintum Compluti: minorum numerus iniri vix poteſt.* Ejusmodi Collegiorum jam antea pridem Angli fecerant initium Acceſſerunt hoc ſeculo Oxonii ſequentia: *Lincolnienſe* 1420. *Omnium animarum* 1437. *Magdalenæ* 1459. *Cantabrigiæ* verò *Collegium Regium* geminum, Regis Henrici VI. a. Ch. 1441. Reginæ, Margarethæ Andegavenſis 1448. *Aula Catharinæ* 1475. & Collegium *Ieſu* 1496. *Ethonienſe*, prope arcem VVindeſorinam regia authoritate fundatum eſt an. Ch. 1443. *Bzov.* S. 19.

[c] Quæ longè maxima fuit, Academiæ præſer-

tim *pariſienſis* Bzov.a.Ch.1402.S.17. *Præter hos, quos numeravi, Ludovicus Aurelianenſis Avinionem hoc anno venit, laturus opem Petro; quam Schola Pariſienſis dignitate amovendum magnopere curabat. Magni ſiquidem nominis & authoritatis per id tempus Schola ipſa habebatur, ita ut Scholaſticum offendiſſe piaculum eſſet. Inter itaque multas ſimultates, cùm res tota Francorum ad civilem diſcordiam inclinaret, nemo non ferè ſtudebat Scholæ favorem atque benevolentiam ſibi comparare: eò melior æſtimandus, quò literatorum auctoritate majore niteretur. Erat ergò Pariſianis Scholaſticis per hos dies plurimum nominis atque æſtimationis. Enimverò dum ad divam Catharinam, quæ Scholaſticorum appellatur, ſupplicationem haberent, quidam ex familia Caroli Savoſii aurati equitis equo per lutum vectus, unum ex Scholaſticis luto inquinavit: quem protinus ira fervens Scholaſticus luto percuſſit. Ad vociferantem ſervum, cum reliqua Savoſii familia armis inſtructa procurreret, Scholaſticos inſectans, cùm ad Eccleſiæ veſtibulum ſucceſſiſſet, neſcio*

ſcio quis ſagittam temerè ad majorem uſque aram, dum ad rem divinam ſacerdos ſe pararet, emiſit. Hanc injuriam Scholaſtici ulciſci properantes ita apud Judices egerunt, ut Savoſii ædes, unde familia prodierat ſolotenus diruerentur, ipſe verò exularet. Et a. Ch. 1403 S. 21. *Tanta Scholæ Pariſienſis fuit authoritas, ut cùm Lutetiæ hoc anno Guilelmus Tigovilla Præfectus Mercatorum duos Scholaſticos, Ligerium Normannum genere, & Oliveriũ Britonem patibulo addixiſſet, coactus fuerit illos ſuſpenſos refigere, oſculari ac reddere Scholæ ad Maturini, ubi honorificè fuêre ſepulti.* Atque horum Scholaſticorum etiamnum ſepulchrum in porticu B. Maturini Pariſienſis cum Epigrammate viſitur. *Paral. Vrſp.* p. 373. Ejusdem meminit & *Eſpencæus* tract. de trib. liliis Francicis, & *Middendorp.* lib. IV. de Acad. ubi de Pariſienſis Scholæ authoritate & privilegiis fuse agit. Qua quidem licentia ita Scholaſtici intumuerunt, ut Hugo Ambriotus Pretor, vel juxta alios, Præſes Pariſiorum Baſtildum ad D. Antonij portam, munitiſsimum propugnaculum, & Pontem D. Michaëlis extrui curârit, cum ponticulo & Caſtello ad propulſandos Scholaſticorum noctu vagantium impetus *Gaguin.* l. 9. *Geneb.* an. Ch. 1407. Sed & dijudicandis controverſiis multum deferebatur Scholæ Pariſienſi. A. D. 1407. ſcribit author

*Paral.Vrſp.*p.372 *in tanta authoritate fuit, ut Benedictum XIII. Papam Avinionis ſedentem dignitate amovendum magnopere contenderet. Inter multas ſimultates, cùm res tota Francorum ad civilem diſcordiam inclinaret, nemo non ſtudebat ferè Scholæ favorem atq; benevolentiam ſibi comparare. Hinc, cùm diſcordiis Gallia vexaretur ab Aurelianenſi & Burgundiæ ducibus, ipſe etiam Rex Eccleſiam per ſchiſma diviſiſſet, pro eo eradicando Schola Pariſienſis plurimùm laborabat.* *Bzov.*an. Ch. 1403. S. 21.

[d] Hoc jam Seculo Pontifices fuiſſe ſcribunt, qui de Bibliothecis augendis ſeriò cogitârint. Vaticanæ author habetur Nicolaus V. *Geneb.*pag. 721. Idem, ut *Aeneas Sylvius* teſtatur, 3000. voluminia in illam condidit. Sed & *Middend.*Academ. lib. 3. p. 619. refert, Nicolaum V. per univerſam ferè Europam miſiſſe viros in omni artium genere præſtantiſsimos, qui veterum ſcriptorum libros conquirerent, reſtituerentque, & quinque ducatorum millia promiſiſſe, qui D. Matthæi Apoſtoli Evangelium Hebraicum adferret. Illicium fortè fuit, quo tot brevi deinceps tempore ſub Matthæi nomine Evangelia Hebraica fuerant cuſa & venditata. De *Sixto IV.* commemorare pergit, *eum Bibliothecam Palatinam in Vaticano toto terrarum orbe celebrem, advectis ex omni Europa libris, con-*

ſtru-

ſtruxiſſe, certóſque proventus, unde cuſtodes & librarii Latini, Græci, Hebraici, menſtrua ſalaria, quibus ali poſſent, haberent, libríque alii emerentur, aſsignavit. Carmelitarum *Londinenſium* Bibliothecam cæteras multis poſt ſe reliquiſſe paraſangis, ex Lelando habet *Bal.* p. 571. Auguſtiniani etiam, autore Iohanne Lovve, Bibliothecæ ibidem fecerunt initium, *Bal.* p. 575. Iohannes Tipitotus, Anglus, Italiæ Bibliothecas ſpoliâſſe dicitur, ut pulcherrimis Bibliorum monumentis exornaret; *Id.* p. 621. Sed & *Archipalatina Heidelbergenſis* Bibliotheca ad hoc ſeculum refertur. Hiſtoriam, quæ & Academiæ ſtatum deſcribit, ex Clar. *Altingi*, Hiſtoria Palatina Mſc. p. m. 6. αὐτολεξεὶ depromam. Factum eſt an. Chr. 1477. ut Philippus Eelector Palatinus de reſtauranda Academia Heidelbergenſi ſolicitus, quę viris doctis & clariſsimis ab initio erat nobiliata, *VVeſſ.* *um* ad profeſsionem Theologicam Heidelbergam vocârit, quò quidem ipſe, obſequendi voluntate, profectus fuit, ſed in colloquium veniens cum Theologis, intellexit, non patere ſibi aditum ad eam, niſi antea ordinem aliquem ſacrum capeſſeret. Quod cùm averſaretur, ac ne primam quidem tonſuram admittere vellet, relictà cathedrâ Theologicâ, ad Philoſophos contulit; & ad tempus, literas Græcas, Hebræas, Latinas & Philoſophiam docuit; atque hac profeſsione, prima quaſi ſementa jecit purioris doctrinæ, non diſsimulans, quid in recepta formulà confeſsionis & cultús deſideraret. Sed eò

digreſſo genitus eſt ejus diſcipulus *Rodolphus Agricola*, ex agro Groningano Omlandico, in vico urbi vicino natus, qui, hoc præceptore, non tantùm bonas literas didicit, ſed etiam, ex prima iſta inſtitutione ſyncere pietatis ſemina hauſit, & in humanarum literarum ſtudiis longiùs progreſſus eſt quin etiam inprimis Eloquentiæ ſtudium eóusque provexit, ut parem non haberet, & oſtendit uſum Dialecticæ, Rhethoricæ, Eloquentiæ accommodatum, ut de aliis ejus dotibus, & præclara eruditione nihil dicam Is uti peregrinationibus delectabatur, ſic pleraſque Belgii, Germaniæ, Galliæ, Italiæ Academias peragraverat, & immenſum eruditionis theſaurum ſibi comparaverat, jam tum inter literatos non tantùm eminens, ſed etiam elucens: unde factum, ut certatim à maximis Principibus, Epiſcopis, Rebuspublicis expeteretur, quibus tamen, quòd peregrinationibus gauderet, ut ſe addiceret, adduci non potuit. Factum autem eſt, ut cùm Ferrariæ ageret, & doceret, haberet duos diſcipulos nobiles, Iohannem Camerarium, Dalburgium, & Theodoricum Pleningerum quem ipſe Plinium, ſimilitudine quadam appellare ſolitus eſt. Hi reverſi in aulam florentiſsimam Palatinam aſciti, & ad ſummos honores evecti ſunt. Dalburgius quidem, Cancellarius Electoris, & poſt Epiſcopus VVormatienſis ſic tamen, ut maneret Cancellarius; Alter autem conſiliarius è ſecretioribus electus eſt. Hi cùm domi eſſent, uſuri privata inſtitutione, & converſatione ejus ad formandum ſtylum inprimis, id egerunt, ut ſub an. 1482. Heidelber-

bergam vocaretur, & licèt jam Dalburgio, jam N.N. cohabitaret, tamen & in aula Electoris conſiliis, & in Academia profeſsioni adhibitus fuit, cùm enim vir doctus & prudens eſſet, qui totum ſcientiæ orbem ingenio ſuo complexus erat, putavit Elector, vix alium tutiùs deliberationibus graviſsimis adhiberi poſſe; quem cùm obſervaret in dicendis ſententiis, non tantùm ſubinde adſpergere flores, ſed & integras hiſtorias. ut ipſe Elector amans erat hiſtoriarum, & juvenis imbutus doctrinâ, non deſiit flagitare ab eo compendium hiſtoricum, complectens breviter Monarchiarum in imperiis, res à principio, ad ſua uſq; tempora geſtas; Babylonicas & Perſicas, ex ſacris, & Herodoto, Græcas ex Thucidide, & Xenophonte, Macedonicas & Syriacas ex Diodoro Siculo, & Polybio; Romanas ex Gentis Romanę Scriptoribus. & Germanicas, ex Germanis; atque hoc compendium Elector pro viatico habuit, & ad ejus lectionem ſubinde recurrit.

In Academia autem *Agricola*, inprimis ſtudium Eloquentiæ in Cicerone, & Demoſthene excitabat, & formabat ſtylum & orationes ſtudioſæ juventuti, deinde interpretabatur Logicam, & Phyſicam, inprimis hiſtoriam animalium Ariſtotelis. Et cùm uſu receptum eſſet, ut in diſputationibus profeſſores aſsidentes & audientes etiam interfarentur, & calculum adderent, ratiſsimè, prout res poſtulare videbatur; ipſe, ſæpe rogatus, expoſuit ſuam ſententiam in omni doctrinæ genere, non tantùm Philoſophico, Medico, Iuridico, ſed etiam

Theologico. Et memorant Scriptores veteres, quòd cùm aliquando inter Philoſophos & Iuridicos ſuborta eſſet controverſia, de hoc axiomate: *Evangelium non ſervat, qui non ſervat canones, ſynodos*; ipſe ſe interpoſuerit, & data interpretatione, *de illis canonibus intelligendum eſſe, quibus dicuntur articuli fidei, conditi, contra Arrium Macedonium, Eutychen, Neſtorium & alios, absque horum enim fide, neque fidem Evangelij ſartam, tectamque eſſe poſſe; aliam autem eſſe rationem eorum, qui ceremonias, ritus, ſeu res indifferentes, & gubernationem Eccleſiæ ſpectant, utpote qui, ut humanæ eſſent conſtitutionis, ita conſcientias haud obligare*. Quô factum, ut paulatim circa doctrinam, & humana præcepta illuceret facula melioris ſensûs Auditoribus; ſicuti poſtremis annis ad ſtudium Theologiæ ſe contulit, ex ſacris literis, tanquam Dei tabulis, ipſius mentem, & ſacrorum dogmatum ſenſa indagavit. De plerisque doctrinæ capitibus id planè ſentiens, quod præceptor & popularis *VVeſſelus* de iiſdem ſenſerat. De quibus, cûm liberè ad alios in Aula, & Academia diſſereret, factum eſt, *ut horum animi paulatim melioribus principiis imbuerentur, & diſcuſſis erroribus poſt liminio veritas reduceretur, & rediret*. Sed non fuit ei longa & vitæ,

tæ, & converſationis uſura Heidelbergæ. Cùm enim in quartum uſque annum iſthic vixiſſet an. Ætatis 42. qui fuit Chriſti 1485. anno declinante, è vivis exceſsit. Sed interea, quæ ad Reformationem ſuo tempore contulit inchoandam, illud tacendum non eſt, quòd non modò, Epiſcopo Dalburgio Cancellario Palatino, verùm etiam ipſi Electori Philippo author fuit *condendæ & colligendæ Bibliothecæ*, & in eam contrahendi quicquid meliorum authorum, in Palatinatu, Germania, & in Italia haberi potuit. Idémque Epiſcopus VVormatienſis obſecutus tam ſalutari conſilio, comparavit Bibliothecam in uſum Epiſcopatûs ſui N translatis eo libris Monaſterii N. quo quidem vix aliud, in tota Germania bonis authoribus fuit inſtructius, adjectis libris aliis bonis. Et huic etiam Bibliothecæ donavit, quicquid ipſe ſuppellectilis librariæ habebat, & in ea *Quintilianum propria ſua manu deſcriptum* (libros illius Bibliothecæ, & ſimul etiam hunc Quintilianum ante annos 20. ſcilicet Chriſti 1620. & in collegio Sapientiæ manu mea excepi; atque etiam ex communi incendio eripuiſſem, niſi veritus fuiſſem, ſi in ſuppellectili mea reperiretur liber antiquus, etiam mea peſſum irent, & ego plagiarius haberer.) Elector autem Palatinus, idem conſilium ſecutus ſimiliter & locum Bibliothecæ deſtinavit; & dante Deo, quotquot boni authores atque probati, penes ſe & Academiam habebant, tum etiam ex Italia coëmi curavit, ac aliunde, qui huic inſtituto ſervirent, ut deinde ad eruditionem adſpirantibus non deeſ-

ſent,

ſent, neceſſaria doctrinæ inſtrumenta. Quæ Bibliotheca ab his principiis ita paulatim ſuccrevit, in eam amplitudinem & celebritatem, ut inſtructior & major non haberetur, ſed cujus maxima pars in lamentabili urbis, Academiæque direptione à Duce Bavariæ Leoni XVI donata, & Romam translata eſt, ubi etiamnum aſſervatur.

[e] De Typographiæ origine varia ſunt ſcriptorum judicia: *Iacobus Mejerus* lib. 16 annal. Fland. an. Ch. 1440. *Johannes Guttenberg Argentinenſis primus invenit artem impreſſoriam, quam Latiniores excuſoriam vocant, in urbe Argentinenſi. Inde Moguntiam veniens eandem feliciter complevit. Interim Johannes Mendel (alii Mentel vocant) eandem artem Argentinæ exercens, factus eſt brevi opulentiſſimus. Huic ſucceſſere Adolphus Ruchius, & Martinus Flachus, Sixtus Ruſinger Argentinus Neapoli, an. Ch. 1471. libros quomodo imprimi poſſent, monſtravit, Ferdinando Regi ob id factus chariſſimus. Per idem tempus VValdricus Haen, id eſt gallus gallinaceus hoc divino opificio rem literariam ex inopia ad ingentem ubertatem perduxit. Formas enim librarias, ſcribit* Wimphelingus, *rem inauditam, nec unquam Romanis viſam Romam attulit. Atque in hunc*

hunc Antonius Campanus hunc in modum eſt jocatus:

Anſer Tarpeij cuſtos jovis, unde quòd alis
Conſtreperes, Gallus decidit, ultor adeſt.
Vlricus Gallus ne quem poſcantur in uſum
Edoccuit pennis nil opus eſſe tuis.

Ita de ortu nobiliſsimæ, hujus artis etiam alii: *VVimpheling.* Epit. rer. Germ. c. 65. *Naucler.* Gen. 49. pag. 282. a. *Autor Faſcic. temp.* p. 89. b. *Vrſperg.* Paraleip. p. 403. *Hoſp.* de orig. error. pag. 102. *Alii* (pleroſque ita ſentire ſcribit *Geneb.* p. 720.) volunt, Iohannem Fauſtium primùm Moguntiæ inveniſſe. *VVimphelingius* in Catalogo Epiſcoporum, putat, *Argentoratenſem civem incompletè inveniſſe, deſcendiſſe verò Moguntiam, ad alios quosdam in hac arte inveſtiganda laborantes, ductu cujusdam Johan. Gensfleiſch ex ſenio cæci, in domo boni montis,* zum Guttenberg; *in qua completa eſt hæc ars. At præſente urſo non opus eſt quærere veſtigia, ut habet proverbium. Not. ad Paral.* Vrſp. l. cit. Paulò aliter *Avent.* annal. l. 7. p. 832.

Quidam Gallis hoc loco multum tribuunt. Ita *Campanus* & alii nonnulli, decepti procul dubio, quòd exiſtimarent Huldricum cognom. *Han*, natione Gallum fuiſſe. Germanis enim hanc deberi laudem Hendecaſyllabo *Beroaldus* expreſsit:

O Germania muneris repertrix,

Quo

Quo nil utilius dedit vetuſtas,
Libros ſcribere quæ doces premendo.

Vide *Naucl. Vrſp. VVimphel.* loc. cit.

Alii, Harlemenſibus ingenii hunc fætum vendicant *Andr. Ro.* Theat. urb.

Sunt, qui conciliant, & Harlemum artis matrem, Moguntiam verò altricem, ſeu nutricem conſtituunt. Ita *Matthias Pictor* lib. 4. Geograph. enarrat, c. 34. & 38. apud *Middend.* l. V. p. 283. De uſu horum typorum varii varié. Plena laudis res boni omnibus videtur, aliis ſecus. Nobis judicium placet celeberrimi *Hoſpiniani* noſtri l. cit. *Ego verò propterea hanc artem è cælo miſſam, adeóque amplectendam, exoſculandam, & extollendam putárim, quod in nulla alia plus præſidii habeat adverſus Gog & Antichriſtum, Pſeudo-prophetam & Sophiſtam maximum, quippe qua fortius, quàm nullo bellorum apparatu expugnari ac devinci poſſit. Prædixit hoc diu ante Sibylla Erythræa, quæ, ut Auguſtinus teſtatur lib. 18. de civitate Dei Romuli temporibus claruit. Ea enim de noviſsimo ſeculo, & Antichriſti furoribus vaticinans, eum lino tandem perdendum eſſe dixit: Sic enim habet carmen Græcum:*

Αἴλινος ἔκτοτε καιρὸς ὅτι λίνος αὐτὸν ὀλεῖται,
Miſerum inde tempus, quia linum perdet eum.

Pa-

Paratur enim & conficitur illa materia, in qua ſcribimus & libros excudimus, ex lineo panno minutatem contuſo in aquis, & glutino iterum denſato: quam chartam lineam appellant, abuſione veteris nominis, Papyrum. His armis lineis pugnatur contra Gog: his tormentis, ſclopetis, telis, haſtis & gladiis vulnera lethalia ei infliguntur, ut veriſſimum ſit, quod D. Paulus ſcribit: Eligere Dominum infirmas res, & quas mundus vilipendat, quibus alta, firma, præpotentia, inexpugnabiliâque mortalium judicio, & molitiones immanes Satanæ ac mundi, quæ inſurgont adverſus ſcientiam & voluntatem Dei, ſubvertat 1. Cor. 1. *Sunt quidam,* (quos perditiſsimos vocat *Avent.* annal. l. 7. p 832.) *qui dubitant, ſatiusne fuerit hanc artem, uti nunc eſt, habere, an, propter graviſſimos abuſus, nunquam repertam fuiſſe: non expendentes, propter abuſum rei bonæ & utiliſſimæ, non tollendum eſſe uſum legitimum, &c.* Qua de re conſilia extant tum alibi, tum in Dordracêna Synodo edita, quibus ad carceres ſuos Typographia & cancellos revocatur.

[f] Nam quòd Chinenſibus, aliisve Indiæ populis, *Geneb.* p. 720. hanc multi artem aliquot ante ſeculis (ante natum Chriſtum juxta quosdam, vide *Olear.* Itin. Perſ. append. p. 36. a.) innotuiſſe volunt, non videntur attendere ad magnum utrinque

di-

diſcrimen. Neque enim typi illorum ita ex ſingulis combinantur elementis, ut in eadem reſolvi & ad varios edendos tractatus adhiberi poſsint; ſed integræ facies ligno inſculpuntur, quibus tantùm exprimendis, formæ, quas vocant, inſerviunt. Alia ubi volueris, alio opus habes Schemate. Adeò ut eadem ſit ratio Chinenſium typographiæ, quæ ſcripturæ cupro inſculptæ. Vſum illa quidem habet, ſed non compendioſum, unius nempe laminæ cancellis circumſeptum. Sunt enim characteres Chinenſes, numero 60000. ferè Hieroglyphici: Vide *Mandelslo*. p. 20. Specimen noſtrorum typorum primum fuiſſe volunt Auguſtinum de civitate Dei, & Lactantium, ex qua fortè Editione exemplar illud eſt, quod in Bibliotheca Carolina aſſervatur.

[g] Quod nemo facilè auſit negare. Veriſsimum enim eſt illud:

Imprimit ille die, quantum vix ſcribitur anno.

Id quod Campano Aprutino Pontifici tribuit *Aventinus* annal. l. 7. p. 832.

[h] De qua diſtinctè agemus. Occurrit autem 1. *Theologia Biblica*, quæ penè ſorduit. Paucos reperias, qui ςερεὰν illam τροφὴν verbi Dei proponere voluerint. Extant quidem *Dionyſii Rickel* Carthuſiani, *Roberti Roſe*, Carmelitæ, *Bal.* cent. pag. 555. *Iohannis Capgrave*; Id. p. 583. Commentaria in Biblia ſacra: *Paulus* etiam *de Maria* (ita dicebatur ex Iudæo Hiſpano Chriſtianus factus Theologus) Epiſcopus Burgenſis, & Archicancellarius Iohannis Regis Caſtellæ, additiones ſuas ad poſtillas Lyrani an. Chr. 1429 abſolvit; *Geneb*. p. 716. Edita porrò

ſunt

ſunt in Concionatorum ſubſidium *Biblia pauperum* (ſunt loci communes Ethici, ex Bibliis collecti) Bonaventuræ an. Chr. 1490. Quid verò hoc; ſi ad magnum illorum, qui Theologiæ Doctorum ſuperbiebant titulo, conferatur numerum?

II. Theologia *Hiſtorica*. Specimen ejus dedit *Antonius*, Florentinus Archiepiſcopus (mortuus an. Ch. 1459.) opere Hiſtoriarum ſive Chronicorum, excuſo Lugduni & Norinbergæ, per Antonium Koberger an. Ch. 1484. Impia potiùs commenta, quàm aniles fabulas authorem ſæpe ex Legendis conſarcinâſſe vel ea documento eſſe poſſunt, quæ de Dominico commemoravimus P. II. ὁδ[illegible] p. 277. Vnde viri hujus, etſi ἀποθεώσει à Pontifice culti, in multis, ipſos emunctiorum narium Pontificios pudet. Scripta ejus objecta, omni penè autoritate ſpoliantur. Alia olim habita fuiſſe loco, diſce ex *Vincentio Mainardo*, Geminianenſi Prædicatore, qui prolixa tractatione vitam ejus deſcripſit. Artic. 31. ubi ſcriptorum ejus meminit, ait, *Scripta illius à veritate non cadere; vix ullo in pretio Bibliothecam quantumvis nobilem, haberi, quæ Antonini vigilias non habuerit; nullam, quantamcunq; congeriem librorum acervaverit, putare ſe aliquid absq; illius lucubrationibus poſſidere.*

III. Theologia Practica. De qua in genere tenendum eſt. A. *Pleroſq; vel verborum tantùm elegantiam & veneres fuiſſe ſectatos; vel Ariſtotelem cum Moſe*

miſcuiſſe, vel ſuperſtitione potiùs, quàm veræ religionis cura auditorum animos imbuiſſe. De *illis* loquitur prolixè *Malleolus* noſter, cujus teſtimonium repeti poteſt ex *Anal.*P.1.pag.53. Ex quorum etiam numero fuit Cherubinus Franciſcanus, de quo *Bzov.*an. Ch.1484 S.28. *Cherubinus Spoletanus magnum in concionibus plauſum, ſed non fructum fuerat conſecutus. Accidit aliquando ſuggeſtum conſcenſuro, ut, benedictionis obtinendæ cauſa, Fratrem Johannem Lucenſem ſui inſtituti profeſſorem convenerit. Ibi vir venerandus, hominem loquaculum & per floſculos dicendi auram popularem captantem, acriùs corripiens, ad puritatem ſimplicitatémq; ſermonis, qua vel ſola peccatores converterentur, hortatus eſt; dicens cum Paulo Concionatorum Magiſtro, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, neq; in ſublimitate ſermonis ſed in oſtenſione virtutis, totum prædicationis genus conſiſtere. Hanc*, ait, *Bzovius, admonitionem tam profundas egiſſe radices, ut modum illum dicendi priorem prorſus dedidicerit.* Vbi verò ejus potiſsimum πάθω fuit ocupata: *Sacroſanctæ*, inquit, *Euchariſtiæ cultum præ cæteris depangebat. Unde ab ejus concionibus ea de re inſti-*

ſtitutis major devotio ubique in populis: ex qua proinde major liberalitas ac propenſio in venerationem ejus Myſterij, dum ſervando quidem, vel deferendo ſanctiſſimo Sacramento, fercula ex auro & argento conficerentur, lampades appenderentur, cerei perpetuò lucerent, homines gregatim cum faculis accenſis illud comitarentur, quoties vel in ſupplicationibus, vel ad infirmos circumferretur: Sodalitates ſub ejusdem nomine inſtituerentur, & ſupplicationes una menſium ſingulorum Dominica obirentur. Hæc Cherubinus requiſivit à manibus ſuorum Auditorum, ſed ubi vel Chriſtus, vel Apoſtoli? Scribit *Bal.* Cent. 7. p. 534. occaſione Iohannis Vurotham Carmelitani, concionatoris, *Communi Rabbinorum hujus ſeculi malo Ariſtotelem verbo Dei fuiſſe mixtum.* Cacoethes, & vulgatum eorum errorem, qui declamatoriè ad oſtentationem doctrinæ, in Eccleſia verba faciunt, memorabili motus exemplo, taxat *Bzov.* a. Ch 1463. S. 1. de quo paulò inferius in Theolog. *Elenchti.*

B. *Practicorum Theologorum nomine non eos modò à nobis intelligi, qui φερωνύμως tales erant, ſed qui eo loco in Papatu habebantur, etſi ſtentores potius fuerint & hypocritæ.* His præmiſſis ad Catalogum eorum, qui hoc doctrinæ genere excelluerunt, accedimus. Ag-

miſcuiſſe, vel ſuperſtitione potiùs, quàm veræ religionis cura auditorum animos imbuiſſe. De *illis* loquitur prolixè *Malleolus* noſter, cujus teſtimonium repeti poteſt ex *Anal.* P. 1. pag. 53. Ex quorum etiam numero fuit Cherubinus Franciſcanus, de quo *Bzov.* an. Ch. 1484 S. 28. *Cherubinus Spoletanus magnum in concionibus plauſum, ſed non fructum fuerat conſecutus. Accidit aliquando ſuggeſtum conſcenſuro, ut, benedictionis obtinendæ cauſa, Fratrem Johannem Lucenſem ſui inſtituti profeſſorem convenerit. Ibi vir venerandus, hominem loquaculum & per floſculos dicendi auram popularem captantem, acriùs corripiens, ad puritatem ſimplicitatémq; ſermonis, qua vel ſola peccatores converterentur, hortatus eſt; dicent cum Paulo Concionatorum Magiſtro, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, neq; in ſublimitate ſermonis ſed in oſtenſione virtutis, totum prædicationis genus conſiſtere. Hanc,* ait, *Bzovius, admonitionem tam profundas egiſſe radices, ut modum illum dicendi priorem prorſus dedidicerit.* Vbi verò ejus potiſsimum πάθω fuit ocupata? *Sacroſanctæ,* inquit, *Euchariſtiæ cultum præ cæteris depangebat. Unde ab ejus concionibus ea de re inſti-*

ſtitutis major devotio ubique in populis: ex qua proinde major liberalitas ac propenſio in venerationem ejus Myſterij, dum ſervando quidem, vel deferendo ſanctiſſimo Sacramento, fercula ex auro & argento conficerentur, lampades appenderentur, cerei perpetuò lucerent, homines gregatim cum faculis accenſis illud comitarentur, quoties vel in ſupplicationibus, vel ad infirmos circumferretur: Sodalitates ſub ejusdem nomine inſtituerentur, & ſupplicationes una menſium ſingulorum Dominica obirentur. Hæc Cherubinus requiſivit à manibus ſuorum Auditorum, ſed ubi vel Chriſtus, vel Apoſtoli? Scribit *Bal.* Cent. 7. p. 534. occaſione Iohannis Vurotham Carmelitani, concionatoris, *Communi Rabbinorum hujus ſeculi malo Ariſtotelem verbo Dei fuiſſe mixtum.* Cacoethes, & vulgatum eorum errorem, qui declamatoriè ad oſtentationem doctrinæ, in Eccleſia verba faciunt, memorabili motus exemplo, taxat *Bzov.* a. Ch. 1463. S. 1. de quo paulò inferius in Theolog. *Elencht.*

B. *Practicorum Theologorum nomine non eos modò à nobis intelligi, qui Φερωνύμως tales erant, ſed qui eo loco in Papatu habebantur, etſi ſtentores potius fuerint & hypocritæ.* His præmiſsis ad Catalogum eorum, qui hoc doctrinæ genere excelluerunt, accedimus. Ag-

men ducit *Iohannes Geyler Keiſerſperg*, qui concionator templi Argentinenſis factus eſt an. Chr. 1478. Concionum & Theologiæ ipſius ſummam habet auth. *Cat. Teſt. Verit.* l. 19. p 895. *Invehitur*, inquit, *ſubinde in ſuis ſcriptis in corruptiſsimum Prælatorum ſtatum. Accuſat eos, quòd ſint indocti & in honeſti, ſintq́ cauſa omnis mali in populo. Dicit eos pravos ſucceſsiſſe prioribus prælatis, qui olim boni & veluti ſepes quædam Eccleſiæ fuerunt. Quare jam ipſorum culpa prodi & diſsipari Eccleſiam. Monachos verò nigros ſolitus eſt appellare Diabolos, albos matrem ejus: pullos de utroque mixtos, ac ob id eos parum æquos habuit. Arguit & Romanam Eccleſiam erroris non ſegniter. Audio quoque, ſolitum in publicis concionibus hanc quæſtionem proponere; Qui ſunt illi homines, qui incedunt raſi, ſicut moriones, tecta facie, ſicut infames; & fune vincti ſicut fures? & poſtea ſibi ſubjicere: Sunt Monachi Franciſcani. Sæpe dicitur ſolitus queri, corruptam eſſe religionem, ac prædicere venturum quendam divinitus excitatum, qui eam inſtrueret. Optavitque videre diem illam, & eſſe ejus diſcipulus. Improbavit damnationem Veſalii,*

lii, dixitque invidia Monachorum damnatum. Scripſit Naviculam ſtultitiæ, & pœnitentiæ: Conciones ſunt ad plebem habitæ, in quibus multa omnino ſunt, quæ virum meliori ætate dignum produnt. Magnæ ubique parrheſiæ; ſed & fermenti Papiſtici circa doctrinam non pauca reperias veſtigia: collega ejus fuit *Iohannes Krutzer*, Theol. Profeſſor. *Vrſp.* Paral. p. 434.

2. *Iohannes Capiſtranus* a. Ch. 1451. à Pontifice ex Italia in Germaniam miſſus, paſsim in urbibus concionari cępit: Taxavit luxum in veſtitu, cibo & potu, luſorum aleas, teſſeras, tabulas atq; chartas magno numero congeſtas & coacervatas publicè cremavit, & populum ad expeditionem in Turcas animavit. *Fabric. Buchh.* & plenius *Vrſp.* Paral. p. 407. Fuſiſsimè autem *Bzov.* an. Chr. 1459. S. 15. 1451. S. 16. ubi ejus ad Bohemos miſsio, ſed irrita; S. 26. 28. Honorificè autem excipitur à Polonis an Chr. 1454. S. 9. Prælio Turcico intereſt 1456. S. 2. & S. 7. vitam ejusdem ſcribit.

3. *Iohannes de VVeſalia* Groningenſis, concionator VVormatienſis, multa Papæ & Papatui contraria docuit Vnde cùm à communi ſententia recederet; De indulgentiis jejunio & aliis articulis aliter, quàm Scholæ traderent, doceret, ab Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis Moguntiæ damnatur. Dignum eſt hoc drama, ut totum ab illis, qui præſentes fuerunt, αὐτολεξεὶ mutuetur. Ita illud habet ex *Paral. Vrſp.* p. 419. Sub Diethero de Iſenburg, effectum fuit per Iuriſconſultos, & curiæ Romanæ

fautores, ut Iohannes de Vueſalia, probatiſsimæ vitæ Theologus, concionator VVormatienſis, examinaretur. *Quoniam de mandatis Apoſtolicis, de Jejunio, de indulgentiis, ut videbatur, minùs juſtè ſentiret.* Paradoxa hæc ferebantur à quibusdam Thomiſtis, ex illius concionantis ore fuiſſe excepta, mox damnata per M.N. hæreticæ pravitatis inquiſitores M.N. Gerhardum Elten de Colonia, & M.N. Iacobum Sprenger. An. Domini MCCCCLXXIX. Moguntiæ.

Paradoxa D. Johannis de VVeſalia, ſacrarum literarum Doctoris, ac concionatoris VVormatienſis, quæ feruntur à quibusdam Thomiſtis, ex illius concionantis ore fuiſſe excepta, mox damnata per magiſtros noſtros, Gerhardum Elten de Colonia, & M.N. Jacobum Sprenger, A. Domini M.CCCCLXXIX. Moguntiæ.

I. *An Prælati habeant authoritatem inſtituendi leges?* Reſpondeo, quòd non: quia Chriſtus in Evangelio dicit diſcipulis ſuis: Euntes in univerſum mundum &c. Ecce commiſit prædicare Evangelium: ergo non debent, nec poſſunt novas leges facere: ſed debent ad hoc inducere, ut ſervent fideles Evangelium: Item docete omnia, quæ mandavi vobis. II. *Omnes Chriſtiani, quantumcunque docti & ſapientes, non habent authoritatem exponendi verba Chriſti. Quis vellet dicere* in-

inter homines mentem Chriſti, quam ipſe prætendit in ſuis verbis, niſi ipſe ſolus? III. *Quare oculati expoſitores, exponendo comportant textus, unum exponendo per alium.* IV. *Indulgentias nihil eſſe credit.* V. *Gloſſæ non credit.* VI. *Doctorum ſcriptis, etiam ſanctorum quantumcunque non credit.* VII. *Mandata Eccleſiæ non ligant ad peccatum.* VIII. Adveniat regnum tuum &c. ibi non petimus regnũ cœlorum, quia illud non venit ad nos. IX. *Raro reperio, vel non duos literatos unanimes, etiam in fide, nullus tenet mecum, demto Evangelio, ubi omnes ſumus concordes.* X. *Deus ab æterno condidit librum, in quem ſcripſit omnes ſuos electos: quicunq; autem in eo non eſt ſcriptus, nunquam inſcribetur in ipſum in æternum: Et qui in eo ſcriptus eſt, nunquam ex eo delebitur.* Absque ſpecificatione dixit, unde ſimplices occaſionem mali, ſeu malum ſumpſerunt. XI. *Solâ Dei gratiâ ſalvantur electi.* Et quem Deus vult ſalvare, donando ſibi gratiam, ſi omnes ſacerdotes vellent illum damnare, aut excommunicare, adhuc ſalvaretur ille. Et quem Deus vult damnare, ſi omnes presbyteri, Papa, & alii vellent hunc ſalvare, adhuc iſte damnaretur. XII. *Quòd timeat,*

quòd noſtri doctores malè, fictè, & falsè exponant ſacram Scripturam. XIII. Si nullus unquam Papa, fuiſſet, adhuc ſalvati fuiſſent hi, qui ſalvati ſunt. Et quòd Papa & Epiſcopi, & Sacerdotes nihil ſint ad ſalutem, ſed ſola concordia ſufficit, & pax hominum & pacificè vivere. XIV. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, ſic ſcilicet, quòd velit, poteſtatem non eſſe. XV. Si Sanctus Petrus inſtituiſſet jejunium, fortè ideo feciſſet, ut eò melius piſces ſuos vendidiſſet. XVI. *Chriſtus nunquam inſtituit aliquod jejunium, nec prohibuit quemcunque cibum, quocunque die, ſicut carnes.* XVII. *Sacrum oleum, ſicut aliud oleum, quod comedis domi in offa.* XVIII. *Chriſtus nullum feſtum præcepit celebrare.* Item: *Nullam orationem docuit, niſi dominicam: neque mandavit Sacerdotibus canere, vel legere ſeptem horas Canonicas, jam longas, jam breves matutinas: Sic miſſa jam eſt gravata in Chriſtianitate. Dum enim beatus Petrus legeret miſſam, præmiſſo ſolo Pater-noſter conſecravit, & ſe & alios communicavit, tunc totum fuit expeditum: nunc verò oportet ſacerdotem ſtare in miſſa ad horam vel ultrà, ſuſtinendo frigus, quod noceat ei ad annum vel ampliùs.*

pliùs. Et ſic homo interimit ſe ipſum. XIX. *Sancta Eccleſia non inſtituit jejunium: neque tempore ſeptuageſimæ interdixit celebrare nuptias.* XX. *Si quis confiteatur, injungitur illi ardua pœnitentia, ut peregrinetur Romam, vel ad alia remotiora loca, ſtrictum jejunium: quòd dicat multas orationes; Quod Chriſtus non fecit, ſed ſolùm dixit: Vade, noli amplius peccare. Sic gravata eſt Chriſtianitas, per humanas leges & conſtitutiones.* XX. Scriptura Sacra non dicit, Spiritum Sanctum procedere à Filio. XXII. *Peregrinantes Romam fatui: ſunt quia hic inveniſſent & obtinuiſſent, quod alibi quæſierunt.* XXIII. In ſymbulo fidei, circa illum articulum, ſanctam Eccleſiam: ego non pono Catholicam, neque, Hieronymus ponit: quia Catholica, eſt univerſalis: ſed univerſalis congregatio omnium baptizatorum non eſt ſancta, ſed major pars reprobata. Sed fortè quidam appoſuit, & poſtea venit in conſuetudinem totius multitudinis. Alſo gehet es zu in der Chriſtenheit.

Examen Magiſtrale ac Theologicale Doctoris Johannis de VVeſalia, Concionatoris VVormatienſis, præſidentibus Magiſtris noſtris, Hæreticæ pravitatis in

quiſitoribus, M.N.Gerhardo Elten, Jacobo Sprenger, de ordine Prædicatorum.

Anno Domini M CCCCLXXIX. Reverendiſſimus Præſul Moguntinus, Dietherus Iſenburgius, miſit literas ad univerſitatem Heidelbergenſem, & Colonienſem, *inſtigantibus, imò cogentibus Thomiſtis quibusdam, veritus, ne denuò ab Epiſcopatu ejiceretur*, juſſu Romani Pontificis, quod commeruerat ante levibus verbis, Romanorum *in vendendis palliis notatâ avaritiâ*. Et minabantur ei Romani Præſulis iram, quam pridem non tam ipſe fuerat expertus, quàm tota Moguntia, & capta, & direpta, ac à victoribus nullum non contumelarium genus paſſa, (unde ferunt, Pium Pontificem ad Moguntiæ mentionem ſemper ingemuiſſe, quòd jus ſuum tam inſigni damno vindicâſſet) miſit, inquam, literas, ad antedictas univerſitates, pro Theologis examinaturis articulos, M. Iohannis VVeſaliæ, de hæreſi ſuſpectos. Ad quas quidem literas *ego N.N. nomine Univerſitatis* reſpondi.

Itaque feria ſexta, proxima poſt Purificationis, convocatione facta omnium doctorum Heidelbergenſium, & magiſtrorum ſuffraganei, Comitis de VVertheim vicarii, Comitis de Sulms cuſtodis Breitenbach, Macarii, Canonicorum Eccleſiæ Moguntinæ, plebani Francfordienſis, Rectoris Univerſitatis, & Decani Facultatis artiſticæ ſtudii Moguntini, Prælatorum Eccleſiaſticorum, & Doctorum,

rum, Conſulum, Præſulis inclytiſsimi, conſultatum fuit, de modo, ordine, inſtitutione examinis. Et concluſum, quòd M. N. VVeſalia jusjurandum facere deberet, quòd præſentare & tradere *vellet omnes tractatus, opera, ſcripta ſua qualiacunq;, quæ condidiſſet, ut per proprios ſermones vinceretur.* Qui autem ab eo juramentum reciperent, deputabantur Comes de VVertheim, Michael Heim, fiſcalis Epiſcopi, Decanus S. Victoris, Iohannes Fauſt, & notarius. Adjungebatur, quòd Doctores Heidelbergenſes, cum tribus aliis, ſcilicet Macario, Decano S. Victoris, & quodam alio perſpicerent tractatus ejus, errores excerperent, dearticularent. Tempore intermedio, advenerunt Doctores Colonienſes Religioſi, M. N. Gerhardus Elten inquiſitor, & M. N. Iacobus Sprenger, ordinis Prædicatorum. Inter quos libelli dividebantur, ut quivis perlegens turpes errores extraheret, in quibus de hæreſi ſuſpectus judicaretur. Sabbato Doctores Heidelbergenſes, & Colonienſes, articulos excerptos Archiepiſcopo præſentant, & modum incipiendi, continuandique dicunt. Præſul nihil eorum inſpexit, quia in unum non erant redacti. Præterea cœtus Doctorum reverendiſsimo patri, M. N. Gerhardum, ut inquiſitorem hæreticæ pravitatis obtulit, qui ſuſceptus honorificè, literis teſtimonialibus ſe habere ejusmodi authoritatem, docuit, & probavit. Statutus eſt dies, hora, locus examinis, ad feriam ſecundam apud Minores. Cum quibus in captivitate morabatur Doctor

VVe-

VVeſalia. Deinde unà omnes Doctores & Magiſtri Heidelbergenſes, cum archiepiſcopo prandebant.

Hujus Doctoris de VVeſalia examini, & inquiſitioni interfui ego ipſe, qui hæc ſcribo in Moguntiaco, ſub Archiepiſcopo Domino Diethero de Iſenburgo, qui ad ſe vocaverat Theologos *Heidelbergenſes:* & venerunt Dominus Doctor Nicolaus VVachenheim, ſolus de via, (ut dicunt) Modernorum, Dominus Doctor Heruicus de Amſterdamis, Dominus Doctor Iodocus de Calbo. Ex *Agrippina* vocati ſunt, & venerunt, M.N. Henricus de Elten, ordinis Prædicatorum, inquiſitor Hæreticæ pravitatis, M.N. Iacobus Sprenger, ordinis Pædicatorum, & quidam alius, ejusdem ordinis. Magiſter Iohannes de VVeſalia, longo tempore, gravi morbo laboravit, nihilominus in quirebatur ab eo ſatis fervidé. *Quædam negavit ſe dixiſſe, quadam, ut præ ætate & languore potuit, conabatur interpretari. Et ipſe per ſeſe etiam allegabat ſuam infirmitatem. Dempto ſolo articulo, de proceſſione Spiritus Sancti, in aliis (NB) videtur, non ita gravi cenſura fuiſſe caſtigandus, ſi indutiæ datæ fuiſſent, ſi conſultores ei fuiſſent adhibiti, ſi non omnes, uno ſolo dempto, fuiſſent de via Realium. Et niſi forſitam impetus quidam irrepſiſ-*

repſiſſet in religioſos, triumphandi de ſeculari, & præſertim de eo, qui illorum Thomam peculiariter non coluerat, forſitan poterat cum eo mitius, humanius, & clementius, benigniúsque actum & proceſſum fuiſſe. Deum teſtor qui omnia novit, hunc proceſſum, qui cum eo ſervatus fuit, úſque ad revocationem, & librorum ſuorum exuſtionem, vehementiſſimè diſplicuiſſe Magiſtro Engelino de Brunſuico, maximo Theologo, & Magiſtro Johanni Keiſersbergio, duobus utique viris, cum doctis, tum integris. Præcipuè Magiſtro Engellino viſum fuit nimis præcipitanter cum tanto viro actum eſſe. Imò non verebatur aſſerere, multos (NB) articulos ejus, & majorem partem poſſe ſuſtineri. Nec obticuit de ſimultate Thomiſtarum contra modernos, & de gaudio triumphandi religioſorum contra ſeculares. Thomiſtæ ergo ſunt, qui ſuaviter in templis ſonanti doctrinæ Evangelicæ obicem poſuerunt in Academiis.

4. *Thomas Conecta*, Carmelita, qui ex Anglia transfretavit in Belgium, ubi tanto cum applauſu fuit exceptus, ut concioni ejus ſæpe interfuerint 20000. auditorum. In ſacerdotum impudicitiam & avaritiam vehementer detonabat. Teritus tandem eorum inſidiis ad ſuos reverſus eſt. *Bzov.* an.

Ch.

Chr. 1428. h 2. *Engerannus*, qui fusè de hac re, Romæ igni crematum eum commeminit.

5. *Haitonum* etiam ſcribunt concionatorem fuiſſe celebrem, in explicandis divinis colloquiis felicem, clarum, dilucidum, Hebraicæ linguæ peritum, & Græcæ non ignarum; qui & commentariorum & concionum volumina poſteritati reliquerit. *Id.* an. Ch. 1429. S. 99.

6. *Hieronymus Savanarola*, qui concionibus ſuis Italiam tamdiu colluſtravit, quam diu per Pontifi. tyrannidem licuit. De juſtificationis articulo rectè dicitur ſenſiſſe, traditiones humanas eluſiſſe; comunionem ſub utraq; ſpecie defendiſſe; Indulgentias damnaviſſe; Papæ, Cardinalium vitam turpem graviſsime accuſaviſſe; Primatũ Petri negaviſſe; Eccleſiæ claves non ſoli Petro, ſed reliquis etiam Apoſtolis vendicaſſe; Excommunicationem Pontificiam contemnendam docuiſſe. Vnde in odium Papæ & cleri incurrens, graviſsimo vivicomburii ſupplicio ſublatus eſt. Ita ferè aut. *Cat. Teſt. Verit.* p. 890.

7. Pertinent huc Conciones facultatis *Theologicæ Viennenſis* circa a Ch. 1430. ſcriptæ. Earum, ſine dubio, uſus in Monaſteriis & publicis conventibus magnus fuit. Habuerunt & *Veſtales* noſtræ *Ottenbacenſes* exemplar, cujus aliquoties memini in ὁδηγῷ meo P. III. pag. 167. & alibi: Sed neque ἀπροσδιόνυσον fuerit illud ipſum ſcriptum paulò plenius hoc etiam loco excutere. Huic enim explicandæ Theologiæ tantò libentius immoror, quantò clarius illa externæ Eccleſiæ Oeconomiæ teſtimonium perhibet. Scholaſtica Theologia non niſi

pau-

paucis nota erat: At hæc exegetica plebi etiam innotuit. Non ergò negamus, quod fatum fuit ſeculi illius, Theologos Viennenſes Paſsionalibus ſuis multa immiſcuiſſe.

I. *Fabuloſa.* Sic pag. 456. ex apocryphis quibusdam deliramentis refert, triginta aureos, quibus Servatorem prodidit Judas, cuſos eſſe ab Abrahami parente, Thæracho, fabro peritiſsimo, à quo, authoritate & juſſu regis Nimrodi, primum nummum ſignatum orbis terrarum habuerit. Hæreditario jure hos triginta nummos ceſsiſſe Abrahamo, quibus ab Ephrone ſepulchrum emerit. Inde ad Iſmaelitas deveniſſe, qui Ioſephum eodem pretio ſuum fecerint. Ioſepho autem in Ægypto fratribus frumentum vendenti fuiſſe redditos, & Theſauro regio additos. Ex Theſauro paulò pòſt Moſen obtinuiſſe, cùm à rege, ad ſubjugandam Æthiopiam, mitteretur. Ea occaſione reginæ Sabæ à Moſe fuiſſe oblatos dotis loco. Poſtea verò, cùm Æthiopum regina Solomonem ſalutâſſet, argenteos, illam nummos eidem donâſſe. Qui iterum gazophylacio regio addicti, Nebucadnezaris tandem, urbem occupantis, prædæ ceſſerint. Cúmque regem quendam Arabiæ, haberet in comitatu ſuo ex cujus poſteris unus eorum fuerit Regum, qui Chriſtum Bethlehemi honoribus & muneribus affecerint, hoc ei Nebucadnezarem munus ſponte deſtinâſſe. Atque ſic à Rege illo orientali tam ſplendidũ donũ B. Virgini fuiſſe conſecratum: Mariam verò, Filium ſuum ſiſtentẽ, munus hoc ſacrũ Templo eſſe voluiſſe. Atq; hoc ipſum tandem argentum, pretium proditionis fuiſ-

fuiſſe. Addit etaim, argenteos iſtos, poſt Chriſti palsionem,toto orbe diſperſus,& ſanctis annumeratos reliquiis eſſe. Vnum quidem oſtendi Romæ, ad introitum Baſilicæ Petri; ſed aureũ eſſe,& nummo Anglico (Engelsſchnobel) majorem. Quæ hæ nugæ? Et pretium, & materia ſatis indicat, nihil hunc numinum Romanum cum argenteis Iudæ habere commune. Τὰ ἀργύρια, argentea vocantur, non aurea. Iidem etiam pag.85.b. fabulam de Adriano, Gregorii precibus, ex inferno liberato probant. Huc pertinent reliquiæ, quarum ſubinde faciunt mentionem. Petri gladium, quo aurem Malco abſcidit, cultro ſimilem, oſtendunt Babenbergæ inter cæteras reliquias; p.85.a. Reſtim quà gulam ſibi fregit perditiſsimus nequam, Iudas, Romæ. Verba libri ſunt: Der ſtrick oder das ſeil/daran ſich Judas erhenckte/iſt zu Rom in St.Peters Münſter/vnd iſt gar ein groſſes ſeil. Jch hab es dick geſehen. Vnd da der ſtrick dahin gehencket ward / da floch Marien gemahlet bilde von der wand an ein ander wand/das ſagt man zu Rom für ein warheit. Sed ægrè ferent *Schorndorffiani*, hoc ſibi eripi κειμήλιον. Ibi enim laqueum illum oſtendi, habet Chriſtianus de Pega, in Antichr. demonſtrato p.48.

II. *Heterodoxa*. Obedientiam clero,& Eccleſiæ præſtandam, nimium quantum extollebant: quaſi ab ea ſola, ſine exceptione, ſalutis cardo,& Eccleſiæ dignitas penderet; p.8.b. Sanctorum interceſsionem,

nem, indulgentiam, ex ſeculi conſuetudine, magno ſtudio commendant pag. 9. a. 189. Imaginum uſum Evangeliorum Germanicorum lectioni præferunt, p. 112. Autoritatem Pontificiam Imperatoriæ faſtuosè anteponunt, p. 15. a. Præcepti Eccleſiaſtici de jejunio violationem peccatis mortalibus annumerant, p. 226. 218. b. Arbitrio ſummam libertatem & *ἀδιαφορίαν* tribuunt, p. 113. *Ἀρτολατρείαν* injungunt, p. 159 a. Miſſas pretio redimendas defendunt, pag. 186. a b. Hæc, inquam, & id genus alia Conciones *Viennenſes* proponunt: In cæteris tamen cautiores ſunt, eamque plebi Eccleſiaſticæ viam ſternunt, quæ ad pleniorem deinceps lucem plurimum contulit. *Autoritatem Scripturæ* ſacræ maſculè aſſerunt, contra atheus & ſcurras, quibus Scholæ Pontificiæ jam penè abundant. Verba ſunt pag. 226. a. Nun werden die gerechten gahn in das ewig leben/vnd die ſünder in das ewig feur. Diß ſeit der Mund Gottes vnd die Göttlich Schrift. Warum wiltu der nit glauben? Du glaubſt wol/fundeſtu einen beſigleten brief/der hundert Jahr alt were/ an dem ſtühnde ein hauß oder ein Rebgart/der deiner vorderen geweſen were/du glaubteſt es bald/darumb daß dir das gut zehenden keme. Aber der Göttlichen Schrift/die der heilig (NB) Geiſt gedicht/ vnd geben hat/der glaubeſt du nit? Habeant ſibi hoc reſponſum, qui etiamnum impias magis quàm curioſas de authoritate Scripturæ movent quæſtiones. Chriſti paſsionem quàm, quæſo, Empha-

ticis verbis ubique depingunt, meritum ejus exaggerant, deſperationi opponunt? Aures devotæ, qui verba ejusmodi avidè imbiberunt, cur non didicerint, omnem ſpem in ſolo Chriſti merito collocare? Cur non puduerit infinito huic λύτρῳ reprobum adjeciſſe teruncium? Ita P.1.b.5.b.6.a.b. 184 a.105.b.108.b. Alibi ſtrenuè agunt, ne nimium ſuis bonis operibus tribuant, pag.10.b.21. a.b. ſed ut vitam & Indulgentias auditoribus ſuis oſtendant in eadem Chriſti morte & paſsione, pag.24 b. Et pag.67.a. hæc inſerunt verba: *Paſſio Chriſti ſanativa fuit morbi noſtri; ablutiva peccati, ſolutiva pretii, proſtrativa Diaboli, ſpoliativa inferni, reconciliativa generis humani, deletiva chirographi, reparativa mundi, reſerativa cæli, & integrativa lapſus angelici.* Nec aliter p.233.a.239.b. Nihil attinet dicere, de crebris illarum invectivis in Monachos p.16.b.17.a. lautas eorum epulas 18.b. ſuperbiam, luxuriam, faſtum, pag.23.a b.91.b. Simoniam cleri univerſi pag.45.a.90.a 109.b. negligentiam in officio, & intolerabiles exactiones pag.84. a.b. hypocriſin pag 218. dominium Monachorum & monialium, pag.200.a. apoſtaſiam à veterum Monachorum inſtitutis & veſtigiis p.11.a. vitam licentioſam p 181. Hos enim nævos deplorare facilius fuit, quàm in clero corrigere. Taceo etiam precandi formulas in eodem libro obvias. Adeô ardentes ſunt, ſuſpiriorum, humilitatis & devotionis

nis plenæ, ut dubitandum non ſit, quin benigniſsimus Servator ſancta illa jacula, expectoribus piis profecta, paterno animo exceperit. Exempla dedimus in ὁδ. P. III. pag. 175. quibus addi poſſent, quæ ſub finem pag. 306. occurrunt Claudam compendium hujus Theologiæ Viennenſis luculento teſtimonio, quod Evangelio perhibetur. Ita illud habet pag. 15. Vnd nim̃ war / das vnder aller ander heiliger Schrift / das heilig Evangelium fürtrift / in dem die ſinnen aller menſchlicher beſcheidenheit ſind begriffen. Nun fliſſe dich / deß in deinem hertzen zehaltende / vnd damit vmbzegande: Wond es dich von dem leben vnſers lieben Herren Jeſu Chriſti vnd von allen den dingen / die deinem ewigen heil notdürfftig ſind / gar lauterlichen mag vnderweiſen. Wond wo das heilig Evangelium in einem huſe iſt / da mag der böſe Geiſt deſto minder wandlung haben: viel meh mag der Teufel noch die ſündtliche nature nit genahen einer jeglicher / verſtändtlicher ſeele / die das heilige Evangelium in jhr hertzen bey ihr haltet / vnd ſich damite ergetzet. Harumbe / ſo opfere dein ſeel / vnd deinen lib dem Allmechtigen Gott / vnd behalt das heilig Evangelium Chriſti allezeit in deinem munde / vnd in deinem hertzen. O allerliebſten kind! wir ſollen auch angedenckig ſeyn der heiligen Geſchrifft / die vns nit geben iſt / daß wir ſie blößlich / alß wir ſie in den bücheren leſen: Wir ſollen ſie auch begirlich begraben /

vnd bedencken in vnſerem hertzen. 5. His etiam accenſetur *Thomas à Kempis*, (cujus vitam & obitum prolixè deſcribit *Bzov*.an.Ch.1471.S.21.)natione Teutonicus, ordinis Canonicorum Regularium S.Auguſtini,qui floruit an.Ch.1410. Celebre ejus eſt ſcriptum de imitatione Chriſti. Multa bonæ frugis ibi habet:Nucleum inſeruimus ὁδηγῷ P.III. pag.172. Cavendum tamen eſt,ut cum judicio legatur. Non pauca ſunt κεράτιςυ κόμματος; ſed & ſuperſtitionis Papiſticæ veſtigia reperias. 6. Magno porrò habetur loco *Cherubinus* Spoletanus,cujus tamen conciones vel aures tantùm demulcebant;vel ſuperſtitionem promovebant *Bzov*. a.Ch.1484.S,28 *v.d.sup*.p.50.7.Exquiſitis lectionibus,& novo quodam concionandi per ſcripturas genere, uſus eſſe perhibetur *Iohannes Tyllney*, illæſa manente ſemper (quod magnum eſt dicere) inter tot humanarum doctrinarum ſordes, Dei veritate, mundò miſericorditer per Chriſtum oblata. Nam in commentario ſuper Apocalypſin gratiam ille vocat gratuitam in Chriſto peccatorum remiſſionem;& pacem apud Deum Patrem in ejus morte reconciliationem,ſicque in ipſo toto procedit opere; *Bal*. cent.pag. 574. Nec aliud ejus judicium eſt de *Thoma Ringſtede*, & *Iohanne Felton*, itidem Anglis; pag.577.*Thomas Rhædonius*,Carmelita Gallus, celeberimus, *Antonino*,teſte,concionator.Floruit circa an.Ch.1430. Inter concionandum ſolebat dicere,*Romæ magnas abominationes fieri: Eccleſiam magna Reformatione indigere,*

quòd

quòdq; prælati, depoſito faſtu ac luxu deberent modeſtius, inſtar Chriſti & Apoſtolorum, vivere, &c. Id pag. 580. *Henricus Parker* an. Ch. 1464. Sacra in ſuggeſtu Paulino concione cleri ſuperbiam & faſtum acriter perſtrinxit. *Id* pag. 609. *Iohannis Tonneys*, conciones à multis mirificè commendari, tradit pag. 631. Ad hanc proximè accedit *Theologia Catecheuca*, quæ pene in Eccleſia Romana, Gallicana cumprimis, exolevit. Reſtaurationis laudem *Gerſoni* tribuunt. Quam verò gratiam apud multos inierit, ex *Bzovio* an. Chr. 1425. S. 28 mutuabimus. Cùm manum operi ad movere pararet, eum quidam abalienare conantes objiciunt: *Non decet Epiſcopum, Archidiaconum, Decanum ejusmodi tritis & infantilibus inſtructionibus vacare.* At ille *Quis major*, inquit, *ipſo Chriſto Domino, à quo omnis poteſtas & prælatura, quæ in cœlo & in terra eſt, procedit? Et tamen dicit, ſe conſtitutum à Patre ſupra montem ſanctum ejus, ad prædicandum præceptum ejus & diſciplinam.* Cùm verò alij objicerent, dignitatem Cancellariatus circa majora occupandam, proponit ille calumniatoribus Chriſtum parvulos amplexantem dicens: *O piiſſime Jeſu, quis ultra tumeſcat, & elatus de ſua magnitudine vel ſcientia, parvitatem deinceps parvulorum, ignorantiam aut imbecillitatem audebit a-*

ſpernari, quando tu, qui es benedictus in ſecula, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, usq; ad Catechiſmos parvulorum amplexatus beata brachia manſuetus inclinas? Procul ergò, procul hinc omnis elatio. Et paulô poſt ad parvulos ſermonem convertens; *Si quis*, inquit, *parvulus eſt, veniat ad me, nihil erubeſcat, nihil trepidet, nihil expaveat, audiet quisquis ille erit bona ſaltem quædam monita de ore meo.* Alius dicit: *Non decet te Doctorem huic functioni demittere, ſed potius lectionibus & prædicationibus publicis, aliisq; quæſtionibus majoris momenti vacare.* Quid reſponderit vir ille doctiſsimus, Doctoris gradum ob oculos ſibi proponentibus, attende: *Dicunt*, inquit, *pro eruditione mea majoribus vacare me debere; neſcio prorſus, ſi quicquam majus eſſe poteſt, in quo parvitas mea perficere valeat; quàm, Deo dante virtutem, à faucibus canis infernalis & ab ipſis gehennæ portis animas eripere, & ejusmodi parvulorum animas plantare, aut rigare partem non indignam horti Eccleſiaſtici, parvulis loquor præſertim in ſtudio, ut eis det incremen-*

mentum Chriſtus, ſed iidem aſſerunt, me in prædicationibus publicis illa magnificentius operaturum, id fortè quidem pompoſius, ſed meo judicio non efficacius, neq; fructuoſius. Dicit alius, *magna nimis diſsimilitudo eſt morum meorum, cum moribus parvulorum & rudium.* Huic morbo & pharmacum attulit vir ille ſanctiſsimus; *Dicunt enim & verum eſt, magnam eſſe morum diſparitatem mihi debitorum, ad mores parvulorum: nihilominus ſi prodeſſe voluero, ut mores meos ſuis contemperem; & ad ſublevandum jacantes altiorem me deprimam neceſſe eſt; Non bene conveniunt, nec eadem ſede morantur Majeſtas & amor. Attamen ſicubi deeſt amor, quid proderit inſtructio, dum nec libenter audient, nec dictis credent, nec imperatis obedient? Quare Majeſtatem oportet omnem eruere & parvulis parvulum ſe facere.*

Scholaſticæ Theologiæ Doctores cenſentur celeberrimi. Antonius à Rampegolis, Iohannes de Turre cremata Hiſpanus, Iohannes Foventinus, Antonius Parmenſis, Hermannus Stutdorpius, Henricus de Conſueldia. Nicolaus Dinckelſpuglius Viennenſis, Henricus Heſſus, Poggus Florentianus, Thomas Valdenſis, Raymundus Sebeidius,

Hermannus Petra, Carthuſianus, Nicolaus Iaquerius, Iohannes Huxarus, Bernhardus Parentinus, Nicolaus Auſmius, Hugo Pariſienſis, Tuſculanu, Epiſcopus, Oliverius Prior S. Bavonis, Iohannes VVeſſalia Erdfordienſis, Leonardus Vtinenſis, Iohannes Capiſtranus, Ioannes Varenaskrius, Bartholomæus Channius, Ioannes Raulinus, Nicolaus Dorbellanus, Ioannes Bononienſis Archidiaconus, Iohannes Hagen de indagine, Iohannes Capgrave Anglus, Antonius Florentinus Archiepiſcopus, Laurentius Patriarcha Venetus, Iohannes Sabinenſis Epiſcopus, Ægidius Cameracenſis Decanus, Stephanus Brusleferius, Nicolaus de Cuſa; Brixienſis Epiſcopus & Cardinalis; Albertus Albergenſis Canonicus, Henricus Herphius, Henricus Gorricanus, Landulphus, Dionyſius Ricelius, Carthuſianus, Nicolaus, de VVuachenheim Heidelbergenſis, Guillelmus Vorillonius, Guilelmus, Hilacenſis Rodericus Samorenſis Epiſcopus, Iacobus Gruytrodius, Iohannes Tinctorius, Alexander Arioſtis, Nicolaus Deniſius, Michael Mediolanenſis, Henricus Arnoldi Carthuſianus, Paulus Corteſius, Bernardus Decanus Moguntinus, Baptiſta Trovomala ſcriptor Roſellæ caſuum, Gabriel Biel, Monachus Germanus Angelus de Clavaſio auctor ſummæ Angelicæ, VVernerus VVeſtphalus Carthuſianus, Rupertus Epiſcopus Aquilanus, Guilelmus Textor, Nicolaus Sabicetus Abbas, Ioh. Lapidanus, Ioh. Teſſeranus; *Geneb*. l.4. p.716. & deinc. Omnium clariſsimi ſunt I. *Thomas de Kempis. Scripſit inter alia* ſic Bzov. anno Chr. 1471. S. 21.

S.21. *quatuor libros vere aureos, de imitatione Chriſti. Iſtud opuſculum Caridnalis Bellarminus dixit utiliſsimum, & jure in tota Eccleſia ſummo omnium conſenſu receptum & frequentatum, & in omnes linguas converſum, quod ipſe ab adoleſcentia & usq; ad ſenectam ſæpiſsime volviſſet, & revolviſſet & ſemper ſibi novum reperiſſet. Conſtat etiam viris ſanctiſsimis hoc opuſculum ita familiare fuiſſe, ut S. Carolus Borromæus, Cardinalis & Pius V. illud viæ vitæq; ſuæ comitem ſemper adſciverint; ex eodem S. Philippus Nerius religioſum ſpiritum imbiberit: eo Alexander Saulius, Papienſis Epiſcopus animum ſuum graviſsimis Diœceſis ſuæ curis diſtractum refecerit & oblectaverit; hoc Johannes Venduillius Tornacenſium in Belgio Antiſtes eo loco habuerit, ut quoties Thomam à Kempis ſibi depoſceret (quod in dies factitabat) non alia voce, quàm, DA librum uteretur. Sanctus Ignatius Lojola eodem libello plurimum tum utebatur, illiúsq; lectionem valde ſemper probavit, atq; illius libri Spiritum & doctrinam ita hauſtam avidè arrippuit, tamque*

perfectè in ſe expreſſit,ut multorum judicio) Ignatii vita ſolida quædam, eminens ac viva quædam eſſet imago eorum præceptorum omnium, quæ aureo illo libello continentur. Mauritaniæ Rex in Bibliotheca ſua,quam Arginii, varia librorum ſupellectile inſtruxit, eundem libellum in vulgarem Turcarum linguam (quod & nos ex Arabica monuimus vers. P.III. ὁδηγῷ pag. 171.)*converſum recondidit, de eoq́; aliquibus Societatis Jeſu Patribus aliquando dixit*; Pluris ſe unicum illum facere,quàm reliquos omnes Muhammedanorum. *Aliqui Divo Bernhardo,alij Johanni Gerſoni; Conſtantinus verò, Caetanus Monachus Johanni cuidam à Geſſeas Benedictino, conatus eſt libellum vendicare, Cæterùm Heribertus Roſ-VVeydus è Soc. Jeſu, ſcriptis vindiciis, ac Paulo V. Pont. Max.inſcriptis, Thomæ Kempenſi opuſculum aureum aſſeruit, &c.* 11. Dionyſius Rickel, *Carthuſianus, qui, Trithemio teſte, inter Latinos ſcriptores Auguſtino librorum multitudine maximè accedit*; Imò ſuperavit eum longè, ſi Bzovio an.Chr.1471.S.22.quo πεϱιαυτογϱαφίαν ejus tradit,adhibenda fides. Catalo-

logum ſcriptorum ipſe pertexuit, quorum alia ſunt *Exegetica*, commentaria in utriusque Teſtamenti libros; alia *didactica* ſeu, ut vocat, doctrinalia: alia *mixta*. Vide *Bzov*. l, c. Idem revelationes etiam ejus & miracula recenſet, in quorum lectione illud veterum Hebræorum obſervari debet: *Malogranata grana comede, putamina abjice.* III. *Savanorola*; de quo ſupra. Acta ejus pleniſsimè ſcripſit Iohannes Franciſcus Picus, Comes Mirandulanus, &, ex eo, aliisque, *Bzovius* a. Ch. 1492. S. 20. & deinceps. Tribuit ei inſigne ſtudium veritatis, in diſputando acumen, in legendo ſolertiam, in increpando vehementiam. *Egebat enim*, inquit *Bzov*. *Apoſtolico iſto ſale Italia, quando nullus ferè hominum ſtatus, nullus ordo, nullus ſexus non ſordeſceret, ſceleribus opertus. Sacerdotium Simoniaca perfidia, Epiſcopi & reliqui dicebantur auſpicari, nec non avaritia, & luxuria polluere Angelis venerabilem dignitatem. Cultus Dei ab eis neglectus; ſacra vel obſoleta, vel nonniſi ad ſpeciem monſtrata; diſciplina Eccleſiaſtica projecta; quin etiam ferebantur aliqui Deum non colere, & in fidei Chriſtianæ contemptum contumeliamq; pleraq; ſpargere. Sanè Marſilius Ficinus, Canonicus Florentinus, nullam Chriſti aut B. Virginis, vel alicujus ſan-*

ſancti imaginem, ſed ſolius Platonis in cubiculo habebat, & ante eandem dies, noctésq; lampadem ardentem perpetuò ſuſpendebat: ille vir tantopere Laurentio Medici & Florentinis chariſſimus: Neque pauci erant, qui de immortalitate animarum nil planè credentes, Epicuri vitam ducebant. Complures, qui religioſæ addicti vitæ, ab inſtitutis ſe laxioribus ſecreverant, & traditas à Patribus regulas profitebantur, unde & ſibi cognomen uſurpaverant, ad hypocriſin delapſi offendiculum ſecularibus ponebant. Proinde fervorem illum, Chriſtianis debitum, non modò in univerſum tepuiſſe judicabant hi, qui Deum in Spiritu & veritate colebant, ſed & torpuiſſe penitus, & refriguiſſe. Ad hæc, Principes tyrannicam vim publicè exercebant; & aſſentatoribus, lenonibus, malarum, turpiſſimarúmq; voluptatum miniſtris abundabant, qui rapinarum admonerent, qui ad improbitatem impellerent, quiq; etiam ad avaritiam, atq; Cælitum contemtum, flagitiaq; ad alia velut manu ducerent. Qui vexabantur, nihilominus voluptatem illam, quæ in popinis, ga-

ganeis, luſtris, pluma, alea, ſordibus, domicilium ſibi conſtituit, ſectabantur & ſtupris, ſacrilegiis, nefandis vitiis, rapinis, concuſſionibus, aliisq́ ſceleribus inſerviebant, ut ſacrū illud repeti potuerit; Non eſſe, videlicet, qui faceret bonum, usq; ad unum, Cætera ex authore eodem repetere licebit. Multa ad innocentiam hujus viri, eruditionem & pietatem, ex variis collegit ſcriptoribus, tum anno citato, tum etiam 1494. S. 18. 19. 30. 31. 35. & an. Ch. 1495. S. 13. ubi Philippi *Cominæi & Guicciardini* de eo ſunt teſtimonia: Sect. 24. 25 & ſeqq. Item a. Ch. 1497. S. 6. 7. 9. & deinc. An. Ch. 1498 S. 10. eorum recenſet nomina, qui apologiâ vitam & res geſtas Savanorolæ purgârunt. Viri magni, & plerique in autoritate conſtituti. Opera ejus enarrantur an. Chr. 1497. S. 19. vindicta divina in adverſarios ejus S. 20. ſupplicium ejusdem, & cauſa an. Ch. 1498 S 5 de quo tamen authores variant Id. S. 20. Examen per tormenta, S. 18. Miracula (*quamvis Machiavellus fateatur, nihil miraculoſum patrari ab illo Florentinos vidiſſe; vitæ ſanctimoniam, doctrinam, & rem ipſam, quam tractabat, omnia talia fuiſſe, ut fidem ei adhibendam teſtarentur*) S. 29. Vaticinio, quod de Savanorola, edixiſſe ferunt Franciſcum à Paula, ordinis Minimorum Conditorem, claudam. *Eximius iſte vir, in quo ſincera pietas animi cum eloquen-*

quendi viribus paria facit, rem Eccleſiaſticam in cœnobiis aliquot ſui ordinis labentem ſeveriori lege coercebit. Libros, ſtylo non minus aureo, quàm doctrinæ inſignes notis, in publicum emittet. Florentiæ concionatorem aget præſtantiſſimum, ad quem audiendum homines catervatim confluent, ac meliorum delectu habito, myſteriis divinioribus imbutos, ad aſperiorem, ſacratioréma; vivendi cultum traducet. Verùm, quæ improborum, atq; ingrati animi vitio laborantium ſeges uberrima eſſe ſolet, non deerunt factioſi, qui innocentiæ laqueos intendant, & inculpatam famam verbis ignominioſis petulantiſſimè proſcindant. Quamobrem Majeſtatis apud Pontificem accuſatus, ab adverſariis per ſummum ſcelus trudetur in carcerem, & falſo juratis teſtibus extremo ſupplicio afficietur, ſuſpenſus trabè, medius inter duos ſodales, Chriſti exemplo, animam efflabit, deinde comburetur. Ac ne lecta oſſa & cinerem veluti ſacrum, & piaculare quiddam, obſervantium ſui quiſquam adſervet, ea in Arnum projicientur; quamvis ſublegetur nonnihil, idque erit miracu-

raculorum ferax. Cæterum adhuc agens inter vivos, intonabit minabundus: Væ tibi Florentia! In duram ſervitutis aleam abduceris, & alienæ libidini, vel invita obtemperabis. Neque dicto fides abierit. Haud multò poſt, duos ex eadem familia Romanos Pontifices Florentina urbs dabit. Prior excelſi animi vir erit, munificus, pius, qui & mihi, admittente Gallorum Rege ἀποθέωσιν *decernet. Alius, natione Belga, in demortui locum ſufficietur, qui breviſſimum Pontificatum geret. Biennio à priori nondum exacto, Mediceus alter renunciabitur, homo abſurdis moribus, inquies, aſtutus, immani flagrans odio; cujus improvido conſilio Roma capietur, diripieturq́: Cum hoſte inibit fœdus, Florentiam pertinaciter circumſedebit, & Clemens parum clementer oppugnabit; nec ſolvent obſidionem, niſi mercede pacta. Ducem nothum arceſſet, patriaq́ præficiet qui & mox per familiaris inſidiis, tolletur à medio. Cives autem animadvertentes, Reipublicæ formam incolumem diutius non poſſe retineri, niſi novum ſubſtituant Ducem, alium ejuſdem familiæ deligent.*

gent. Ea ratione tyrannis auferetur. Datum in loco Paulæ, die 13. Martij 1479. Hæc *Bzov*.1492.S.28. IV. *Nicolaus Cuſanus*, Germanus, pro miraculo,ob in ſignem fuit eruditionem habitus, *Avent*.annal.p.827.*Calv*.an.Chr.1448. V. *Beſſarion*. Ejus ingenium, eruditionem eloquentiam ſuperâſſe ſeculi ſortem, ſcribunt multi. *Bzovius*, an. Ch.1472.S.29. Cardinalis Senenſis,Platina & alii. Tanta apud Latinos authoritate polluit, ut multorum ei vota Pontificatum aſsignarent. VI. *Paulus Corteſius*, cujus ingenio multum tribuebat *Angelus Politianus*. Vide *Epiſt.vir.illuſt*.l.8.p.170. Neminem probaſſe dicitur, niſi qui Ciceronis lineamenta effinxerit. Vixit quidem hoc ſeculo,ſed ſequenti demum Theologumenon ſententiarum opus dedit. Quo loco illud habuerit *Beatus Rhenanus*, luculenta præfatione expreſsit. *Et ecce nuper*,inquit,*Deo ſit gratia,Chuonradus Peutinger inclytæ civitatis Auguſtæ Archigrammateus & Maximiliani Cæſaris à Conſilio Pauli Corteſii Theologumenon ſententiarum opus ad me miſit. In quo planè dubius ſum quid primò admirer, ſtyli ne exquiſitiſſimam elegantiam,an potiùs divinum hominis doctiſſimi ingenium tam bellè varias ac diſſidentes Theologorum opiniones, tamq; breviter deſcribentis, & id quidem ſic apertè, ut ad aliud nihil præter communem ſtudioſorum*

uti

utilitatem, dum hæc conderet ſpectâſſe videatur, ideoq́ in eum illud quadrantiſſimè conveniat dicere, quod Lyſis de Pythagora refert his verbis: οὐ γὰρ κιβδήλους ἐνεπορεύετο λόγους, οὐδὲ πάγας, ἃς πολλοὶ τῶν σοφιστῶν τοὺς νέους ἐμπλέκουσι, περὶ οὐδὲν χρήσιμον σχολάζοντες. ἀλλὰ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἦν ἐπιστήμων. Non enim, *inquit*, adulterinis, & vanis negotiabatur ſermonibus, neque tendiculis, quibus multi Sophiſtæ adoleſcentes irretiunt, nunquam frugi rebus incumbentes, ſed divinarum humanarúmque rerum ſcius erat. *Porrò ſtrenuam operam dedit, ut Theologiam à fœda barbarie adſereret, viamq́ oſtenderet, qua ſubſidua Theologicorum librorum ſupellex omnis expoliri poſſit; quod plurimi hactenus impoſſibile rati, illud jam falſo opinari deſinent, cùm hoc opus vel ſemel introſpexerint. Quare inprimis Pariſiorum Academia Athenæ Chriſtiani Imperij, Paulum Corteſium Theologicæ rei vindicem, de ſe, ſi unquam alius, optimè meritum, ſuæ Sorbonæ non temporarium, ſed perpetuum inquilinum aſciſcat. Suſcipiant quoque obviis ulnis Pictavienſes, Andegavenſes, Tholoſani, Cadomenſes. Legant Hiſpani Philoſo-*

F

phiæ & ſacris literis deditiſſimi. In Germania Colonienſes, Viennenſes, Lovanienſes, Trevirenſis, Lipſicenſes, Cracovienſes, Erfordiani, Heidelbergenſes, Chryſopolitani, Friburgenſes, Maguntini, Tubingenſes, Baſileenſes, Albiburgenſes & Francofurdienſes, ſi. Rom. agnoſcunt Imperium (quod à Caroli Magni temporibus penes Germanos ſemper fuit) Corteſium, ut Romanum & Latialem Theologum ubiq; civitate donent, favore proſequantur, & colant. Hæc *B. Rhenanus.* Nempe, inſolens hactenus fuit, Theologiam μιξοβάρβαρον terſis & Latinis exprimi verbis. Primam fregit glaciem *Corteſius*, qui quidem, quod nemo negarit, aliis longè Latinitatis inſtructus ſubſidiis in arenam deſcendit Theologicam, quàm anteceſſores ejus. Vereor tamen, ne, dum vitare voluit Charybdim, inciderit in Scyllam. Adeò enim abditi ejus ſæpe ſunt receſſus, ut non videam ejus ætatis Doctores, doctiores ab eo receſsiſſe. Exprobrat *S. bülting.* Calvino (Bibl. Cathol. T. 1. pag. 1.) obſcuritatem; ſed cur non videtis, ó Momi, quod manticæ eſt? Vobiſcum habitate, & veſtros animi ſui ſenſa clariùs exprimere priùs jubete, quàm de iis ſitis ſoliciti, qui cum Religionis puritate ipſam quoq; literarum lucem reſtituerunt. Hoc *Corteſio* debemus, quòd ſuâ ſatis induſtriâ probârit, tam acerbos inter Pontificios Theologos eſſe conflictus; támque

ἄπο-

ἄσπονδα bella, ut igni citiùs cum aqua, quàm ipſis inter ſe conveniat Scholaſticis, de maximi nonnunquam momenti rebus dimicantibus. Lege authorem, magnoque eum compendio hanc Reformatis operam præſtitiſſe, agnoſce. Sed mittimus *generalem* Theologiæ Scholaſticæ *θεωρίαν*; videamus paucis, quibus potiſsimùm controverſiis, vulgo etiam notis, Seculi hujus Eccleſia fuerit fatigata. Recruduit magno conatu certamen Franciſco-Dominicanum de *conceptione* B. Virginis. Nam nec dum Theologorum ſubſellia, pulpita, & ſuggeſta ſanctioribus deſtinata fuiſſe diſputationibus, *Baptiſta Mantuanus* 12. faſt. libro fatetur ipſe. Exprobrat inſulſas &, quieti publicæ, noxias Monachorum rixas, his verbis:

Pullulat hac radice gravis diſcordia rixæ.
Sunt etenim, qui conceptus contagia in iſtos
Lapſa velint, magnamq; putent traxiſſe parentem
Fomitis antiqui vitium, cui fecit origo
Nomina. Sunt alii, quibus hæc abſurda videntur,
Sicque duæ veniunt iſta in certamina ſectæ,
Nonnunquam magno implentes ſubſellia riſu.
Æquanimes autem volumus ſi vera fateri,
Vanus uterque labor, pietas temeraria, præceps
Relligio, levitas velata ſcientiæ amictu.
Nec natura poteſt illuc extendere viſum,
Nec Deus hoc docuit, nec re dependet ab iſta
Noſtra ſalus. Quæ nos igitur dementia torquet,
Ut ſtudeamus in his conſumere litibus annos?

Plura vide apud eundem l. cit. & confer ὁδηγ. P. II.

pag. 163. Sixti IV. de ea re judicium commodius poſtea ſubjiciemus. Ipſe Pius II. acerrimè diſputavit cum Laurentio Rouarella, Ferrarienſium Epiſcopo, *liceret ne extremam unctionem iterare*, quâ ſemel inunctus fuerat, dum Baſileæ ex peſtilentia graviſsimè ægrotaret. *Bzov.* an. Ch. 1464. Sect. 14. Nata eſt & alia inter Franciſcanos & Dominicanos controverſia *de ſanguine Chriſti*. Anno enim 1463. Iacobus Marchianus, Ordinis Minorum Profeſſor, apud Brixiam, Ciſalpinæ Galliæ civitatem, ætate jam decrepita, Paſchatis feſto, quo ſermonem pro more ad populum habuit, inter cætera *prætioſum Chriſti ſanguinem in triduo paſſionis, dum jacuit in terra ſparſum, indignum fuiſſe latriæ cultu* aſſeruit, quod fuſus, & à corpore Dominico ſeparatus, hypoſtaticam Verbi unionem protinus amiſiſſet. Publicatus ſermo ad aures Inquiſitoris hæreticæ pravitatis, Ordinis Prædicatorum pervenit, qui illico hæreſeos accuſatum Marchianum, errorem revocare juſsit, niſi pareret, diem dicturum. Alii interim, poſt meridiem concionem habituro, injunxit, ut contrarium aſſeveraret. Marchianus per annos 40. præco ordinarius, dictam diem ægerrimè tulit. Sequenti igitur die ambonem conſcendens magna coram frequentia ſuam in concionando per Italiam & Hungariam fidem commendavit & dexteritatem; nunquam ſibi hæreſeos notam hactenus fuiſſe inuſtam, dolere, quòd, ſenex jam & penè decrepitus, hanc propterea ſubiret cenſuram, quòd ſanguinem Chriſti

in

in paſsione fuſum divinis honoribus aſſeruiſſet indignum. Non ſuum id eſſe inventum. Doctores magni nominis ita reliquiſſe in ſcriptis, produxitq; libros Franciſci Maronei, Richardi & aliorum, qui de ſanguine Ieſu ita ſentirent. Crevit hoc facto contentio, *& Schismata in populo excitata ſunt*, pars Iacobo ac Fratribus Minoribus, pars inquiſitori & Fratribus Prædicatoribus auſcultabat, *ac alii alios tanquam hæreticos* incuſabant. Interpoſuit Epiſcopus loci vires ſuas, tumultus tamen ſedari non potuit, aut inflatas ſui opinione placare mentes. Iacobus, niſi vinceret, labores ſuos annorum quadraginta. quibus ſine intermiſsione populos inſtruxerat, caſſos fore arbitrabatur: Inquiſitor defenſionem fidei præteriri non poſſe ajebat. Res ad Apoſtolicam ſedem remittitur. Pius, conſulente Senatu, *utrique parti ſilentium imponit*, præfectisque ordinum mandat, in termino, qui ſæpe prorogatus eſt, doctiſsimos Theologos ad curiam mitterent, Convenere frequentes Romæ in feſto natalis Domini hujus anni, cùm jam Pius ex Tuſcia rediiſſet. *Vocantur* (Verba repeto Bzov. an. Ch. 1463. S. 1.) *in Apoſtolico Palatio Cardinales, Epiſcopi, ac divini & humani juris Doctores, quorum maximus aderat in Curia numerus. Jubentur Prædicatores ac Minores his ternos eligere, qui ſimul congredientes in utramque partem, quæſtionis ar-*

*ticulum diſputantes inverrerent. Paritum eſt. Inter Prædicatores præcipuæ diſputandi partes.Gabrieli Cathalano ſunt attributæ. Inter Minores Franciſco Saonenſi. Uterque Philoſophus,uterque Theologus peritiſſimus habebatur. Adventaverat ex Gymnaſio Pariſienſi VVilhelmus quidam nomine, ordine Minor,natione Gallus, quem ſui gentiles omnia ſupra verum extollentes, in doctrina Theologica,*Monarcham, & omnium Doctorum Doctorem *appellabant*, ac veluti quoddam numen admirabantur,cui Theologi Italici generis comparati vix nomen diſcipulorum mererentur. *Hunc Minores,qui de ſanguine diſputaret. triumvirum elegere.* Ea res virum contemtibilem reddidit,cùm nihil diceret auditu dignum. *Non vixit paulò poſt certamen VVilhelmus,ex morbo correptus Romæ obiit. Corpus ejus Minores in ara cæli condiderunt:viri vitam,præter tumorem doctrinæ, laudabilem & caſtam fuiſſe tradunt. Diſputatio* de ſanguine *tribus diebus in palatio coram Pontifice, ac ſacro ſenatu Cardinalium,& reliquorum Prælatorum conventu agitata eſt. Prædicatores concluſionem, quam defendere vellent, in hunc modum pro-*

propoſuere. Prætioſum Domini ſanguinem in paſsione fuſum, qui demum ad glorificatum corpus rediit, hypoſtatica verbi unione, nunquam fuiſſe privatum. *Minores*, in triduo paſsionis ceſsâſſe unionem affirmaverunt. *Unionem autem hypoſtaticam Græco vocabulo conſenſere omnes, perſonalem appellari Latinè debere: quoniam verbum Dei, ſecunda à Trinitate perſona, caro factum, quamvis Deus eſſet & homo, duáſq; naturas per ſe ferret, unam tamen perſonam non duas gereret, & in una perſona totus in ſuis Deus, & totus in noſtris homo contineretur: Verus Deus, & verus homo. Additum quoq; à Prædicatoribus eſt*, quòd non totum Chriſti ſanguinem in paſsione fuſum, reſurrexiſſe cum Chriſto, aſſerturi eſſent, *quæ res altius indaganda videretur, idque factum eſt, ne literis Pii Pontificis adverſari viderentur, in quibus declaraverat Tybure manens, aſſertionem, quæ aliquid de Chriſti ſanguine in terris proderet, remanſiſſe, religioni Chriſtianæ non eſſe contrariam. Pulchrum* (ſic videtur illis, quôs nihil magis delectat, quam Andabatarum certamina) *& delectabile fuit audire doctiſſimorum virorum præclara ingenia inter ſe con-*

*tendere verbis,& nunc iſtum, nunc illum ſuperiorem cernere. Certavere, ut decuit, coram tanta Majeſtate, non ſine modeſtia, ac trepidatione viri religioſi,*verùm adeò durum,& acre certamen habuere, ut media hyeme, cum gelu omnia rigerent in ſudorem reſolverentur,tantus erat ardor vincendi. *Audiebant attentiſſimè conſidentes,nec loquentem interturbare quisquam præſumſit. Prædicator primus auditus eſt,deinde Minor. Succedebant ſibi invicem tres viri, & alacres deficientiumpartes aſſumebant. Cùm ſatis dixiſſe viſi ſunt Minores & Prædicatores,facta eſt poteſtas reliquis Theologis,quæ vellent,dicere,tum quoque nobile prælium viſum,cùm Prædicatorum alij, Minorum alij partes tuerentur. Præcipua verò contentio fuit inter duos Epiſcopos, Dominicum de Dominicis Forcellanum, & Terravienſem, Theologicæ ſapientiæ peritiſſimos. Torcellanus,qui olim cum Minoribus ſenſerat,mutato propoſito ad Prædicatores defecerat: Ferrarienſis Minoribus adſtipulabatur, & ſummo conatu ſententiam Prædicatorum impugnabat. Fuerunt & Magiſtri aliquot inter Epiſcopos & Abbates non ignobiles,*

qui

qui diſputationem problematicam affirmaverunt, quæ poſſet in utramque partem agitari. Hæc *Bzov.* loco citato, quibus ipſam diſputationis ſeriem, & argumentorum telam ſubtexit; quam retexere jam, aut exponere noſtri inſtituti non eſt. Ipſe Papa, etſi cum pleriſque Prædicatores fuerit ſecutus, decretum facere detrectavit, ne Minores, quorum erat contra Turcas prædicatio neceſſaria, irritaret: *id*, S. 5. Diplomate tamen publico ſilentium utriſque, ea ipſa de cauſa, ne lis impedimentum Turcicæ afferret expeditioni, impoſuit, quod extat an. Chr. 1464. S. 10. Hac paulatim inter Cucullatos iſtos lite ſopita potiùs, quàm ſepulta, aliæ ſuccedunt, quibus magnam *Sixtus IV.* impendit operam. De utraque *Bzov.* an. Ch. 1483. S. 20. *Hoc anno Sixtus Pontifex duas graviſſimas controverſias inter Regulares alios, & Minoritas componere conatus eſt. Una erat de ſtigmatibus St. Catharinæ Senenſis, Divi Dominici inſtitutum profeſſa. Jactabant Minoritæ,* peculiari id S. Franciſco uni, & ſoli fuiſſe, *ut ſtigmata Dominicæ paſſionis mirando quodammodo expreſſè circumtuliſſet. Prævaluerant illi in principio apud Pontificem Minoritam, ut propoſitis pœnis & cenſuris vetuerit, imagines ejus Sanctæ cum ſtigmatibus pingi, aut fingi, aut in publicum exponi: & ſi quæ proſtarent, ſtigmata delori,*

abradi & amoveri. Unde ingens ubiq; in Dominicanos perſecutio,cum fidelium ſcandalo conjuncta; tandiu, donec ille anathemata ſuſtuliſſet, & à perſecutione Minoritas cohibuiſſet. Eadem iterum ſeculo ſuperiori controverſia,moveri cæpta eſt,ut patet ex Bulla an. Ch.1599.per *Clementem VIII.*edita,& à *Bzov.*l.c.recitata. *Fuit altera* (pergit S.21.) *inter eosdem Minoritas, & diverſorum ordinum Prædicatores controverſia* de conceptione S. Deiparæ; quandoquidem alteri alteros Hæreticos dicerent,qui ſuam de Conceptione ſententiam propugnarent. *Ferunt,Sixtum,Pontificem,dum in minoribus eſſet, propoſuiſſe, ut ſi quando ſedem Apoſtolicam conſcendiſſet, eam quæſtionem definiviſſet. Iſtud verò cùm Minoritæ ab eo jam Pontifice exigerent, promiſſionisq; atq; voti admonerent,illum reſpondiſſe*; Cùm eſſem parvulus, loquebar, ut parvulus. Neque aliud quàm ſanctionem inſequentem edere voluiſſe, quam verbotim poſtea inſerit. Ita habet (nec enim,quia crebram ejus in ὁδηγῦ P.II. pag.171.injecimus mentionem,ad ſeculi hujus,quo hæclis utramque ferè Theologiæ Monaſticæ paginam faciebat,infelicitatem deſcribendam,prætermittenda videtur) illa. *Grave nimis gerimus & moleſtũ,cùm ſiniſtra nobis de quibusdam*

Eccle-

Eccleſiaſticis perſonis referuntur, ſed in eorum, qui ad Evangelizandum Verbum Dei ſunt deputati, exceſſibus prædicando commiſſis, eo gravius provocamur, quo illi periculoſius remanent incorrecti: cùm facile deleri nequeant, qui multorum cordibus ſic publicæ prædicando diffuſius & damnabilius imprimuntur errores. Sanè cùm Sancta Romana Eccleſia, de intemeratæ ſempérq; virginis Mariæ conceptione publicè feſtum ſolenniter celebret & ſpeciale, ac proprium ſuper hac officium ordinaverit; nonnulli (ut accepimus) diverſorum ordinum Prædicatores in ſuis ſermonibus ad populum publico per diverſas civitates, & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non ceſſant, omnes illos, qui tenent; aut aſſerunt eandem glorioſam & immaculatam Dei genitricem absq; originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos: ejusdem immaculatæ conceptionis officium celebrantes, audientésque ſermones illorum, qui ea ſine hujusmodi macula conceptam eſſe affirmant, peccare graviter. Sed & præfatis præ-

prædicationibus non contenti, confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderunt, ex quorum aſſertionibus & prædicationibus non levia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt, & majora meritò exoriri formidantur in dies. Nos igitur hujusmodi temerariis auſibus ac perverſis aſſertionibus ac ſcandaloſis, qui exinde in Dei Eccleſia exoriri poſſunt (quantum nobis ex alto conceditur) obviare volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia, hujusmodi aſſertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent eos, qui crederent aut tenerent, eandem Dei genitricem, ob originalis peccati maculam, in ſua conceptione præſervatam fuiſſe, propterea alicujus hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut hujusmodi officium conceptionis celebrantes, ſeu hujusmodi ſermones audientes, alicujus peccati reatum incurrere, utpote falſas & erroneas, & à veritate penitus alienas, editósque deſuper libros prædictos id continentes, quo ad hoc au-

autoritate Apoſtolica, tenore præſentium reprobamus, & damnamus, ac motu, ſcientia & auctoritate prædictis ſtatuimus, & ordinamus, quod Prædicatores Verbi Dei, & quicunq; alij cujuſcunque ſtatus, gradus & ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cætero auſu temerario præſumſerint in eorum ſermonibus ad populum, ſeu aliàs, quomodolibet, affirmare, hujusmodi ſic per nos improbatas & damnatas aſſertiones, veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, poſtquam de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrunt, à qua ab alio, quàm à Pontifice, (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Item motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus, ſimili pœnæ ac cenſuræ ſubjicientes eos, qui auſi fuerunt aſſerere, contrariam opinionem tenentes, videlicet glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe, conceptam, hæreſis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cùm nondum ſit à Romana Eccleſia & Apoſtolica ſede deciſum. Non obſtantibus conſtitutionibus, & Apoſtolicis ordi-

Nunc Romanæ Eccleſiæ pag. 35. *Quæſtio*, ſcribit ex Bellarmino Pappus, *hæc exorta eſt tempore Concilij Piſani, quia, cùm duo Pontifices, qui ſimul ſedebant in Schismate, Gregorius XII. & benedictus XIII. non videbantur ſeriò cogitare de tollendo Schismate per ſpontaneam abdicationem, quemadmodum ante Pontificatum uterque voverat & juraverat. Cardinales utriusq; partis ſeceſſerunt Piſam, & tractare cæperunt, an ſibi liceret invitis Pontificibus Concilium generale convocare, & eos Pontifices deponere. Meminit Antoninus hujus Diſputationis, quæ Florentiæ habita eſt,* 3. Par. Sum. Hiſt. tit. 22. c. 5. S. 2. *Deinde, cùm paulò pòſt fieret Concilium Conſtantienſe, & Johannes XXIII. qui ſolus ad Concilium acceſſerat, à Concilio clàm diſceſſiſſet, atq; ita Concilium ſine capite remanſiſſet, tractare Patres cæperunt,* an Concilium poſſet invitum Pontificem judicare & deponere? *Sed maximè controverſia crevit tempore Concilij Baſileenſis. Quia enim Eugenius Papa IV. Concilium diſſolvere volebat & impedire, ne ulterius progrederetur, cæperunt Patres quærere,* an

te-

tenerentur Patres obedire Pontifici, an Pontifex potius teneretur obedire ipſis, id eſt, generali Concilio? *Et quoniam paulò ante viderant, duos Pontifices Johannem XXIII. & benedictum XIII. depoſitos fuiſſe per Concilium Conſtantienſe, & ſic impoſitum finem maximo Schiſmati, cœperunt metuere, ne ſi Pontifex non teneatur obedire Concilio, iterum Schiſma renovaretur, & ſine ullo remedio Eccleſia remaneret. Itaque hac occaſiene tunc plurimi in eam ſententiam iverunt, ut Concilium eſſet ſupra Papam. Sed dum voluerunt Schiſmatibus viam præcludere, ipſi novum Schiſma fecerunt, creato Pſeudopapa Felice V. qui poſtea, cognito errore abdicavit ſe Pontificatu, & quamvis poſtea in Concilio Florentino, & Lateranenſi ultimo* videatur quæſtio definita, *tamen quia Florentinum Concilium non ita expreſſè hoc definivit, & de Concilio Lateranenſi, quod expreſſiſſimè rem definivit, nonnulli dubitant, an fuerit verè generale, ideóque uſque* ad hanc diem quæſtio ſupereſt etiam inter Catholicos. *Tres poſtea Doctorum de hac quæſtione recenſet ſententias. Prima eſt,* Concilium eſſe ſupra Papam. Ita *Cardinalis Cameracenſis, Iohannes Ger-*

Gerſon, Iohannes Almainus, Nicolaus Cuſanus, Panormitanus, & Magiſter ejus Cardinalis Florentinus, Abulenſis, & alij. Andreæ, *Craynenſis Archiepiſcopi* ſententiam ὁμόψηφον ſuo, dante Deo, loco, prolixè dabimus. Habemus enim geſta illa, manu *Petri Numagen*, Sacellani ad S. Leonhardũ apud Tigurinos, Notarii ejus ſcripta: digna quę tineis tandem & tenebris erepta videant lucem, non meo tantùm judicio, ſed doctorum voto Locus occurrit inſignis *Catal. Teſt. Verit.* l. 19. p. 897. ex *Stumpſio* l. 12. c. 33. qui, prodromi loco, ita habet: *Andreas, Archiepiſcopus Carniæ, vixit circa annum Domini 1480. Is deformatum religioſorum ſui temporis ſtatum conſiderans; innumeris ferè tam doctrinæ, quàm vitæ ſcandalis, ſuccurrere malo ſtatuit: ídque per liberum & generale Concilium in Germania commodiſſimè fieri poſſe proſpiciens, ea de re quàm primùm perficienda ſcriptis ſuis Fridericum Imperatorem, & omnes Imperii proceres admonuit, conſentiunt plerique. Andreas igitur locum Concilio Baſileam ſtatuit, cóque cum doctis quibusdam venit. Hæc cùm Sixto Pontifici nunciata eſſent, illicò Legatum Angelum, Suetiæ Epiſcopum, ad Senatum ejusdem urbis cum mandatis mittit, ut (niſi Pontificis interdictum incurrere velint) Andream*

Epiſcopum captivum, vinctúmque Romam mittant,ut omnes illi conſentientes in Concilio exequendo pro excommunicatis habeant.Verùm Baſileenſes minimè concedere voluerunt, ut in libera civitate Epiſcopo innocenti vincula injicerentur. Legatus igitur ira commotus,totam civitatem excommunicat & abit. Miſit autem Pontifex alios ad Imperatorem Legatos, inter quos primas Jodocus Sedunenſium præſul tenebat. Hi aſtutis perſuaſionibus eò deduxerunt Fridericum Cæſarem,ut (licèt invitus, & longis victus precibus) mandaret Baſileenſibus, ne Andream ad ſua redire permitterent, ſed cuſtoditum,ſecum in urbe,uſque quó aliud ad eos deſtinaret mandatum,reſervarent. Voluit tamen Imperator etiam, ut interea Baſileenſes à nemine pro excommunicatis haberentur, nec propter prioris Legati iratum diſceſſum à quoquam devitarentur. Manſit igitur Andreas Baſileæ aliquot menſibus,in conclavi quodam,à certis quibusdam,qui illum obſervarent cuſtoditus,tandémque ibidem mortuus eſt, laqueo ſtrangulatus, procul dubio id Ponti-

fice

ſice procurante. Hæc *ſtumpſius. Scripſit contra hunc Andream Archiepiſcopus Henricus Inſtitoris, ac aſſirmat eum, poſt privatam fraternámque admonitionem, evulgâſſe libellum quendam, in quo Papam accuſaverit, tum de fide, tum de vita. Scripſiſſe quoque eum ad omnes Prælatos & Academias ac invitâſſe eos ad celebrandam Synodum, & reformandam Eccleſiam. Utinam hujus boni Epiſcopi ſcripta extarent!* Hæc ἐν παρόδῳ. Secunda opinio quorundam eſt Canoniſtarum (quod etiam Siſyphi Saxum magno conatu volvit & revolvit *Bzov.* an. Ch. 1425. S. 32. 37. & alibi: pro Pontificis ὑπεροχῇ fervidius certans, quàm pro aris: Ejus ſibi quæſtionis deciſionẽ arroganter vendicans, quam ne ipſi quidẽ aggredi fuerunt auſi cœli Papiſtici Atlantes) qui volunt, *Papam quidẽ eſſe ſupra Concilium, & à nemine judicari poſſe invitum, poſſe tamen ſeſe ſubjicere Concilio.* Vltima ſententia, quam ferè communem eſſe ait, eſt, *quòd Papa adeò ſit ſupra Concilium, ut ne quidem ſubjicere ei ſeſe poſſit.* Authores & defenſores hujus ſententiæ habentur p. 38. Confer *Bal.* p. 597. Atque ſic à tempore habiti Concilii Piſani, Conſtantienſis & Baſilenſis, lites natę ex litibus. Quanto majori παῤῥησίᾳ *conciliorum authoritas* Pontificum reſtitit libidini,

atque dominio, tantò indignius ipſa proculcata fuerunt Concilia. Nunquam gravius ſpecioſus *Conciliorum* titulus, plenis aliàs buccinis à Pontificiis decantatus, ſubiit periculum, quàm hoc ipſo ſeculo. Vis probem? Amplam haberem ſegetem, niſi eam ipſam attentus lector ex dictis jam & porrò dicendis, demetere poſſet. Aurem tamen vellicat & rei pondus, & tractationis perſpicuitas, quæ, ne eadem quidem, alio atque alio loco repetita, novóque ſchemate veſtita, reſpuit, aut veluti crambem bis coctam, tædiosè averſatur. Δὶς ϗ τρὶς τὰ μεγάλα. Videamus igitur veteratorias Pontificium circa cōtroverſias de Conciliis artes. In dubium vocata eſt, (ut ab ovo rem repetamus) authoritas *Concilii Piſani*: Cur? quia Papa ejus judicio ſubjiciebatur. *Supra depoſitione verò*, ſcribit *Naucl.* Gen. 47. pag. 268. *Pontificum in Piſano Concilio prætenta, diutius eſt diſputatum, & præſertim per laurentium de Rodolfis, utriusque juris Doctorem, Cathedram tenentem Florentiæ: Utrum, præſuppoſito pro conſtanti, quòd ambo Pontifices ſcandalizarent Eccleſiam ex violatione manifeſta juramentorum, & voti, fiendæ unionis Eccleſiæ, cùm non darent ad hoc operam, ſed ſimularent colludentes ad invicem, ſitq́ pesſimum ſchiſma, valde Eccleſiæ nocivum, poſſint ne Cardinales convocare Concilium, & citato utroque ad ve-*

veniendum ad Concilium non comparentes, ſed in contumacia perſiſtentes poßint deponi, & an ad alterius electionem procedi poſſit? ubi poſt longam diſputationem in præſentia plurimorum Theologiæ atque utriusque juris Doctorum, nemine contradicente, ſed omnibus annuentibus determinatum fuit, id licitè & Canonicè fieri poſſe. Ita ergò, quod omnibus placuit, unius deinceps Pontificis pertinacia infringi potuit, ut poſtea dicemus. Neq; minori laborabat difficultate Conſtantienſis Synodus. *Abrogato enim Johanne, ut ſententiam à ſe editam veram & integram judicaret, Synodicum decretum* (vide & Maſſæi calculum apud Bal. pag. 564.) *promulgavit, quo affirmabat, Concilium generale legitimè congregatum habere à Chriſto poteſtatem, hoc quidem fundamento ipſum etiam Pontificem Concilio ſubjecit.* Id Gen. 48. p. 271. b. Ne verò fraudi hoc decretum Pontificibus eſſet, ecce σοφὸν præſtò eſt φάρμακον! *Quod ad negotium*, inquit Bzov. an. Ch. 1425. S. 32. *Johannis 23. attinet, patres Conſtantienſes arrogârunt ſibi in eum cognitionem & jurisdictionem à duplici hypotheſi, nimirum, quòd à magna parte Eccleſiæ dubitaretur, an eſſet verus, certus*

& indubitatus Pontifex, & quòd ipſe ille videretur detuliſſe, ſive ſeſe permiſiſſe Concilio. Atque his duobus caſibus concedit *Bzov.* Concilium eſſe ſupra Papam, quo tamen ipſo nodum non ſolvit, ſed infeliciſsimè ſecat, peſsimámque gratiam apud pleroſque Pontificios init. Sed & *Baſileenſe* Concilium, quòd de throno præcipitâſſet Pontificem, hanc ipſam ſubiit aleam. In quas ſe Pontifices & Pontificii verterunt partes, ubi de ejus authoritate diſputatum fuit? Hic videat miram Patrum vertiginem! *Martino V.* ſcribit *Onuph.* de Pontif. & Card. creat. l. 3. p. 299. *Pontifice Maximo vita functo, Eugenius P.P. IV. qui ei in Pontificatu ſucceſſerat, Concilium generale Baſileenſe à Martino V. jam pridem indictum, ſtatim approbare literis Apoſtolicis aggreſſus eſt, primo enim anno ſui Pontificatus prid. Calend. Jun. Juliano Cæſarino, Romano Diacono Cardinali S. Angeli* (qui Epiſtola quadam ad Eugeniam probavit; Generale Concilium eſſe ſupra Papam; *Bal.* pag. 579.) *tunc in Germania contra peſtiferam Huſſitarum Boëmorum hæreſin, Apoſtolicæ ſedis Legato ſcripſit, ut juxta Concilii Conſtantienſis decreta, à Martino V. executioni mandata, ſtatim Baſileam ſe conferret, ibique ſecundum tenorem Bullæ P.P. Martini V. an-*

V. auctoritate Apoſtolica, ejusdem Sacroſanctæ Apoſtolicæ ſedis Legatus, in Concilio generali Baſileenſi præſideret. Hæc cùm executioni ipſe Cardinalis mandare ſtuderet, eo tempore, quo inchoatio Concilii generalis inſtabat, circa Boemorum Huſſitarum expeditionem ipſum vehementer laborare contingit, cujus etiam rei cauſa præcipuè in Germaniam à Martino V. legatus fuerat deſtinatus. Qui etſi adverſum eam hæreſin pro cauſa fidei vehementer eſſet occupatus, tamen ne per ejus abſentiam inchoatio Concilii vel à ſtato tempore prolongaretur, aut omnino impediretur, ipſe ſtatim Baſileam miſit Johannem Polmar, Domini P.P. capellanum, & ſacri palatii Apoſtolici cauſarum Auditorem, Magiſtrúmq; Johannem Raguſinum, Doctorem Pariſienſem, ordinis Fratrum Prædicatorum procuratorem generalem, qui nomine ſuo principium Concilio darent, eidemq; Concilio usq; ad Legati Card. adventum, qui citò ſperabatur, præſiderent. Hi XIV. Calend. Auguſti, anno Chriſtianæ ſalutis 1431. Pontificatus P.P. Eugenii IV. anno primo Baſileam ingreſſi, eo-

dem anno & Menſe, videl.die 10.Calend. Auguſti,ibidem præſidentes convocatis omnibus Eccleſiaſticis perſonis, tam advenis, quàm terræ incolis,in capitulo nationis Eccleſiæ Baſileenſis, invocata ſpiritus Sancti gratia inchoaverunt (de quo initio fusè Binius apud Bzov.an.Chr.1431. S.23.) *Concilium, ad quod jam magna prælatorum frequentia convenerat, nomine D. Juliani Cæſarini, Diaconi Cardinalis S.Angeli Apoſtolicæ ſedis de latere Legati, legitima poteſtate eidem ad hoc ſpecialiter conceſſa,primò à P.P. Martino V. mox ab ejus ſucceſſore Eugenio IV. vivente, ipſúmq; ſacroſanctum & Oecumenicum Concilium ſtabilierum, conſentiente & approbante tam dicto Domino Cardinale Legato, quàm ipſo Eugenio IV.* Ita ergo hoc Concilium à Pontifice & initium habuit & applauſum; ſed quem progreſſum? Cùm Concilii ſedem Papa alio translatam vellet, Bzov. an.Ch.1431. S.9.44. Patres verò recuſarent, deſultoriæ huic levitati ſe maſculè opponentes, *Id.* S. 13. ipſum etiam Pontificem parere nolentem Papatu privarent, qui modò Eccleſiæ lumina erant & columina, non modo rebelles Bzov.an. Ch.1432. S.137. ſed etiam Schiſmatici andiunt & hæretici. Ipſum Concilium à doctiſsimis per Europam viris ha-

habitum & celebratum damnatur, *ita ut*, teſte Gaulter p.718. *ex hoc Concilio approbatum nihil ſit, niſi diſpoſitiones quædam circa Cenſuras, quas ad tuendam pacem Nicolaus V. ratas habuit*, Cætera Lateranenſe ultimum Concilium carbone notavit. Græcos etiam à Baſileenſi Concilio Eugenius abalienavit; Bzov. an. Chr. 1437. S. 1. Quibus divortiis ſententiarum, Eccleſia Romana ab ipſo ſtatim Eugenii obitu, agitata fuerit, ſcripſit ad Martinum Meyr, Æne. Sylv. Cardinal. a. Ch. 1457. (cujus in Baſileenſi Concilio magna fuit authoritas, Bzov. an. Ch. 1458. S. 16.) *Diſceptatum* eſt (de functo Eugenio) *quonam pacto Pontifici Nicolao parendum eſſet. Erant, qui decreta Baſileenſis Concilii omnia ſuſcipienda contenderent, illisq; ſalvis Papæ obediendum. Contra Legatus Apoſtolicus, ejus Concilii, quod Romana Eccleſia refutâſſet, legibus, nullam in eſſe vim ajebat. Alij, quibus ſententia placebat, verum Baſileæ Concilium aliquando fuiſſe affirmabant, ejúsq; temporis Conſtitutiones haud quaquam rejiciendas eſſe putabant. Poſtremò eo modo concordiæ locus fuit, ut ſententia quorundam Decretorum Baſileenſis Concilij reciperetur, reliqua verò ejus ſtatuta, rejecta viderentur* Bzov. Certum eſt, Concilii hujus De-

creta multis fuiſſe oracula. *Bzov.* a.c. Sect.10. Non quosdam tantùm Concilii articulos Baſileenſibus confirmavit Sigismundus Imperator; *Id.* an. Chr. 1436.S.35 ſed & publico promulgavit diplomate; *quòd ab initio Sacri Concilij Baſileenſis ſemper, absq; omni dubio ſimpliciter & jure adhæſerit, adhæſurúsq; ſit firmiter*; *Id.* a. Ch. 1432. Sect.101. Si qui aliter, in Pontificis gratiam, ſenſerunt, longas Concilio illi fuiſſe manus experti ſunt. Reſervabant enim ſibi Baſileenſes Talionis ubique legem, & quantò majori eos impetu fuit adortus Pontifex, tantò eorum ἀντιπερίστασις fuit vehementior. Damnavit *Eugenius* Baſileenſem Synodum, hæc viciſsim *Ferrarienſem*, à Pontifice indictam; *Bzov.* an. Ch. 1438. S.64. Quid? quòd nemini locum in Concilio concederent, niſi juramento adſtricto, *paratum ſe eſſe, fideliter laborare pro ſtatu & honore Concilii Baſileenſis, & ejus decreta defendere, & manutenere; & ſpecialiter decretum Concilii Conſtantienſis, cujus tenor ſequitur, & eſt talis: Primò, quòd Generalis Synodus Conſtantienſis, nec non alia quæcunq; Synodus in Spiritus Sancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habeat, cui quilibet, cujuscunque ſtatus, & dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem dicti Schismatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris: Item declarat, quod*

qui-

quicunque cujuscunque ſtatus & dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis ſeu ordinationibus, aut præceptis hujus Sanctæ Synodi, & cujuscunque alterius Concilii Generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus, factis & fiendis, obedire contumaciter præſumſerit; niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubjiciatur, & debitè puniatur; etiam ad alia juris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrendo; *Bzov*. 1434 S. 1. His, Conſtantienſis Concilii, verbis, quid clarius? quæ hîc, ad certos tantùm caſus, reſtrictionis nota? *Tenetur*, decernunt Patres, *Papa* Concilio obedire. Et quidem non is tantùm Papa, qui vel opinione munus & onus hoc ſuſtinet; vel ſponte ſe Concilio ſubjicit (ſpontanea enim ſubmiſſio cum hac Lege difficulter ſubſiſtit:) ſed Papalis perſona jure legitimeque ordinata. Vt oppidò ridiculus ſit *Bzov*. qui an. Chr. 1415. S. 32. hac rima elabi conatur, & duplici tantùm hypotheſi Pontificem Conciliis ſubjici gratis, & præter expreſſam Concilii Conſtantienſis mentē, fingit.

Sed miſſis *conciliis* ad λειψανομαχίαν (nam, quæ de *Roſario* excitatæ velitationes afferri poſſent commodiori aſſervamus loco: vide *Bzov*. 1473. S. 5. 28.) progrediamur. Hic verò mirè tumultuantur, Non duella tantùm expecta, aut μονομάχους: urbes, provincias, regna interſe commiſſa videas propter reliquiarum, quo pene inſaniebant, amorem. Leviter hoc tangerem ulcus, niſi totum penè corpus Eccleſiæ infeſtâſſet. Videamus igitur quos fluctus & motus excitare poſſint Demagogi & circumforanei iſti, qui ſuppoſititias reliquiarū obtrudunt merces. Duo tantum proponemus exempla,

pla, quorum alterum corpus B. Lucæ, alterum annulum pronubum Sanctiſsimæ virginis Inſtitorum fraude vexatum docebit. Quid de *de B. Luca* factum ſit, operosè ex *Iacobo Cavac.* hiſt. Cænob. S. Iuſtinæ lib.5. recenſet *Bzov.* an.Ch. 1463. S.60. Ejus nos vitula arabimus: neque enim tutius aut compendioſius larvam detrahere licet, quàm eorum opera, qui fuco, ſi poſſent, & colore, ubiq eam commendarent. Dictum eſt, *inquit*, de Iaize Metropoli Boſniæ, quam hoc anno Mahometes, cæpit: In ea urbe cuſtodiebatur corpus Beati cujusdam viri, titulo Sancti Lucæ Evangeliſtæ. Id Franciſcani Patres felici auſu dum urbs diriperetur, ſubtraxerunt, & Venetias delatum donaverunt Chriſtophoro Mauro Principi piiſsimo. Erga ſanctorum reliquias maximum ſemper fuit ſtudium Venetorum Patrum, cujus argumentum habeo Sanctorum corpora, quæ de remotioribus provinciis advecta, apud illos ſummo honore aſſervantur. Eodem ſtudio permotus Princeps Maurus cupiebat allatum nuper corpus transferre è templo Sancti Nicolai, ubi de navi collocatum fuerat, ad Eccleſiam S. Iob, quam idem impensè exornaverat. Dum hæc in vulgus feruntur, ad Principem relatum eſt, *quòd ante annos trecentos, corpus Sancti Lucæ Evangeliſtæ Patavii eſſet, neque unius Evangeliſtæ bina corpora credi poſſent.* Quandam etiam religionem proximè injecerat cœlum ipſum, quòd cùm pompa celebris inſtituta eſſet ad transferendum id corpus, ex ſereno

no non ſemel pluvium evaſerat,& imbrium fœditate translationem diſtulerat. Itaque Princeps ne videretur quicquam adverſus religionem moliri, vel Patavinæ Civitati adimere, Zachariam Friviſanum Prætorem,& Lucam Legium Præfectum, jubet antiquum ſepulchrum Sancti Lucę Patavii aperire,& de re tota admonere. Hi ſtata die III. Idus Auguſti, *peritiſſimos Medicos, qui oſſa Sancti Evangeliſtæ dignoſcerent*, deligunt ex toto Gymnaſio, Paulum à Flumine, & Franciſcum Paſſerem cognomento Genuam. Affuere etiam urbis Decuriones, & proceres plerique, cum Iohanne Dominico Spazzarino, Cancellario, qui hæc in publicas tabulas referret. Sublato lapide ſuperiori intus viſa eſt arca plumbea lenos pedes longa, duos lata, cujus operculum in pyramidem aſſurgebat. Antiquum etiam id opus ex vetuſtate hiabat. *Jacebat in ea Corpus Sancti Lucæ Evangeliſtæ ſine capite, ſoluta tamen compagine oſſium.* Hæc à Medicis revoluta, *apparuerunt hominis eſſe, & maximæ vetuſtatis*, qualem à tempore obitus Sancti Lucæ metiri licet. Nullum tamen cranij, vel humani capitis fruſtulum fuit. Ex recluſione Sanctarum reliquiarum multa cives lætitia,& pietas invaſit, quorum gratia oportuit, eas biduo patere. *Sed Princeps parùm his emotus & minùs probans Veteres Cœnobii Sanctæ Juſtinæ, ubi repoſitæ Sancti Lucæ reliquiæ, tabulas ac monumenta,* Bernhardum Iuſtinia

num

num, Venetæ Reipublicæ Oratorem, jubet apud Pium II. Pontificem de Corpore Sancti Lucæ judicium expetere. Pontifex Beſſarionem, Nicænum Cardinalem, & apud Venetam Rempublicam Legatum ſuum, judicem edixit. Nicæni vices agebat Venetiis, Nicolaus Perottus Archiepiſcopus Sipontinus, eruditione clarus, qui Bernardo, Abbati Sanctæ Iuſtinæ, diem dixit. Affuit Abbas cum D.Luc.Contareno, Cœnobii Præpoſito, & Iacobo Leoniſſa, Canonico Patavino, quem in tanta re ſibi patronum volebant. Is poſtquam in patria Pontificium jus interpretatus eſſet, Romam vocatus, maximum doctrinæ & experientiæ ſpecimen dederat, Flamin. Provinciæ præfectus, deinde Pii Pontificis Nuntius ad Imperatorem Romanorum. Etiam Patavini Cives æmulati Monachorum ſtudium, publico decreto Oratores ad Sereniſsimum Ducem, atque pro tuendis reliquiis Evangeliſtæ apud Sipontinum, patronos urbis ſtatuêre, Franciſcum Borcellinum, Chechum Leonium & Antonium Capiliſtium ex Collegio Iuriſconſultorum. His etiam poſt aliquot menſes ſuffectos lego Laurum Palazolum, Sulimanum, Franciſcum Pavinum, & Marcum Solem. Poſtquam junctis conſiliis res agi cæpta eſt, deterrebantur Oratores, quod fere cum ipſo Principe ea futura eſſet, cui adverſari impium, ac indecorum exiſtimabant; quamvis voluntas ac ratio retinendi Sacri Corporis, ſuaderet etiam mordicus rem tueri. Itaque ſupplices Ducem adeunt, poſtulantque, non moleſte ferret, *ſi publico nomine in Controverſiam Reliquiarum San-*

cti

cti Lucæ deſcenderent, Reſpondit is, privatam induiſſe perſonam, nec Reipublicæ nomine, ſed proprio affectu, & deſiderio exactę cognitionis earum reliquiarum moveri: neque ullam ſibi injuriam factum iri, ſi Abbas, & Oratores Patavini, ſuam cauſam agant. Stata die, Iacobus Perleonius. Ariminenſis, Iuriſconſultus, Sipontino libellum obtulit, hæc Patavinis objectans. *Corpus Sancti Lucæ è Bithinia delatum Conſtantinopolim, & ibi diu aſſervatum, poſtea in regnum Boſniæ perveniſſe, ibiq; ſub invocatione Sancti Lucæ plura edidiſſe miracula: Celebrem de eo fuiſſe, ac eſſe opinionem in Miſia & propinquis regionibus, & à plerisq; urbibus, & Principibus deſideratum eſſe. Id modo Venetias delatum, eadem veneratione aſſervandum, ac retinendum.* Teſtes exhibuit, qui hoc ipſum in Iaitza vidiſſe, & cultum meminerant: ſed quomodo è Conſtantinopoli in Boſnam, vel quando delatum fuiſſet, ignorabant. Vnicus ex his aſſeverabat, hoc à quodam Imperatore, dono datum Dynaſtis Ambraciæ. Attamen univerſorum vox erat, *integram de re tota fidem haberi poſſe ex Græco Chirographo,* quod ab his olim Iaitzæ viſum, cum eo tempore Venetias translatum fuerat. Itaque juſſus Perleonius Chirographum exhibere, illud à publico Interprete Latinè redditum obtulit, quod nos ex Autographo deſcribemus ut ap-

apparea ut ex eo Græcorum impoſturæ,& explodantur commenta, cum ad Chronologiam & rerum ordinem provocabimus. *Omnis Civitas duplicibus cincta mœnibus tutior profecto eſt, & omnis actio duplicium teſtimonio munita, firmior eſt: illa enim hoſtium conatibus manet exempta, hæc tentantibus eam evertere, redditur captu difficilis, quando præſertim priora videntur ferrē præ ſe ad veritatem ſufficientia. Poſt hæc contigit nobis tabellionibus Euripi Sacerdoti, Stephano Clerico Paleoſitari, & Manueli Anagnoſtæ Leptopodii, præſentibus plerisq; nobilibus & frugi viris terræ noſtræ, præſens edere ſcriptum teſtimoniale ad indubitatam veritatis demonſtrationem Venerandi Corporis, glorioſi Sancti, & Evangeliſtæ Lucæ, quod eſt Thebis Bœotiæ, quæ quidem res omnibus eſt manifeſta atq; percelebris. Hinc redeundum eſt ad rem. Tres quidam homines profecti ad nos, quorum cognomenta & nomina ſunt Nicolaus Catoflorus, Joannes Marconiſa, & Canathius Xanthus; aderant quoque cum his, quinq; alij negotiatores Græci, atq; Latini frugi & fide idonei viri Seraphinus Triviſanus Venetus.*

tus, Georgius nepos Magariti Admirati Cæſaris Gaballi, Thomas Longibardus de Terra Barri, Joannes Lambites & Johannes Raudas, qui dixerunt nobis. Quòd nobis præſentibus, præterito Menſe Maÿ, Indictione III. in Civitate Syriæ nuncupata Accon, quando Agarenorum multitudo impia egreſſa depopulata eſt Paleſtinum agrum, plerisq; Chriſtianis interemptis, etiam ſanctiſsimo illo Patriarcha Hieroſolymitano, quemadmodum accepimus. Ibi duo Monachi de eadem civitate Hieroſolyma, venerat in illam civitatem Accon, ubi diverſabamur, & incidenter fuerunt nobis obviam. Geſtabant in ſacculis ſuis venerabile Corpus Sancti Lucæ Apoſtoli & Evangeliſtæ; & cùm cognoviſſent nos eſſe Chriſtianos, & negotiandi cauſſa illuc acceſsiſſe, & tenere duas magnas domus templi & hoſpitalis; & ne illi, qui ibidem habitabant, hoc intelligerent & ejusmodi corpus ab illis auferrent, idcirco ſecretò nobis revelaverunt hanc rem. Nos ut in illos conjecimus oculos, credulitate incredulitateq́; animis diſtrahebamur, deſiderabamusq́; veritatem

H

certè cognoſcere. Convenimus autem duos quosdam Monachos regionis ejusdem, profugos etiam ipſos de partibus Hierſolymorum, propter illam incurſionem impiorum Agarenorum, viros pietate nobiles, & omnì virtute, probitateq; claros, quorum vel nomen ipſum venerandum omnibus erat, Abbatem ſcilicet Monaſterii, Sancti Johannis Baptiſtæ, Præcurſoris, ſiti juxta Jordanem, & Præſidem Monaſterii Sanctæ Marinæ Martyris, ſiti in monte Carmelo Dominum Theodolum. Interrogavimus ipſos de hujusmodi Sancti corpore, ſi quid fortè ſcirent, nobis dicerent verum. Illi jurejurando dixerunt nobis, quia coram Deo, & Sanctis Angelis ejus teſtificamur, hoc ipſum eſſe venerabile corpus divini Apoſtoli, & Evangeliſtæ Lucæ, quod emerat Sanctiſſimus Patriarcha noſter Dominus Athanaſius de Conſtantinopoli, & quando delatum fuit Hieroſolymis aderamus, & nos quoq; cum Patriarcha, & divinam, atq; ſacram celebravimus Miſſam cum eo eodem die in memoriam hujus Apoſtolici corporis; quinimo continuo ſpeculabamur, & oblectabamur con-

condito in venerabili ſacello Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, in quo Manſionarii ſunt, qui hoc detulerunt Monachi. Nos certiores facti per venerabiles illos Monachos, tres illi ſocii Nicolaus Catoflorus, Joannes Marconiſa, & Canacius Xanthus ſuperius doclarati, coram nobis aſtantes, decreverunt propriis ſumptibus; illud emere, & una nobiſcum profecti ad illos Monachos, qui illud tenebant, præſentibus etiam religioſiſſimis Abbatibus, quos ſuperius enumeravimus, emerunt illud pretio ſexcentorum Bizantinorum Saracenicorum, qui ſunt in uſu illius provinciæ, & ſoluto precio, venerabiles has reliquias ab illis acceperunt, deficiente duntaxat dextera manu, ac pede, repoſueruntq; in quadam parte navis; & detulerunt huc, quemadmodum vos propriis oculis nunc cernitis, & amplexamini. Adjuramus vos igitur coram Deo, judice omnium, & coram vobis propoſitis Divinis Evangeliis, ea, quæ à nobis dicta ſunt, vera eſſe, non falſa. Ita res acta eſt, ita factum, quemadmodum à nobis nunc audiſtis. Verùm, quia ab invicem ſeparabimur, diſceſſurus quisq;

quò voluerit negotii ſui gratia, rogamus charitatem veſtram,ut Scriptis hæc mandetis,& ſubſcriptionibus veſtris ac ſignis hanc exactam,& indubitatam veritatem teſtimonio Scripturæ munitatis,ut habeat apud quosq; quibus fuerit præſentata,robur, firmitatemq; irrumpibilem. Hæc omnia apud nos teſtificati ſunt ſupradicti quinq; negotiatores,tabellarium inquam Euripi,& eos qui nobiſcum erant nobiles,frugiq; viros in Veritate, & timore Dei, à quibus rogati præſens teſtimoniale ſcriptum expoſuimus, & nos in eo ſubſcripſimus,cum ſubſcriptione prædicatorum quinq; teſtium,in manifeſtationem veritatis. Scriptum Manuelis Anagnoſtæ Euripi Leptopodii, præſente me Sacerdote & Clerico,& Tabellione Euripi Paleoſitari,& reliquis teſtibus,menſe Martij. Indictione III.Anno VI.DCCLIII.Signũ teſtis Georgii,ne potis Margariti Admirati Cæſaris.Signum teſtis Joann.Gavallæ,Signum teſtis Olampitis Joann.Rauda. Ego Stephanus Triviſanus teſtis ſcripſi. Ego Thomas Longibardus de Terra Barri.Thomus Sebaſtus Tricatis omnia ſupradicta audivi ex ore ſupradictorũ teſtium præſentium,& juſſus

ſub-

ſubſcripſi. Conſtantinus Chalauci ut ſupra. Joh. Piſtophilus ut ſupra. Joh. Lechmachus ut ſupra. Joh. Allates ut ſupra. Tomus Chiriacus, ut ſupra. Tomus Baſilius, ut ſupra. Sed antequam objiciatur huic impoſturæ ratio temporis, ac ordo rerum geſtarum, *aperiendum eſt vetus ſacrilegium, Græcorum Monachorum, qui paſſim oſſa defunctorum colligere, ac pro martyrum reliquiis venditare conſueverunt.* De his Sanctus Auguſtinus de opere Monachorum Tom. III. *Tam multos hypocritas ſub habitu monachorum usquequaq;* (Diabolus, nempe) *diſperſit circumeuntes Provincias, nusquam miſſos, nusquam fixos, nusquam ſedentes, nusquam ſtantes. Alii membra martyrum, ſi tamen martyrum, venditant. Alii fimbrias & Phylacteria ſua magnificant, &c.* Verùm de eadem reliquiarum impoſtura, ac mercimonio, clariorem habemus Græcorum fraudem ex Epiſtola Sancti Gregorii Papæ ad Conſtantiam Auguſtam lib. 3. Epiſt. 30. ibi hæc leguntur. *Pro qua re, de Græcorum conſuetudine, qui oſſa ſanctorum ſe levare aſſerunt, vehementer miramur & vix credimus. Nam quidam Monachi Græci huc ante biennium venientes, nocturno*

ſilentio, juxta Eccleſiam Sancti Pauli corpora mortuorum in campo jacentia effodiebant, atq; eorum oſſa recondebant, ſervantes ſibi dum recederent. Qui cùm tenti, & cur hoc facerent, fuiſſent diligenter diſcuſſi, confeſſi ſunt, quòd illa oſſa ad Graciam eſſent tanquam Sanctorum reliquias aſportaturi. Ex quorum exemplo, ſicut prædictum eſt, major nobis dubietas nata eſt, utrum verum ſit, quòd levare veraciter oſſa ſanctorum dicuntur.

His præſuppoſitis, ſi qui pro S. Lucæ Patavino corpore pugnabant, fidem illius chirographi elevabant. 1. quòd prius ſcriptum ſit quàm factum. Annus enim ab orbe condito 6753. quo illud ſignatum eſt, reſpondet anno, juxta ſupputationem Latinorum 1248. Cæterùm Athanaſius Patriarcha, non hoc anno, ſed 1290. ſedit. 2. Quòd Conſtantinopoli non Hieroſolymis Sancti Lucæ corpus conditum olim fuit. Conſtantinus enim Magnus ad præſidium novæ urbis, & Romani Imperii cupierat olim Bizantium referre, reliquias omnium Apoſtolorum, quibus etiam maximum templum ſtatuerat. Eò relata corpora Sanctorum Andreæ Apoſtoli, Lucæ Evangeliſtæ, ac Timothei, diſcipuli Pauli Apoſtoli, omnes auctores affirmant, quieverúntque hæc in templo Apoſtolorum, ut memorat Procopius de ædificiis Iuſtiniani Imperat, usque ad ejus Iuſtiniani tempora, quibus cum in reparationem illius templi jam penè ruinoſi, vetera fun-

fundamenta eruerentur, *reperta ſunt ſacra corpora*, & celebriori loco recondita. Ex his poſt annos prope XLV. Tiberius Cæſar Beato Gregorio, qui tum Pelagii ſummi Pontificis Apocriſarius apud Cæſarem degebat, dono dedit brachium S Andreæ, cum capite S. Lucæ. 3. Vriæ Presbyteri memoria, qui Imperante olim Conſtantino Copronymo, hæretico Iconoclaſta, *verum corpus Sancti Lucæ Evangeliſtæ Patavium attulit*, ne ab hæreticis Imperatoribus cremaretur. 4. Quòd corpore illo à Franciſcanis Venetias jam delato, Andreas Venerius pro Sereniſsima Republica Venetorum. Comes Spalatenſis, juſſus de eo apud Magdalenam Stephani, nuper Boſnæ regis uxorem quærere, ab ea, & ipſius familiaribus, intellexit, *id quidem eſſe corpus Sancti Lucæ Evangeliſtæ, ſed Bizantio translatum*, Rugos Ambraciæ urbem, & ibi aſſervatum, donec Ambracia in poteſtatem Turcarum devenit; quo tempore á Georgio quodam Deſpota redemptum aureis XXX. Senderoviam delatum ſit, mox à Rege Thoma in Telzach, inde Iaitzam deportatum. Itaque non Hieroſolymis conditum, neque Ptolemaidam delatum eſſe potuit, ut in Chirographo dicitur. 5. Quòd Iſajas Nicoſienſis Cyprius, Monachus Sancti Baſilii teſtis in cauſam receptus, aſſeruit, illud corpus eſſe unius Beati Lucæ, Crypotæ Sacerdotis; & hanc opinionem accepiſſe à multis antiquorum patrum; atque Byzantii ac Theſſalonicæ eam vulgatiſsimam habitam. Sipontinus Iudex

nullis rationibus emotus, fortè quia Mauro Principi magis volebat, adhibitis in rem Prælatis pluribus, hanc Nicæni Cardinalis ſententiam evulgavit. *Oſſa in Eccleſia Sanctæ Juſtinæ de Padua exiſtentia, quæ hactenus pro oſſibus Sancti Lucæ tenta, habita & venerata fuerunt, non fuiſſe, nec eſſe oſſa ejusdem Sancti Lucæ Evangeliſtæ, nec pro talibus habenda, tenenda & veneranda.* Corpus verò nuper è regno Boſnæ delatum, & nunc in Eccleſia Sancti Nicolai de Littore exiſtens, & hactenus pro corpore dicti Sancti Lucæ Evangeliſtæ tentum habitum & veneratum, pro tali, & ut tale habendum &c. Hac ſententia nihil minus Patavini Oratores, ac Monachi Sanctæ Iuſtinæ exſpectabant, de qua coram Sipontino queſti acerrimè etiam ad Pontificem Maximum provocavêre. Vrbis orator decretus eſt Georgius Buzzacarinus Canonicus, & pro Congregatione Sanctæ Iuſtinæ, Abbas Sancti Pauli, & D. Nicolaus Albicius Florentinus, multæ eruditionis ac experientiæ viri. Ab his Romæ res geri cœpta eſt. Attamen Nicæni Cardinalis integerrimi, ac eruditiſsimi ea erat auctoritas, ut videretur tractura in ſuam ſententiam quoscunque ſummus Pontifex provocationi & appellationi Patavinorum præfeciſſet. *Vivente Pio cauſſa definiri non potuit. Paulo ſecundo poſtea ſuccedente, agitata, quem finem habuerit, viſum eſt iſthic, propter ſimultaneam negotii cognitio-*

tionem referre. Subierat Romæ vices Georgii Buzzacarini Patavinorum Legati Antonius Capiliſtius, Clericus Apoſtolicus, qui multo ſtudio appellationem provexit. Supplici libello urbis Patavii, & monarchorum nomine poſtulatum eſt, ut provocatio à ſententia Nicæni Cardinalis ad Pium Pontificem lata cognoſceretur: neque ea facilitate pateretur Pontifex religioſam urbem exui antiquo theſauro, ſacrarum reliquiarum, ſed liceret maximam rem absque livore agi coram ipſo, ſummo arbitro ſacrarum rerum. Pontifex annuit poſtulatis, ac recepta coram ſacro Senatu Cardinalium appellatione, duos ex eo cognitores edixit, Ioannem Carvajaſum Hiſpalum, titulo Sancti Angeli, & Bernardum Herulum Namienſem, titulo Sanctæ Sabinæ. Apud hos ſæpe ab Oratoribus actum eſt, & veteres tabulæ ac rationes diſcuſſæ. *Tamen ex conjecturis ſuſpicio inoleverat, difficillimè divelli poſſe cognitores à ſententia Nicæni.* Sed res accidit, quæ agente Divino Numine, humanum opus demolita eſt, atque rejecta prorſus Nicæni ſententia, Cardinales coëgit in apertam veritatem reliquiarum Sancti Lucæ, quam Patavini profitebantur, deſcendere. Dum res nutarent, Monachi Sancti Pauli, eas Deo precibus ac jejuniis commendabant. Ex his plerique cum ſeptem urbis Eccleſias crebrò adirent, poſtulati aliquando ab honeſtiſsimo quodam æditui Baſilicæ Vaticanæ, quæ frequentius eò acceſſus, & lachrymarum cauſſa eſſet, Nicæni ſententiam, & de ea ad Pontificem

appellationem expoſuêre. Reſpondit is, optimo animo eſſe oportere, quia non Patavinæ urbis, & monachorum tantùm ea cauſa foret, ſed etiam ipſius Baſilicæ Vaticanæ, *quæ ab ævo immemorabili aſſervabat caput Sancti Lucæ Evangeliſtæ*, à Beato Gregorio I. Pontifice advectum Byzantio, & in argentea theca vetuſtiſsima aſſervabat. *Itaq; ſi corpus Venetias nuper delatum integrum cum capite eſſet, occaſuram profectò ſententiam Nicæni.* Hæc ingentibus animis accepta, altero etiam argumento augentur, quòd Patavii corpus idem S. Lucæ ante annos, huc repertum fuerat ſine capite, & alterum recens Venetias delatum, integrum cum capite eſſet, atque *ex Phyſicorum opinione, videretur id viri junioris & paulò ante ducentos annos defuncti*; Lucam verò Evangeliſtam, octuagenarium ante annos mille quadringentos occubuiſſe, nemo neſciret. Hæc ipſa in Curiam delata, & palàm ex aſpectu ſacri capitis & monumentorum Vaticanæ Baſilicæ obfirmata, moverunt Cardinales, ut juberent ſolenni ritu, Venetiis inſpici corpus ex Boſna advectum, & de ipſius capite, & conditionibus admoneri. Iuſſu Principis Mauri Petrus Draganus Venetus, Reipublicæ, à Secretis, & Patavinorum Legatus, Gabriel Capiliſtius, eques, delecti ſunt qui corpus inſpicerent & de quæſitis ac repertis publicas tabulas ederent. Poſtquam Nicænus ſententiam tulerat, illud cor-

pus ex templo Sancti Nicolai translatum fuerat in Eccleſiam Sancti Iob, ubi etiam inſpectum eſt à Dragano & Capiliſtio. Integrum cum capite & cohærente oſsium compagine repertum eſt, quemadmodum etiam hac noſtra tempeſtate cernitur. De his publicè Romam reſcriptum. Productum etiam eſt reſtimonium Vicarii & Collegii Canonicorum S. Petri, de capite S. Lucæ, hoc tenore. *Univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes noſtras literas inſpecturis, lecturis, vel legi audituris, Franciſcus de Tholomais, de Aquila Decretorum Doctor, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Vicarius Generalis à Sanctiſſimo in Chriſto Patre & D.N. Domino, Pio, divina providentia II. ſpecialiter deputatus, ſalutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere. Summa fidelium devotio, ac pietatis & charitatis ardor erga Sanctorum reliquias prædictæ inſignis Baſilicæ nobis auctoritate Apoſtolica commiſſa, pariter à nobis expoſcunt, ut ſacras, & obſervabiles, Venerandorum Sanctorum reliquias in eadem Baſilica exiſtentes, indubitata fide pandamus, ne quis forte aliâs fore, ſeu alibi conſiſtere aliquando exiſtimantes, vana credulitate, ac falſa opinione ſeducti decipiantur, ac pias fide-*

fidelium mentes, variis erroribus involvant. Eapropter per Venerabiles & Religioſos Viros D.Antonium deCapiteliſtæ Decretorum Doctorem, Canonicum Paduanum,Cameræ ApoſtolicæClericum,& D.Donatum Monachum Sancti Pauli de Urbe, Sanctiſſimi D.N.Capellanum, ac familiarem,coram nobis,& Reverendis patribus ejusdem Baſilicæ Canonicis in loco capitulari ſolenniter congregatis, comparentes,debita cum inſtantia requiſiti,quatenus venerandam reliquiam, videlicet caput glorioſi. S.Lucæ Evangeliſtæ in dicta Baſilica, conſiſtere,& illud verum & indubitatum ejusdem S.Caput, pro tali ab omnibus ſemper tentum,& obſervatum fuiſſe, & eſſe,indubitanter, dignaremur atteſtari. Nos animadvertentes,præmiſſa,manifeſta veritate fulciri,& hujusmodi honeſtis poſtulationibus non immeritò annuendum fore. De dictorum Reverendorum Patrum Dominorum Canonicorum unanimi voluntate & aſſenſu,cum quibus fidelem deſuper collocutionem habuimus,ſufficienter, harum ſerie indubiam fidem facimus, & atteſtamur,

Ca-

Caput glorioſi Lucæ Evangrliſtæ auro & argento communitum, & antiquis literis majuſculis hujusmodi inſcriptum, videlicet, CAPUT BEATI LUCAE EVANGELISTAE, EX CONSTANTINOPOLI AD URBEM TRANSLATUM PER B. GREGORIUM DOCTOREM PAPAM PRIMUM. Longiſſimis antea temporibus, de quorum initio nulla hominum memoria exiſtit, in Baſilica antedicta fuiſſe, & de præſenti eſſe; illúdq; pro verò capite B. Lucæ Evangeliſtæ, ex temporibus ſupradictis continue ab omnibus Chriſti fidelibus, ac variis & diverſis pluribus Romanis Pontificibus in eadem Baſilica exiſtentibus, & ſæpius in altari prædicto celebrantibus, ac coram ſe celebrari facientibus, venerandum caput hujusmodi una cum capite glorioſi Martyris Sebaſtiani, ac pluribus aliorum Sanctorum reliquiis, publicè exhiberi, & apponi conſuevit, prout de his ſincera fides, vera & indubitata credulitas, & vulgaris opinio apud omnes, præſertim incolas & habitatores Uurbis ſemper habita fuit, ac habetur inconcuſſa de præſenti. Cùm igitur juri, ac honeſtati

ſtati conveniat, veritati teſtimonium perhibere, hæc omnia & ſingula, omnibus vobis, & ſingulis ſupradictis tanquam vera, & indubitata ſignificamus, ac ad veſtram notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes. In quorum fidem, &c. Itaque Cardinales cognitores maximo eo argumento ſacri capitis & memoriarum Baſilicæ Vaticanæ permoti, rejecta *in angulum ſententia Nicæni,* Minoritas, qui templum S.Iob Venetiis curabant, Romam evocant, & veteres quascunque tabulas, & argumenta advecti nuper corporis proferre jubent. Interea nihil circa venerationem illius corporis novari, vel ipſas reliquias pro reliquiis habere S.Lucæ mandant, ſub pœna excommunicationis, & inobedientiæ, donec ipſi Romæ de earum veritate ſententiam ferrent. *Franciſcani vel adverſis argumentis, vel alia occaſione diffiſi, nihil amplius de ea re leguntur Romæ effeciſſe.* Itaque reſtituta Paravinis antiquiſsima veneratione ſacrarum reliquiarum, atque Minoritis interdicto cultu, recentis corporis, Cardinales, forſan ut Nicæni collegæ auctoritati parceretur, *rem totam ſilentio involvunt,* & à ſententia, quæ adverſa eidem ferenda erat, conſulto abſtinent. Nec poſtea accepimus quicquam de his Romæ ſtatutum eſſe, quamvis defuncto Niçeno, Monachi S.Iuſtinæ extremam de Controverſia ſententiam quæſiverint,

donec

donec conſequentibus annis, Gregorius XIII. Pontifex Maximus de veteri litigio edoctus, cùm reſtitueret emendatius Martyrologium Romanum, *ac ſi poſtremam ſententiam ferret*, in eodem Martyrologio ad diem XV. Calend. Novembris, qui Lucæ Evangeliſtæ ſacer eſt, juſsit fieri mentionem translationis ſacri ejus corporis Patavium, ſub his verbis. *Natalis B. Lucæ Evangeliſtæ, qui multa paſſus pro Chriſti nomine, Spiritu Sancto plenus obijt in Bithinia, cujus oſſa Conſtantinopolim tranſlata ſunt, & inde Patavium delata. Franciſcani tamen Patres*, neque excommunicationis pœna à Cardinalibus inflicta, neque Romani Martyrologii, vel potiùs Romani Pontificis authoritate deterriti, *ſententiam Nicæni, typis excudere, atq; paſſim adhuc evulgare non verentur.* Quando autem & à quo translatum fuerit, Patavium, corpus S. Lucæ narrant. Copronymo Imperatore adverſus Sanctorum reliquias, & imagines ſæviente, Vrius Presbyter cuſtos Eccleſiæ S. S. Apoſtolorum, ſubtraxit corpus S. Lucæ, & partem reliquiarum S Mathiæ in navim, quæ in occidentem ſolvebat. Ea res non latuit Graſsilium Vrij ſocium, qui noctu diſcedentem conſpicatus, voluit rem totam edoceri, ac ſibi donari caput S. Matthiæ, quod poſtea Romam delatum eſt. Vrius proſpera navigatione uſus Patavium veniens, ſanctorum reliquias collocavit in templo S. Iuſtinæ, quod tum forſan cele-

celeberrimum eſſet,& minora à Longobardis pertuliſſet Attulit etiam in tabula imaginem S.S. Virginis Mariæ,& infantis Ieſu, quam ex incendio virtus Divina retraxerat. Produnt veteres memoriæ Cœnobii S. Iuſtinæ, cùm ab Iconoclaſtis acervus ſacrarum imaginum Byzantii combureretur, *hanc è flammis evolâſſe, ſuper aquas conſtitiſſe; mox in ſinum catholicæ cujuſdam mulieris ſe recepiſſe.* Conſpiciuntur adhuc *veſtigia exuſtionis non minima in utroq; latere ipſius tabulæ, quam perpetua veneratione* cultam hactenus, conſueverunt ſolenni pompa circumferre, ſi quando cœli intemperies, vel publicum malum urbem aflixerit. Vrius qui templum S. Iuſtinæ inſigni theſauro ditaverat, Patavii ſanctiſsimè vita functus, in eodem templo ſepultus, & in novam Eccleſiam poſtmodum relatus, etiam miraculis claret. Habes inſigne λειψανομαχίας exemplum, cum appendice imaginis thaumaturgę. Palæmonem ſe offert *Bzovius* non tantùm contra Græcos, ſed & Latinos Franciſcanos. Multa hîc occurrunt, quæ ad exactiorem mentis trutinam appenſa Pontificiam doctrinam non uno modo labefactant; quæ Lectoris judicio permittimus. Monuiſſe ſatis ſit, incautè bonos illos homines arcana ſua reſerare, mercéſque reliquiarum ſuſpectas reddere. Vt ſuum faciant Græci corpus B. Lucæ, tabulis pugnant, & juratis teſtibus. Non placet Patavinis, qui & reclamant, & fidem Græcorum extenuant, fraudes eorum in reliquiarum mercatu ob

ten

tendunt. Parùm memores, his quoque artibus Inſtitores Romanos reliquias obtrudere. Vtri fidem jam adhibeas? Suos utriq; patronos habent & hyperaſpiſtas, qui à ſententia recepta non recedunt vel unguem latum. Beatos nos, quibus certiora longè, præſtantiora, & pretioſiora Lucæ λείψανα ſunt deſtinata, de quibus nemo ſanus, aut Chriſtiano nomine dignus, litem intendere ſuſtinuerit Scripta ejus intellige ſacra, magno Eccleſiæ bono, in hunc uſque diem reſervata. Cætera, nulla nobis negotia faceſſunt. Sed ad *alteram* accedimus pugnam, de *annulo pronubo* B. Virg. Mariæ inter Peruſinos & Senenſes commiſſam *Johannes Baptiſta Laurus* Peruſinus an. Ch. 1622. Romæ tractatum dedit de hac utrinque re geſta, quem & annalibus ſuis inſeruit *Bzov.* ejus familiaris, an. Chr. 1480. S. 26. & deinceps, quo anno, ut idem ait, Sixtus IV. *Controverſiam illam dirimere fuit conatus.* Nos Rivetum, ejusque Apolog in hoc compendio, qui ejusdem etiam Scripti nucleum dedit, κατὰ πόδα ſequemur. Supponit Laurus (quod tamen ex Hebræorum veterum, alia quippe juniorũ ratio eſt, qui uſum annulorum cum Chriſtianis ex Paganiſmo mutuàrunt: Vide *uxor. Heb.* Seld. pag, 26. *Ius noſtrum Heb.* S. 1. Scriptis demonſtrati non poteſt) Ioſephum deſponsaſſe B. Virginem dato annulo, pronubo, & quaſi res eſſet extra controverſiam, aut apud omnes in confeſſo, narrat quomodo in manus Peruſinorum venerit, & eis adjudicatus fuerit, *ſententia Pontificis.* Vidit autem ille, quod *Calvinus* objecerat, *non convenire paupertati con-*

jugum annullum pretioſum; Idcirco recentiorum quorundam placita,ſcitis Hebræorum adverſantia, prorſus repudiat, qui annulum aureum,in cujus pala puniceus eſſet calculus, à Deipara complures annos geſtatum,ſcriptis editis nullo authore aſſeruêre. Occaſionem tamen dediſſe putat, quod Romæ,in D.Mariæ, in via lata,venerabundi rem *intuentur in pictura expreſſam*,qualem S.exhibuit Lucas. Qua *non obſtante* aſſerit, annulum fuiſſe Onychinum totum, ex lapide quem alii Sardonychen & Calcedonium transnominavêre. Scrupulum tamen injicit,quòd Pelbartus ad ipſum Pontificem ſcribens,*dicit, concluſam inibi fuiſſe Amethyſti particulam*,niſi ex amethyſto potiùs totum,quod eſt vero propius, & quæ ſculpturæ eſt facilis,neque ita præſtans,quis fuiſſe malit. Id ſanè notandum,quod *Laurus*,qui ſe annulum illum dicit vidiſſe,*incertus ſit,an ex amethyſto vel onyche tornatus ſit*. Et quia veſtigia quædam apparent ſculptæ alicujus figuræ, vel litteræ, vel rei alterius, viſus eſt ſibi percepiſſe *floſculos duos ſemicluſos ſponſi virgam jam ſeneſcentis indicantes. Quæ fabula*, de Ioſephi ſenectute,etiam ab ipſis Pontificiis exploſa eſt. Alii alia conjecerunt; *ex quibus,quàm fragili fultura* totum id innitatur,manifeſtum eſt,& rem à fundamentis nutare Nec ullum habet Authorem Veterem, qui Onychinos aut Amethyſtinos annulos apud Hebræos in deſponſatione vel divitum vel

pau-

pauperum in uſu fuiſſe ſcripſerit, qui tamen aſſerit *adverſari ſcitis Hebræorum eos*, qui aureum fuiſſe dicunt. Latuiſſe hunc annulum agnoſcit usque ad tempora Gregorii V. id eſt per annos poſt Chriſti paſsionem *plusquam nongentos*. Vixit enim Gregorius ille Iↄ CCCCXCVIII. Quo tempore Gemmarius quidam Cluſinus, *Rainerius* nomine, Romam fuit miſſus, à Iuditta uxore Hugonis Etruriæ Marchionis, qui cùm incidiſſet in alium Gemmarium, jamdudum ex urbe Hieroſolyma Romam profectum, & ab eo multas Gemmas comparâſſet, *ei dono dedit, rudem illum annulum; quem cùm ſubridens alius*, & videns, non eſſe magni pretii, rejiceret; inſtitor ille laudavit munus. Ne ſis, inquit, neſcius. HOC ANNULO PRONUBO SPONSUS IOSEPH MARIÆ DIGITUM OPPIGNORAVIT. *Hunc habebis Raineri tecum, & ne in impii & nefarii cujusdam deveniat manus, ſedulò advigilabis.* Hic paulùm ſiſtat lector. *Inſtitor* neſcio quis, agyrta fortaſſe, & ex eorum numero, qui pro gemmis quisquilias vendunt, & fucatas gemmas, ut ſibi alterũ demereretur, & facilius ei imponeret, *fabulæ iſtius author fuit*, ſine ulla alia probatione aut teſtimonio: idque *Romæ*, ubi, ſi exiſtimâſſet rem ſe poſſe probare, eam haud dubio Pontifici potiûs, tanquam magni pretii munus, obtuliſſet. Nec ignoravit Laurus objectum iri novitatem & obſcuritatem rei, poſt tot ſecula. Occupat ergo his verbis: *Porrò ſanctorum pleraq; diu*

occulta & per manus tradita, ignorantibus iis apud quos latuiſſent, aut in earum cultu non ſatis incaleſcentibus, tardiſſimè ad poſteros pervenerunt: nec continuo agnita, Oraria, caligæ, velamina, cineres, Annuli & ſi quæ alia arcanam patrandi miracula vim à Deo fuerant aſſequuta. Hoc eſt, talia non fuiſſe capta temporibus illis, quibus fideles habebant adhuc ſenſus exercitatos, ad diſcretionem boni & mali. Aſſervanda erant aliis, quibus Deus immiſſurus erat efficaciam erroris, ut crederent mendacio, & damnarentur omnes, qui non crederent veritati, ſed acquieſcerent in mendacio. Quis enim admittet, ſi talium cultus gratus fuiſſet Deo, neque Apoſtolos, neque viros Apoſtolicos, & qui eos iis temporibus ſequuti ſunt, quibus per tela, per ignes, pietatem illæſam ſervabant, non ſatis incaluiſſe in eorum cultu; & qui poſt novem & decem ſecula nati ſunt, aptiſsimos fuiſſe, quibus hæc, ſcilicet, myſteria revelarentur? Non certè puriſsimi latices ex fontibus Eccleſiaſticarum traditionum emanârunt, in talibus, ſed impuriſsimum cœnum, è lacunis impoſtorum, qui facilè ſe inſinuârunt eorum mentibus, qui jam ſponte ardebant ad Idololatriam. Pergit fabulator, Rainerium Cluſium reverſum, bona fide repræſentâſſe Iuditiæ coëmptas gemmas, & margaritas; de annulo pronubo ſiluiſſe: Hugonem ejus maritum, ſolutioris vitæ fuiſſe à Maria inter venandum increpitum, vulgatiorem famam ferre, qui poſtea ſeptem Monaſteria conſtruxit.

ſtruxit. Rainerium totum decennium annulum neglexiſſe, filium ejus decennem obiiſſe, funus deductum fuiſſe ad templum S. Muſthiolæ. *Ibi filium Reineri, ſigno dato, è pheretro ſurrexiſſe; Patrem contemptæ religionis, Mariæ juſſu, reum peregiſſe*; juſsiſſe ut neglectum annulum erueret, & publicè ſpectandum proponeret. Allato ex edibus annulo, inter alios calculos, filius qui nunquam eum viderat, ſummis apprehenſum digitis oſculatur; turbe in religioſum cultum compoſitæ oſtentat: Campanis interea (ut quidam Authores ſunt) *feſtivum ſponte ſonitum*, publicæ fœlicitatis indicium, edentibus. Iuſsit puer ut duorum marchionum uxores *arcerentur ab annuli conſpectu*: ut in proximo, ubi ſigna è metallo apparerent, effoderent pluſculum, ubi marmorea arca icunculis extantibus mirè ficta ſtriatáq. illicò emergeret eam fuiſſe corpuſculo ſuo obtegendo reſervatam, juſsítque ſe in ea recondi. Quibus dictis tradito curioni annulo, pheretro componitur, atq; in Cœlum revolat. Annulus *catena alligatus aurea*, in rudi theca includitur, ſed antea inclaruit miraculo. Valrada enim regii ſanguinis fœmina, cum præcipiti quodam pietatis oeſtro percita, gemmam temerè manu corripuiſſet & annulari digito impoſuiſſet, *continuo digitus exaruit*, quem quoad vixit aridum præmonſtrabat. Manſit hic annulus apud Cluſinos CCCCLXXXIV. annos. Qua ratione autem in poteſtatem Peruſinorum ve-

nerit,ſic narratur. Ejus oſtendendi copiam Cluſiani cuivis faciebant: & quia Muſthiolæ fanum nimis fuit labefactatum, importatus fuit in ædem Franciſcanorum Cluſienſium. Hac opportunitate *uſus Germanus quidam ex illo ordine*, Frater VVintherus, nebulo fucatiſsimus, à Magiſtratu obtinuit, ut ſe rei annulariæ præficeret, & ſtato die, hanc provinciam dum non oſcitanter obiret, habita concione, dum pronus annulum recondere fingeret, *eum in manicas rejicit; & oſtiolo aſtutè oppeſſulatò, reſignata Magiſtratui clave, fugam arripuit, & Cluſio, cum annulo clanculum demigravit.* Mirum eſt, quòd Matrona princeps, pietatis æſtro percita, cùm annulum digito impoſuiſſet, non impune tulit: & fur ille, Franciſcanus ſurrepto annulo, ſanus evaſerit. Non tamen expers periculi fuit; nam caligo exorta, eum ancipitem & trepidantem reliquit, donec humi projectus, prolato è ſinu annulo, & arbuſculæ penes quam hæſerat, catenula ſuſpenſo, enim invocâſſet, & agnita culpa petiiſſet ab annulo, ut ab orbiculo ſuo quaſi jris, orbem translucidis coloribus ambiente, caliginem quæ vadentem meritò obruebat, diſcuteret, & præeunte luce, viam præmonſtraret. Sic recepto annulo, nebula caliginoſa eum à tergo verberante; fulgore in anteceſſu coruſcante, Peruſiam venit, & ad Auguſtinianos divertit. Cùm autem iter in Germaniam arripere geſtiret, eadem caligo eum deterruit, & ſubſiſtere coegit. Caligine per undeviginti dies Peruſiæ continuante: divertit

tit VVinterus ad Lucam Iordanum, cui omnia quæ acciderant narravit, *qui ut Peruſiam vriginali annulo donaret eum cohortatus eſt*. Sed cùm ille abnueret, & ſe voto obſtrictum diceret, eum paternæ urbi apud Teutones addixiſſe; Lucas re totâ Magiſtratui detectâ, cùm à Cluſinis intellexiſſent, deeſſe annulum, ablatum furi, in prætorio Lario repoſuerunt: quo in publicum prolato, caligo omnis fuit depulſa. Interea Cluſii mittunt, qui ſceleratum Myſtam ad pœnam poſcat, quem perquiſitum, ab Antiſtite ex Franciſcano ſodalito, à viatoribus tradendum in cuſtodiam curavit Andreacius; & cùm meticuloſo & inopinanti ſe Iordanus obtuliſſet, effecit, ut ſolenniter Peruſinum Magiſtratum annulo illo donaret, quo nomine à Peruſinis ampliſsimis præmiis donatus fuit. Inſtantibus tamen Cluſiis, & imprimis Epiſcopo Cluſino, Galieſlo Piccolomineo Senenſi, *qui è veſtigio evolârat, SUAEQUE ANNULUM SPONSAE admotis precum ac minarum machinis ſtrenuè vindicare conabatur*; modeſtiſsimè abductus eſt captivus in carcerem, ubi minimum incommodabatur. De hoc furto Cluſini ad Senenſes referunt, eorumque auxilium expoſcunt, qui etiam pro Cluſinis adnituntur, & per literas cum Peruſinis agunt, ut Cluſinis annulus reſtituatur. Mittunt etiam Legatum in eum finem Bartholomæum Bonaſpirium, cui reſpondent Peruſini humaniſsimè, *ſtatutum tamen dicunt, quod divinitus obveniſſet (id eſt furto Monachi)*

armis viriſq; defendere. Annulum ſibi, ſuam civitatem honorificentiorem ſedem delegiſſe, nolle ſe in Matrem Dei eſſe injurios, admiſſuros non intra mœnia ſolùm, ſed in pectoris conclave, ceu Propiciatorium fœderis, & ſi quid apud veteres Myſtas erat carius Diviniusque. Monent ſocios, ut ſibi caveant à Deiparæ iracundia. Dimiſſo cœtu & Legato muneribus donato, Tibur ad Sixtum IV. Legatos ſuos mittunt Peruſini, qui Cardinalium Petri Riarii, & Hieronymi fratris, favorem ambirent; cùm non dubitarent de proclivi erga ſe Pontificis animo, qui ſtudiorum ſuorum matrem meritò Peruſiam agnoſceret, & ibidem Generalis Franciſcanorum Antiſtes creatus fuiſſet. Interea Cluſinis id impensè Pontificem rogantibus, VVinterus Sacrilegus in auguſtiorem carcerem concluditur, clementem tamen & percommodum intra Palatii ſecretioris aulas, ubi Peruſini dabant operam ut FOENERATITIAM cuſtodiam meliore in dies conditione excoleret. Et quoniam deſitum eſt in eum inquiri, annos plus minus triginta publico ſumptu liberè & jucundè traduxit, eique commendata fuit S. Iohannis Parochia, ubi nunc ſunt patres Oratorii, ita ut poſt ejus obitum de corpore ejus fuerit decertatum inter Canonicos Laurentianos & Sodales Franciſcanos, quod Laurentinis adjudicatum, apud quos ante aram ipſam Ioſepho & Virgini Deiparæ dicatam, fuit tumulatus, XXIX. Octob. cIↄIↄ VI cum Epitaphio, in quo leguntur hæc verba, *cui Peruſia, ob Pronubalem annulum, fortuitum donum, non minus debet, quàm ſi*

ſpon-

ſponte obtuliſſet. Proviſum eſt etiam familiæ Iordani delatoris; & ne iterum ſurriperetur annulus, Arca conſtructa, ferreis contexta laminis cum multis clavibus, inter diverſos diſtributis: ſtatutumque ut ter quotannis, tantùm palam efferri deberet: Trinâ poſtea oſtenſione ad unam retractâ, eamque Auguſtalem; quæ lex invidioſa, quadriennio poſt, eſt abrogata. Annulo deinde extra majorem Eccleſiam, locus deligitur, in quo Theatrum erectum editiore loco, ex quo annulus peregrinis oſtenderetur. Poſtea Vincentius Herculanus, Epiſcopus Peruſinus conſilium dedit de annulo noctu oſtendendo oblegatâ pompâ, & privatim in larario, quia non raro gaudet pietas obvelari &c. Interim Romæ, quo Papa Tibure redierat, lis inſtauratur inter Peruſinos & Senenſes, qui pro Cluſinis Clientibus ſuis cauſam ſuſceperant. Cavebant Senenſibus Petrus Riarius & Cardinalis Vrſinus, quibus Legati *Senenſium ſpoſponderant aureorum nummum ad XXV. millia, ſi reſtitui ſibi annulum currarent.* Audiuntur à Papa Senenſes, qui ſua benefacta in Peruſinos pluribus repetunt, eósque ingrati animi reos peragunt, qui ſacrilegum hominem ultrò correptum ad Cluſinos vel Senenſes non remiſerunt &c. Delegantur à Papa octo Cardinales, qui rationum momenta expenderent. Sixto imperante ut adverſæ partes, ſociatis utrinque animis, pacem colerent; cùm abſurdum eſſet; *Annulum, pignus conjugalis benevolentia, nunc quaſi furiarum prolatum ma-*

nu,ſub rixarum,vexillo Chriſtianos cogere populos. Interea Legati ab utraque parte, hilari nuntio quisque populares afficiebant ſuos. Sed Cardinales duo,ineſcati non levibus pollicitationibus,ut ſuffragii quoque venalis prærogativa Peruſinos obrueret: Peruſiam profecti,& ibi honorificè excepti, ad reddendum annulum Peruſianos hortati ſunt; ſimulque à generoſis animis prædatorii notam ambitus diſpungendam; idque privatim primò,poſtea palàm. Poſtremò etiam interminabantur, ac belli aſpera proponebant. Malè exceptis ſuaſoribus paulò pòſt unus ex illis, Cardinalis Riarius moritur,ætatis anno XXVIII. in flore ætatis præpropera morte extinctus, Divis procurationem ad quæſtum & nundinationem traductam non ferentibus. Alterius autem ſuperſtitis authoritate perterriti Peruſini, *parant arma & munimenta ut ſe adverſus Senenſes tueantur.* Legatos ad Principes Italiæ & Venetorum Rempub. ablegant, ſubſidia petituros. Velitationibus à Peruſinis in Cluſinum agrum fieri cœptis, quando Cluſini gregibus Peruſinorum inſidias ſubinde moliebantur,nec pepercerunt Peruſini agris Cluſini Epiſcopi. Quo ipſo tempore Carolus Fortebrachius Senenſes bello vexavit. Peruſini interea oblata occaſione Pontificis conſanguineos & affines, quantum poterant, demerebantur: inter quos Hieronymus Baſſus Sixti nepos,factus Cardinalis,eorum rebus impensè ſtuduit: Et Senenſibus tot moleſtiis divexatis intepeſcentibus, alii etiam

tiam Romæ aliud conſilium Papæ ſuggeſſerunt, *ut Romam adferri juberet annulum, & dotalem arrham æquius collocaret, in una ex duabus ædibus virginis, quas inſtauraverat*. In quem finem ſcripſit ad Peruſinos, ut traderent annulum Ioh. Bapt. de Savellis Cardinali Legato ſuo, qui ad ſe mitteret, eum compenſaturum traditis aliis, ſacris reliquiis. Data fuit Bulla die XVIII. Decemb. CIↃ CCCCLXXX. Addidit Cardinalis ſuaſiones & exhortationes, *quibus Peruſini lachrymis & ejulatibus reſpondentes*, Cardinalis animum ad ſe inclinàrunt, qui cauſam eorum apud Papam egit, quantum potuit verbis ad miſericordiam compoſitis; cui ſe junxit Comes Hieronymus Riarius graviſsima oratione. Acceſsit, quòd inter Peruſinos & Senenſes diſsidia orta conſenuerant, inter quos fœdus ictum fuit, & de annulo ſilentium indictum; & dum Marcus Barbus Cardinalis, Idem cum Cluſinis procuraret, obiit Sixtus IV. Cui ſucceſsit Ioh. Bapt. Cibo Genuenſis, qui ſe Innocent VIII. dici voluit. *Tunc recruduit inter Senenſes & Peruſinos de Annulo querela*; ſed cùm Senenſes teſtarentur ſe libenter permiſſuros, paternæ Innocentii voluntati, & Franciſco Piccolhomineo, Cardinali, etſi Peruſini Piccolhominei authoritatem, qui Senenſis eſſet, ſibi metuendam affirmarent, freti tamen Pontificia benignitate, & plurimum fidentes ſuffragiis Cardinalis Recinetenſis, Ruveriorum & Florentinorum,

rem

rem permiſerunt judicio Papæ & Cardinalis Piccolhominei: qui cùm non fuiſſet auſus refragari propenſæ Innocentii erga Peruſinos voluntati, qui etiam Peruſii Cardinalis fuerat creatus, effectum eſt, ut uterque, quod ab octo Cardinalibus confici non poterat, ſolenni concepta formula, tabellaria ſententia, Annulum Peruſinis adjudicarit, apud quos Oratores reduces tripudiis & acclamationibus excepti fuêre; flammæ paſsim in foro, in turribus, mœnibus, palatio &c. excitatæ. In ſumma triumphatum eſt, & feriæ inſtitutæ ſunt. Depicta eſt etiam tabula à Petro Peruſino pictore, in qua repræſentata fuit anilis fabula arentium virgarum, juvenum indignantium, quòd Ioſephi virga effloruiſſet; cum Antiſtite ſummo, parante Mariam ſubarrhare Annulo, apprehenſa amborum dextra. *Similem fabulæ tabulam Raphaëlis Urbinatis annulum lapideum ad vivum exprimentem, Typhomi in Franciſci fano ſe ſalutâſſe dicit,* I.Baptiſta Laurus. Inſtituta dein fuit *S. Joſephi ſecularium hominum ſocietas,* qui una cum Laurentiano Clericatu perpetuum famulatum *annulari ſacello* exhiberet, & ſanctiſsimo patri ad aram dextram dicata ſtatua, & annulus cuſtodibus traditus eſt Archipresbytero primariæ Eccleſiæ, & Symmiſtis, multis paſsim diſpoſitis odoramentis; Symphoniarum tympanorum, tibiarum circumſtrepente ſuaviter ſono, diſploſis feſtivè fiſtulis ac tormentis: Arca autem magnis vectibus in ſublime fuit evecta, quæ clauſtro muni

nita, & multiplicibus clavibus obſerata, in perfoſſo extructi ſacelli Laurentiani pariete, veluti ſanctiore quodam ætario, obliteſceret. Et ne quid ad ſcenam deeſſet, ad augendum, quoties populo ſpectanda objiceretur Hierotheca, venerationis cultum & ſolemnia, SATIS EX ARTE excogitatum eſt, ut columellæ binæ ex altari conſurgerent, quæ Odeum magnitudine ſuperarent. Deprompta m verò ædiculam penſili cimelio prædivitem Annulares adminiſtri, hoc eſt, Angeli dextra lævâque accenſos cereos geſtantes, evolutis ſenſim funibus, demitterent, Aræque picturatis inſtratæ velaminibus imponerent; pſallentibus interea nabliis, tympanis, tubis, & muſicè canentiũ alternis choris, &c. Addit author, Sacroſanctum hunc Annulum ad ſuam uſque ætatem arctiſsimè ſervatum, *non civitatem modò Peruſinam, ſed univerſam etiam Europam, totúmque terrarum orbem perſanctè colere*, qui MARIÆ Virginis ac IOSEPHI, quorum nuptias glorioſè ac plauſabiliter oppignoravit, exorat fidem, & ad augenda animis ſingulorum Chriſtianæ pietatis ſtudia opem utiliter implorat, Concluditque commentarium ſuum, hoc Epiphonemate: Laus B. Virg. ac S. Ioſeph. Non opus eſt prolixo ad hæc Commentario, ut quisque non excitatus, aut non œſtro ſuperſtitionis percitus, videat, quouſque in Chriſtianiſmo ipſo proruperit Idololatria. Ipſa narratio fidem omnibus faciet, iſtos homines nihil commercii habere velle cum iis, *qui non arte compoſitas fabu-*

bulas ſequuti, notam nobis fecerunt Domini noſtri potentiam & adventum. Nam cùm ipſi non planè auſint certò aſſerere ea, quæ proferunt, eſſe indubitata, nihilominus omnia inventis ſuis deferunt, quæ ipſi Deo. Quod dixi, eos ipſos adhuc hærere dubios, ex Epiſtola Abrahami Bzovii ad Laurum apparet; qui cùm ipſe ſit in aſſerendo audaciſsimus, de hoc annulo loquitur, tanquam de re veriſimili, & quæ propè verò ſit. Claudimus hanc λειψανομαχίαν exemplo domeſtico. Narrat *Felix Malleolus* peculiari tractatu de furto reliquiarum a. Ch. 1448. *Suſcitâſſe Deum animas trium virorum de terra longinqua, & nocte ingruente ſeras portarum Eccleſiæ & altaris majoris ab antiquo firmiſſimas ibidē* (Monaſterio nempe B.V. loci Eremitarum: vulgò Einſidlen) *apperuiſſe, & reliquias pretioſiores ejusdem Monaſterii in auro & argento ſolenniter rcconditas ſine impedimento cujuscunque, & cum matura quiete, ſurripuiſſe, & lacum ibidem nemine præſente transfretâſſe: & dum in animo ſuo proponerent firmiter, ut ex poſt per montes & colles & alpes, devia & invia, ne per inſequentes deprehenderentur, velociter ambularent; Nutu tamen Domini, tanquā amentes & utique nolentes per vallem, & viam pla-*

planam, quæ ducit ad oppidum Imperiale Thuricenſe, ambulâſſe, & ad muros ejusdem perveniſſe, & exinde per duas leucas & amplius hujusmodi theſaurum reliquiarum deportare nequiviſſe, ſed deſperantes in via publica reliquiſſe. Et ex poſt inſecutos per familiam oppidanorúm Thuricenſium, in ipſorum dominio fuiſſe deprehenſos, & qualiter cum reliquiis pervenerint de loco ad locum, edixiſſe. Has poſtea reliquias inventas ad Capellam S. Leonhardi extra muros Thuricen. repoſitas, mox tamen, videlicet die Martis, cum magna ſolennitatis proceſſione Cleri totius & reliquiarum eorum obviam delatione ad Eccleſiam majorem Thuricenſem fuiſſe collocatas. Notat autem eodem, præcedentis ſeculi, anno, Tigurinos Eremitanis omnes reliquias, & reliquiarum conſervatoria rapuiſſe, ſed precibus victos reſtituiſſe. Præter cætera enumerat, *pilos, lac, veſtimenta, Zonas*, B. V. Tigurinis à furibus relicta. Atq; hac occaſione quæſtiones aliquot movet *Malleolus: 1. An, fures illi commiſerint ſacrilegium? A. 2. Si prædicti fures purè & abſolutè ſine auro & argento, aut aliquo conſervatorio ſurripuiſſent, qualiter deliquiſſent?* Sacrilegium committere quicunque reliquias, niſi fortè à Saracenis, auferunt, *Archidia.* authoritate concludit. 3. *Quid de ci-*

civibus Thuri enſibus, qui illum theſaurum miraculosè translatum invenerunt in agro proprio, & non alieno, ſit ſentiendum? R. Rationes quidem eſſe, quæ fortè hunc adjudicent theſaurum Tigurinis; ſibi tamen aliter videri. Argumentis agit & exemplo Friderici, qui trium Magorum reliquias invitis Mediolanenſibus eripuerit. Culpam amiſsi theſauri in Monachorum vitam licentioſam rejicit: Tandem verò concludit, Tigurinos precibus Alberti, Ducis Auſtriæ, reliquias remiſiſſe an. Ch. 1448. Fures ſuſpendio mulctabantur: *Stumpf. Comp. Hiſt.* p. 218.

[*i*] Celeberrimi Iurisconſulti ſunt 1. *Franciſc. Zabarella*, Patavinus, Legum Profeſſor eximius: Cardinalis factus eſt a. Ch. 1411. *Bucb. Onuph.* 2. *Nicolaus Siculus* de Tudeſchis, Archiepiſc. *Panormitanus*, Profeſſor juris Canonici in Schola Senenſi; *Ficbard. Buchbol.* 1425. 3. *Chriſtophorus* Comes Caſtalionenſis Cl. Iureconſultorũ ætatis ſuæ, a. Ch. 1448. *Aven.* p. 827. *Princeps, & Legum Monarcha* appellatus, poſtquam Taurini, Parmæ, Senis, & Papæ jus docuiſſet, obiit die 16. Maji Papiæ. *Schrad. Bucob.* 1425. 4. *Iohannes de Imola* Bon. I. C. clariſsimus, qui ad 3. lib. Decretal. commentar ad Clementinas ſuper Digeſto novo, ſuper Infortiato, & pręterea Conſilia ſcripſit. Deceſſit Bonon. d. 18. Feb. 1435 aut 1436. *Forſter. Bucb.* 5. *Paulus de Caſtro* I. C. diſertiſsimus, qui Comment. in lib. Pandect. & Codicis ſcripſit, & in jure conſiliorum volumina plura reliquit, poſtquam Patavii, Florentiæ, & Bononiæ docendi laborem annos 57. ſuſtinuiſſet, obiit Patavii an. Ch. 1438. *Forſt.* 6. *Ludovicus Pontanus* de Roma, I. C. ſummus, qui ſcripſit re-

Commentaria ad jus civile, Concilia, ſingularia & repetitiones, obiit Baſileæ in Concilio ex peſte, an. æt. 30. *Forſt. Buchh.* 1439. 7. *Huldricus Zaſius*, an. Ch. 1461. Conſtantiæ natus. 8. *Angelus de Aretio*, an. Ch. 1464. denatus. 9. *Alexander de Imola.* qui Commentarios dedit in jus civile, mortuus Bononiæ 1477 *Schrad.* 10. *Dominicus de Sancto Geminiano*, qui potiſsimùm in juris Pontificii interpretatione clarus habebatur; floruit circa a. Ch. 1492.

[K] Hic obſerva. I. *Theologiam pleroſque Scholaſticam ita tractâſſe, ut Philoſophi potiùs dicendi ſint, quàm Theologi*, ſi quæ ςοφία ſit, quæ cælum miſcet terræ, ſacra profanis. II. *Nobilem Philoſophiæ partem, quæ Inſtrumentalis vocatur, vel turpiter eſſe neglectam, vel ſpinis & ſentibus obſitam. Habent hoc Scholaſtici*, inquit *KeKer.* Præcog. Log. Tract. 2. p. 95. in Logicis *1. Ut finem & partitionem Logicæ regulatam non ponant. 2. Ut plenum & Methodicum ſyſtema non forment; theorematum & præceptorum neceſſariorum & perſpicuorum, ſed ſemper quæſtiones inanes & fructu caſſas vel ſuper Ariſtotelis textu, vel Hiſpani ſummulis, in infinitum moveant. 3. Ut in ipſa Logica Logicam negligant, Metaphyſica multa & ſæpe Phyſica admiſceant. 4. Ut præcepta inania confingant de ſuppoſitionibus, amplificationibus, reſtrictionibus, appellationibus diſtributivis; de*

incipit & deſinit; de differt. & infinito; de ita & ſicut, de aſcenſu & deſcenſu; in quibus omnibus parum eſt boni ſucci, nec aliunde hæ inaniſſimæ præceptiuncularum inanium farragines natæ ſunt, quàm quod ingenia (ut rectè monet magnus ille Savanorola) nec præcepta, nec uſum loquendi habuerunt. III. *Quosdam Ariſtotelem Chriſto prætuliſſe.* Scribunt hoc de quodam Harmanno Riſsiuch Apoſtata, *Bernhard. Luzenb. Geneb.* p.725. IV. *Platonicam & Ariſtotelicam à paucis quibusdam vel reformatam fuiſſe, vel ex fontibus Græcis clarius redditam:* Sic Leonhardus Aretinus multa ex Ariſtotele, Plutarcho & aliis Græcis authoribus vertit. Hermolaus Barbarus, Venetus, jam ab an. Chr. 18. ætatis ſcribere cæpit. Themiſtium latino ſermone donavit, quemadmodum Marſilius Ficinus, qui floruit an. Chr. 1484 Platonem; & Laurent. Valla Herodotum, Homerum, Thucididem. Hermolai etiam opera & auxilio (ut ejus Epitaphium ſonat) Latio pulſa eſt Barbaries. Vide *Eras.* Chil. 1.c.4.a.19. Græcos hactenus ſcriptores, ex Arabicis non ſemper feliciter translatis, habuerunt Latinos. Migrantibus autem ex avitis ſedibus Græcis literis, magnam Græcorum Doctores Scholis Europæis reſtituerunt lucem, ut videbimus paulò pòſt. Quid in *Logicis* præſtitum hoc ſeculo fuerit à Laurentio Valla, Angelo Politiano, Rodolpho Agricola, Hieronymo Savanorola & aliis, habes apud *KeKer.* l.c. V. *Mathemata* excoluiſſe non paucos. Excellunt 1. *Georgius Purbachius*

hachius, Bavarus, qui Theorias Planetarum ſcripſit, natus eſt an. Ch. 1423. mortuus 1463. 2. *Iohannes Virtungus* de Hasfort, nat. a. Ch. 1463. 3. *Iohannes Stofflerus*, Academiæ Tubingenſis Profeſſor, natus 10. Decemb. 1452. Calv. 4. *Guilelmus Batecumbe*, Anglus; *Bal.* pag. 559. 5. Guilelmus Botoner. Ib pag. 600.

[*l*] Habemus enim egregios I. *Poëtas*, *Baptiſtam Spagnolum Mantuanum*, Carmelitarum Priorem generalem. Nat. an. Ch. 1444. 12. April. *Cunradum Celtem*, Suinfortenſem Francum, qui primus Germaniæ Poeta dicitur, nat. an. Ch. 1459. *Franciſcum Philelphum*: Fuit hic equeſtris ordinis. Moritur a. Ch. 1481. Bononiæ, propemodum nonagenarius & adeò pauper, ut ad funus efferendum & cubiculi & culinæ inſtrumenta venierint. *Buchh.* *Matthæum Siculum*, cognomento Rutam, cui tam promtum fuit edere carmen, ut illud Ovidii ei conveniret: *Quicquid tentabam dicere, verſus erat.* II. *Oratores & Hiſtoricos*: quales ſunt a. *Iohannes Franciſcus Poggius*, Florentinus. Senex Florentiæ obiit a. Ch. 1420. b. *Angelus Politianus*, quem Philoſophum vocant, Poetam & oratorem. Herodianum Latinè interpretatus eſt. Ejus extant Epiſtolæ cum commentariis. Sacrorum tamen contemtor fuiſſe dicitur; ſuperſtitioſus vocum venator. c. *Æneas Sylvius*, poſtea Pius II. Græcè & Latine doctiſsimus. Teſtes ſunt lucubrationes ejus. Multa tamen impiè damnavit Pius, quæ piè Æneas ſcripſit. Vnde illud: *Quod Æneas probavit, Pius damna-*

vit. d. *Johannes Picus*, Comes Mirandulæ,& Concordiæ Dominus, vir divino ingenio, nat.an.Ch. 1463. e. *Laurentius Valla* Romanus,Alphonſi Regis Secretarius, Philoſophus, Hiſtoricus inſignis, Biblicus pro ratione illius temporis non planè malus.De lingua cumprimis Latina bene meritus. Obiit Romæ Cal.Aug. ætat.50.an Ch.1465. Vix ignis ſupplicio,ob impactã hæreſin,elapſus; *Bzov.* a.Ch.1448.S.20 f.*Eraſmus Roterodamus*,natus a.Ch. 1465,d.28.Octob. Rudimenta Linguarum Latinæ & Græcę didicit Daventriæ,in Schola Alexandri Hegii;qui cum aliquando Rodolpho Agricolæ Scholaſticorum ſcripta monſtrâſſet, prætulit Rodolphus Eraſmicum ſcriptum cæteris, propter inventionis acumen,orationis puritatem,& figuras aptè ceu floſculos interſperſas, eòque adeò delectatus eſt,ut accerſito ad ſe Eraſmo dixerit; *Tueris olim magnus*.Non vanum fuit vatis omen. Evaſit enim ſucceſſu temporis oceanus literarius. g. *Antonius Sabellicus*, celebris Hiſtoricus,floruit in Italia,an. Ch.1484. h. *Aldus Manutius*,hujus ζύγχρονος, Ciceronis feliciſsimus æmulus. i. *Petrus Crinitus*, Politiani diſcipulus, qui de Poëtarum ætatibus ſcripſit. k. *Iacobus Bergomenſis*, qui ſupplementum Chronicorum reliquit, & usque ad annum 1486.deduxit.l.*Iohannes Nauclerus* Præpoſitus Tubingenſis. m. *Iohannes Tritthemius*,Abbas Spanhem. n. *Jovianus Pontanus.* o. *Albertus Krantzius* Bamberg. P. *Matthias Palmerius* Piſanus. q.*Iohannes Aventinus* cog.Turmairius, natus an.Ch.1463.

Phi-

Philippus Beroaldus. r. *Raphaël Volaterranus*. ſ. *Gaguinus* Hiſtoricus. t. *Ambroſius Calepinus*. u. *Blondus Flavius*, Forolivienſis, Eugenii Pontificis Secretarius, Hiſtoricus inſignis, claret an. Chr. 1436. x. *Gregorius Trapezontius*, Eugenii Orator, ei coævus. y. *Bartholomæus Platina*, Cremonenſis, qui mortuus peſte fuit Romæ an. Ch. 1481. z. *Philippus Calimachus*, Tuſcus natione, Poëta, Orator & Hiſtoricus inſignis: Præceptor Iohannis Alberti in Polonia, floret an. Ch. 1492. *Chyt. Cal. Froſſardus*, Hiſtoriæ Francicæ author vixit an. Chr. 1402. Plura virorum eruditiorum hujus ſeculi nomina vide in Paraleip. *Vrſp.* p. 416. 435. 437. *Geneb.* p. 727. 728. 730. Angliam præſertim ingeniis hoc etiam ſeculo magnis abundaſſe, Centuriæ *Bala.* docent. Cent. 7. p. 525. *Galfridum Chaucerum* nominat acutum Dialecticum, dulcem Rhetorem, lepidum Poëtam gravem Philoſophum, ſanctum Theologum, Mathematicum ingenioſum, Gallicæ etiam linguæ peritum. P. 608. *Nicolaus Renton* Rhetor, Poëta, Philoſophus ac Theologus ſua tempeſtate tam diſertus erat, ut longè ultra ejus ætatis naturam ex tempore eleganter ac frequenter orare conſueverit. P. 623. *Iohannes Kent*, vel potius Cayleg artium profeſſione donatus, Philoſophię, Medicinę & Matheſis primas illas tenebat partes. Deinúmque ab excellentia, qua in re prænituit, herbaria, Archiatri titulo publicis ſuffragiis muneratus eſt. Poetas vocat, præter Chaucerum, (de quo *Lelandus*:

Prædicat Algerum meritò Florentia Dantem,
Italia & numeros tota Petrarche tuos.

Anglia Chaucerum veneratur noſtra Poetam,
Cui veneres debet patria lingua ſuos.)

1. *Iohannem Goverum* ; 527. 2. *Thomam Ocleve* p.537. 3. *Iohannem Seguarde* p.553. 4. *Iohannem Lydgate* p.586. Grammatici celebris nomen obtinuit Richardus Kendale; p.566. Eloquentiæ laude floruit Ioh.Blakeney; p.588. Medicina peritia tribuitur Nicolao Hoſtresham p.587.

[*m*] Hebrææ Linguæ in Germania reſtitutionem deferunt Iohanni *Capnioni*, ſeu *Reuchlino*, nato Pfortzhemii, oppido Marchionatus Badenſis an. Chr. 1455. Linguæ hujus rudimenta didiciſſe fatetur *à Iohanne Lapidano*, Theologo Pariſienſi; *Apolog*. Reliqua à Iudæo, Abdia ben Iacob Spuono, dum legatione fungeretur apud Alexandrum Papam. Ipſe, Epiſtola in ſuum Lexicon, ubi primum inter Latinos ſe Grammaticam & Lexicon Hebr. emittere aſſeverat. *Geneb*. pag. 728. Quanto verò pretio Iudæi ſui operam redimere debuerit Reuchlinus, refert *Hen. Alting*. Hiſt. Eccleſ. Palat p.m. 11. *In ſingulas*, inquit, *horas didactron totidem florenorum aureorum impendit*, quod & Sixtin. Amama tradit in ſuo Antibarb. p. 197. Habuit & Hiſpania unum ex chiliade, & decem ex myriade, ut Hebræi loquuntur, quibus linguæ orientales curæ erant; prçſertim Franciſcum Ximenium *Bzov*. an. 1495. S. 24. Ex Anglis hoc nomine commendatur *Laurentius Holbecke*, Monachus Rameſienſis. *Quibus autem perſuaſus rationibus* (verba ſunt *Bal*. Cent. p. 531.) *huc animum deflexerit*,

rit, breviter & opportunè interim ſignificabo. Inciderat Laurentius in exemplaria quædam Hebraica, Synagogæ veteris Majeſtatem eximiam illam referentia: Comparata quidem, & ab interitu olim inſigni Gregorii Humtyngtonenſis, Monachi etiam Rameſiani induſtria conſervata: Cùm hoc ſcriptore fuit pia quædam Laurentio invidia, ut quod ille videlicet in Hebræa lingua feliciter inchoâſſet, hic felicius abſolveret: ſcripſit Dictionarium Hebraicum. *Iohannes Haynton* Linguam Hebræam non tam calluit, quàm collaudavit. In lecturis (*Bal.* p. 562.) publicis hoc ſæpiuſcule repetebat: *Hebræum nempe Idioma in ſe eſſe omni ex parte plenum, liberum, purum, & perfectum nec præceptiunculis Latinis obnoxium fore.* Et hæc dicebat, cum in Gymnaſiis Chriſtianorum ne umbra quidem illius ſacræ Linguæ eſſet relicta. Vixit enim an. Ch. 1428. Confer *Bzov.* an. Chr. 1429. Sect. 99. & ſup. pag. 62. Sed & Græcas literas Reuchlinus in Germaniam, im portaſſe dicitur. Ipſe ſcribit, ſe an. Chr. 1473. *eam Pariſiis didiciſſe ex diſcipulis Gregorii Tiphernæ, qui decreto Concilii Viennenſis ſubnixus, circa a. Ch. 1470. Academiæ Pariſienſis Rectori indicavit, ſibi propoſitum eſſe literas Græcas profiteri, poſtulato*

etiam ſtipendio. Demirabantur omnes hominis peregrini, nec ab Academia accerſiti audaciam, Cùm autem ille urgeret decretum, quod Scholæ etiam Pariſienſis mentionem faciebat, Rectórq; ad Senatum retuliſſet, introducta in Scholam illam fuit ea Profeſſio, quæ tot ſeculis jacuerat. Six. Ama. Paræn. p.m. 197. Eodem loco à plerisque habetur Rodolphus Agricola, de quo jam actum. Vnde *Iovius* ita eum celebrat: *Hauſiſti, Rodolphe, Ebraicas, Græcasq; literas adeò ſtupenda celeritate, ut nequaquam Groningæ in Friſia, ſed Hieroſolymis ac Athenis natus et educatus crederetis: Latinas verò tanta felicitate didiciſti ac docuiſti, ut exacta puritas ac nobilis illa eloquentiæ Romanæ ubertas in Oceani littore quærenda videatur.* In *Italia* jam Græcas literas non frigidè excultas fuiſſe, facilè ex laboribus & Translationibus Italorum, & Græcorum, quarum modò meminimus, ſatis patet: Sed *Germanum* hominem Græciſſare; id ipſis etiam Græcis admirationem excitabat. Cùm *Capnio* Romæ Legatus eſſet, & Græca publicè ab exule quodam Græco prælegi cognoſceret, etiam ſibi auditorium, quod viris primæ, mediæ, & ſummæ ætatis; nobilibus, ignobilibus, Epiſcopis & Cardinalibus, patebat, ſubeundum eſſe fuit ratus, quod ubi magno cum comitatu, Principis Legato digno, fecit

ciſſet, & ante lectionem conſidentibus nobilibus, & ſplendidis auditoribus reverenter Magiſtrum ſalutâſſet, gratiis actis, Magiſter ſciſcitatus eſt, num Græcas literas calleret? quod cùm affirmaret, mediocriter ſe callere eas, rogavit, ut eas clara voce legeret, & Latinè interpretaretur. Quod cùm Capnio Legatus & promptè & cum gratia faceret, ita quidem ut ad Dialectum Græcorum attemperaret pronunciationem, tum etiam commodè & eleganter redderet, gemens & tantùm non lachrymans bonus ſenex publicè clamabat: *Exilio Græcorum, Græcas literas Alpes transvolâſſe i.e.* non jam amplius Italiæ finibus contineri, ſed longè latéque ad *Gentes* propagatas eſſe, quo nomine tum Germani cenſebantur. Qua verò occaſione Græcæ literæ in Italiam migrârint, diximus Sec. XIV. p. 731. quibus addi poteſt illud *Geneb*, p. 722. *Labente Imperio Græco, captæ ſunt literæ à Chryſolora, Beſſarione, Gaza, Trapezuntio, Chalcocondyla, Muſuro, Gemiſto, Plethone, Laſcare, & aliis in Italiam, è qua 700. ferè annis exulaverant, reduci, ac deinde in alias Europæ Latinæ partes ferri. Nam poſt annos circiter 70. Andronicus Cantoblaca* [illegible]*liæ, & Hermotimus Spartanus Lutetiæ ludum illum literarium aperuerunt.* Angliæ propulſa barbarie bonas literas reſtituiſſe ſcribit *Bal.* pag. 614. Iohannem Phream, Londinenſem, Philoſophum, Medicum, Linguæ Græcæ &

Latinæ ita peritum, ut Romæ tunc non habuerit parem. *Latina Lingua* multum debet Hermolao Barbaro, Laurentio Vallæ, Eraſmo Roterodamo, Nicolao Berotto, Saxoni Ferratenſi & Epiſcopo Sipontino, authori Cornucopiæ. Vbi tamen notandum I. *Nimis quosdam ſuperſtitioſos fuiſſe Veteris Latinitatis ſectatores. Pomponius Lætus* adeò ſtuduit Latinitati, ut Græca attingere non auderet. Abjecto Chriſtiano nomine Petri, ſe Pomponium dici voluit, diem natalem Romanæ urbis ſacrum habuit & Romulum coluit. *Lud. Viv. Calv.* ann. Chr. 1472. II. *Virgulam quosdam cenſoriam in veteres nimis licenter ſtrinxiſſe. Laurentius Valla* omnes fermè Latinos ſcriptores reprehendit: Vni quintiliano aſſurrexit. In hunc ſeverum cenſorem ſcriptorum Latinorum jam mortuum, ita quidam luſit, teſte *Tritthemio*:

Nunc poſtquam manes defunctus Valla petivit,
Non audet Pluto verba Latina loqui.
Iupiter hunc cœli dignatus honore fuiſſet,
Cenſorem linguæ, ſed timet ipſe ſuæ.

III. *Latinæ Linguæ leporibus ita quosdam fuiſſe faſcinatos, ut vel monſtroſa vocabula rebus exprimendis ſacris confinxerint, vel ſanctiſſimam ſcripturæ Sacræ ſimplicitatem impiis ſannis & ludibriis exceperint.* In hoc luto hæſerunt Laurentius Valla, homo Rhetoricus magis, quàm Theologus, *Eraſmo* teſte Epiſt. ad Dorp. qui tamen ipſe queſtus fuerat ad Garſam Epiſcopum Illerdenſem, Theologos gentilem ſermonem magis, quàm Eccleſiaſticum deamare. *Angelus Politianus*, de quo notum illud, quòd, interrogatus, an legeret Biblia, neuſeabundus reſponderit: *Semel*

per-

perlegi librum illum, & nunquam collocavi pejus ullum tempus. Vide ὁδηγ. P. 1. p. 33. Vnde à lacunis Poetarum ad Scripturarum fontes erant revocandi. *Bζοϑ.* an. Ch. 1470. S. 9. IV. Non initio modò, ſed & fine hujus ſeculi, quo literæ politiores jam emergebant, pleroſque in βορβόρῳ βαρβάρῳ manſiſſe. Id ſic exprimit *Lelandus. Talis certè ejus ætatis* (loquitur de Iohanne *Haynton*, qui an. Ch. 1428. inter celeberrimos Philoſophię & Theologiæ referebatur Doctores) *felicitas erat, ut homines eruditiores, quàm eloquentiores, meliores quàm elegantiores reddiderint.*

[*n*] Incidit enim in hoc ſeculum ortus magnorum ſiderum, quorũ nomina magnam jam partem expreſsimus. Cætera pete ex *Calviſ. & Catal. Teſt. verit.* l. 19.

De his autem tene. A, *illis nos meritò multa ferre accepta. Alii* enim, expugnata & maſculè profligata Barbarie humanioribus iterum literis ſedem in Europa reſtituerunt. Hebræa Lingua non ignota modò Theologis Scholaſticis, quod & *Canus* fatetur in locis communibus; ſed etiam contemta, emergit. At non ſinè lucta. Capnionis certamina, ut Hebræis literis ſuam afferat libertatem, quis recenſeat? Vicit tamen ipſa tandem veritas. Ex Gręcis non profani tantùm authores magno transferebantur ſtudio, ſed & Scriptores vel ὄντως, vel δόξῃ Eccleſiaſtici. Ab Ambroſio Florentino, Chryſoloræ auditore, non modò verſionem Diogenis

Laer

Laertii habemus; ſed & Dionyſii Areopagitæ, & quorundam Chryſoſtomi librorum. Poterant hinc multi in ementitam illam Papatus antiquitatem penetrare.

B. Alii ulteriùs progreſsi, *Romanam curiam ipſam adoriebantur.* Videbant, periculosè in Papatu errari. Vnde de regia via ſoliciti, variè ſe torquebant. Concilis ſe rem deſperatam reſtituturos quidam opinabantur: cæteri, ne ſic quidem rebus bene conſuli, animadvertentes, ſuæ quique conſcientiæ ſatis faciebant. Vtrique futuræ Reformationi haud pænitendam contulerunt operam. *Illi* enim perniciosam, & quæ altiſsimas in Eccleſia Romana egerat radices, Papam nullius parere judicio, ita arietârunt ſententiam, ut facilius deinceps fuerit, totam illam poteſtatis Pontificiæ ſubruere molem. Acta hæc potiſsimum ſunt in Conciliis Conſtantienſi & Baſileenſi, quo tempore hæc controverſia, in Concilio Piſano paulò ante exorta, acriter fuit agitata. Vide ex Contradict. Doct. Rom. Eccleſ. *Ioh. Pappi* ſup. p. 94. Hi, quos inter, *VVeſſelus & Agricola* Groningenſis, Friſii, *Iohannes de Veſalia*, aliique, altius ſurgentes Scripturam in ſubſidium vocandam, & ſuperſtitiones iſtis armis expugnandas quâ voce, quâ ſcriptis, inculcârunt; probantes ita poſteritati, ſuo exemplo, Romanæ ſedis, imò ne Conciliorum quidem tantam eſſe debere reverentiam, quin maſculè iis à tramite verbi Dei deflectentibus reſiſti poſsit. Si non omnia, gravi plerique cæcitate percuſsi, τηλαυγῶς, videre, & diſcernere tum poterant; ſatis erat, βλέπειν τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα

περι-

περιπατοῦντας; *Marc*. 8. v. 24. Plenior reſtitutio viſus ſequenti ſeculo erat deſtinata. Non malè, quod de *Vrſino*, *Calvino* & *Martyre* Theologi obſervant, *illum* ſtudioſo Theologiæ ocreas induere; *iſtum* in equum erigere, *hunc* calcaria addere; tractationi quoque noſtræ poteſt applicari. Ocreas enim induerunt politiorum literarum inſtauratores; In equum erexerunt Pontificiæ poteſtatis ſuggillatores, & ſuperſtitionum Papiſticarum cenſores; Calcaria tandem addiderunt dogmatum ipſorum everſores. *Illud* Reuchlino, Hermolao Barbaro, &c. *iſtud* Laurentio Vallæ, Eraſmo Roterodamo; *hoc* Zuinglio debetur & Luthero.

[o] Commendantur hoc loco I. Pontifices, *Nicolaus V.* Nam, ut teſtes ſunt *Æneas Sylvius*, *Platina*, *Stella*, *Volaterranus*, ſuo ſeculo primus literas humanitatis & eloquentiæ, linguarúmque ſtudia ab interitu vindicavit, ingenia excitavit & fovit, præmiis etiam invitavit literatos, nunc ad lectiones publicas: nunc componendum aliquid de integro: nunc ad authores Græcos in Latinum vertendos, ita ut Græcæ & Latinæ literæ, quæ amplius 600. annis in ſitu & tenebris jacuerant, tum demum ſplendorem aliquem adeptæ ſint. Miſit & literatos per omnem Europam, quorum induſtria libri conquirerentur, qui majorum negligentia, & Barbarorum rapinis jam perierant. Nam & Poggius *Quintilianum* tum invenit, & Aſculanus Marcum Crelium, &c. Huic acceptiſsimi fuerunt in transferendis authoribus Græcis Georgius Trapezuntius, Laurentius Valla, Demetrius Græcus, Horatius

Ro-

Romanus, Nicolaus Perotus, qui *Polybium* è Græco in Latinum traduxit: Iohannes Tortellinus, Aretinus. Illud certè nemo negaverit, tot ei à doctiſsimis viris inſcripta volumina, quot neque ſuorum anteceſſorum, neque Imperatorum cujuspiam nomini dicata comperimus. Bibliothecam Vaticanam Romæ auxit, veteribus ac novis codicibus ornatiſsimam, in qua circiter tria millia librorum volumina condidit. Vide *Plat. Calv.* a. Ch. 1447. *Buch. Naucl.* Gen. 49. *Geneb.* p. 721. *Plat.* (Conf. *Bzov.* a. Ch. 1447. Sect. 1.) de Eug. IV. *Gymnaſia omnium quàm diligentiſsimè fovit, maximè vero Romanum, ad quod omne genus literaturæ* adhibuit Pium II. ait, *fovere ingenia non fuiſſe viſum, quòd tria graviſsima bella ab eo ſuſcepta ærarium Pontificum exhauſerint. p. 331.* literarum tamen ſtudium intermiſiſſe nunquam p. 332. b. *Bzov.* an. Ch. 1464. S. 26. & 34. Alio in literas fuit animo Paulus II. *qui Pomponium Lætum & Platinam, tum propter ſuſpicionem, tum quòd nimium gentilitati i. e. ſcriptis profanis eſſet addictus, in carcerem conjecit. Platina* Hiſtoriam fusè recitat. Idem pag. 347 commemorat, *Paulum humanitatis ſtudia ita odiſſe, ut ejus ſtudioſos uno nomine hæreticos appellârit: Hortatum etiam Romanos, ne filios diutius in ſtudiis literarum ver-*

verſari paterentur, ſatis eſſe, ſi legere & ſcribere didiciſſent. II. *Coſmus medices*, qui proinde *Patriæ, Muſarúmq; pater* appellatus eſt. Cùm enim poſt miſerrimam, & nunquam ſatis deploratam cladem Italiæ, obmutuiſſent cultiores literæ, & nusquam liberalia ſtudia, nusquam Muſæ excolerentur, eas ab exilio Coſmus primus revocavit, & humanitatem Italis hominibus, veluti poſtliminio reſtituit: cùm Argyropylum, Chryſoloram, & plerosque alios Græcorum doctiſsimos, diſertiſsimósque ingenti munificentia Byzantio Florentiam excivit, ut Græcis literis Hetruſcorum mentes imbuerit. *Simoncell.* in Somnio *Bzov.* an. Chr. 1413. S. 24. Quo etiam illi pertinent, qui Bibliothecarum & Academiarum erectione poſteritati ſe commendârunt: de quibus ſuprà. His addi poteſt *Alphonſus* Arragonum Rex, qui Hiſpanos quingentis atque eo amplius annis à ſtudiis humanitatis usque adeò abhorrentes, ut qui literis operam impenderent, ignominia propemodum notarentur, ad cultum literarum revocavit. Vide *Bzov.* an. Ch. 1458. S. 3. Nec negligi debet *Humfredus*, Glocestriæ Dux, qui literatiſsimus ipſe nullum unquam inhonoratum dimiſit eruditum *Bal* pag. 583. *Iohannes Galeazius*, Dux Mediolanenſium primus, cujus *Bzov.* an. Chr. 1402. S. 5. his verbis commendat literarum ſtudium & amorem: *Conduxerat liberalibus ſtipendiis omnium diſciplinarum Profeſſores, qui in Gymnaſio Ticinenſi à patre condito juventutem docerent. Biblio-*

the-

thecam porrò, erectò juxta templo, in quo Divorum & Martyrum reliquiæ pretioſis diſtinctæ loculis ſervabantur, rariſsimis codicibus referſerat. Ex ordine profitentium celeberrimi tum fuere, qui monumenta ingenii poſteris reliquerunt: In jure civili, Baldus, & duo Raphaeles, Fulgoſius atque Comenſis, & Segnorolus Amedeus. In Philoſophia Hugo Senenſis, & Blaſius Pelacanis, à Parma, cujus etiam extant in Aſtronomicis, diſciplináque optices ſubtiliſsimæ quæſtiones. Tres quoque Medici, Marſilius à Sancta Sophia, Syllanus Niger, & Antonius Vacca, quorum commentarii in ſcholis prælegu̅ntur. In tradendis Græcæ Linguæ præceptis eminebat Emanuel Chryſolora Byzantius, ſupra Doctores omnium diſciplinarum conſpicuus Petrus Philargus Cretenſis, ſacrarum literarum interpres, qui poſtea Pontifex evaſit, & Alexander V. eſt appellatus.

VIII. Pergimus *ad Monachatum*, qui etſi dominandi [a] libidine, [b] fraude, [c] rapacitate, [d] ſuperbia, totáq; adeò diſciplina [e] luxata & laxata infamis

ſatis

ſatis, & publicis ſcriptis [f] exagitatus fuerit; ſuos tamen ſubinde habuit fautores[a], quorum operâ & [g] novi ordines inſtituti, & veteres [h] honoribus, privilegiis, divitiiſq; ſunt aucti. Unde &[i] ſuperſtitio ſua habuit incrementa, & [k] Eccleſiaſticorum bonorum abuſus.

[a] *Fel. Fab.* Monach. Vlm. Hiſt. Suev. lib. 2. p. *235. Non ſolum autem Monachi Ovvia, ſed etiam Monachi Ciſtercienſes de Bebahauſen juxta Tubingam in Ulma dominabantur magnis privilegiis utentes. Sic ergo Ulmenſes longo tempore ſub jugo Monachorum & regimine eorum degebant, eóſque tanquam Dominos ſuos recognoſcebant, & Miniſtri eorum voluntarii erant, quamdiu Monachi Miniſtri Dei devoti manſerunt. Tandem autem religione tepeſcente, & ſeculari pompa in Monachis creſcente, Deo permittente tepuit in Ulmenſibus amor & affectus ac obedientia ad Monachos illos. Videbant enim, quòd de bonis eorum nutriebatur ſuperbia cum multorum ſcandalo. Unde Abbates illi illo tempore magnis ſumptibus à*

ſede Apoſtolica impetraverunt Pontificalia inſignia ſupra ſuas dignitates: contra quod tamen S. Bernhardus, qui illis temporibus adhuc in humanis erat, multa ſcripſit. Dicit enim: Si attenditur rerum dignitas, hanc Monachi abhorret profeſsio: Si miniſterium, ſolis liquet congruere Pontificibus, &c. *Vide Spec. Hiſt. lib. 2. c. 84. Unde Abbates Infulatos nequaquam ego, ſed Johannes in Decretali, ut Apoſtolica,* de privil. lib. 6, nominat *aſinos cornutos, dicens,* eos ideo non poſſe exercere officia Pontificalis ordinis. *Ideo vulgariter dicitur;* Quod inſignia Pontificalia in iſtis Prælatis tantum operantur, quantum in mulis genitalia; *quia licet habeant, tamen non generant, ſic nec iſti infulis coronati fructificant. Sic ergo, ad propoſitum, indies expenſis creſcentibus, creſcebant neceſſariò exactiones ſubditorum & gravamina indebita. Unde Ulmenſes onerati gemere ceperunt, & de excutiendo illo jugo inter ſe tractaverunt.* Duo autem, ut paulo poſt ſubjicit, intendebant: Monachorum bona, emtionis ſibi jure vendicare; & Monachos ipſos urbe expellere. Vtriusque voti facti compotes omnia ſubire, quàm ingratos illos hoſpites recipere voluerunt Reditum tandem in gratiam utrinque, ſed non ſine ſtrategemate politico.

[b] Illuſtre nobis exemplum ex *Alberto Krantzio* recitat *Bzov*, an. Chr. 1428. S. 17. *Rei novitas*, inquit Krantzius lib. 11 Saxon. c. 16 *ſuo à nobis jure depoſcit, ut in literas mittamus memoria digna diuturna. Venerat ab Roma in Saxoniæ provinciam, ſpecie nuncii Apoſtolici quidam falſarius, nomine Marcellus, cum fratre Hoſpitalis, ut apparebat, Sancti Johannis. Carnales illi fratres & ambo profeſſione Minores, religioſa veſte projecta, literas præferrebant Apoſtolicas. Marcellus ſatis eloquens & doctus, qui ſe Magiſtrum in Theologia aſſereret, plenarias Indulgentias pollicitus dantibus pro redemtione captivorum, pro Rege Cypri, per ditionem Zwerinenſem profecit, multo quæſtu facto. Venit poſtea Lubicam, atque Pontifici ſeſe exhibuit. Ille & vultum hominis, & literarum faciem perpendens, primum ſuſpicionem falſi concepit, deinde, ubi introrſus omnia perſpexit, reperit falſarium. Ille tamen nihil mutato vultu intrepidus ſtabat, pollicitus omnia facere & perpeti, de re ſua liquidanda. Epiſcopus coëgit præſtare juramentum, ne quovis pacto, niſi dimiſſus abiret. Ille non*

gravatim præſtitit. Frater ejus brevi morbum contrahens, vita exceſſit. Marcellus etiam, ubi primum licuit, nemine commonito, ſecreto abſceſſit. Epiſcopus interim rem ſummo Pontifici detexit. Ille falſarium remandavit ſervari, & ad formam juris in eum procedi. Erat tum Cardinalis Anglicus per Germaniam in legatione cauſa Bohemica cum poteſtate de latere. Huic Martinus Pontifex præſcripſit, ut falſarium ad ſe perductum examinaret, & jure in eum ageret. Jam audiebat, Lubica dilapſum, perveniſſe Coloniam. Erat autem multis in locis Italiæ non ignotus Marcellus. Nam Venetiis pridem ob ſimilem cauſam erat in carcere perſummum elapſus ingenium. Simulavit ad mortem ſe ægrotare. Scribebat, ut erat artis Medicinæ peritus, receptam, quam potione formare juſſit, in apotheca, ſimulans ſe accepturum. Erat autem ſomniferum vehemens. Eo accepto rogavit ad ſe mitti Fratrem ordinis Minorum, ut Coram Deo ſinceram faceret conſcientiam moriturus. Adventantem ad ſe in carcerem Fratrem blandè invitavit, ut de ea potione guſtare non de-

detrectaret. Simplex Frater nihil veritus mali, bibit, nec diu poſt in ſomnum ſolutus eſt graviſſimum. Marcellus, de tracta illi veſte Monachali, hanc induit, & à ſimulata voce Fratris, è carcere educi poſtulavit, quaſi jam impleto circa carceratum officio. Extractus Monachali veſte, & pro Fratre dimiſſus, ſic elapſus Venetiis venit Coloniam. Id compertum habens Legatus Cardinalis hominem ſibi non ignotum, honorificè ad ſe invitavit: venienti manus injici & in carcerem compingi imperavit. Ex hoc ille, incertum quibus modis, falſis cuſtodibus fuga ſibi conſuluit, ſed magna diligentia latitans, inter Moniales conquiſitus, & ad Legatum pertractus, carceri perpetuo addictus eſt. In Brule, Archiepiſcopi Colonienſis arce aſſervabatur, & jam in oblivionem veniſſe videbatur: cùm Theodoricus Archiepiſcopus, neſcio quid incommodi paſſus, hominem Medicinam profitentem liberavit. Unde carcere eductus ſpecie comparandæ Pontifici medicinæ elapſus, in Aquilonares oras conceſſit, ſententia damnationis, quam

Cardinalis Legatus in eum tulerat, miro artificio & eventu eluſa.

[c] Vix enim aliud merentur nomen ſumtuoſa, & inſanæ magnitudinis ædificia, quæ Monachi hinc inde alienis erexerunt impenſis: quòd cùm nonnulli animadverterent, Eccleſiarum Parochialium majorem rationem eſſe habendam, quàm Monaſteriorum jure cenſuerunt Vnde Monachatui non parùm deceſsit. Vlmæ hoc factum eſſe teſtatur *Fel. Fab.* l. 2. p 245. Exemplum inſignis crumenimulgi, Monachi mendicantis refert *Aen. Sylv.* apud *Bzov.* an. Chr. 1457. S. 10. Is 17000. aureos nummos muro incluſos mendicando corraſit.

[d] De *Marianorum* ſuperbia conſulatur *Bzov.* a. Ch. 1410 S. 32.

[e] Vnde tot tum de Monachis & Monaſteriis authorum querelæ, tum etiam de maturanda eorum Reformatione ſuſcepta conſilia. *Auth. Faſcic. temp.* pag. 89. b. *Reformatio magna multorum Monaſteriorum in diverſis mundi partibus fit. Et nota, quòd hujusmodi reformationes crebrò leguntur factæ*; (authores vide apud *Bal.* p 598 (*ſed pene nulla remanſit, quia ſolito more per ſucceſſum temporis ad priſtinum relaberetur languorem poſt venerabilium patrum mortem.* De Coletta Burgunda vide *Bzov.* a. Ch 1425 S. 26. Bullam Eugenianam, pro Reformatione Monaſteriorum Græci etiam ritus, S. Baſilii, exhibet *idem* an. Ch. 1446. S. 8. *Fel.*

Fab.

Fab. Hiſt. Suev. l. 2. p. 274. *Succeſſu temporis, cùm religio B. Benedicti ubique penè deficeret, incepit & in Elchingen languere. Eadem ferè etiam tempeſtate fuit perſecutio Romanæ Eccleſiæ & omnium ei faventium, excitata per Ludovicum Bavarum, in qua plura Monaſteria penitus defecerunt. Inſuper circa eadem tempora Abbas de Ovvia & Monachi in Ulma triumphantes dominabantur, & inexplicabiles expenſas faciebant, dilapidantes bona ſui monaſterii, quæ Ulmæ habebant. Ad hoc autem advocabant Monachos ſui ordinis Ulmenſibus vicinos de Elchingen, VViblingen, & Blaburen, & Eſchenhauſen, & ad idem faciendum inducebant. Quo in tempore Elchingen in temporalibus non modicam ruinam ſuſtinuit. Dicitur, quòd circa illa tempora Monachus, Proviſor Conventus in Elchingen omni die cum ſervo Ulmam intravit, & in tabernis Bacchi officiis intentus uſque ad veſperam. Veſpere præterito, cùm repleti eſſent, replebant etiam flaſcones pro nocturna cœna, extra in Monaſterio fienda, ſicq; de civitate exibant lætis mentibus & vertiginoſis ca-*

pitibus, & cùm per arva deſcenderent, ſæpe magnas difficultates patiebantur in foſſis pratorum, ita ut nonnunquā luto infixi exire non potuiſſent, niſi confortationem ex flaſconibus ſuſcepiſſent. Ex his & aliis ſacer ordo B. Benedicti illis remiſſis temporibus nimis vilipendebatur ubique. Unde ſeculares calamitati ordinis compatientes nonnulla Monaſteria ad ſuas recipiebant manus, & vices Abbatum, Præpoſitorum & Priorum gerebant. Et p.279. *Steterunt autem duo illa Monaſteria*(quorum ſuperius meminerat)*longo tempore in vita devota, uſque ad totius ordinis Prædicatorum deſtitutionem. Tunc enim indies decreſcebant ambo, & multiplicabantur ſcandala in totius ordinis confuſionem, & patriæ turbationem, quæ propter honorem ordinis non expedit ſingulariter tangere. Tandem autem ævo noſtro creſcentibus reformationibus, cepit Ludvvicus Fuchs tractare de Reformatione illorum duorum Magiſtrorum.* P.287. *Manſit hæc ſororum congregatio in Dei ſedulo ſervitio, uſque ad Fratrum defectionem, quibus in devotione tepeſcentibus, diſſol-*

ſoluta fuit congregatio ſororum. Nam Fratres incipiebant paſſim frequentare, & ſocietatibus ſe immiſcere, præſertim cum ſui ordinis fratribus, conventus Augienſis, qui deliciis Ulmæ vacabant, eósq; de VViblingen & Elchingen invitabant, ut eſſent adjutores eorum, in dilapidatione bonorum Ovvia magna, quæ Ulmæ habebant, & in tantam inverecundiam Monachi devenerunt, ut ſpectaculis ſecularium, haſtiludiis & choreis ac nuptiis intereſſent. Stetitq; divini Benedicti ſacra Religio fere ubiq; ſub tali diſſolutione, usq; ad an. Ch. 1412. Quanto verò labore conſtiterit Vlmenſibus Reformatio Monachorum & Monialium idem his docet verbis: *Succeſſu autem temporis* (pag. 312.) *poſt lapſum religionis S. Franciſci & Fratrum defectionem, defecerunt & à Religione declinaverunt etiam ſorores, [...]q; uterq; conventus, Fratrum ſcilicet in civitate, & ſororum extra muros, multo tempore absq; obſervantia ſuæ Sanctæ regulæ ſtetit ſub multa diſſolutione, & plurima committebantur ſcandala, incidebântq; ſeculares per ingreſſum ad moniales pericula excommunicationum Papalium frequenter. Dum autem jam fra-*

tres Prædicatores reformati eſſent in Ulma, cæperunt eorum Prædicatores contra nonreformatos clamare, & pericula detegere, & excommunicationes latas contra ingredientes Monaſteria S. Claræ promulgare, & ſibi confitentes ad Papam remittere, & ex multis talibus aperti ſunt oculi Dominorum conſulum & multorum ſecularium in Ulma, & ad tanta pericula cæperunt horreſcere, & timere, quærentes, qua via cum pace & tranquillitate tantis malis finis imponi poſſet. In his autem Domini Ulmenſes conſultum habebant expertū virum & venerabilem patrem, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, Magiſtrum Ludvvicum Fuchs, Priorem tunc Prædicatorum in Ulma, cujus conſilio & opera prius reformaverant conventum Prædicatorum cum multa pace: Accepto autem conſilio & obtenta à Papa Bulla Reformationis amborum Monaſteriorum, an. D. 1483. opus aggreſſi ſunt Domini Ulmenſes cum multa ſagacitate. Studebant enim ante operis inchoationem totam ſibi attrahere communitatem, ut D. D. Mag. Henricum Nithart, Plebanum & clerum, ac Reli-

Religioſos & Magiſtros, Tribunum, & omnes cives ac Tribules. Et hoc facto advocaverunt Fratres Minores Reformatos, eisq; conventum in civitate tradiderunt, & alios non reformatos penitus extra conventum & civitatem expulerunt. Et illa Fratrum Reformatio difficultatem habuit, ſed parvam, quia pene omnes, qui reformandi fuiſſent, receſſerunt, ita ut Reformatio fuerit murorum & domus, & non fratrum, quia ipſi Reformatores erant loci tantùm poſſeſſores & non Fratrum Reformatores. *Reformato autem conventu Fratrum, ſtatim ad reformandum Sorores in Sefflingen manum appoſuerunt. Et quia hoc arduum, laborioſum & pericu-loſum erat, aſſumſerunt ſecum plures viros doctos & expertos, religioſos & ſeculares & conſiliarios D. Eberhardi de VVirtenberg, & plures nobiles affectum boni habentes. Sic ergo Domini Ulmenſes, ſtipati Doctoribus religioſis diverſorum ordinum, Nobilibus, ſuis concivibus & Tribulibus, armatis & communiter veſtitis, exierunt de civitate cum ingenti multitudine, tanquam ad certamen pro gloria Dei, habentes ſecum in curribus Abbatiſſam inſtituendam*

cum

cum monialibus S. Claræ, multis de obſervantia. Et ingreßi Monaſterium, antiquam Abbatiſſam, D. Chriſtinam Strælin de Ulma auctoritate Apoſtolica deſtituerunt, & omnes officia habentes abſolverunt, & in earum locum adductas ſubrogaverunt. Quantæ autem in omnibus his fuerint Monialium illarum inſolentiæ, clamores, ejulatus, rugitus & fletus, maledictiones, blaſphemię imprecationes malorum in conſulatum, improperia in Magiſtros civium, deſpectiones Doctorum, contumeliæ & minę, *non poteſt enarrari.* Quantæ autem ſecutæ ſint difficultates, quantæ turbationes, quot pericula, quot dietæ, quot ſcandala, quantæ expenſæ, quante denique diviſiones in ipſa civitate & partialitates, quantæ ſententiarum ſedis Apoſtolicæ & Imp. mutationes, Interpretationes, innovationes, renovationes, & reſtitutiones, & quàm acutæ Fratrum Minorum non obſervantialium, & ingenioſæ obſervantialium obviationes, & quot pro utraque parte annulationes, fugæ, conventiones & receſſus, quot Dominorum Conſulum de Vlma apud ſedem Apoſtolicam & Imperialem Majeſtatem proclamationes, infamationes, accuſationes, & apud Epiſcopos delationes, & apud Principes inculpationes, & quantæ contra Vlmenſes ex his ortæ ſint Principum, Epiſcoporum, Nobilium, & communitatum, indignationes, detractiones, irę, minæ; *non facile dixerim.* Monachorum Benedi-

nedictinorum Cluniacenſium *ubiq; ſublatam eſſe diſciplinam*, conqueritur *Bzov*. an. Ch. 1436. S. 60. Vnde & templorum ruina, & contemptus. Exemplum ſubjicit, monitore ſatis impium. Ait, inter reliquas Romæ Baſilicas S. Pauli, Monachorum illorum negligentia, Ædem, in ſtabula & coquinas tam diu fuiſſe verſam, donec peregrinus quidam ſimulachrum Pauli ligneum inclamârit: *Paule, ò ſtulte barbate, cur enſem ſuſtines, en quale tuum templum? Qualis de eo cura? Infer plagas: ſume pœnas de his qui te ac tua negligunt. Atq; ſic fuiſſe ex eo tempore templo honorem reſtitutum.*

[f] Calamum enim in pleroſque ſui temporis Monachos ſtrinxit 1. *Felix Malleolus*, Canonicus Tigurinus. Vide *Anal.* P. 1. p. 25. 2. *Henricus Tocken*, Canonicus Magdeburgenſis, qui validorum mendicitatem damnavit proprio ſcripto. Vide *Catal. Teſt. Verit.* l. 19. p. 88. 3. *Volquinus*, qui Homilia quadam ſuper Evangelium, de interſeminata Zizania, Monachos *Monſtra* appellat, *quòd & Monachi ſint, & cauſidici, & negotiatores & curiales*, Ib. pag. 837. 4. *Gregorius Morgenſtern*, in ſermonibus ſuis, in prima expoſitione triplicis veritatis dicit: *Monachos primùm ideo ſuperbire, quòd putent, ſe cæteris ſanctiores, &c. Secundò ſuperbire & gloriari eos de ſuis patronis. Benedictinos prædicare & ex tolle-*

re

re usq; in cœlum ſuum Benedictum, dicere, eum fuiſſe patrem Monachorum in occidente. Quare ſe, ut qui eum ſecuti ſint, elegiſſe optimam partem cum Maria, &c. Dominicanos gloriari de ſuo Dominico, eumq; Chriſto ſimilem facere. Franciſcanos item mira de ſuo Franciſco jactare, quod in loco Luciferi ſedeat: Eum omni anno purgatorium expoliare ſuis devotis interceſſionibus. Eremitas veſtire Auguſtinum ſuo habitu, eumq; ſuæ ſectæ principem jactare; ſimiliter & alios. Quibus ineptis gloriationibus opponit Petri illud *Act.* 10. In veritate comperi, quòd Deus non ſit acceptor perſonarum; Id. pag. 853. 5. *Autor ſpeculi Hierarchiæ Eccleſiaſticæ*, contra Monachos diſputat; Non licere cuiquam Monacho usquam concionari, ſine ordinarii Epiſcopi permiſsione: mendicitatem nullo modo eſſe perfectionis opus, imò nec pium quidem, ſed ſacris & profanis legibus prohibitum. Quare pauperibus Monachis omnino laborandum eſſe, ut de opere manuum ſuarum vivant, &c. *Id.* pag. 884. *Nicolaus Cuſanus*, cùm Benedictinis in Bojaria erigendum fuiſſet Monaſterium, diſſuaſit opus, otioſis Monachorum gregibus Bojariæ plebem, ſatis ſupérque velut eſcam exedi atq; devorari cauſatus *Avent.* annal. l. 7. p. 834. De *Bohemis* & aliis, qui Marte etiam aperto Monachatum oppugnârunt multa dicere nihil attinet.

[g] Vt eſt 1. Ordo *Montoliveten ſium*, auctore Bern-

Bernhardo Ptolemæo. 2. *Canonicorum S. Georgii de Alga*, autore Laurentio Iuſtiniano. 3. *Mendicantium Hieronymi.* Hi tres ordines ſunt inſtituti an. Chr. 1407. *Geneb.* pag. 715. 4. *Ordo Minimorum IESV MARIAE* (quos Franci vocant Bonos homines) ſumit originem à S. Franciſco de Paula, quem Leo P.P. adſcripſit inter Sanctos: *Sicul. Volater.* lib. 21. *Geneb.* 14‥1. 5. Ordo *Pœnitentium mulierum* ex proſtitutis cæpit Pariſiis, prædicatione Iohan̄is Tiſſerani Minoritæ. *Palmer.* continuat. *Volater. Geneb.* p. 731. 6. Ordo *tertii ordinis*, ſeu de pœnitentia B. Dominici, *Bzov* an. Chr. 1426. S. 29. Inſtitutus eſt à Manfredo. 7. Congregatio ſeu *Societas nominis Ieſu* à Gerardo quodam inſtituta, & à Pontifice ea lege confirmata, ut in Societatem nullus admitteretur, qui ſuis militare ſumtibus per annum nequiret: Sociis plenariam peccatorum Indulgentiam promiſit. Hominis inſtitutum fuit, bellum Sacrum contra Turcas continuare. Sed ex mendaciis & dolis Gerardum conflatum fuiſſe, ipſe fatetur *Bzov.* an. Ch. 1483. Sect. 31. Atque huc pertinent A.. Variæ ordinum Monaſticorum Reformationes. Auguſtiniani nobis dederunt *Seculares & Regulares*, quorum hi illos loco cedere coegerunt, ipſius Papæ authoritate. Vide *Stell. & Platin.* p. 305. in Eugen IV. Sic & Benedictini Patavii in cænobio Iuſtinæ reformandi erant cùm ita viverent, ut pudeat *Bzovium* an. Chr 1408. S. 24 *referre quale tunc cænobium fuerit, cùm Andræas, puerique fratres in maximo familia luxu amulá-*

larentur parentum intemperantiam. Abbati, inquit idem, *ex pellice natus filius oſtendit, qui ſtatus rerum id temporis. Aliquando quinq; Monachis, ſæpe tribus ac mercenariis incolebatur. At equorum ſtabulis addicti famuli ſex, cubicularii quatuor, pedeſtres pueri totidem, canes, accipitres, familia, Principibus æqualis. Eo ſanctorum Epiſcoporum dona, & piorum civium facultates, Chriſti Eccleſiæ, ſacris uſibus, pauperibus dicatæ, devenerunt. Cœnobii porrò hæc facies erat. Inter multas ubiq; ruinas veterum ædificiorum, unicum clauſtrum etiam alicubi dirutum ſpeciem exhibebat religioſi loci. Id columellis frequentibus geminatis, & minimis arcubus extabat, ad priſcam Germanorum Architecturæ rationem, quæ Veronæ, Mediolani, & alibi cernitur. Huic ad Auſtrum cohærebant, ædes Monachorum, quas Dormitorium vocamus, ex quatuor tantùm cellulis, ad quas liber adeò acceſſus erat, ut etiam mulieres per oſtium, quod choro adjacebat cœnobium ingreſſæ in Dormitorium venirent, atq; ſæpius (pudet ſcribere) ipſis Monachorum latrinis uterentur. Reliquum*

ca-

cœnobii, potius latronum ſpecus, quàm Monachorum domicilium videbatur. De modo autem Reformationis, & nova inde exorta congregat. Benedictinorum S.Iuſtinæ de Padua, agit deinceps. Sic *Marc. Sabell.* Enn. 10. l. 5. obſervat, *Minoritas in duas factiones his diebus abiiſſe, ita ut pars una Obſervationis, alter à Conventu jam inde dici cœperit.* Eandem conſuetudinem ſunt in Italia ſecutæ & aliorum Mendicantium ſectæ. De *Carmelitarum* verò *obſervantium & Non-obſervantium* controverſiis Baptiſt Mantuanus decimam Eclog. fecit:

Maxima paſtores agitat diſcordia, Bembe
Qui Solymos colles Galileaq; jura colebant, &c.

Varias etiam in *Brigittæ* ordine ſciſſuras fuiſſe natas & contentiones, unde ipſe ordo in diſcrimen fuit adductus, commemorat *Bzov.* an. Ch. 1534. S. 51.

B. *Sodalitates*, cujusmodi eſt a. *Sodalitius B. Virginis* à Cardinale de Turre Cremata, Dominicano inſtituta, & à Pontificibus approbata, *Bzov.* an. Ch. 1468. S. 21. b. *Roſarii* Sodalitas, diu ſatis intermiſſa, ſed ab Alano Rupenſi reſtituta, *Bzov.* an. Chr. 1473. Sect. 22. & à Legato Pontificio Indulgentiis munita; *Id.* an. Ch. 1476. Sect. 17. Scribit Monachus, *B.V. ſe Alano feciſſe conſpicuam, & inprimis horrendas univerſas orbi pœnas imminere ſignificâſſe; deinde de neglecto roſarii cultu eum ad monuiſſe. Et ne dubitaret* (hui prodigioſum Monachi mendacium!) *annu-*

M

lum ex ſanctiſsimi capitis crinibus mirabili opere contextum dono dediſſe: roſarium præterea collo ejus injeciſſe; ac quod omnem fidem exuperare videtur(imò exuperat)*exerto virgineo ubere, lactis copiam oranti & contemplanti in os infudit*: Vide P. 11 ὁδηγῶ pag. 224. & *Bzov.* an. Ch. 1478. S. 13.

[b] Benedictini & Dominicani palmá cæteris præripiebant, quorũ proinde ſtatutum catervatim homines ſequebantur. Quæſitũ fuit in Concilio Conſtantienſi, quot nam eſſent cœnobia S. Benedicti in Europa? Et numerata ſunt *quindecim millia, centum & ſeptem*, in quibus ſingulis Monachi cur nõ ſi paucisſimos numeres, fuerint ſeptem: Ergo Monachorum plusquá centena & vicena habebis millia. Relati tum fuerant inter Sanctos Monachi Benedicti ordinis ultra triginta quinque millia, ſcilicet 35449. *Chron. Belg. Calvis* an. Chr. 1416. Vide ſup. Sec. 13. pag. 367. Initio hujus Seculi Bonifac. IX. officium Generalis inquiſitionis Dominicanis in Hiſpania commendavit, *Bzov.* an. Chr. 1403. S. 24. Ordinis etiam Benedicti, in Eremo Helvetiorum, Monachis Eugenius indulſit, *ut Burcardus Abbas, ejusq; ſucceſſores, nec non idonei per eos deputandi ſacerdotes ſeculares vel Regulares, in proximum decennium poſſent liberè & licitè confeſsiones audire, abſolutionis beneficium impendere, nec non Euchariſtiæ &*

alia

alia ſacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare; Id. an. Chr. 1432. S. 151. De Friderico III. Hieroſolymis reduce ſcribit *Fel. Fab.* pag. 194. *In Auſtria plura monaſteria erexit & noſtro ordini duos novos conventus in Gretz & in Stira ædificavit.* *Plat.* de Eugen. IV. *Religioſos mirum in modum dilexit: eósque opibus & immunitatibus auxit.* Idem de Nicolao V. teſtatur p. 318. *Innocentius VIII. cœnobio fratrum eremitarum Bergomenſium Eccleſiam argenteam miro artificio celatam & ſubtiliter ſculptam dono dedit*, *Plat.* pag. 350. Sixtus IV. in religioſos munificentiſſimus *Stell.* privilegia Monaſterio S. Salvatoris, Linguæ Phari, extra muros Meſſanenſes, ordinis S. Baſilii, à Regibus conceſſa, & à ſuperioribus Pontificibus confirmata, ſtabilivit *Bzov.* an. Ch. 1472. S. 15. Eugenius, & poſt eum, Calixtus, Mendicantibus audiendi confeſsiones & adminiſtrandi Sacramenta facultatem, contra Ioh. de Polliaco, conceſſerunt: an. Ch. 1455.

[i] Multi enim, morti vicini, in Monachorum potius, quàm Chriſti veſte innocentiæ, ſalutem quæſiviſſe videntur. Picus Mirandulanus, Prædicatorum ordinem ingreſſurus, morte præventus, cucullatus ſepelitur; *Bzov.* an. Ch. 1494. S. 23. Minorum habitu munitus tumulari voluit Fridericus, Comes Palatinus; *Id.* an. Ch. 1477. S. 16. Quid verò miremur? Tanta enim quibusdam adſcribitur

ſanctitas, (ſi, quam Apoſtolus damnat, *ἀφειδία σώματος* hoc nomen mereatur) ut humanitatem exuiſſe videantur. Examina quæ habet *Bzov.* an.Ch.1471.S.34. de *Iſaja Bonnero*, Auguſtiniano, S.35.de *Matthæo*, Dominicano Carratienſi: S.36. De quibusdam Minoribus, An.Ch.1480.S.47.de *Ludovico Placentino*: S.48. *Andrea & Iohanne* Dominicanis,An.Chr.1482.S.8.de *Antonio* Auguſtiniano, S.9. *Stenone* Dominicano. An. Chr.1490. De *Iohanna* S.7.de *Iohanna*,Regina Luſitaniæ,ordinis Prædicatorum,An.Ch.1491.S.9.de *Iacobo Alemanno*,ejusdem ordinis, & videbis, ne de Apoſtolis quidem extradi, quæ Monachis & Monialibus, liberius vero & liberalius vendicantur. Hinc certè factum,ut adſtupentes multi miraculis,apparitionibus,ſtrictiſsimæ diſciplinæ,ſibi quoque ad redimendam vitam æternam mantiſſam ſupereſſe crederent. Exempla domeſtica petis? *Mureri* Helvetiam adi,qui magnam virginum veſtalium Toſſenſium (Toſſa cœnobium eſt Tigurinorum, Vitoduro vicinum) *σκληραγωγίᾳ* per orbem notarum pertexit Catalogum.

[*K*] Quo enim Monachatos plura obtinuit privilegia, dominia, immunitates, eo planiorem huic malo ſtravit viam. Quia enim fautoribus, fratribus etiam, & conſanguineis ſuis Reges ſceptra conferre non poterant, Abbatias & Epiſcopatus obtulerunt. Viderant hoc ipſi Pontificii. Vnde *Bzov.* an.Ch.1473.S.18. poſtquam electionem eorum, qui à Pontificib ad Regum Scotiæ commendationem Monaſteriis erant præfecti, damnaſſet, ita

ϑεη-

θρηνωδεῖ. Hinc Monaſteria ad pios, religioſosq́; pauperum uſus fundata, dotataq́; in privatorum hominum etiam ex aula regia in ſummis deliciis ac voluptatibus viventium grege electorum, non ſine gravi fundatorum injuria, collapſa ſunt. Tum piæ contributiones eleemoſynaq́; in pauperum eleemoſynam impartiri ſolita ceſſârunt, & in delitiarum abuſum converſa, ab ipſis legitimis Monaſterio præfectis, quibus divini cultus conventusq́; ſui cura commendabatur, detracta ſunt. Unde plurima damna, offenſionesq́; Eccleſiæ Dei accreverunt ab ipſis laicis. Eorum ſcilicet, qui ad prælaturas efferebantur turpiter vitam agentium exemplo permoti laici, relictis & piis & divinis operibus, ad impiam vitam, & omni turpitudinis genere pollutam, imitatione contendebat. Aliud exemplum, etiam Pontificii ſcriptores, oſtendunt in *Andrea*, filio Principis Carrarii in Abbatiam S. Iuſtinæ Patavinæ intruſi, de quo *Bzov.* an. Ch. 1408. S. 24. vide ſup. p. 176.

IX. Progredimur ad *Eccleſiam*, cujus examinis partes duæ ſunt, una παθολογικὴ, altera θεραπευτική.

X. Παθολογικὴ morbum agnoſcit,

tum Eçcleſię *occidentalis* Univerſæ, tum ſingulorum ejus membrorum.

XI. Univerſam *Eccleſiam* vexârunt non modò, quod ipſi ultrò largiuntur Pontificii, varia [a] diſſidia, morum [b] corruptio, [c] & hypocriſis; ſed etiam multiplex [d] dogmatum mutatio, innovatio, abolitio &c. Cui fruſtra authoritate Eccleſiæ; quæ mater eſſe debet, non noverca, & ſupremi Patris decretis rigidè adſtricta; fucum facere conantur.

[a] Nam & *Religio, & Regio* multas in Eccleſia excitavit lites. In *illa*, quid penè certi erat? Scholaſticos hac cum primis ætate problematica diſputandi ratio in Protheos effinxit. Inter Franciſcanos & Dominicanos quod certamina de conceptione B. Virginis, Stigmatizatione Catharinæ Senenſis, ſanguine Chriſti? Papæ autoritas, quàm acerbum fuit ἔρυδ☉ μῆλον? Aliis pro conciliis, cæteris pro Papa pugnantibus? *Avent.* l. 7. p. 23. *Naucl.* Gen. 48. pag 375. a. Non certè de lana caprina, hæ contentiones omnes erant, aut in ſimpulo moti fluctus; ſed tanti momenti quæſtiones, quæ hæreſeos facile labem aſperſerint illis, qui vel latum unguem ab alter utra receſſerant ſententia. Et ſi fortè de leviculis rebus fuerit concertatio, tanto tamen æſtu, ea animorum commotione in arenam Andabatæ iſti deſcen-

deſcenderunt, ut Pontificia vix ſiſti potuerint authoritate. *Circa tempora Sixti IV.* ſcribit Bzov. an. Chr. 1484. S. 2. *lis fuerat exorta inter Canonicos Regulares Lateranenſes & Eremitas S. Auguſtini nuncupatos de profeſſione regulari, & habitu S. Auguſtini, quæ (NB) utinam intra Monaſteria & clauſtra ſe contineri paſſa eſſet, & non etiam in publicis conventibus plebis, ac etiam in Eccleſiis inter ſacras conciones ſe ipſam prodere voluiſſet. Nam cùm Dominicus Tarviſinus, Canonicus Regularis, libellum edidiſſet hoc titulo prænotatum: Defenſio Canonicorum Regularium contra Eremitas, ex adverſo Bartholomæus Patavinus, Ordinis Eremitarum, non ſolùm verbo; ſed ſcripto, etiam in publicis Concionibus in Canonicos regulares invehi cœpit, præſertim verò in ipſum Dominicum Tarviſinum. Nam & in Civitate Regii Lepidi in Flaminia poſt quadrages. Conciones, Petaciis publicè affixis, valvis Eccleſiarum & angulis Platearum, quaſdam concluſiones publicè diſputandas propoſuit contra Canonicos Regulares probroſas (quæ in libro Euſebii Corradi contra*

illas edito legi poſſunt, neq; opus eſt, illas hic cum legentium offendiculo exſcribere) & die ac loco ad diſputandum ſtatutis, ipſos Canonicos Regulares ad publicè arguendum contra illos citavit. Sed intervenit Sixti decretum, quo ab hujusmodi *prædicationibus, diſputationibus, jurgiis & controverſiis abſtinere jubentur*: quod αὐτολεξεὶ *Bzovius* recitat. *Regna* verò & *regiones* quæ hoc toto ſeculo vixerunt pacatæ & tranquillæ? *Italia* bellis inteſtinis penè deflagravit. Alphonſus bella geſsit in Eturia; Veneti ad Imperium Lombardiæ aſpirantes, arma quoque capeſſunt; *Bzov*.an.Ch.1448. S.15 confer.an. Ch.1430.Sect.82.& 1433.S.13.14.an.Ch.1434. S.1.2.1460. S.23.1467. S.3.& 1449.S.7. Fridericus Imperator & Matthias Hungariæ Rex; Maximilianus Archidux Auſtriæ, & Ludovicus Galliæ Rex, bellis committebantur. Pro illo Eduardus Rex Angliæ, pro hoc verò Iacobus Scotiæ certabat. *Id*.an.Ch.1481.S.6.7. Nec melius convenit aliquandiu inter Maximilianum & Flandros a.Ch. 1489.S.2.Inter eundem & Helvetios 1499. Id maximè fatale fuit Italiæ, quod a.Ch.1494. arma externa à Principibus illius introducta ſunt, illorumq; bellorum initium factum, *quæ miſeram* (*Bzov*. a.c.) *provintiam continentibus direptionibus, rapinis, incendiis, civitatum everſionibus, cæterisq; omnibus, alia ſuper aliam cumula-*

mulatis belli cladibus, ſexaginta plus continuos annos (quot Helvetiis conſtiterit hic bellandi pruritus, diximus in *Irenico noſtro Helvetico*) *lacerârunt ac deformârunt, & tandem bonam illius partem exterorum Imperio ſubjecerunt. Caput & origo horum malorum Ludovici Sfortiæ ambitio fuit; qui Aragonenſem, domeſticum inimicum evertere ſtudens, Carolum VIII. Gallorum regem in Italiam evocavit: quod primum conſilium divini numinis evidenti judicio ipſe primus luit, avita ditione omnium, quæ ſub cælo ſunt, opulentiſſima ac feraciſſima, ab eisdem ipſis Gallis ſpoliatus, ipſeq; captivus in Galliam ductus, atq; anguſto carceri incluſus, in quo diu maceratus, tandem clauſit diem vitæ extremam.* Atque hinc variæ querelæ. Patres Concilii Baſileenſis: *Quæ Chriſtinnitatis portiuncula eſt, quæ domeſtico, civili, crudeliq; bello & exitiali odio non agitetur, adeò quidem, ut atrocior Chriſtianus quàm Saracenus.* Bzov. an. Ch. 1432. S. 61. Et Naucl. Gener. 48. pag. 278. a. *Tumultuatum eſt quibusdam in locis hoc ſeculo graviter. Nam aliquot annos Henricus Angliæ Rex, qui Pariſiis*

Franciæ Regem ſe coronari fecerat miſerè Galliam vaſtavit, donec regnum ingenti labore Carolus VII. recepit. Fuit etiam hoc tempore Lotharingo Renato cum Alphonſo Aragone ingens certamen de Neapolitano regno in quo aſcitus Renatus nuper à Johanna II. id regina mortua tueri non potuit. Confer etiam *Platinam p.327.* His diſſidiis, (quibus componendis Papæ magnam dediſſe operam ſcribuntur) & Turcarum vires creviſſe, & Bohemorum arma floruiſſe, haud inviti concedunt & Julius Cardinal in Conc. Baſil, apud *Bzov.* an. Ch. 1433. S.98. & Pontifices ipſi.

[*b*] Vnde *concil, Baſil. Quid attinet ultra ad dicendum, cùm omnis & Eccleſiaſticæ & Chriſtianæ vita diſciplina ubiq; penè extincta videatur? Bzov.* an. Ch. 1432. S.71. Seſs. III. Concil. fatetur, *morum nimiam de formationem divinam Majeſtatem offendere.* Pius II. Papa, Bullæ Canonizationis Catharinæ Senenſis ſequentia inſeruit verba: *Quò majori præventi ſumus munere gratiarum, eò magis ingrati reperimur. & ad illicita procliviores. Nam quomodo ſublimem diligimus aut honoramus Deum: Quomodo ejus mandata ſervamus? Quis ſacroſancto Evangelio paret?*

ret? Quæ reverentia legum? Quis Canonum metus? Quæ ſubjectio erga ſuperiores? Quæ charitas erga inferiores? Quis æquitatis, quis juſtitiæ cultus, quæ religio, qui mores hominum ſunt; qui dicunt in Cordibus ſuis, non eſt Deus. Alii impia efferunt dogmata, & blasphemias in Deum cudunt. Alii voluptatum ſervi, nihil aliud cogitant, niſi quomodo libidines ſuas expleant. Alii opibus inhiant alienis. Alii humanum ſanguinem ſitiunt. Rara innocentia eſt, eaq; parùm tuta. Neq; propinquitatis jura proſunt, neq; ſcriptæ, ſanctæq; moribus leges. Viribus & fraudibus cuncta obediunt, ita ut neq; abs re Princeps Mundi hujus appelletur Diabolus: quando pars orbis major, ejus arbitrio ducitur. Nam quantum eſt, quod Pſeudo prophetæ Mahumetis infamia poſſidet: Orientis præcipuam portionem, & Africæ maxima regna, & in Hiſpania Granatenſes: & in Græcia multæ Provinciæ ſub Mahumete Chriſtum blasphemant, nec parva eſt Judæorum natio, per orbem terrarum latè diſperſa, Sancti Evangelii & Chriſtianæ Legis inimica. Nec deſunt

ſunt in ſeptentrione, atq; Oriente cultores Idolorum, in angulum Europæ Chriſtianitas redacta eſt. Nam quamvis per Aſiam ac Lybiam Chriſtiani non pauci diſperſi eſſe ferantur, non tamen illorum ſincera eſt fides, *qui procul ab Apoſtolica ſede inter infideles habitantes, & cum hæreticis communicantes, improba quædam ſentiunt, & multis erroribus ſcatent, Nec Chriſtiani, qui ſunt in Europa, tam re quàm nomine Chriſtiani exiſtunt. Adumbrata quidem & ficta eſt multorum religio, ſicut opera ipſa manifeſtant. Nam quotus eſt, qui digna Chriſtiano faciat opera. A fructibus eorum cognoſcetis eos, inquit in Evangelio Dominus. Si vivimus, ut Chriſtus jubet, Chriſtiani ſumus. Johannes Apoſtolus, ejus filios eſſe homines aſſerit, cujus opera faciunt. Si Dei mandata ſervamus, Dei procul dubio filii ſumus. Sin Diaboli, ad eum pertinemus, dicente Domino, Vos ex Patre Diabolo eſtis. Dura ſententia, & tamen vera. Illius quisq; filius eſt, & ad eum pertinet, cujus mandata ſectatur. Quantum autem ingrati Chriſtiani à divinis præceptionibus procul abierint,*

rint, & quantum Diabolicis ſuggeſtionibus adhaſerint, per ſe ſe quis intelligit. Interroget quisq; conſcientiam ſuam, & retroactam ante oculos mentis vitam collocet, & quantum ab officio veri Chriſtiani receſſerit, palàm cognoſcet. Epiſtola etiàm extat *cardinalis Papienſis*, ad Theanenſem Cardinalem, qua (verbe repeto *Bzov.* in Sixt I V. a. Ch. 1472. S. 21.) *calamitatem non ſacri Collegii modò, verùm & univerſæ Eccleſiæ deploravit. O` miſeram Eccleſiam, Theanenſis! Nos etiam miſeriores, qui quotidie inconſutilem Domini tunicam ſcindimus. Quid ex Te audio de legibus noſtri conclavis? Quid de tanta jurisjurandi & voti roligione? Quid item de noſtris Epiſcopis, qui ut ſententia & loco, ſic & exemplo anteire reliquos debent? Qualis, oro, eſt ille prætextus S. S. ut leventur Pontificatus onera, juvenes duo, contra leges, creentur? Si non riduculum apud ſenſatos, nonne ignominioſum eſt noſtro Collegio? Quid nos alii? Num quid non Cardinales? Num quid non membra Pontificis? Num quid non fideles, & ad hæc levanda onera utiles? Illo ipſo prætextu, quòd* *argui-*

arguitur aliud, niſi deeſſe in nobis, & tanto Patrum numero, qui ſublevare Pontificem poſſint. Si ſancta vincula erant frangenda, annon poterat minus turpis errati noſtri cauſa excogitari? Eodem, eodem, ut cerno, proclyvi, labuntur omnia. Miror autem nos ſemper in nova fortuna; quos tam brevi tempore tanta præteriti oblivio teneat. Sum memor, cùm hiſce de legibus in conclavi ageretur diſſuaſiſſe me multum, ne fierent, non quod non ſanctas putarem, ſed quod vidiſſem, Pontificibus ingratas olim fuiſſe. Jacebas ex febri tu tunc. Nemo vehementius illas ſuaſit. Nemo mihi durius obſtitit hoc ipſo, qui nunc, audientibus nobis, ligari poſſe Pontificem negat. Si ligari non poteſt, cur, ut ligaretur, pugnabat. Si ligari poteſt, cur tantopere eſt ſibi adverſus? Pontificatus ne, oro tam paucis diebus ingenium aliud, doctrinamq́ attulit? Illud verò eſt Theanenſis. In ſumma poteſtate, ſummam licentiam quærimus. Ac ne minus videamur poſſe, quàm homines petant, noſtri arbitrii eſſe omnia volumus. Interim nec Dei, nec ultionis ſuæ memores ſumus. Timeo nobis,

&

& propter nos, ſedi Romanæ. Quandiu Paulus in eodem jurejurando manſit, ac voto, ſucceſſum præbuit Deus: mox ut violavit, uno judicio, æſtimationis & vitæ eſt facta jactura. Clamat Propheta: Reddite vota veſtra, Domino Deo veſtro, terribili, & ei, qui aufert ſpiritum Principum, terribili apud Reges terrę. *Abſtulit ſpiritum Pauli, eiq́; non modò vocem, ſed ne teſtem quidem interitus in morte miſerrima liquit. Sed lamenti ſit finis.* Plura hinc inde occurrunt. Vide *Cat. Teſt. Verit.* l. 19. pag. 852. 881.

[*c*] Hæc certè ita cum triumpho fuit graſſata, ut veram religionem, verámque pietatem Eccleſiæ Romanæ finibus ubiq; expulerit. Regum & Principum ad exemplum totus componebatur orbis. Fatetur hoc *AEne. Sylv.* Epiſt. 104 ad Caſp. Schlik. *Omnes hanc fidem habemus quam noſtri Principes, qui ſi colerent Idola, & nos etiam coleremus, & non ſolùm Papam, ſed Chriſtum etiam negaremus, ſeculari poteſtate urgentę, quia refriguit charitas, & omnis interiit fides.*

[d] *Iacobus de Guitrode*, Carthuſianus, pręter alia, librum ſcripſit de *erroribus modernorum Chriſtianorum*, in quo non tantùm vitia reprehendit tum laicorum, tum Clericorum; *ſed etiam Idololatriam,*

triā,ut peregrinationes,concurſum ad ſtatuas,conficta avaritiæ cauſa miracula. Additque, *ob ejusmodi manifeſtas vanitates & impietates derideri ab infidelibus noſtram religionem, ac à judæis multos noſtros etiam in fide languefieri,quòd Chriſtianis,& præſertim imperitioribus proponunt illas manifeſtas falſitates,erroréſq́;quibus à ſacerdotibus,quæſtus gratiâ ludificentur, indeq́; eos & reliquæ noſtræ religionis vanitatem probare conari.* Cat.Teſt.Verit.l.19.p.883. Eadem etiam confeſsio aliud agentibus excidit iis, quorum authoritas in Concilio Baſileenſi non erat contemnenda. Cùm Bohemi reſtitutionem urgerent ablati calicis, negare non poterant Patres exemplum Chriſti & Eccleſiæ primitivæ. Ad extremum aſylum itum eſt, Eccleſiam, cui poteſtatem mutandi dogmata, decreta, ἐζταξίαν, nemo ſanus adjudicare poſsit. *Iohannes de Raguſio*, Dominicanus, oratione prolixa hoc Eccleſiæ aſſerit jus. Exempla omnia (quorum nonnulla extra controverſiæ aleam ſunt poſita,alia prorſus ἀπροςδιόνυσα) examinare ordine non vacat; id ex autore citato didiciſſe abundè fuerit, fateri illum, multa in Papatu contra veterum inſtituta,& authoritatem Scripturæ retineri. Concedit ergò I. *In veteri T.prohibitas fuiſſe Lege divina, imagines viſibiles*

les, ne dum ipſius Dei, ſed quorumcunq́; ſanctorum hominum, nec de poſt in ſcripturis veteris, ſive Novi Teſtamenti conceſſam licentiam eas faciendi aut fabricandi reperiri. II. *Nec ex doctrina Chriſti Evangelii, nec ex doctrina alicujus Apoſtoli haberi expreſſè, quòd aliquis habeat poteſtatem baptizandi, exceptis Eccleſiaſticis, quorum ſtatum præ figurabant Apoſtoli, quibus ſolis dictum eſt: Ite baptizantes, &c. & nihilominus in neceſſitatis articulo mares & fœminas, paganos, Judæos & hæreticos poſſe baptizare, dummodo ſervent formam, materiam, & intentionem Eccleſiæ:* III. De ſacramento Pœnitentiæ ita Monachus: *Item in ſacramento pœnitentiæ, quod ab Adam in Paradiſo incepit, & debet durare usq́; ad conſummationem ſeculi, ſimiliter mutatio magna facta eſt ſecundùm ſucceſſionem temporum. Nam, cùm confeſſio ſit pars principalis pœnitentiæ, tempore legis naturæ ad eam tantummodò Deo faciendam mentaliter tenebantur: ſuccedente verò lege Moſaica ultra hoc homines obligabantur ad Confeſſionem ceremonialem*

extrinſecam, prout per aliquod ſacrificium homines manifeſtabant ſe hoc vel illo peccato deliquiſſe, ut habetur Levit.c.4 & 5. ut habetur eodem lib.16. *ſacerdotes poſitis manibus ſuper caput hirci,* omnes filiorum Iſrael confitebantur iniquitates. *Sed adveniente veritate Evangelicæ legis, etiam confeſſionem vocalem de univerſis cogitationibus, locutionibus, operibus, & omiſſionibus, dare, diſtinctè q; faciendam inſtituit Eccleſia ſacerdoti auctoritatem & juriſdictionem habenti, in ſecreto, non ut homini, ſed ut Deo, ſine offenſa quacunq; honoris confitentis; ſub formidabilibus, & execrabilibus pœnis præcipiendo & mandando ſacerdoti, ne quoquo modo ſigno aut verbo prodat aut revelet peccata confitentis, de qua quidem confeſſione ſingulariter & ſpecialiter, quatenus ſolum ſic ſecretè & articulariter fieri debeat Sacerdoti; nulla de ſcripturis Sacris habetur traditio.*
IV. Hierarchiam Eccleſiaſticam non uno modo fuiſſe auctam. Audiamus Doctorem: *Item circa Sacramentum ordinis videtur Eccleſia addidiſſe. Nam in primitiva Eccleſia erant duo tantùm ordines, Diaconatus ſcilicet & ſacer-*

ſacerdotium (Presbyterium dicere debebat.) *Et ſecundum B. Hieronymum idem tunc erat Epiſcopus & ſacerdos, quo ad nomen: non autem quantum ad rem, quod tamen nunc non eſt.* V. Quid Miſſa habeat ἄγραφον, idem ſubdit: *Item ſacramento diviniſſimæ Euchariſtiæ multa videntur addita vel mutata. Nam forma qua calix conſecratur in nullo Evangeliſtarum in propria forma verborum reperitur, ſed videtur per Eccleſiam ex omnibus dictis Evangeliſtarum compilata, & in ea ſunt aliqua addita. Etiam in conſecratione hoſtiæ Eccleſia addidit hanc dictionem* Enim. *Cæterùm Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum, & miniſtravit poſt cœnam, & tamen Eccleſia immutavit, & ordinavit, ut nonniſi à Jejunis de manè celebraretur & miniſtraretur, niſi in neceſſitatis articulo. Imminente etiam errore de obſervatione legalium, Leo Papa ordinavit, ut pro tempore in fermento conficeretur, licet Chriſtus confecerat in azymo, ad quem ritum poſtmodum, ceſſante dicto errore, Eccleſia reverſa eſt. Deniq; Eccleſia ordinavit ritum & modum ad hoc Sacramentum*

celebrandum cum talibus orationibus, Epiſtolis & Evangeliis ſecretis, myſticis ſignis, veſtibus ſacris & vaſis conſecratis in Eccleſia, in altari, cum luminaribus, cum aſſiſtentibus, & aliis, quæ pro devotione & ſolennitate tanti ſacramenti fiunt, &c. VI. Vnde tandem tot habeant ordinationes, his exprimit verbis: *Sancta mater Eccleſia docuit ſignum ſacratiſſimæ crucis in fronte depingere; ipſa docuit in eodem ſigno benedictiones fieri ſacramentorum & conſecrationes; pro defenſione & contra inſidias malignorum ſpirituum, ſal & aquam benedicere, &c.* Ex quibus tandem concludit: *Eccleſiæ etiam authoritate communionem ſub una ſpecie rectè defendi.* Hoc verò πρῶτον ψεῦδος eſt. Scimus, magnam Eccleſiæ in judicandis controverſiis, & ordinanda εὐταξίᾳ deberi poteſtatem. Negamus tamen, pro lubitu omnia eam ſurſum vertere poſſe atque deorſum. Limites ſuos habet, extra quos ſi erret, non jam matris amplius, ſed moroſæ novercæ, imò perfidæ meretricis nomen meretur. Quæ quæſo Eccleſia ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀποςόλων καὶ προφητῶν μὴ ἐποικοδομηθεῖσα; Epheſ. 2. v. 20. Non eſt certè Eccleſia mater, quæ Deum non habet Patrem.

XII. Fuit

XII. Fuit hæc œconomia totius *corporis Eccleſiaſtici*: Caput ſi inſpicias, non modò [a] monſtroſum illud, & morbis ut [b] plurimum graviſſimis affectum; ſed paratæ etiam [c] medicinæ faſtidioſum, ferè reperies.

[a] Vt *capitis* ſui καχεξίας deplorent, quos non cient ſingultus? Modò lugent, Eccleſiam ſuam ἀκέφαλον. *Tempore Concilii Conſtantienſis, toto quadriennio vero Pontifice, Eccleſiam* caruiſſe, ſcribit *Plat.* in Mart. V. Modò πολυκέφαλον *Idem*, in Eugen. IV. p. 302. a. *Hinc* (poſt electionem Amedei Sabaudiæ Ducis) *magnæ ſeditiones in Eccleſia Dei exortæ ſunt, cum Chriſtiana Reſpublica trifariam diviſa, aut Felicem, aut Eugenium, ſequeretur, eſſentq; qui Neutrales vocarentur, quod neutri obtemperarent.* Neutralitatem hanc, vocat rem ſedi Romanæ pernitioſiſsimam, pag. 309. b.

[b] Atque hic in multis ȣ̓δὲν ὑγιὲς. Quàm ipſa nonnunquam electio fuit vel violenta, vel incerta? *Æn. Sylv* ad Calixt. 3. *Tu ſolus es, qui poſt Gregor. XI. per annos 80. & amplius ſine competitore certus, & indubitatus Petri ſucceſſor inveniaris*: *Bzov.* 1455. S. 14. Iohannem 24. quidam volunt *omnium conſenſu* (un

de & *Onuph.* p. 285. concedit, *juſtè eum aliquandiu Papatum poſſediſſe*) Pontificem creatum; alii id *violenter* factum eſſe ſcribunt *Plat.* 282. *Naucl.* pag. 268 b. *Stell* φιλοδημία eorum, vel ignavia, Tyrannorum omnia libidini expoſuit; *Id.* in Innoc. VII. *Nam vel ignavia Pontificum, qui interdictis antea minis, armis poſtremo tollere diſcordias conſueverant, vel Schismate potius, quo tum Eccleſia Dei multum laborabat, eo ventum erat, ut viliſſimus quisq; tyrannus poſt mortem Johannis Galeatii unum quodq; facinus, quantumvis magnum aggrederetur.* Fuit hæc *Innocentii* querela, qui tamen nocentiſsimus vel atrociſsimum quemque tyrannum ſævitia ſuperavit. Vide pag 278. a. collat. cum *Stell.* in Innoc. VII. Romanos de Schiſmate tollendo monentes confeſtim ad Ludovicum nepotem, tanquam ad certum carnificem miſit; quos ſtatim feneſtris dejectos enecavit. Ipſa quorundam vita plena fuit ſcandali. De Iohan. XXIV. videatur *Bal.* pag. 545. *Plat.* Magnus in Helvetia vir, Hiſtoricus inſignis, & Pontificiæ religioni addictus, ſuperiori ſeculo judicavit, flammis meliori jure expianda fuiſſe Papæ hujus ſcelera, quàm Huſsi delicta. Vnde etiam, qui à latere Pontificis vix diſceſſerunt, Romani, multis proverbiis, vulgi voce ſarcaſticè tritis, locum dederunt. Aut quis in Eccleſiaſtica hujus ſeculi Hiſtoria ita peregrinus

eſt

eſt & hoſpes, ut neſciat πολυθρύλλητον illa: Je näher Rom / je böſer Chriſt. Item: *In Nomine Domini incipit omne malum*: alluditur ad initia & fucos bullarum Papæ. Item: *cum afferuntur indulgentiæ Româ, obliga oculos.* Item; *Qui primò it Romam, videt ſceleſtum, qui ſecundò, diſcit cognoſcere eum; qui tertiò, refert ſecum ſceleſtum.* Plura vide *Catal. Teſt. Verit.* l. 19. pag. 889. Italorum fuit: *Quàm primum clericus ſuſcipit raſuram, ſtatim intrat in eum Diabolus.* Quàm fuerit *Simonia* Pontificibus hoc ſeculo trita, diximus *Anal.* B. 1. pag. 45. ubi & Eugenianæ contra Simoniacos conſtitutionis, quam *Bzov.* habet an. Chr. 1434. S. 55. fit mentio. Confer Spec. *Roderic. Epiſc. Zamor.* l. 2. c. 2. De *Sixto IV.* dicendi nobis locus ex Archiepiſcopo Craynenſi dabitur alibi. *Conf. Bal.* pag. 603. Liceat tamen ἐν παρόδῳ monere, non injuriâ ei Simoniæ crimen, quod ciniflones quidam negant, ab illo impingi. *Iodocus Aſcens.* Notis ad verſus Bapt. Mantuani de calamit temp. l. 3. f. 302, b. verſum.

Quid miramur opes recidivaq; ſurgere tecta?

hac illuſtrat paraphraſi: Quid miramur opes i.e. divitias; & tecta recidiva i.e. *ad ruinam recidentia, aut quæ ceciderant,* ſurgere id eſt, *reparari & refici.* Quaſi dicat, *id non eſt mirandum, quia* (ut ſub infert) *Simonia & ſacrarum re-*

rum venditione ditantur, quia reficiuntur. Ita tacitè arguit Pontificem & Cardinales, qui pro magno ducebant quod Roma repararetur. Stravit enim Sixtus vias Romanas: Pontem conſtruxit ſuper Tyberim, qui pons Sixti appellatur, &c. Sed, ut inquit Poeta, non erat mirandum, quia, ut Arabi molli odorati globuli, & cynnama; Tyrii veſtes & muricis imber; Inde ebur; Siculo mel; aliis alia; Sic

Venalia nobis
Templa, Sacerdotes, altaria, ſacra, coronæ,
Ignes, tura, preces, cœlum eſt venale, Deusq́;

Quæ nimirum horribiliſſima vitia (ſubjicit Aſcenſius) utinam nimiis audacter à Poëta taxentur! Paulus II. (querela eſt *Geneb.* pag. 725. & *Platinæ* pag. 346. b.) *in colligendis pecuniis ita diligens fuit, ut ferè ſemper beneficia & Epiſcopatus his committeret, qui officium aliquod venale haberent, unde elici munus poſſet. Omnia enim officia ſuo tempore venalia erant. Quamobrem factum eſt, ut qui Epiſcopatum, aut beneficium vellet, officium aliquod emeret, quo lenocinio quod vellet, conſequeretur, ſuperatis competito-*

tiitoribus omnibus, doctrina & probitate vitæ quovis magiſtratu & honore dignis. Præterea verò cum Epiſcopatus vacaret quo plures annatæ eodem tempore ſolverentur, digniores, ut ipſe prædicabat, ad uberiores Epiſcopatus movens, magnam pecuniæ vim undiq; colligebat. Redimendarum quoq; penſionum uſum non improbavit. Fuit Simonia filia & planta peſſimæ illius radicis, avaritiæ, quæ per fas & nefas nummos corradere, tributa imponere, peſſimis artibus rem augere Pontificibus ſuaſit & perſuaſit. Et tamen contra Simoniacos auſus eſt legem ferre; Bzov. an. Chr. 1464. S. 54. *Eugenium* (quem Baſileenſis Concilii Patres vocant, *notorium & manifeſtum contumacem, in aperta rebellione perſiſtentem, violatorẽ aſſiduum, & contemptorem ſacrorum Canonum, pacis & unitatis Eccleſiæ perturbatorem notorium, Simoniacum, perjurum, incorrigibilem Schismaticum, à fide devium, pertinacem hæreticum, &c.* Bzov. a. Ch. 1439. S. 17.) *immoderata tributa Romanis reddiderunt inviſum. Unde cùm ad Sanctũ Petrum iturus paratis de more ſupplicationibus Pontificio habitu per*

urbem incedens tumultuantem populum intelligit ob duplicatum tributum, vectigalq́, novum vino impoſitum. Suſtulit igitur exactionem illam ut minus liberalem : *quo facto ſtatim ſubclamatum ab omnibus eſt, vivat Eugenius, cùm antea clamâſſent, moriantur nova vectigalia, eorumq́, inventores. Plat.*pag.305,b. *Paulus Secundus*, legitimos Aloiſii Patavini Cardinalis, fratres, hæreditatis jure, ultrò antea conceſſo, expulit, facultates defuncti rapuit, fratres Scarampos cepit, &c. *Id.*pag.337.b. De *Alexandro VI.*an.Chr.1492. ad ſedem Pontificiam, poſt longam contentionem, *largitione* electo, ſcribit *Onuph. quòd ad exitium Italiæ fuerit natus* : Vnde & verſus:

Vendit Alexander Sacramenta, altaria, chriſtum,
Emerat ille prius, vendere jure poteſt.
Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & iſte
Semper ſub Sextis perdita Roma fuit.

Ei tamen apologiam hinc inde parare conſtituit *Bzo.*vide a.C.1495.S.17. Cui oppone *Bal.* p.601. Succeſſori ejus, *Balthaſari Coſſæ*, ſeu *Iohanni* 23. qui ſedit annos 5. odor lucri ex qualibet re erat bonus. Meretrices quæ aulam ejus ſequebantur, Bononiæ ſingulę ſolvebant Pontifici quotannis 300.aureos. *Chron. Bel. Cal.*1410. De *Pompa* Pontificum, quas *οἱ οἰκεῖοι* movent querelas? De apparatu Pauli II. non eſt cur ambigas. Vide *Bzov.*an.Ch.1464.S.8.

&

&c Bal. pag. 602. *Majores ab hoc uno ſuperatos, regno præſertim, ſive mitram velis appellare, in quam multas opes contulit, coemptis undique magni pretii adamantibus, ſapphiris, ſmaragdis, Chryſolithis, Jaſpidibus, unionibus, & quicquid gemmarum in pretio eſt, quibus ornatus tanquam alter Ahron in publicum forma humana auguſtiore prodibat. Inſpici tum ab omnibus volebat & admirari. Hanc ob rem nonnunquam peregrinos in urbe retinuit, intermiſſa oſtendendi ſudarii conſuetudine, quo à pluribus eodem tempore cerneretur.* Plat. p. 345. b. *Fidem* ne in externis quidem ſervare cordi erat. Multa ante Pontificatum polliciti, pauca, honorem conſecuti præſtabant. *Paulus II.* inquit Platina, *ante Pontificatum prædicare ſolebat, ſi ſors ei unquam contigiſſet, ſingulis Cardinalibus ſingula caſtella ſe donaturum, quo vitandi æſtus urbani cauſa ſecedere percommodè poſſent. Sed Pontificatum adeptus nihil minus cogitavit.* Eadem inconſtantia & temeritate ſacra eos tractaſſe diximus ſup. p. 90. *Armorum ſtudium* ſacrorum curam excuſſiſſe multis dixeris. Hoc enim maximè ſeculo belli gloriam aucupabantur ipſi Pontifices. Sixtus IV.

mul-

multorum judicio, injuſtè tumultu bellico totam Italiam vexavit; Id.pag.348.b. Onuph. de eodem pag.339. *Hic Ponitfex primus fuit, qui Majeſtati Pontificiæ, quæ religione tantum venerabatur, arma quoq; & terrorem addidit.* Atque hic etiam primus fuit, qui Helvetios fædere ſibi devinxit. Vide Iren, Hel, p. 174. Stella hoc etiam in Sixto IV. notat, *quod ſuos nimium amârit, quibus divina & humana contribuerit præter Dei & Eccleſiæ Romanæ dignitatem & honeſtatem: errore Pontificibus ſatis familiari:* Alios poſſeſsionibus ſuis expulerit, & amicis eas tradiderit. De Eugenio IV. Plat. pag.308. a. refert, *eum etiam bella amâſſe*, & Paulum II. primum *rebus bellicis ſtuduiſſe, militésq; aluiſſe Prætorianos*, habet Calv. an. Chr. 1471. *Libidinis* teſtes reliquerunt nothos multo munere cumulatiſsimos, quod de Innocentio VIII. perhibet Plat. pag 350. *Filium*, inquit, *Franciſcum nomine, & Theodorinam filiam nothos exſceleſto concubitu ſatos præter rationem multo munere cumulatiſsimos reddidit.* Vnde illud; *Quòd omnium primus fuerit, qui novo introducto exemplo, palàm liberos nothos jactaverit*; Bal. pag, 625. Αὐτονόμοι eſſe jam tralatitia conſuetudine didicerant.

Vnde

Vnde non alter modò *alterius decreta odit*; ſed etiam reſcidit. Vide *Plat.* in Paul. II. pag. 335. b. qui quidem tanto turgebat faſtu, ut nullum ceſſerit locum aliorum admonitionibus. *Neſcis*; contradicentibus, aut blandè ad officium revocantibus reſpondit; *omnia jura in ſcrinio pectoris noſtri eſſe collocata? Sic ſtat ſententia: Loco cedant omnes, eant quo volunt, nihil eos moror. Pontifex ſum, mihiq; licet pro arbitrio animi aliarũ acta & reſcindere & approbare.* Id. p. 336. c. Cęteras Pontificũ, technas ex *Theod. Nyem*, habet *Cat Teſt. Verit.* l. 19. p. 850. *Bal.* p. 522.

[*c*] Graviſsimum ſcriptores Pontificii capitis ſui morbum agnoſcunt *Bzov.* 1432. 27. *Schiſma*, cum pernitie nominis Chriſtiani conjunctũ, *Plat.* p. 279. quo factum, ut duo, tres etiam Pontificis axiomate ſuperbierint. *Tempore Concilii Conſtantienſis*, inquit *Fel. Fab.* pag. 180. *tres erant Papæ.* Malum fuit ἀνίατον cum omnem aliquandiu Pontifices reſpuerint medicinam. Studium quidem pacis magnum præ ſe ferebant, quandiu ſpe ſibi vota & ſuffragia obſequioſa finxerunt; ea verò ubi decollavit, ſine rubore, & perfricta planè fronte prodiderunt, non Eccleſiæ, ſed ſuo ſe litare honori & commodo paratos eſſe. Cùm Bonifacio IV. ſucceſſor eſſet deligendus, jurarunt Cardinales, quos inter Coſmatus Melioratus Sulmonenſis, poſtea Innocentius VII. qui infeliciter per 2. annos Papatum

tum adminiſtravit: *Geneb.* pag. 714. coram pluri-mis teſtibus & Notariis, ſi quiſpiam ex ſe Ponti fex eligeretur, ut curaret abolere Schiſma, etiamſi abeundum eſſet Pontificatu. Admonitus verò de abolendo Schiſmate à Romanis, undecim eorum, & quidem præſtantiſsimos, de feneſtris præcipitatos enecavit; *Pal.* Quam cavillandi, ſimulandi & diſsimulandi artem præ cæteris calluit Pet. Luna. Premamus hæc paulò fortiùs. Quas in Eccleſia Romana Antipapę dederint turbas, nemo facile exprimat. Gallia penè tota Petrum Lunam & ſequebatur ipſa, & aliis ſequendum commendabat, *Naucl.Gen.*47.pag.266.b. Ludovicus, Aurelianenſis, Regni adminiſtrator, ex Senatus Regii ſententia, certis quibusdam conditionibus decrevit, ut omnes Petro, quaſi verò Pontifici, obedirent. Vnde ingens ſecuta inter Proceres Eccleſiaſticos, & in Schola Pariſienſi turbatio. Minorita quidam Provincialis Miniſter, Frat. Guillermus Palermius, Avinione, Dominica, quam ſeptuageſima vocant, pro concione auſus eſt pronunciare, *omnes eſſe excommunicatos, maledictos; ſchismaticósq; qui Petro non parerent.* Inde non tantum cleri, ſed etiam populi orta eſt vehementiſsima ſeditio; *Bzov.*an.Ch.1401.S.14. Mox an.Ch. 1404. Carolus Galliarum Rex Oratores Genuenſibus miſerat, qui eos à fide & obſequio Pontificis Innocentii ad Petrum Lunam avocarent. Prorex Bocicardus Archiepiſcopum, hic Clerum & populum Genuenſem in Petri pertraxit partes. Secutus

Lu-

Ludovicus Fliſcus, Cardinalis, *quo authore* (verba ſunt Bzov. S. 14.) *Sacro ordine Genuæ ſæpius convocato, de ſeductorum Theologorum conſilio, re diu ac multum diſputata, decretum fuit, Prorege urgente, Petrum Lunam, ut verum Pontificem eſſe colendum.* Idem etiam obſequium Petro à Piſanis impetrarunt. Et quamvis poſtea Schiſmatis & hæreſeos, à Schola Pariſina fuerit damnatus, Bzov. an. Chr. 1408. S. 1. non defuerunt tamen viri magni, quorum ex numero Rhemorum Archiepiſcopus, qui conſtanter Petro ſuam probârunt fidem, S. 3. & 15. Cùm ergo his fluctibus Eccleſię Romanę cymbam, pro gubernaculis aliis aliàs certantibus, agitare viderent Imperatores, Reges, Principes, Magiſtratus, ſtrenuam navârunt operam, ut pernicioſo Schiſmati imponeretur finis. Oratores Regii, Epiſcopus Oſcenſis Aragonum, & Guillelmus Molonus Gallorum, initio ſtatim hujus ſeculi Petro de Luna unionem Eccleſiaſticam ſuadent; ſed verba dat, μνηζικακίαν pollicetur, mitræ deponendæ ſpem ne quidem facit; Bzov. a. Ch. 1402. S. 16. Cuſtodia Avenionenſi, per Ludovicum Aurelianenſem an. Ch. 1403. ereptus Petrus ſolicitabatur à Ludovico Andegavenſi, & aliis, ut Avenionem rediret, rationémque uniendæ Eccleſiæ diſtractæ oſtenderet. Propenſum pollicetur animum & obſequi paratum. Et cum idem etiam magno tentârit ſtudio negotiũ Gerſon Cancellarius, expugnatus videbatur Pontifex, cedere penè neſcius. Sed & alii viri eruditi

diti ſcriptis variis pacis & concordię amorem, Schiſmatiſque abolitionem ſuadere conati ſunt. Μελετήματα Franc. Zabarellæ habes apud Bzov. an. Chr. 1404. b. an Chr. 1404 S. 6. Verùm, tanta dominandi in Betro fuit libido, ut ludificando ætatem propè exegerit. Nec melior erat mens cæterorum Promiſsionibus ubique certabant, Id an. Ch. 1405. S. 4. ſe publica Concilii authoritate ſtaturos, loca deſignant, ſcriptis urgent, anno Ch. 1407. Vt tertio Canonicè electo Galliarum procetes facilius ſubſtringerent aures. utriusque obedientiam excutiunt. Bzov. an. Chr. 1407. S. 3. Sua etiam Iuriſconſulti ad tollendum Schiſma ſymbola conferunt, *Paulus à Caſtro, Antonius de Butrio, Matthæus de Matuſſelanis* Ib. Petrus de Luna & à Galliarum Rege & pleriſque aliis deſeritur, *Id.* 1408. S. 4. Ipſi etiam amici tum Benedicti XIII. ſeu Petri de Luna; tum Gregorii XII. graviſsimis omnes rationibus hortantur ut à Concilio Piſano ſententiam tandem deciſivam expectarent; *Id.* S. 14 15. Convocatur Synodus, magnaque Id. 1409. S 1. frequentia celebratur; ſed cum ad omnium non ſuccederet nutum & votum rima ſtatim patuit elabendi. Contendebant quidam, non legitimè fuiſſe convocatam, quòd ſine auctoritate Pontificis fuiſſet indicta. *Laurentius* tamen *Rodolphius* triduo diſputavit, tandemque concluſit: *Concilium fuiſſe legitimum.* Idem & *Gerſon & Alexander V.* judicium tulit. Reſtitit tamen Gregorius: (vide & *Naucl.* pag. 267. b.) ſuum ajebat eſſe de his Comitiis ſa-

ſacris diſpicere. Aliud igitur in foro julii, circa Aquileiam, datis ad Prælatos Eccleſiæ, Principes & communitatis literis, indixit, temporeque deſignato celebravit; Convenientibus indidem prælatis, præcipue Regni Neapolitani, quod in ejus obedientia hactenus perſeveravit. Anathemate feriat Piſanos, Alexandrum V. Petrum Lunam, & utriusque ſequaces: *Id.* 1409. S. 8. Quo ipſo etiam anno Petrus Luna Perpiniani Inſtituto Concilio, nec dum ſe axiomate Pontificio ab dicatum eſſe, palàm facere voluit. Quid ex Piſano Concilio commodi hauſerit Eccleſia Romana; *Bzovii* verbis proponere placet. Ita ille an. Ch. 1411. S. 1. *Peracta Synodo Piſana, cùm omnes gaudio exultarent, Cùm Cardinales & Concilium ſe jam Eccleſiæ dignitati optimé conſuluiſſe, ipſiq́; Eccleſiæ ſanitatem omnino attuliſſe exiſtimarent, magis, quàm antea recruduit ſchisma, quod extinctum putabatur: imò verò non recruduit (neq; enim erat omnino extinctum) ſed cùm in occulto flamma lateret, repentè majore impetu erupit, majúsq; incendium excitavit. Cùm enim Gregorius & Benedictus Synodo parere, ſeq; Pontificatu abdicare nollent, ſtatim illud in controverſiam venit: num Synodus Piſana in illos animadvertere potuerit, præſertim cùm eo-*

rum alteruter verus eſſet Pontifex: tametſi uter is eſſet (*NB.*) *non omnibus omnino, ac planè conſtaret. Itaq; cum hoc Schiſma duo tantùm capita à principio haberet; Synodúsq; utrumq; vellet abſcondere, tria ſimul* (quæ & Genebrardi querela eſt; p.715.) *eodem tempore extitere. Nominabatur enim Benedictus Pontifex, eumq́; maxima Hiſpaniæ pars, & nonnulli Galliæ proceres ſequebantur. Gregorius adhuc retinebat Pontificis nomen, eumq́; Ladislaus & nonnullæ Italiæ civitates tanquam verum Pontificem colebant. Poſt Alexandrum in Synodo electum, ſed brevi vita & officio defunctum, ſucceſſit Johannes: cui ut Gregorius incommodaret, Ladislaum inprimis & arma ſumenda concivit, Legatumq́; ſuæ factionis Cardinalem exercitui Ladislajano adjunxit, qui cum Imperio rebus præeſſet, ſuisque auſpiciis, quicquid poſſet, Romanæ Eccleſiæ civitatum & oppidorum interciperet. Præter hæc, Johannem Dominici Cardinalem Legatum ad Sigismundum Regem Romanorum recens deſignatum, deſtinavit, ſi fortè potuiſſet Principem, atque una cum eo Germa-*

maniam, Hungariam, & Poloniam, nec non circumvicinas Provincias, in ſuam ſententiam adducere, qui habitu transformato, perſona parœci, ſeu ſacerdotis ſimplicis aſſumto, naviculæ parvæ ſeſe commiſit, Cæſarem convenit, Acta Concilii Piſani accuſavit, Gregorium Concilii generalis convocandi, unitatisq; Eccleſiaſticæ in eo conficiendæ cupientiſſimum eſſe oſtendit: ſimul de convocando alio œcumenico Concilio, déque modo tum convocationis, tum actionum admonuit. Hanc plenius Eccleſiæ calamitatem idem deſcribit a. Ch. 1414. S. 4. Atque hæc fuit occaſio Concilii Conſtantienſis, per Sigismundum indicti. Tribuunt hanc Auguſto laudem, (*Naucl.* Gen. 48. p. 269. *vrſp.* Paral. p. 373.) quòd inter primas Imperii curas, Schismatis fuerit abolitio. Legatis egit, magnumque rei, quæ diu ſatis orbem Chriſtianum afflixiſſet, momentum expoſuit; nec præter Concilium Oecumenicum aliam occurrere medelam. Non abnuit initio Iohannes Pontifex. Mox tamen de Sede ſolicitus, inter ſacrum hæret & ſaxum, malleum & incudem. Cùm enim ejusmodi maximè cuperet Concilii locum, ex quo nihil adverſi eſſet extimeſcendum; quid faceret, aut quo ſe verteret, non habuit. *Decreveram* (verba *Aretini* Legati apud *Naucler.* Gen. 48. d. 269.) *dicebat*

Pontifex quædam loca nominare, à quibus nullo modo diſcederetis, ſed in temporis puncto ſententiam muto, ac veſtræ prudentiæ permitto, vos quid mihi tutum, quid formidandum cogitetis, chartulámque, in qua ea loca ſcripta erant, in eorum præſentia laceravit, absq; ulla alicujus loci nominatione. Legati igitur ad Sigismundum profecti Conſtantiam pro loco Concilii elegerunt, urbem Imperatori ſubjectam, quod Imperatori multum placuit. Sed ubi intellexit Johannes Pontifex, incredibile eſt quantum doluerit, ſe ipſum & fortunam ſuam deteſtatus. Fuga deinceps ſua probavit, quas timendi cauſas haberet. Nunquam ſeriò egit Sophiſta: Sed ubi, quò evaſura res eſſet, conjecerat, de liberato cum Friderico Auſtriaco Concilio, in pedes ſe conjecit, ne Pontificatus ejus periclitaretur. Retractus tamē ex fuga graviſsimorum ſcelerū pœnas luit infula Pontificali privatus. Difficilior adhuc fuit *Benedictus*, homo ex faſtu & aſtu, conflatus, qui ab Arragonio, ſupplici voce, Iohannis & Gregorii exemplo, Pontificatu abire juſſus, vel Concilii Conſtantienſis ſententia ſtare, ſolennibus ludebat artificiis. *Et nunc quidem, ſe velle Pontificatum* (Bzov. à.Ch.1414.S.30.) *deponere affirmabat, nunc modum quo id faceret, ab his, qui conſilio inter-*

tererant, requirebat: cùm verò hi non unum, ſed plures, rationi & decoro conſonos proponerent, neminem ex his ſibi placere oſtendebat, interim verò nullum ipſe alium, aut compendioſiorem, aut decentiorem excogitabat. Cùm verò Concilii Conſtantienſis mentionem feciſſet Ferdinandus, is inveteratus cavillationum, inprimis illum conſeſſum improbabat, nulla legitima auctoritate indictum, in loco tum ſuſpecto, tum remoto, tempore non opportuno, apud Imperatorem Romanis faventem, ex Schiſmaticorum colluvie conflatum, quibus neque ſubmittere par, neque fidere æquum ſibi eſſe jactabat. Sed & temporis brevitatem, quo non poſſet ad diem Calend. Novem. adeſſe ad Concilium deſignatum, & ætatis decrepitæ valetudinem, & itineris incommoda, & fidem ſuſpectam Sigismundi accuſabat, ne pergeret. Quinquaginta dies magnis altercationibus exiguo fructu conſumti, & à crebris de pace, déque ponendo per conditiones Pontificatu ſermonibus, cùm Benedictus ſe præberet difficilem. aulici autem diſcrimen ac dedecus, ſi ita fieret, oſtentantes, & fidem in

libidine victoris ponentes, magis difficiliores eſſent, nihil aliud potuit obtineri, quàm ad Patres Conſtantienſes, & ad Sigismundum Regem decreta legatio. Quo verò animo Legati Conſtantiam mittuntur? Et illis, & Aragonum Regis nunciis, Petrus Luna injunxit, *ne mentionem renunciationis aut abdicationis facerent, ſed illud tantùm impetrarent, ut aliquos viros ſanctitate, doctrina, & rerum uſu probatos deſignarent, qui velut arbitrii, ſeu compromiſſarii unum ex tribus de Pontificatu contendentibus renunciarent, verum & indubitatum eſſe Pontificem, cui reliqui jure ſi quod vel haberent, vel prætenderent, citra ullam cunctationẽ decederent.* Hic verò obex ut removeretur, ipſe Sigismundus Perpinianum adiit, Petro perſuaſurus, ut arbitrio ſe Concillii committeret. Ferdinandus Rex lecto affixus tantis molitionibus (*Bzov.* an. Ch. 1415. S. 34.) impar, monere tamen, hortari, obteſtarique Petrum Lunam, ut pacem terris Eccleſiæque redderet, memor publicæ ſalutis, memor jurisjurandi. Coactum Patrum Concilium, quid amplius totius orbis ſpes irritas faceret? Accedendum aut abdicandum: clariſsima duorum æmulorum exempla provocare: quantulum vitæ ſupereſſet, ad extremam ætatem perducto? Abire Pontificatu cum gloria poterat, ſi libido dominandi ratione regeretur,

tur. Cæterùm, terra cupiditas cæteris affectibus prævaluit, & ille præjudicatum habebat, nihil pro ſano facere, niſi malo coactus: diem tantùm de die trahere, variis excuſationibus tergiverſari. Cùm duo Principes urgerent, neque finem obſecrandi facerent, multa de jure cauſæ ſuæ locutus, ſi quid ante controverſiæ eſſet, capitis diminutione ſublatum ajt: duobus æmulis in ordinem redactis, ſe unum ſupereſſe totius Eccleſiæ Rectorem, neque deſerturum Dei Eccleſiam, navemque, ad cujus clavum ſedeat gubernator. Quo major ætas, eò providendum magis, ne conſilii imbecillitate ſuperos offendat, nominiq; ſuo ignominiæ notam ſempiternam inurat. Hæc autem quanta vivacitate, quantoque animi vigore dixerit, hinc vides documentumque accipi poteſt, quod jam ab omnibus, quos ſibi affuturos ſperaverat, deſtitutus, die quodam ſeptem horis diſputationem extraxit, defatigatisque audiendo omnibus, ac plerisque jam abeuntibus dicere perſeveravit, citra ſignum ullum defatigationis, cum major eſſet ſeptem & ſeptuaginta annis. Nitebatur autem probare, tum verum ſe eſſe Papam, tum ſi renunciandum ob commune commodum foret, in ſe uno nonnullisque Romanis Canonicis, quos ipſe nuncupâſſet, conſiſtere ſummi Pontificis electionem. Nam ſe unum omnium eſſe indubitatum Cardinalem ab indubitato creatum Pontifice Romano, cùm cæteri, qui ſe eodem nomine appellarent, creati eſſent tempore Schismatis, ut incertum ſit, an veri ſint Cardinales, & ob id, an ritè poſſint deligere ſummum Pontificem. Adverſus hanc oratio-

nem multis jam annis commentatam,meditatamq; cùm Rex Ferdinandus eodem recideret, hortabatur, ut concordiæ Eccleſiæ, ut ſaluti animarum, ut conſcientiæ conſuleret. Commonefaciebat, & Alfonſus.Ferdinandi primogenitus(nam is quàm Pater frequentius ad eum ventitabat) ut trepidationem animi,ut corporis periculum,ut apud Præſentes,& apud poſteros futuram infamiam devitaret, minabaturque Sigismundus, ſuam univerſalisque Concilii cenſuram. Obſecrabant amici ac familiares,ut certa commoda,quamvis minora, quàm incerta,quantumlibet magna,ſi qua modô magna ſuperſint,præponeret. Non deeſſe ſpem recuperandæ dignitatis,quippe in tanta virtute ac literatura, quâ non modò præſtaret iis, qui de Papatu ſecum contenderent, ſed prope nemini cederet: Certè ſummum cardinalem, & ſecundùm à Papa futurum, ſi alius fieret. Poſt quem defunctum aliam ſpem fore,habitarum legationes perpetuas,quibus penè par ſummo Pontifici eſſet. At ille,qui annuum Papatum mallet,quàm longiſsimam vitam privatus vivere,quiq; jam dediſcere non poſſet, alium quàm Papam agere,præ illius umbra nominis cætera neglexit, expugnarique nulla ratione, nulla pollicitatione potuit. Itaque infecto negotio, ac Principibus Legationibusque defertis, Petrus Luna Colibrium abiit,ibiq; mare conſcendit, ac Peninſulam,quam Paniſcolam petiit,oppidi firmitate, quod ad maris oram rupi impoſitum eſt, Pontificiam dignitatem parans tueri, Sigismundus Perpiniano diſceſsit,minabundus,vi facturum,quod recu-

cuſaret voluntate. Narbone tamen ſubſtitit, ſi Ferdinandi precibus, qui eam curam delumſerat, pervicax Petri Lunæ animus flecteretur. Nihil impetratum, quod reliquum erat, à Ferdinando agitatum, de ejus Imperio abdicando. Placuit quinque ſchedas deſcribere, quibus per vices redditis admonerent, vel Conſtantiam concederet, vel certe Pontificatu decederet. Vnam & alteram per intervalla miſſam, perſumınam contumeliam contemſit, Regesque & procerum patientiam vehementius afflixit. Quamobrem Ferdinandus Vincentium Ferrerium Dominicanum, vitæ innocentia & miraculorum gloria illuſtriſsimum in conſilium adhibuit, qui ediceret, quid facto opus eſſet. Vincentius (NB) quanquam antea authoritatem Petri Lunæ fuiſſet ſecutus, abdicandum eſſe Pontificatu omnino cenſuit, ſi adhuc tertiam ex quinque Schedis monitoriam nihili feciſſet. Miſſam ille rejecit, at Ferdinandus à Vincentio animatus, contumacem Petrum pro convicto pronunciari, neminemque ex ſuis & Regis Caſtellæ provinciis ad illum, ſed ad Concilium Conſtantienſe rerum ſacerdotalium gratiâ ire præcepit. Perculit ea res Petri Lunæ animum, unde officia omnia deberentur, inde initium præcipitandi extitiſſe; palamque Regem ingratum dicebat, & Regnum, quod dederat, ablaturum minabatur. Nam ſe authorem ille cogendi Concilli de Rege declarando, ſe deligendorum judicum Principem, ſe judicii maturandi ducem, ſe ut judices ita ſentirent atque audirent, effectorum fuiſſe jactabat. Irritatus ergò Ferdinandus Perpiniani in Eccleſia

Principe regium edictum de imperio Benedicti XIII.Petri Lunæ abdicando promulgavit. Cujus veſtigiis,poſtea inſtitit Iohañes Caſtellę Rex,*Bzov.* a.Ch.1417.S.14.Concilium etiam Conſtantienſe, *Id.*a.Ch.1417.Seſs.37.& Sect.1. præmiſſa citatione,*Id.*a.Ch.1416.Seſs.24 cui apologeticum oppoſuit,*Id.*a.Ch.1417.S.7. & ipſus etiam Legatos pro pace Ecaleſiæ turpi repulſa abegit,a.Ch.1418. S.6. tandemque ſuſtentatus ab Alphonſo an.1423,S.5. nullis novi Papæ Martini V. promiſsis flexus, *Id.* 1418.ib.Pontifex mori voluit,*Id.*a.Ch.1424.S.5. cui mox in ſchiſmate ſucceſsit, contra Martinum, Ægidius Munotius,Hiſpanus, ſtudio ejusdem Alfonſi,Regis Arragonum,*Id.*S.21.Confer ſup. Sect. XIV.p.772. Poſtea verò, dexteritate Cardinalis Fuxi,Schiſma hoc fuit ſublatum, *Id.*a.Ch.1429.S. 1.Vides,Catholice Lector, quàm malè conſuluerint Eccleſiæ,qui ſalutem ejus à capite viſibili, Papa Romano,ſuſpenderunt? Illi,qui, (ut inſcriptio Ædis,in qua Synodus Conſtantienſis fuit celebrata, & Manuelis Chryſoloræ ibidem mortui & ſepulti Epitaphium habet) *Chriſticolas Schiſmate vexant*, & à multis pro legitimis Eccleſiæ paſtoribus coluntur, tantam mercantur dignitatem? Credat Iudæus appella.Agyrtas potiùs dixeris, & impoſtores,quàm paſtores. Tam diu Reformationi favent, quàm diu in vadendi Papatus ſpecula affulget; ea disjecta,& ipſi animum mutant. Vidit & faſſus eſt hoc *Avent*,Annal.lib.7.p.806. *Gregorius XIV. ea lege regno Eccleſia imponitur, ut rur-*

rurſus ultro cedat, ſi Benedictus XIII. ſe abdicarit. Cúmque duo Pontifices Maximi conveniſſent, nec ut polliciti fuerunt, Magiſtratu abirent, ſed gregi Chriſtiano illuderent, *Flamines ab ipſis deficiunt, Piſæ coeunt.* Et. p. 808. *Per idem tempus duo Pontificatui maximo incubabant. Cùm crearentur, uterque ad omnia ſe deſcendere paratum, atque omnia pati Reipublicæ Chriſtianæ cauſa promiſerat, juréque jurando caverant ut coirent, atque per colloquium controverſia hujuſcemodi componeretur.* Verùm avidiſsimi honoris tergiverſantur, populo Chriſtiano illudunt. *Flamines igitur ab utriſque deficiunt, Piſæ conventus agunt, utriq; diras, inferiáſque dicunt, atque dignitatem abrogant, Alexandrum V. ovili Romano imponunt.* Confer etiam Platin. in Greg. XII. p. 280. & Alexand. V. p. 281. Præſertim Onuph. p. 245. 248. 272. 284. vocantur Papæ *perjuri hæretici, Colluſores, Schiſmatici, ſchiſmatúmq; fautores:* Stella in Greg. XII. *Gregorius & Benedictus in conveniendo ſe adinvicem illudentes maxima Chriſtianorum vexatione majorem diviſionem concitaverunt.* Et Naucl. Gener. 47. p. 267.

pag.267.b.ubi inter alia: *Congregatione igitur facta,pro Concilio Piſis tempore ſtatuto, de diverſis nationibus, & relatione omnibus facta de ſcandalo,quod inferebant*,duo Pontifices colludentes ad invicem & nolentes unionem Eccleſiæ quærere,prout promiſerant, *decretum eſt,ut oratores mitterentur, quod factum eſt,quorum operam Benedictus deriſit,dicens,controverſiam fore de jure Papatus inter ſe & Gregorium, & nihil ad eos ſpectare de re ipſa,Gregorius verè reſpondit, non ad eos pertinere congregationem Concilii,ſed ad ipſum,ut Pontificem Romanum*, &c. Occaſionem novo (*Faſcic.temp.* p.88.b.) dogmati huic natam,quæ Papam Concilio ſubjiceret, Pontificii tradunt. *Proviſionem enim* (retineo Decreti terminum) *futuris ſchiſmatibus Patres Conſtantienſes facturis Papatus competitores,pariter abjudicant omnes,& legitimam ejus electionem à ſe ſuſpendit.* Vide *Bzov.* a.Ch.1417.Seſſ.39.*Proviſio adverſus Schiſmata futura,&c.* Hoc verò decreto crabrones irritârunt. Exemplum enim hujus authoritatis Patres Baſileenſes daturi,motus alios excitant. Eugenius à Concilio bis terve vocatus,comparere recuſans, Pontificatu privatur, inque locum ejus Pontifex creatus Amadeus Sabaudiæ Dux, qui Eremitarum

um vitam cum aliis Nobilibus ad Ripaliam ducebat, *Felix IV.* appellatus. Hinc magnæ iterum ſeditiones ortæ, cùm Eccleſia trifariam diviſa, aut Felicem aut Eugenium ſequeretur, eſſentque qui Neutrales vocarentur, quòd neutri obtemperarent. Ceſſit tamen iterum Amadeus Nicolao V. ſolo Cardinalatus honore contentus a. Ch. 1449. Ex brevi hac διὰ τυπώσεως ingenium & genium Paparum æſtimare quis non diſcat? Leges, ſtatuta, decreta ſuo tantum commodo metiuntur & honore, cætera nauci faciũt. Hæc terra inconſtantię, vel Epicureiſmi fuligine ita luculenter fuit notus Paulus II. ut ne aliis integris & bonis eſſę licuerit. Vitium deprecantibus, & animosè urgentibus: *Pudendam rem eſſe, earum legum damnatores eos, mutatoréſque videri, quarum nuper ſummo conſenſu conſtitutarum vix dum eſſent atramenta ſiccata*; minas oppoſuit, blanditias, convitia; nec ullum erat tentandæ mentis tormentum, quod ad oppugnandum bonis omnibus non admoveret *Bzov.* a. Ch. 1464. S. 48. Illis ergò, quorum culpâ tot malorum Eccleſia premitur iliadibus, ἐπισκοπὴν οἰκουμενικὴν committere tutum ſit? Neque verò majori cura vel doctrinæ vel morum Reformationem amplexos eſſe ad culmen Papale evectos, jam jam audiemus. Monſtrandum hoc aphoriſmo erat, Papæ pervicacià lethaliter non modò Eccleſiam laboraſſe; ſed parata medicamenta eundem contempſiſſe.

XIII. Cæ-

XIII. Cætera corporis Hierarchici membra πώρωσις invaſit & ἀναισθησία. Scientiæ & [a] conſcientiæ, quam in Antiſtitibus amiſſam queruntur Pontificii, ignorantia ſucceſſit & effræna peccandi licentia. Hinc obviæ querelæ de Præſulum, totiúsque cleri [b] luxuria, [c] negligentia, [d] ignorantia, diſſidiis propter [e] Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ampla pomæria & axioma potiſſimùm exortis, nimiis pro [f] obeundis ſacris exactionibus, [g] avaritia, totáque [h] adeò vita ſcelerata, & [i] atheiſmo vicina; [k] facem ubiq; præferente curia Romana. Unde ſummus [l] in clerum contemtus.

[a] Ita enim Rolving. Faſcic. temp. pag. 87. b. *Conſcientia pura ſecundum Dei timorem olim in Prælatis vigens Eccleſiam Chriſti laudabiliter, more, vita & exemplo erexit & provexit. Dehinc ſucceſſu temporis cùm Eccleſia in temporabilibus abundare cepiſſet, oblita quodammodo de Conſcientia: Scientia quæ inflare ſolet multos*

tos in Eccleſia præſidere fecit, quæ ſacram Scripturam diverſis verſutiis palliantes, juſtitias Domini rectas, quæ cor lætificare conſueverunt propter delicias carnis falſificare non timebant: Multas hæreſes ſeminabant, & plura beneficia pinguia per Papam diſpenſando cumulabant. Verum tamẽ aliqui, licèt pauci, CON cum ſcientia retinentes, conſcientia pura, & ſcientia ſancta illuminati, multos ad juſtitiam erudiunt, qui jam quaſi ſplendor firmamenti in æterna felicitate rutilare creduntur. Sed heu! nephandis his temporibus CON cum SCI, de conſcientia abraſis ſolùm ENTIA ſponſam Chriſti gubernare videmus, perſonas videlicet conſcientia ſcientia que carentes, & velut Entia inſenſibilia Deum nec Sanctos ejus verentes beneficia ſuper beneficia ſibi uſurpare. Et quod plus eſt, videmus viliſſimos quosque laicos parochias & Monaſteria, & quod nefas eſt dicere, oblationes, altariorum amodiare. Hinc patrimonium Chriſti ſolis miniſtris ejus deputatum & pauperibus diſtribuendum, in uſu, devenit tyrannorum & meretricum: Eccleſia, &

Mo-

Monaſteria ſacra in loca derſerta rediguntur. Hinc querere mortiferæ,deſtructiones Civitatum & Regnorum: Mortes innocentium lamentabiles, & mala infinita nunc facta cernimus. Quæ omnia ex pompa Epiſcoporum, & inſatiabili avaritia Prælatorum indeteſtanda proceſſiſſe videmus. Anſam hinc VViclefum arripuiſſe reformandis haud obſcurè innuit *Bzov.*an.Ch.1403.S.18. Huſſum verò *Aventinus* l.7.p.808. Placuit enim multis, Epiſcopos atque Prœlatos equis & auro ſpoliandos domumque pedites remittendos; *Ib.* Nec certè aliud vult *Speculum Aureum* an.Ch.1404 à pio quodam viro editum, quo curiæ Romanæ graviſsimi authores deteguntur. *Romana Curia* (inquit in præfatione) *à planta pedis uſque ad verticem capitis,patenter excæcata eſt erroribus, ipſaque errorum ſuorum veneno inebriat omnes mundi partes.* Hoc ipſum ulcus eodem penè tetigerunt tempore,Academiæ Pragenſis, Oxonienſis & Pariſienſis,editis Epiſtolis ſuper ſchiſmate tollendo. *Acerbè invehuntur in Cardinalium ac Curtiſanorum vitia & tyrannides in Eccleſiam Chriſti,aſſerúntque, Cæſarem habere jus patronatus ſuper Papam & Romanam Eccleſiam. Per Principes* (inquiunt) *ſacerdotum Eccleſia profanatur,* *ſa-*

ſacerdotium temeratur, omnis ordo confunditur, & quicquid eſt religionis corrumpitur. Quod legis, quod vitæ, quod morum, quod fidei, quod diſciplinæ, perditur & confunditur in tantum, quòd, etſi benedictus Dei Filius multa & dura paſſus ſit per viros Synagogicos, adhuc multa duriora patitur per noſtros Sacerdotum Principes, &c. *Bal.* p. 535. Accuratiſsimā etiam cleri ſuorum temporum nobis reliquerunt anatomiam *Nicolaus Clemanges*, *Petrus de Alliaco*, *Rodericus Zamorenſis* lib. II. ſpec. vit. hum. quorum προγεύματα propinavimus in *Anal.* P. 1. de Neceſſ. Reform. Huc pertinent vitæ Epiſcoporum Bambergenſium, *Cat. Teſt. Verit.* l. 19. p. 839. Dialogiſmus item, de quo p. 844. Confer p. 878. querela Vincentii Itali, Brunellus, ſeu ſpeculum ſtultorum p. 859. Theodoricus Vriæ; Theodoricus Minorita, p. 860. Martinus Mejer, Cancellarius Archiepiſcopi Moguntini, p. 867. & alii toto libro XIX.

[*b*] Sigismundus, Saxoniæ Elector, Friderici frater, Epiſcopus VVirtzburgenſis, omnia crapula & libidinibus polluit. Depoſitus igitur à fratribus, ad mortem uſque in cuſtodia habetur: *Fab. Calviſ.* a. Ch. 1440. Quæ ferè ratio fuit totius cleri, teſte Epiſc. Civitat. *Catal. Teſt. Verit.* l. 19 p. 833.

[c] *Bzov.* an. Ch. 1407 S. 14. *Adminiſtrabat per id tempus Leodienſem Eccleſiam Jo-*

hannes Bavarius, Guillelmi Hollandiæ & Hannoviæ Comitis frater, & cùm præſul, & ſubdiaconus eſſet, nullo tamen die rem divinam fecerat, ſuæ nobilitati detractum iri forte ratus, ſi Presbyterio more, ſacris ſe altaribus addixiſſet. Aliud, ex Nidero, profert exemplum a Ch. 1438. S. 80. Qui Eccleſiaſtici officii curam aliquam præ ſe tulerunt, habendisque concionibus ad plebem, operam nonnunquam impenderunt, quàm jejuni pleriq; fuerunt & inepti? *Trithemius*, Epiſtolâ quâdam, Sacerdotes accuſat, *quòd contemtores ſint ſacrarum literarum.* In alia queritur, *quòd non tam Chriſtus, quàm Ariſtoteles in ſuggeſtu prædicetur.* Dicit, *non Philoſophiam, multò minus fabulas, ſed legem & Evangelium Eccleſiæ Dei proponendum: ſic Patres feciſſe. Catal. Teſt. Verit. pag.* 890. Plures de cleri negligentia querelas habet idem, ex *Hermanno Ried. p. 834. VVolphgango Attingero p. 891. Civitatenſis Epiſcopi* querela de Clero fuit: *Narraverunt fabulationes, ſed non ut Lex tua.* A veritate enim auditum tales averterunt, & ad fabulas converſi ſunt, 2. Tim. 4. Id. 878.

[d] Sbinko de Haſenburk, Archiepiſcopus, homo vocatur ἀναλφάβητος, qui literas demum Archiepiſcopus electus didicerat. *Perſec. Eccleſ. Bohem. p. 30.* Commune hoc Cleri fatum fuiſſe, patet

ex

ex antiquo illo ſcripto, cujus mentio fit in *Catal. Teſt. Verit.* l. XIX. p 838.

[e] An. Ch. 1474. Diſsidium ingens inter Epiſcopos Colonienſes exoritur, cùm duo in Schiſmate electi eſſent. Rupertus alter, qui ex Palatinorum fuit, & Hermannus Landgravius Haſsiæ à Capitulo electus, uterque ſe muniebat auxiliis. Hermannus Innvocat Imperatorem, ſed Rupertus Carolum Burgundum, *Fab. Cal.* Quàm indignè de Epiſcopatu Leodienſi, extruſo Iohanne Bavario à Leodienſibus, certatum ſit tyrannide & armis, vide *Bzov.* an. Ch. 1407. S. 14. Trajectenſis etiam, teſte eodem a. Ch. 1425. S. 19. Eccleſia gravibus agitata fuit motibus. Vacantem enim morte Friderici Epiſcopatum, Martinus Pontifex permiſit Spirenſi Epiſcopo. Iſte gravis ætate, quòd ſciebat rem laboris plenam, tranſlationem recuſavit. Tum electione innovata, ſubſecuta ex diviſio inter Canonicos, cùm nonnulli ſuffragia conferrent in Suederum Kulenbergium, Baronem, præpoſitum Eccleſiæ: alii in Rudolphum Diepoltium. Martinus Pontifex Suederum confirmavit. Rudolpho militia adhæſit, illique arces & prælia promiſit: Suedero conſecrato de ſolis Eccleſiæ miniſteriis vivente. Diu hæc contentio perſeveravit, cùm Rodolphus omnia temporalia teneret, Suederus rem ſpiritualem admininiſtraret. Sed & periculoſi tumultus fomes fuit depoſitio Dioteri. Moguntini Archiepiſcopi, de qua *Bzov.* an. Chr. 1461. S. 16. & deinc. Et *Naucl.* Gen. 49. p. 290 b. *Anno Domini 1461. Cal. Septemb. Papa Pius depoſuit Archiep. Mo-*

guntinum Dieterum de Iſenburg, & in ejus locum inſtituit Adolphum de Naſſau, ex quo facto ſuborta ſunt nova bella. Cauſæ privationis ſive depoſitionis fuere, quòd ſcilicet procuratores ſui ſuffulti pleno mandato dum proviſionis literas obtinerent, juraverunt in animam ipſius Dioteri, inter cætera, quæ Epiſcopi jurare habent, quòd infra annum ſe Romano Pontifici præſentaret, quod, ut aſſerit Papa Pius, non ſervavit, fertur excommunicatus etiam debiti cauſa fuiſſe, quod mercatoribus ſolvere debuiſſet. Item quòd conſecrationem in tempore debito non accepit, & quòd ſimoniacè electus fuit. Item quòd legato miſſo ad exigendam decimam contra Turcas, dixerat, Papam argentum nationis, non fidei defenſionem quærere. Item quòd in natione conventum principum, contra voluntatem Imp. convocaverit. Item quòd à Bulla Mantuana ſuper decimatione decreta ad futurum Concilium appellavit. Et iterum, quòd appellavit à Papa malè informato ad informandum, pro ut hæc omnia in Bulla privationis continentur. Contra quæ dicebat idem Dioterus in

ſuam

ſuam defenſionem aliqua ex præmiſſis non eſſe vera, reliqua excuſabilia, & ſe non monitum, non vocatum, non auditum, contra jus, fasq; fuiſſe privatum. Potior cauſa, quòd Annatam non ſolverit, viſa eſt. Adhæſerunt Adolfo contra Dioterum nonnulli principes, exortumq; eſt bellum maximum. Dioterus enim oppida, & arces Eccleſiæ tenebat, quarum poſſeſſionem Adolpho tradere recuſabat. Ad hæc Dioterus Fridericum Palatinum Rheni, in ſuas partes trahebat, qui in ſtipendia ipſius receptis quibusdam caſtris Eccleſiæ Mogunt. bona ad ſe traheret; & Diotero privato, anathematizatoq; arma jungeret, & quia edicta poneret contra publicantes literas Apoſtolicas in ſua ditione, pro ut hoc in ſuis literis Pius exarari fecit. Erat tum etiam Friderico Palatino confœderatus arctiſſima liga, Ludovicus Bavariæ Dux, cognomento dives, quibus Principibus, ut ferebatur, Fridericus Imperator non erat propitius, ut qui privatis odiis antea diſſiderent, principes poſt hoc bellum quaſi de induſtria ſint diviſi, Ludovicus Bavariæ Dux, Niger dictus, Alber-

tus, Marchio-Brandeburgenſis, Carolus Marchio Badenſis, Johannes Metenſis Epiſcopus frater ejuſdem, & Udalricus comes de VVirtenberg, Adolpho, Papæ, Imperatorisq́ mandato. Fridericus verò, Comes Palatinus Rheni, & Ludovicus Bavariæ Dux, re & nomine Dives appellatus, Diotero poſſeſſori, contra mandata & Papæ & Imperatoris adhæſerunt, certatumq́ diu eſt, illi ut Diotero ejecto, poſſeſſionem traderent Adolfo, hi verò ut in poſſeſſione conſervarent Dioterum, ut dicebant injuſtè privatum. Viſa tamen multis fuit præcipua cauſa belligerandi Principibus, utra factionum alteram ſuperare poſſet. Quibus ex cauſis cæde, incendio, vaſtitateq́ ſe mutuò jugiter vexabant, nunquam tamen plenis copiis pugnatum eſt, ad menſem Julium anno D.1462. Recitat poſtmodum cruentum, tum inter Fridericum Palatinum & adverſarios, tum inter Adolfum & Moguntinos prælium. In illo victricibus triumphavit armis Palatinus; qui ſtrategematibus ipſam, poſt longam cædem, deditione cepit Moguntiam. Tragœdiam hanc plenius deſcribit auth. *Paral.Vrſp.p.416.Catal.Teſt.Verit.l.19.p.818.819.* Sic an. Ch.1430 mortuo Othone, Trevirenſi Archiepiſcopo, multa apud Treviros mala ſunt ſecuta. *Nai*

Cano-

Canonici in electione diſcordantes, major & ſanior (ita Bzov. S. 81. ex Chron Spanheim.) *pars elegit, Jacobum de Sirck, majoris Eccleſiæ Scholaſticum, Herbipolenſemq́ Præpoſitum, virum bonum, & omni honore dignum. Alia pars, infirmior videlicet Fridericus de Cracovia, Præpoſitus Trevirenſis, & quidam alius Canonicus dictus de Pittingen, elegerunt Udalricum de Manderſchit, ex qua diſſenſione Trevirenſis Eccleſia magna ſuſcepit incommoda. Udalricus enim, etſi jure infirmior, tamen armis potentior, auxilio ſuorum, comitumq́ de Virnenberg & aliorum, caſtella & munitiones Archiepiſcopatus contra Jacobum viribus imparem, obtinuit, & à ſubjectis hominibus conſueta homagia ſuſcepit. Hinc, Jacobus compulſus, auxilium ſummi Pontificis invocavit. At Papa, citatis partibus, auditísq́ cauſis, electionem factam reprobavit, & utroq́ abjecto, Archiepiſcopatum Trevirenſem Rabano de Helmſtat, Epiſcopo Spirenſi, promotione Ludovici Comitis Palatini Rheni aſſignavit. Hinc orta ſunt infinita mala, & Eccleſia Trevirenſis plusquam in CCCC. M. flore-*

norum damnum ſuſcepit. Totius enim patriæ Comites, Barones & militares Udalrico adhærentes, Apoſtolica mandata ſpernebant; & contra Rabanum ſævientes, urbem Trevirorum, quæ illi favebat, biennio fermè obſederunt, lapides & bolos è vicinis montibus in eam fruſtrà jacientes: ſed tandem re infecta confuſi abierunt. Deniq; Papa intelligens, mandata ſua contemni, terram Diœceſis Trevirenſis Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuit fermè per 4. annos. Tandem Conradus Archiepiſcopus Moguntinus, Theodoricus Archiepiſcopus Colonienſis, & Fridericus Epiſcopus VVormatienſis vices ſuas interponentes, finem contentionibus per amicabiles tractatus impoſuerunt, & ſecundum Rabanum pronunciarunt. Udalricus non potens illi reſiſtere, Romam proficiſci ſtatuit, veniensq; Thurgeum morbo correptus interiit: Unde in poſterum Rabanus Epiſcopatum pacificè gubernavit. Et quis contentionum illarum finis? Habemus diſſenſionem inter *Sigiſmundum* Imperatorem, & *Eugenium* Papam propter Epiſcopatum Trajectenſem, *Bzov.* an. Ch. 1436. S. 53. Inter *Carolum Burgundum*, Philippi Ducis filium, & *Ludovicum* Regem Galliarum,

occa-

occaſione Ludovici Borbonii, electi Leodienſium Epiſcopi, quem Carolus affinis adverſus rebelles Borbonio Leodienſes adjuvabat. *Id.* an Chr. 1485. S. 11. Inter *Archiepiſcopum Colonienſem, & Canonicos*, qui armis etiam certabant; *Id.* 1474. S. 12. 1472. Sect. 12. Inter *duos Eccleſiæ Hildeshemenſis Epiſcopos*, Hermannum Haſsiæ Landgravium, & Henningum de domo. Ib. S. 17. Inter Epiſcopos & Protronotarios, de πρωτοκαθεδρία, quam litem in Epiſcoporum favorem diremit Pius II. Id. an. Chr. 1459. S. 24. Inter tres Cracovienſis Epiſcopatûs proces, qui, ut loquitur idem, *magno & Reipublicæ incommodo, & authoritatis Eccleſiaſticæ & Pontific. detrimento, & pernitioſo ambitionis exemplo aliquandiu contenderunt*, a. Ch. 1460. S. 46. 1463. S. 10. *Ex quo tempore, ait ille, electio libera in Polonia fuit ſublata, ita ut umbra modò ejus quædam penes ſacra Collegia remaneat, non ſine grandi, non modo Eccleſiaſticæ authoritatis, verum etiam Religionis & Reipublicæ jactura. Controverſia etiam mota fuit de juribus Archiepiſcopatus Toletani, hinc orta, quòd Johannes Contrerius Archiepiſcopus Toletanus dirimendis diſsidiis inter Caſtellæ Regem, & Alphonſi fratres ex quibus Petrus captus, Henricus intra Albuquerquum obſeſſus teneba-*

P 5

tur, arbiter deſignatus, Agredæ primùm, deinde Turraſone Crucem poteſtatis inſigne præferebat, quod Johannes Valterius Turraſonenſis Epiſcopus contra morem Majorum fieri querebatur. Certabant utriq; privilegiis potiùs, quàm rationibus, ut videre eſt in *Marian.* lib.21 c.5. *Surita* lib.14. c.5. & 8. *Summontio* lib.4.Hiſt Neapol. *Bzov.* a.Ch.1432. S.146. In Polonia,dimicatum eſt, de πρωτοκλισίᾳ inter Epiſcopum Cracovienſem Cardinalem, & Gneſnenſem Archiepiſcopum; an.Chr.1449. Sect.11. *Alia gliſcebat diſcordia an.Ch.*1478.*occaſione Conſtantienſis Eccleſiæ. Contulerat illam Sixtus,poſtulante Imperatore, Ludovico; Collegium Baſilicæ, Otthonem delegerat.Inde natæ turbæ,dum neceſſarii utriusq; contenderent de poſſeſſione adeunda. Neq; minores diſſenſiones ibidem vigebant inter Prælatos quosdam Eccleſiarum, & Regulares mendicantes; quibus ſopiendis Sixtus IV. quatuor deſtinavit Legatos*; Bzov.Sect.1 & 2. Capita reconciliationis erant; ut Parochiani Sacerdotes de cætero non dicant, à Mendicantibus hæreſes proceſsiſſe; ut Fratres Mendicantes non prædicent, populos Parochianos non teneri audire Miſſam in eorum Parochiis diebus feſtis & Dominicis: ut nec Fratres, nec curati inducant aliquo mo-

do laicos ad eligendum ſepulturam apud eos, & bene caveant propter pœnas, quas imponunt Canones, cùm ſit libera: Vt Mendicantes deſiſtant prædicare, quòd Parochiani non ſint obligati, ſaltem in Paſchate proprio confiteri Sacerdoti; quia de jure tenetur Parochianus, ſaltem in Paſchate, proprio confiteri ſacerdoti; Per hoc tamen ipſi Fratres Mendicantes non cenſentur excluſi, quò minus ſecundùm juris communis & privilegiorum eidem conceſſorum diſpoſitionem, confeſsiones audire, & pœnitentias injungere valeant, &c.

[*f*] Luculentum exemplum occurrit apud Krantzium *Vandal*. l. 10, 11. & poſt eum auth. *Catal. Teſt. Verit. l.* 19. *p.* 834. *&* *Bzov*. an. Ch. 1407 Sect. 17. *Suadenſis urbs eſt, in ſolo VVandalorum. In ea paſtori, qui per omnes Eccleſias unus eſt, cives, non ſatis ad jura Eccleſiæ obſecundârunt, oblationes imminuerunt, excuſo numiſmate minuto cupreo. Ferunt aliquanto tempore collectum à Paſtore, in ollam fuſilem verſum, qui pro documento ſtabat diu poſt ea tempora. Concilium urbis publicum (conſulatum vocant) etiam rationem facti prætendere videbatur, ne communitas ſumtuoſis funerationibus gravaretur. Nullum enim finem faciebant ſemper creſcentibus exequiarum ſumtibus pompoſis, cùm alter ſemper alterum exuperare contenderet. Paſtor,*

ſtor, vir genere militaris, animo ferocior quàm ſacerdoti conveniret, cùm imminutionem ſui juris & Eccleſiaſticæ conſuetudinis non pateretur, nec monitionibus proficeret; urbe egreſſus cœpit militari manu injuriam ſuam & Eccleſiæ jura vindicare, incendiis, rapinis, & vaſtationibus omnia complens, imò fœdans. Audita ferunt nonnulla à quibusdam ex clero in urbe probroſa, quæ populum inflammarent, cùm incenſæ villæ urbis flammis collucerent. Reperit Conradus Bonoro (id enim Paſtori nomen erat) extra urbem nonnullos ex civibus cùm hoſtiliter adequitaſſet, facultate pauperes, officio bajulos operi ſuo pro mercede inſtantes. In eos invectus non militariter, minùs ſacerdotaliter, crudeliſſimè ſævìit, truncatis manibus & pedibus, in cruore palpitantes miſeros reliquit. Moviſſet ſævitia feras belluas. Populus ea re inſtinctus, vertitur in tumultum: ſed ante omnes bajuli, qui ſocios ſui laboris pertinacius vindicarent. Omnis in urbe clerus unam cogitur in domum. Propoſitum erat incenſa domo, una omnes concremare. Sed ipſum eſt crudele præceps q.

conſi-

conſilium, quòd multi innoxii, multi civium filii, propinqui, affines ineſſent, ac fratres. Extracti omni ex numero tres Eccleſiarum trium Rectores, qui excitato medio in foro igni injecti ſunt. Triſte innoxiorum ſupplicium & crudele populi factum. Ex his audita ferebant probroſa, quum villæ arderent. Nam dixiſſe quendam ferunt: Ecce collucent cerei funerales! In bajulos rejiciunt cæteri iſtam ferociam. Mox ab horrorem crudelis parricidii Zuverinenſis Epiſcopus ſacris urbi interdixit. Diu pertinaciter tulêre pœnam. Sed cùm ſupplicem nuntium Romam miſiſſent veniam poſtulantes, Gregorius Papa miſit aliquot ex Fratribus Prædicatoribus cum facultate audiendi. Pœnitentiam pro qualitate facti cuiq; imponendi, & demum reconciliandi; ut ſacris reſtitutis, communioni Chriſtianæ urbs cum civibus redderetur. Grandis pro magnitudine facinoris indicta eſt ſatisfactio: Epiſcopus poſt eam diem nunquam in ea urbe divinum officium peregit. Alibi certe (an iisdem de cauſis, & quod harpygiarum, inſtar omnia raperet?) Clerus urbibus fuit ejectus, An. Ch. 1434. inter

inter Clerum & Cives Moguntinenſes diſſenſiones in tantum ſuccreverunt,ut clerus omnis à populo fuerit violenter ejectus urbe, domus ſacerdotum effractæ,& multa ſpolia deportata; *Bzov*.S.56.

[g] Alanus Charterius Caroli VII. Galliarum Regis Secretarius circa an.Ch.1450. in ſuo Aulico inter alia: Avaritiæ ſtudium in Eccleſiaſticis ita corrupit ipſorum intellectum, ut eorum damnatio inde evidenter appareat: adeóque omnium etiam bonis temporalibus calamitatem invexit, ut veluti univerſali militanti Eccleſiæ opprobrium ſit & ruina; ac maximè ipſis Eccleſiaſticis, qui talia crimina committunt. Dolor hæc mihi verba extorquet. Nam abjicio omnem ſpem de duritia eorum: quæ,ut facile eſt judicare,jam jam ipſis appropinquat in deſperatione. *Catal. Teſt. Verit.* lib. 19. p.843.

[*h*] Atque ita à Pontificiis χαρακτηρίζεται *Petrus Frias* Cardinalis Hiſpanus, cujus vita turpis avaritiæ ſordibus, atque libidine; *Bzov*.a.Ch.1425. Sect.10. Nec aliam meretur προσωπογραφίαν Angelottus Cardinalis à *Plat*.in Eugen.IV.p.306. *Avent* lib 7 p.808 vocat avaritiam, faſtum, libidinem communia mala ſacerdotum, qui tempore Huſsi in proverbium vulgò venerint,& adhuc ſint.

[i] Ecquæ enim hæc religio fuerit,quæ loca ſacra theatricis & mimicis luſibus conſecrat? De quo Patres Concilii Baſileenſes Seſs.21. quâ ſublatum volunt, turpem illum abuſum in quibusdam frequentatum Eccleſiis, quo certis anni celebritatibus nonnulli cum mitra,baculo,ac veſtibus Pon

tifi-

tificalibus, more Epiſcoporum benedicunt, alii ut Reges ac Duces induti, quod feſtum fatuorum vel innocentum ſeu puerorum in quibusdam regionibus nuncupatur, alii larvales & theatrales jocos, alii choreas & tripudia marium ac mulierum facientes, homines ad ſpectacula & cachinnationes movent, alii comeſſationes & convivia ibidem præparant *Bzov*. an. Ch. 1435. S. 16. Sed & animi parùm pii & religioſi fuit ſacrorum oppignoratio. Ex ejusdem enim Concilii actis colligitur, nonnullos Eccleſiarum Canonicos contrahentes debita ſic ſe creditoribus obligaſſe, ut, niſi ſtatuto tempore ſatisfecerint, à divinis ceſſetur officiis. Veteratoriæ hæ & peſsimæ erant artes creditorbius imponendi.

[*k*] Hanc enim maximè infeſtabat *ſimonia*, præſertim ſub Vrbano VI. *Onuph*. p. 260. Ipſi Cardinales ex bonis Eccleſiaſticis canes alebant & equos, initium faciente Ludovico; *Volat. Geneb*. p. 721. *Morum licentia*; *quam turpitudinem*, inquit *Bzov*. an. Chr. 1500. S. 24. *vindicare Deus viſus eſt Pontifice inter ſacra corporis Chriſti apoplexia tentato.*

[*l*] Nam quibus Pontifex ludibrium debuerit ſuo loco videbimos. In reliquum clerum hinc inde ita fuit ſævitum, ut ipſa etiam pudenda corporis membra graviſsime afflixerint. *Bzov*. an. Chr. 1491. S. 56.

XIV. Eſt hæc pars παθολογική; θεραπευτική media oſtendit & rationem ad pri-

priſtinum redeundi Eccleſiæ ſtatum. Ubi tamen tria tenenda. I. Neminem facilè [a] dubitâſſe, quin ſit Reformandum. II. Reformationis inſtituendæ varia [b] ſuppeditata fuiſſe conſilia, & conquiſita ſubſidia; etſi [c] non ſatis ſufficientia. III. Tot verò tantasque operi injectas eſſe moras, ut longè invaleſcenti [d] malo, vel nihil, vel parùm deceſſerit.

[a] Habemus enim I. ingenuam eorum *confeſſionem*, qui clamabant, *componendos mores jam labefactatos tam clericorum, quàm laicorum*; *Onuph*.p.298.

II *Vaticinia* Reformationis. Laurentii Miniatenſis fatidici verſus ſunt:

Illa autem noſtris jam jam ventura ſub annis
Eſt melior, noſtræ legis vix pauca refringet,
Aſpera quæ nimium, ſacris & dura ferendis,
Et genus omne mali tollet, pompasq; ſacrorum:
Ac regem dabit innocuum, qui terminet orbem,
Et teget Imperio populos, gentemque rebellem
Imperio ſubdet, toti & dominabitur orbi.

De cujus quidem carminis ſenſu conſulatur *catal. Teſt. Verit*. l.19. p 883. Magiſter Iohannes Oſtendorpius, Canonicus templi divi Levini Daventrienſis, vir multo ſtudio longaque experientia doctiſsimus, adoleſcens admodum, à VVeſelo Phri-
ſio

ſio, his compellatus fuit verbis: *Studioſe adoleſcens, ad illum vives diem, quo doctrina recentiorum & contentioſorum iſtorum Theologorum, Thomæ & Bonaventuræ, & aliorum ejusdem farinæ, ab omnibus ferè Chriſtianis Theologis explodetur*, Id pag. 887. Iohannis Vunſchelbergii vaticinium vid. pag. 832.

III. *Dicteria & Proverbia* vulgi, quibus miſeria ſeculi graphicè depingitur. Vide ſup. p. 199. Confer *Catal. Teſt. Verit.* p. 889. Quæ fortè deſperata Eccleſiaſticorum conditio, ſequentibus etiam proverbiis occaſionem dedit, quæ Platina Pio II. aſſerit: *Corpora, malos medicos, animas, imperitos Sacerdotes occidere; vagum Monachum Diaboli mancipium eſſe; Virtutes clerum ditâſſe, vitia pauperem facere. Sacerdotibus magna ratione ſublatas nuptias, majori reſtituendas videri.* Ex qua, dubio procul, Vincentius Ferrerius, Dominicanus collegit, & Antichriſti adventum imminere, & judicium mundi; *Bzov.* an Ch. 1415. S. 44.

[b] Reperiuntur enim I. Multæ lucubrationes, quibus non ſolùm neceſsitas; ſed & modus ſæpe reformandi præſcribitur. A. Eſt *Dominicus*, Brixienſis Epiſcopus, qui libellum, ad Pium II. titulo: *Reformatio Curiæ Romanæ*, ſcripſit, cujus Epitomen habet *Catal. Teſt. Veritatis* l. 19. p. 854. B. *Iacobus de Guitrode.* Cujus, præter cætera, extant,

de ſeptem ſtatibus Eccleſiæ in Apocalypſi, ejusque Reformatione. In quo ſcripto crebro accuſat Prælatos, Curiam Romanam & Papam. Oſtendit, Eccleſiam Papâ ſuperiorem eſſe: & queritur, ſpirituales, præſertim verò Curiales, ſemper Reformationem Eccleſiæ impediviſſe, additque; Eos vel tantùm ad nomen Concilii contremiſcere. *Id.* p. 883. C. *Andreas*, Archiepiſcopus Craynenſis, cujus *ἀνέκδοτα* acta mox ſequentur. D. *Nicolaus Clemangis*, Archidiaconus Bajocenſis, Doctor Pariſienſis, cujus de corrupto Eccleſiæ ſtatu querela, vel ipſa pulſet cordis penetralia. Non vitia tantùm tangit, ſed & origines pandit, diffuſæ per omnes Eccleſiæ ordines & artus peſtilentiſsimæ contagionis. Extat liber, & ſeorſim & cum Notis *Lydii*, dignus certè, qui ſtudioſis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ commendetur. Nucleum dedit *Catal. Teſt. Verit* lib. 19. p. 860. capita libri in *Vrſp. Paral.* p. 380. hoc recenſentur ordine 1. Cauſam primitivæ fundationis & dotationis Eccleſiarum commemorat. 2. De inſolentia, orta ex affluentia rerum temporalium in Eccleſia. 3. De tribus vitiis, ex quibus cætera mala orta ſunt in Eccleſia, luxu, faſtu, & cupiditate. 4 De exorbitantiis per ſummos Pontifices in Eccleſia introductis, 5 De abolitione electionum & reſervatione beneficiorum. 6. De Camera Apoſtolica, quomodo exhauſerit regna & provincias. 7. De expectatione & qualitate currentium ad Romanam curiam. 8. De vacantiis & aliis vectigalibus Eccleſiam opprimentibus. 9. De inſtitutione collecta-

lectarum & malis per eos illatis. 10. De litigiis curiæ Romanæ. 11. De regulis & conſtitutionibus cancellariæ. 12. De proſperitate curiæ Romanæ. 13. De ſtatu & introductione Cardinalium. 14. De multitudine beneficiorum Cardinalium, & incomparabilitate; Codex tamen ipſe habet *incomparabilitate*, termino quidem barbaro, ſed authoris menti appoſito 15 De contractibus Simoniacis. 16. De ſtatu beneficiorum Cardinalium. 17. De omiſsione multiplicium vitiorum Eccleſiæ. παραλείψει Rhetorica curiæ Romanę nuditatem detegit. 18. De promotionibus ad inſtantiam per Papam ſolitis fieri. 19. Quòd congregatio pecuniæ eſt præcipua cura prædictorum Prælatorum. 20. De vitiis prælatorum. 21. De exactionibus pro concubinis tolerandis. 22. De collatione Simoniaca ſacrorum ordinum. 23. De indignis & indignè promotis. 24 De perpetua abſentia Prælatorum ab Eccleſiis ſuis. 25. De Prælatis in curiis Principum reſidentibus. 26. De Capellanis & Canonicis, qui ſimiles ſunt Epiſcopis, indocti, ebrii, ſcortatores. 27. De mendicantibus & eorum inani jactantia & gloria. 28. De impudica vita & converſatione monialium. 29. Comparatio modernorum virorum cum priſcis patribus. 30 Quòd ſtatus Eccleſiaſticus meritò patitur. 31. Quòd ſtatus Eccleſiaſticus propter ſuperbiam tendit ad ruinam. 32. Quòd Eccleſia prius humilianda eſt, quàm erigenda. E. *Petrus de Aliaco*, Cardinalis Cameracenſis, cujus de reformatione Eccleſiæ tractatus ſex abſolvitur conſiderationibus, 1. eſt de re-

formandis circa opus Eccleſiæ: 2. De reformandis circa ejus caput, ſcil. circa ſtatum Papæ, & Romanæ curiæ. 3. De reformatione Principalium Eccleſiæ partium, ſcil. Prælatorum. 4. De reformandis circa religiones & religioſos. 5. De reformandis circa cæteros Eccleſiaſticos. 6. De reformatione laicorum Chriſtianorum. Non morum tantùm, ſed & conſuetudinum Eccleſiaſticarum, ſuperſtitionum, Scholarum, Theologiæ cumprimis Scholaſticæ, & linguarum κατάρτισιν urget; ſuæ tamen dignitatis & purpurei defendendi Syrinatis mini me oblivius. Conqueritur Legulejorum & Canoniſtarum authoritate Theologiam è curiæ Romanæ regno tantùm non proſcriptã. Ἀξιομνημόνευτα quædam ex eo collegit *catal. Teſt. verit.* l. 19 p. 875. F. *Andreas de Petra*, Archiepiſcopus Coloſſenſis, Eugenii IV. ad Baſileenſes orator: ipſe etiam Patribus de Reformatione aliquid dicturus, Prophetæ verbis ſtatum Cleri depingit: *Nequeo*, inquit, *Patres reverendiſſimi, crimina & caſus graviſſimos eorum hominum vobis exponere, qui dignitate & authoritate velut in quadam ſpecula conſtituti magiſtri debent eſſe publicæ diſciplinæ, omnes enim declinaverunt, & ab officio recedentes inutiles facti ſunt, ſicut Propheta teſtatur. Aptiſſimè deſcripſit Eſajas clericorum ignominiam, ſocordiam, laſciviam, ſegnitiem, immunditiam,*

tiam, turpitudinem, ambitionem, avaritiam. Speculatores ejus, inquit, cæci omnes, neſcierunt univerſi, canes muti non volentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes ſomnia, canes impudentiſsimi, neſcierunt ſaturitatem. Ipſi paſtores ignoraverunt intelligentiam, omnes in viam ſuam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam ſuam uſque ad noviſsimam. Cùm igitur ex eorum criminibus ac vitæ corruptione, qui virtutem ac diſciplinam profeſsi ſunt, hujus myſtici templi ſtructura graviſsimum lapſum atque ruinam minetur, optimè Eccleſiaſticæ ſaluti conſulitis, ut redintegratio fiat, quam vos vulgò Reformationem nominatis. Vide *Bzov*. a. Ch. 1432. S. 46. 47. G. *Iohannes Gerſon*, tempore Concilii Conſtantienſis, multa tentabat. 1. Aliquot propoſitionibus, quas errorem ſapere dixit, *Bzov*. an. Chr. 1415. S. 36. demonſtrat, Papam Concilio eſſe ſubjiciendum, & ab eo, pro quocunque notorio ſcandalo & crimine, deponendum. 2. Regulas reformationi morum aptas, & Laicis præſcribit & Clericis. Ab his requirit a. Epiſcopus bonus, & probatus opere ac doctrina, non puer, non homo carnalis, ſpiritualium ignarus eligatur. b. Clerici in duabus civitatibus & Eccleſiis præbendas vel prælationes non habeant. c. Pro

confeſsione,ordinatione,promotione nihil exigatur, nihil detur. d. Nullus Principum laicorum Capellanum habeat niſi ab Epiſcopo datum, in caſu ab Epiſcopo deponendum, vel corrigendum. e. Nullus Epiſcopus aut Sacerdos pro muneribus, precibus,favoribus. aut ex acceptione perſonarum promoveatur. f. Epiſcopi extra Diœceſin non morentur. g. Non plures, quàm ſufficiunt, ordinentur. h. Epiſcopi & Sacerdotes ſpectaculis non interſint,nec delectentur. i. Sacerdotes nihil fœnoris aut exercitii ruſtici faciant, nec mercatores, venatores,aut negotiatores fiant. κ. Negotia cauſarum feſtivis diebus & in Eccleſiis non tractentur. l Rectores Eccleſiarum, magis quàm in ſuis, in Eccleſiaſticis rebus, ſint ſtrenui, & plùs iſta quàm illa procurent. m. Non liceat Dominis & Prælatis obſervationibus ſuperſtitioſis gentilium attendere,nec divinos conſulere, aut ſtellarum curſus reſpicere in agendis. n. Synodi provinciales ſecundùm Patrum conſtitutiones,ſemel vel bis in anno celebrentur. o. Non liceat Clericis & Epiſcopis die Dominico abeſſe à divinis,ſed Miſſarum ſolenniis jejunos intereſſe. p. Clerici ad matutinum & veſpertinum officium non venientes deponantur. Ante horam tertiam non prandeant. A quinquageſimâ,ad Paſcha uſque,carnes non comedant. Adventum Chriſti jejunent, à ſuperiorum ſubjectione ne ſe eximant. q. Prælati Eccleſiis vel Monaſteriis conſanguineos ſuos non præficiant. Pſalmorum, canticorum, hymnorum ignaros ne ordinent. r. Epiſcopi,Sacerdotes,& maximè Mona-

nachi atque religioſi Scripturis divinis ſtudeant, ſcientiis litigioſis omiſsis. s. Epiſcopi, oppreſſores pauperum, & tyraños potentes arguant & corripiant. Annis ſingulis parochias ſuas viſitent cum effectu. Ad eorum menſam Scripturæ divinæ legantur Gravamina ſubjectis non imponant. t. Clericus ſcurrilis, vel turpiloquio deditus ab officio retrahatur. u Clerici in geſtu, veſtitu, victu, riſu, inceſſu, continentiæ decorem obſervent: Comam, barbamve ne nutriant, nuptialia vitent convivia: tabernas non ingrediantur, crapulæ & ebrietati non ſerviant: per fora & plateas non diſcurrant. In aliena civitate, extra Eccleſias, vel præbendas ſuas ſine cauſa legitima ne morentur. Actus ſecularium & procurationes non ſuſcipiant. Aleatores, venatores, fornicarii, & reliquis criminibus notoriis infames, communione priventur. x. Epiſcopi vilem ſupellectilem, menſam ac victum pauperum habeant, & authoritatem ſuæ dignitatis fide & vitæ meritis quærant: pro rebus tranſitoriis non leviter litigent: de loco ignobili ad nobiliorem per ambitionem & avaritiam ne tranſeant. Singularem caſtitatem unà cum Clericis cuſtodiant. A ſua Eccleſia non abſint amplius tribus hebdomadis. y. Monachi, jejuniis & orationibus, in locis, ubi renunciaverint ſeculo ſint intenti: nec Eccleſiaſticis, vel ſecularibus negotiis, propria Monaſteria deſerendo, inſiſtant. Et ut horum aphoriſmorum neceſsitas omnibus eſſet obvia, prolixa communicatione Rhetorica Patribus Conſtantienſibus delinquentium in apricum producit παραδείγματα. *Ad*

quid, inquit *1. expedit, aut quid utilitatis Eccleſiæ confert, tam magnifica Principum gloria, & tam ſuperflua Prælatorum & Cardinalium pompa, ut quaſi ſe homines eſſe neſcire faciant. 2. Quæ utique abominatio, quod unus tenet ducenta, alius trecenta beneficia Eccleſiaſtica? Nonne inde cultus divinus diminuitur, Eccleſia depauperātur, valentibus viris & doctoribus privantur, fidelibus mala exempla dantur?* 3. *Quid ſibi voluit, quòd Cardinales ſolùm de una natione, vel quaſi de una patria fiebant, inter quos de ſingulis vel notabilibus linguis eſſe deberent? Num quid apud Chriſtum eſt differentia Græci & Latini, & Alemanni, Hiſpani & Hungari?* 4. *Quid eſt, quòd hodiernus utinam mediocriter doctus, tenet quatuor, quinque, vel ſex, vel octo beneficia, quorum uno non eſt dignus, quibus octo ſuſtentari poſſent doctrinis, orationibus, & divinis laudibus inſiſtentes? 5. Attendite an potius hodie equi, canes, aves, & ſuperflua Eccleſiaſticorum familia patrimonium Eccleſiæ comedere debeant, quàm pauperes Chriſti? vel quam ad divini cultus ampli-*

pliationem, & pro infidelium converſione, aut in hujuſmodi pietatis operibus modis congruis expendendum ſit? 6. Quot hodie loca divini cultus ut Monaſteria, & venerabilium Martyrum Eccleſiæ, Romæ & alibi, ob prædicta, & ex Prælatorum injuria deſertæ ſunt & deſtructæ? 7. Quid eſt etiam, quòd hodie omnes medium Chriſtianitatis pinguibus abundans beneficiis, tanquam centrum quietis ambirent, derelictis partibus Eccleſiæ in circuitu, ubi impii ambulant, non viſitatis, & à doctoribus immittendis & promovendis vacuis & incultis, utique ubi fides eſt debilis, virtus imperfecta, Schiſmatici abundant, infideles impugnant, opus eſſet in lege Chriſti expertioribus Prælatis, Doctoribus atque Magiſtris. 8. Quid eſt, quòd gladius Eccleſiæ, ſcil. Excommunicatio in ſui contemtũ modò tam leniter, et pro modica re, ut pro debitis vel hujuſmodi tam crudeliter in pauperes extenditur? 9. Quid eſt, quòd una cauſa ſuper modica re durat tam multis annis? Quare litium prolixitas, pauperum ſpoliatrix, convenienti modo non reſcinditur? 10. Quare

conversis Judæis, non datur vitæ neceſsitas, ne neceſsitate compulſi apoſtatent, & Chriſtianos impietatis arguant, & quare non ordinatur, Judæos inter Chriſtianos morari non debere, niſi vel Chriſtianis ſerviendo, vel agros colendo, vel in mechanicis laborando acquirant victum ſuum, non verò per uſuras Chriſtianos ſpoliando? 11. Quid etiam ſibi vult, quòd quarundam Eccleſiarum Cathedralium Canonici, calceis roſtrati, veſtibus accurtati, gladiis accincti, abjecto habitu clericali & aſſumto militari, in armis & haſtiludiis ſe exercent, ac Epiſcopi cappa, ſuperpellicio, libróque depoſitis, arma ſumunt, & in campis armati ut Principes ſeculares pugnant? 12. Quid eſt, quòd nonnulli Prælati jurisdictionem ſpiritualem & temporalem, quibusdam potentibus tyrannis & avaris pro certa ſumma locant, in gravamen Eccleſiæ, ſubverſionem juſtitiæ, & oppreſsionem pauperum? 13. Quid eſt, quòd hodie Epiſcopi, Abbates, Monachi, plùs ſunt officiales fiſci, quàm Chriſti, totis niſibus militantes mundo, in Curiis Principum, & ſecularium judiciorum ſeu Parlamentorum?

rum? 14. Quid eſt, quòd non eliguntur in Epiſcopos, Pralatos & Sacerdotes Parochiales perſonæ notæ & aptiores de patria, ſed homines in moribus & linguis & conſuetudinibus extranei præferũtur. 15. Quid eſt, quòd hodie potentum & nobilium pueri Eccleſiaſticis dignitatibus præficiuntur, & clerici famoſi in vita & doctrina eis ſubjiciuntur. 16. Quid eſt, quòd ſpiritualium ignaris, vel Leguleis, vel hominibus mundanis Eccleſiæ committuntur. Meminit horum articulorum auth. *Catal. Teſt. Verit.* l. 19. p. 831. quos tamen Gerſonis eſſe, ignoràſſe videtur. Habes Hierarchiæ Eccleſiaſticæ brevem, ſed exactam συντογραφίαν. Abi jam, & Romæ omnia εὐσχημόνως, καὶ κατὰ τάξιν fieri, ſtentorea voce clama. Scripſit idem contra Medicum ſuperſtitioſum, qui curandis renibus ſculpebat in Numiſmate figuram Leonis cœleſtis, cum characteribus inſolitis; *Bzov.* an. Ch. 1428. S. 24. *Taliſma* fuit, ſeu Tilſema, de quibus conſule *Hiſt. Orient.* p. 188.

Sed preter privatos virorum Illuſtrium labores, Conciliorum etiam habemus calculum. Conſtantiæ & Sigismundus Imperator, & Germaniæ Epiſcopi Reformationem Eccleſiæ Papæ electioni præmittendam cenſuerunt. *Calviſ.* a. Ch. 1417. Sed, ut audiemus, aliter cecidit alea. Baſileenſe Concilium, an. Ch. 1439. die 20. Feb. ſcribit ad omnes ordi-

dines Imperii, de promovenda reformatione Eccleſiæ in capite & in membris: *conſtit. Imper. Cal.* Dertuſenſe Concilium, quibus Canonibus Cleri frænârit luxuriam, inſolentiam, ignorantiam, ex *Bzov.* collige a. Ch. 149. S. 62. & deinc.

[*c*] Nempe de *moribus* potiùs corrigendis erant ſoliciti, quàm *doctrina*, in qua excutienda non ſatis erant vel oculati, vel occupati. Obſervo interim, ea iiſdem authoribus excidiſſe theoremata, quæ ad ingenii, ſincero Chriſtianiſmi ſucco imbuti expenſa trutinam, βδέλυγμα ἐρημώσεως luculenter poſuiſſent ob oculos. Ex paucis laciniis de reliqua judica textura. Inter cæteras *Gerſonis* regulas, Conſtantienſi Concilio oblatas occurrunt: *1. Sacra Scriptura eſt Fidei regula, contra quàm, bene intellectam, non eſt admittenda auctoritas, nec ratio hominis cujuscunque, nec aliqua conſuetudo, nec conſtitutio, nec obſervatio valet, ſi contra ſacram Scripturam militare convincatur. 2. Sacra Scriptura, dum conſideratur in aliqua ſui parte, vel propoſitione, non eſt tenenda in ſolis terminis illius propoſitionis, aut in illo ſenſu, quem illa propoſitio ſic per ſe & nudè conſiderata facit; ſed conferenda eſt, & concordanda per comparationem ad alios Sacra Scriptura paſſus. 3. Sacra Scriptura*

po-

poteſt & debet in ſuis partibus, & partialibus aſſertionibus reverenter, & humiliter, & diligenter expoſitionem recipere, concordando paſſum cum paſſu, & unum per alterum judicando. 4. Sacra Scriptura in expoſitione partium ſuarum requiſivit homines 1. præditos ingenio. 2, Exercitatos ſtudio. Quid hic deſideres, quod ambababus ulnis non amplectaris? Quòd ſi verò his ſtandum fuit regulis, cur proculcata Scripturæ authoritate, ſolum ubique triumphavit imperium? Si ſenſus per συμβίβασιν eruti, major habenda ratio, quàm literæ, cur Tranſubſtantiationis portentum ex Inſtitutionis verbis prodigiosè exſculpere non ceſſant? Si Scripturæ ſenſus elici debet ex ipſa Scriptura cur toties nobis Eccleſiaſticas explicationes obtrudunt? Si Scriptura fidei eſt regula, cur traditionibus Eccleſiam oneratam non reformant, & ad cynoſuram illam examinant? Quemadmodum autem Gerſon authoritatem verbi Dei in theſi (in ipſa enim ſtatim hypotheſi orbita deflectit) maſculè aſſeruit, ita Papam Evangelica traditione contradicentem coercendum, publicè ad Colonienſes ſcripſit *Aeneas Silvius*: *Homini Chriſtiano,* inquit, *qui verè Chriſtianus vult dici, nullam rem magis cordi eſſe convenit, quàm ut fidei ſibi per Majores à Chriſto tradita, puri-*

ritatem ſervari, ab omnibus immaculatam ſtudeat. Et quippe, ſi quando adverſus Evangelicas traditiones aliquid aſtruitur, ſurgendum populariter eſt, & ad commune reſtinguendum incendium, afferre aquam omnes tenemur. Nec timendum eſt, ut inimici aut inviſi fiamus, verum dicentes. Reſiſtendum eſt, quibuscunque in faciem, ſive Paulus, ſive Petrus ſit, qui ad veritatem non ambulat Evangelii. Quamrem feciſſe per hos dies univerſitatem veſtram gaudio in hoc ſacro Concilio Baſileenſi gaudemus omnes. Allatus namque ad nos eſt tractatulus quidam veſter, quo imperitiam, vel veriùs dicam, temeritatem illorum arguitis, qui & ſubjectum generali Concilio Romanum Pontificem & ſupremi judicii tribunal in Eccleſia eſſe diffitentur, quos ſic vivacibus rationibus & ſcripturarum veritate premitis & retunditis, ut nec tanquam lubrici angues ſe evolvere, nec in aliquo cavillari, aut ſibillare queant. Poſſetne votis quicquam expeti, quod animum magis ad purgandas & emuſcandas adnatas paulatim pravas in Eccleſia conſuetudines queat accendere? Hanc ſi Sylvii παρρησίαν læva poſtmodum mens non oppreſ-
ſiſ-

ſiſſet, quanta de ipſo cadaveroſa Reipublicæ Chriſtianæ facies, polliceri ſibi fuiſſet auſa? Sed; quod exemplo didicit anteceſſorum, honorum & fortunæ felicis nectare inebriatus, aliis ſuam addixit operam, de religionis Myſteriis parùm ſolicitus.

[d] Impedimentum eſt ipſe *Papa Romanus cum reliquo ſuo clero*. Quæ quidem ingenua *Iacobi Carthuſienſis* a. Ch. 1440. fuit confeſsio. Oſtendit, Eccleſiam Papa ſuperiorem eſſe: & queritur, ſpirituales, præſertim verò curiales, ſemper reformationem Eccleſiæ impediviſſe; aitque *eos vel tantum ad nomen Concilii contremiſcere*. Vide *Catal. Teſt. Verit.* pag. 883. *Papienſis Cardinalis*, cùm Sixtum IV. quòd matrimonii legibus Sfortiæ deſponſam ſolviſſet, perſtringeret, omne malum ex urbe & clero candidè edixit, *Scribis* (verba Epiſt. 481. Servis 22. Octob. 1472. datæ) *magnis contentionibus diſceptatum apud vos eſſe, ſolvíne Sacramenti legibus poſſint, qui matrimonium præſens inter ſe conjunxere: tandem verò ob ambitas nonnullorum ſententias gratiæ, non conſcientiæ inſervitum. Nihil refero, à ſeculi noſtri moribus alienum, qui uſque adeò abiere per devia, ut mala rerum exempla à ſolis penè Clericis oriantur. Dum enim cupiditati, dum ambitioni licentius obſequuntur, & creſcere quærunt, non tam virtu-*

tutis, quàm poteſtatis ſuffragio, in cineres ſui in alienos affectus concedunt, quos aliquando impudentius etiam monſtrant, quam adjuvant. Solutio hæc, ut boni putant, ſine peccato non eſt. Adde ego, & ſine ſedis Romanæ incommodo. Qualis Mediolanenſis & Neapolitanus in Eccleſiam fuerint, tibi obſcurum non eſt. Mala ab iis illata toti Italiæ patuere. Ob hoc ipſum conjugium vehementer diſſidebant nunc inter ſe, nec ulla belli ſuſpicio. Habes fundi Eccleſiaſtici calamitatem breviter: Nos paulò fuſius. Certè, ſive *morum* ſpectes reformationem, ſive *ſchiſmatis* abolitionem, ſive ipſius *doctrinæ* examen & correctionem, in contrarium ſemper latum & lapſum eſſe Papam reperiemus. *Morum reſtaurationi* quàm varii à Pontifice parati ſunt obices? Quàm ferv. idè pro ea laborârunt viri magni? Concilium Conſtantienſe eo etiam nomine fuit indictum. Sed quid Patres? Δώσοντες erant, & ſolis pollicitis divites. Quos aut Papatus ſpes faſcinavit, aut præter Eccleſiæ primitivæ inſtitutum, ex hoc tripode omnia expectarunt oracula, ſede vacante nec Eccleſiam reſtitui, nec mores emendari poſſe clamabant, *Plat.* in Mart. V. p. 285 a. Eligitur igitur Martinus, qui, quaſi morum emendatio alius eſſet tribunalis, Concilium diſſolvit, Romamq;, ut, anteceſſorum more, ſuarum tantùm rerum ſatageret, abit. Papam mora

ram quidem rumpere juſsit decretum, *Concilium non debere ſolvi quouſq; Eccleſia ſit reformata in fide & moribus, in capite & membris*; Vrſp.p.373. Sed *de componendis*, inquit Onuph.p.298. *moribus nimia licentia jam labefactatis, tam Clericorum, quàm Laicorum mentio haberi cœpta eſt, itémque de Eccleſiæ Romanæ reformatione, tam Pontificis, quàm Cardinalium. Verùm, quia quadriennio Conſtantienſe Concilium jam duraverat, cum magno Prælatorum & Eccleſiarum incommodo & ſumtu, Martino P.P. V. placuit, approbante Concilio, rem tantam in aliud magis idoneum tempus transferre, ita tamen ut in proximo futuro Concilio reformationis Eccleſiæ negotium tranſigeretur. Dicebant enim, rem ipſam maturitate & conſilio indigere, cùm unaquæque provincia ſuos habeat mores, ſuoſque ſenſus, qui tolli ſubitò ſine maxima rerũ perturbatione non poſſunt.* Quid igitur? *In ſequens triennium aliud Concilium generale indictum eſt, in quo negotium Reformationis Eccleſiæ agi deberet*, id.p.290. At verba erant; Sufflaminatur Concilium, ad annum uſque 1431.

quo Baſileæ magno numero Patres confluxerunt, quo quidem cóventu frœnum injicitur concubinariis, qui ita invaluerũt, ut palàm Patres fuerint faſsi, *in quibusdam regionibus nonnullos jurisdictionem Eccleſiaſticàm habentes, pecuniarios quæſtus à concubinariis præcipere non erubeſcere.* Bzov. a. Ch. 1435. S. 2. Reliqua verò, quæ morũ Reformationis nomine veniunt, λεπίδες ſunt, & levis momenti plerumque res. A Minoritis ſemper cum Martino initium fecerunt, non autem, conſilium ſecuti Imperatoris Sigismundi. à Majoritis *Bal.* p. 560 Fecit quidem Baſileenſi Concilio ſpem, facilè ſe admiſſurum, ut reformationi, primus ſubjiciatur: Bzov. a. Ch. 1432. S. 68. Sed utinam facta verbis compenſet! clamant Patres Baſil. S. 76. Neque certè vitio verti debuit ſi vel jurato fidem denegârunt. Toties ſpe hiantes deluſit. Varia aperiuntur ab Ænea Sylvio gravamina, quibus Germanica natio à ſede Romana preſſa fuit & tantùm non oppreſſa. Vide Epiſt. 338. 305. 334. 369. ubi inter alia. *Quatuor tangis capita. Unum eſt, quod Decreta Conſtantienſis & Baſileenſis Conciliorum ac compactata nationis minimè obſerventur, quod magna vis pecuniarum ab his qui beneficia conſequuntur, extorquetur: quòd ſub colore Indulgentiarum & decimarum, variisq; modis ex Alemania pecuniæ exhauriuntur.*

Ve-

Verùm, ſatis fuit decreviſſe: 1. Vt ad horas Canonicas Clerici tunica talari, & ſuperpelliciis induantur. 2. In choro ne confabulent. 3. In maturinis poſt venite, in Miſſa, poſt ultimum Kyrie, in reliquis horis, poſt primum Pſalmum, chorum ingreſſus, vel non admittatur, vel ſaltem ut abſens habeatur. 4. Pręſentiæ ad ſingulas horas diſtribuantur. 5. Vagantes per Eccleſiam totius diei præſentia careant. Cætera, ſuperſtitioſa, periculique plena, à Patribus ipſis defenſa; *Bzov*. a. Ch. 1433. S. 231. antiquum obtinebant. Aut enim iis, quæ publica legum authoritate prohibebantur, ipſe Papa quotidiana praxi contradixit, quæ de Simonia querela eſt *Felicis Malleoli*, vide *Anal*. P. 1. p. 45. aut ad vomitum multi redierunt, nulla emendationis cura tacti, id quod ſuo loco Geſta Archiepiſcopi Craynenſis condocefacient abundè. Paucis, *putris Eccleſiaſticorum caro non potuit ferre ſalem*: *Paraleip. Vrſp*. pag. 373. Commendatur hoc loco ſtudium Franciſci Ximenii, Archiepiſcopi Toletani (ad quod munus evectus ad familiæ, & veſtium ſplendorē à Pontifice excitatur; *Bzov*. a Ch. 1495. S. 24.) viri, ut verum fatear, meliori ſeculò digni, qui & *ἐπιξίαν* Eccleſiaſticam laborare, & Clerum aſpera perfricandum ſtrigili facile animadvertit. Ipſi verò reformationi manum admoturo quot peſſuli obditi, & à cucullatis, & ab ipſo Pontifice, qui noluit gnathones ſuos lubitu rigidius vivere? Examina bellum, quod cum Canonicis, Minoritis clauſtralibus ad melius vitæ genus reducendis perpetuò fuit gerendum,

apud *Bzov*.a.Ch.1496.S.18. & 1497.S.25. Conventualibus Fratribus multis in locis,contra Pontificis Bullas Obſervantes ſucceſſerunt,quod adeò ægrè tulerunt illorum Mœcenates,ut ſequens ab Alexandro VI. ad Ferdinandum Regem obtinuerint Reformationis impedimentum *Ut imponatur* (extat apud *Bzov*.an.Chr.1497.S.25.) *finis diſſenſionibus & querelis,quæ continuò afferuntur,à Fratribus præſertim ordinis Minorum S.Franciſci; propter commiſſam in iſtis regnis & dominiis veſtris reformationem; pro qua aliqui à Generali ſui ordinis iſthuc transmiſſi,ut ſimul cum Prælatis per nos ad id deputatis, huic negotio intenderent; officio ſuo minimè fungi permittuntur,& variis injuriis* (ut aſſerunt) *ſe affectos conqueruntur; decretum fuit in Conſiſtorio de Venerabilium Fratrum noſtrorum P.R.E. Cardinalium unanimi conſilio ut tam ipſis transmiſſis Fratribus; quàm per nos deputatis huic Reformationi Commiſſariis inhiberetur, ut in hujusmodi Reformatione,& ejus executione non procederent,ſed ſuperſederent,&c.* Et quamvis Reginæ beneficio & favore Papa ipſe παλινῳδίαν mox cecinerit, Interdictum ſuſtulerit, & Reformationem

nem exequendam decreverit, luculentiſsimè tamen hinc patet, Monachos, φιληδόνους μᾶλλον ἢ φιλοθέους, vitam deliciis addictam, animo triſti ægréque ſequaci mutare voluiſſe. Quòd ad Eccleſiæ ἀταξίαν attinet, rectè quidem nonnulla ab eo fuerunt ordinata, Inſtitutio nempe Catechetica modò ſanam & ſobriam ſatis ominari liceret; Baptizatorum Catalogi, &c. Reliqua verò omnia, de uſu crebriori aquæ luſtralis, feſtis Sanctorum &c. manifeſtam redolent ſuperſtitionem, quàm abolendo corrigere debuiſſent, Et quemadmodum non ſine vitæ fortunæque diſcrimine vitia Cleri taxare cuiquam licuit; ita ſpecioſo virtutum ſchemate excuſare conabantur alii, quicquid invidiam ei conflare poterat. Promamus exemplum. *Iohannes Milvertonus* Carmelita, Theologiæ Doctor & Profeſſor Oxonienſis, zelo quodam reprehendit exceſſus Prælatorum Eccleſiaſticorum, & ipſorum etiam Antiſtitum. *In eis* (ita Bzov.a.Ch.1486.S.13.) *gravitatem pro ſuperbia, congruum dignitati habitum pro luxu, hoſpitalitatem pro prodigalitate, ſeveritatem pro tyrannide vel graviter redarguebat, vel omnino condemnabat. Occaſionem quidem primam ſumſit non omnino malam. Nam per iſtud tempus Reginaldus Pecoccus, Epiſcopus primum Aſaphenſis, deinde Ciceſtrenſis in graves errores prolapſus eſt. Contra hunc Milverto-*

nus & bene & ſtrenuè concionatus eſt. Sed intra debitos limites nequaquam ſe continuit. Non enim opus erat atrociter Præſulis unius diffundere crimen in omnes: cùm nulla ratione, ut ſcribit S. Hieronymus, paucorum culpa fiat omnium ſcelus. Hoc tamen fecit, & quidem ſuo malo Milvertonus. Cujus malum exemplum ſecuti quidam alii Monachi, indiſcretis ſuis è ſuggeſtu reprehenſionibus Epiſcoporum contra ſe animos exaſperaverunt, & ad juſtam iracundiam provocaverunt. Ex his inſolentioribus Monachis Richardus, Epiſcopus Londinenſis duos carceribus concludi fecit, & ipſum Milverionum excommunicavit. Milvertonus Romam ad ſummum Pontificem confugit. Pontifex accuſatione Epiſcoporum accepta, & Milvertoni excuſatione rejecta, hominem in carcerem detrudi fecit, & ad triennium in caſtello S. Angeli detinuit. Tandem cauſa ſeptem Cardinalibus ad judicandum commiſſa, eorum quidem ſententia, vinculis liberatus, & aliquo modo honori reſtitutus fuit: ab Epiſcopatu tamen Menevenſi tum rejectus, ad quem antea fue-

fuerat electus. Occaſione hujus tam gravis infortunii totus ordo Carmelitarum in Anglia deinceps declinavit, honor & exiſtimatio diminuta eſt, auctoritas evacuata, doctrina etiam defecit, &c. Præter has tergiverſandi artes aliud, idq; nocentiſsimum obſtaculum acceſsit, inveterati *morbi ignoratio.* Quam ęgrotus ſalutis ſpē concipiat, qui, furioſorū inſtar, ne quidem morbum agnoſcit, ſed ἀναισθησίᾳ quadam laborans Medicum & medicinam reſpuit, abigit, & conviitiis proſcindit? Eadem ratione expectata Religionis κατόρθωσις ſperari non poterat: maximos enim nævos quid nævos dico? periculoſiſsimum Idololatriæ & ſuperſtitionis morbum non tantùm non viderunt, ſed, ſi vidiſſent, defendiſſent illi, qui corporis Eccleſiaſtici curam ſibi commiſſam mentiebantur. Vnde verò tanta malorum Ilias? Verbo dicam; *Scripturæ contemtus* & hyperbolicos nobis doctores dedit, & portentoſa dogmata. Quis enim neget, a. In Scholis & Eccleſiis Ariſtotelem vel ſolum, vel cum Patribus utramquè paginam feciſſe? b. Miracula expreſſo Scripturæ textui fuiſſe oppoſita? Huic jam iterum tractationi tantò preſsius inſtandum, quantò τερατώδης illa ψευδολογία inter Chriſtianos egit altiores radices. Obſervandum igitur.

A. *Hoc maximè ſeculum fuiſſe, quo viſiones & miracula ſuæ quiſque libidini & ſententiæ ſervire coëgit,* quæ malitia adeò invaluit, ut lamentum ſequenti poſtea

Seculo candido ſatis Melchiori Cano expreſserit. Ita habet ex Loc.Comm.l.11.p.335. *Jam enim paſſim non pro Eccleſiæ neceſſitate, ſed pro hominum affectu expromuntur, adeò ut in conceptionis cauſa utrinque, ſi ſuperis placet, revelationes vel contrariæ proferantur. Eccleſiæ igitur Chriſti hi vehementer incommodant, qui res Divorum præclarè geſtas non ſe putant egregiè expoſituros, niſi eas fictis & revelationibus & miraculis adornârint. Qua in re nec ſanctæ Virgini, nec Chriſto Domino hominum impudentia pepercit: quin quod in aliis Divis factitavit idem quoque in Chriſti & matris Hiſtoria ſcribenda faceret, & pro humani ingenii levitate multa vana & redicula comminiſceretur.* Res clarior evadet exemplis. *Fuit in civitate Bernenſi,* ſcribit Ioh.Nyder in Formicar. c.1.p.38 a *Fratricellus quidam, ſecularis re; ſed ſpecie tenus ſpiritualitatem præferebat multam, de quo mihi frater Nicolaus de Landaro noſtri ordinis, & inquiſitor pravitatis hæreticæ, vir fide dignus retulit, quòd in prædicta civitate fratricellus ille & Semibeghardus manere ſolebat, & quod cu-*

cupidus erat pecuniæ, laqueos avaritiæ, ubi potuit tendebat; ſumtáque opportunitate quadam domum inhabitare cœpit, & in eadem nocturno tempore ſurrexit; lapidibus & lignis ſpiritum aliquem adeſſe finxit: & ita in admirationem multorum noctibus locum poſuit, pluribus autumantibus, quod revelatio divina expectanda eſſet aliqua, an anima foret, vel malignus ſpiritus. Nonnunquam enim mutata voce verbis gemebundis, tanquam anima eſſet alicujus defuncti in civitate bene noti reſponſa ſciſcitantibus dedit, aſſerendo, ſe animam cujusdam nuper defunctæ perſonæ, quam fratricellus ipſe tam proprio, quàm alieno expreſſit nomine. Nam peregrinationi ad deſtinata loca ſanctorum pro ea ſe dare perſuaſit. Dolus tamen illius deceptoris diu latuit, & pro memoratis animabus interim peregrinando ad quædam Sanctorum limina pecuniam non modicam à ſe deſtinantibus acquiſivit. Cúmq; artem ſuæ avaritiæ diutius continuaſſet, inquietando ſupra dictam domum, tandem filii hujus ſeculi, merè ſeculares, quòd prudentiores ſunt filiis lucis, ſci-

licet in generatione ſua; rem habere ceperunt ſuſpectam: poſuerunt veritatis obſervatores, & tandem fictor repertus eſt & captus. Tunc veritatem miſer ille aperuit, & quia à multis fucato titulo præfatam pecuniam extorſerat fraudulenter, velut fur per publicam furatus eſt juſtitiam. Fide dignorum alia relatione didici, quòd in Monaſterio Monachorum reddituatorum in Germania nobiles multi, ut propriis parcerent expenſis, frequenter, ut ſolitum eſt, cum equis & famulis hoſpitium receperunt & victum. De quo quidam converſus ibidem malè contentus in hoſpitum domo circa diverſas cameras ſe ſpiritum vel dæmonem eſſe finxit, modis quibus valuit, ſed occultè. Cúmque diu multos ibi hoſpites nocte vexâſſet ſuis ſtrepitibus, quidam miles de veritate ſpiritus ambigens, cum aliis domum prædictam intravit, ex condicto audaci, ſe dæmonem eadem nocte peremturum, aut ſe ab eodem interimendum promiſit: Et ſuper fortuna hujus eventus clàm de nocte cum armis & gladio vigilavit. Venit igitur ſub imagine ſpiritus miſer converſus in tenebris,

bris, & domum inquietare ictibus more ſolito cæpit, quem inſequens miles cum enſe ei lethale vulnus percuſſit, & ita converſus cruentus & fugiens per januam ſecretam quandam ejusdem hoſpitii cellam reintravit, oſtiúmque poſt ſe clauſit. Miles verò ad ſuos rediens, intentato gladio ſe dæmonem interfeciſſe gloriabatur. Sed & manè facto. & luce Solis apparente, per veſtigia ſanguinolenta necatus queritur, & converſus iſte jam mortuus repertus eſt. Et pag. 53. (quam etiam hiſtoriam habet *Bzov*. an. Chr. 1432. S. 169.) *Rem geſtam audi infra decennium. Fuit in civitate Ravenſpurg Conſtant. Diæceſ. puer ſcholaris annorum circiter 13. Hic aliquibus diebus à loco ſui hoſpitii perditus, quærebatur ubique diebus multis in præfata civitate. Tandem repertus eſt extra civitatem, jacens ſuper quandam arborem, quæ pinus vocatur, diſtans à civitate per dimidiam leucam vel integram. Nullum vulnus habuit, nec laqueus, an ſe jugulâſſet, vel eum alius, comparuit, nec interfectoris cujusquam veſtigium evidens. Cæperunt hunc multi de plebe ſtatim tanquam martyrem*

à Ju-

à Judæis clam occiſum colere, miracula ab eo facta mendaciſſima fingere, capellam ligneam erigere & lapideam, coacervare cuſtodes peregrinorum pecuniam novo dedicatam Martyri,& velut ſumma de Martyrio haberetur probatio; Duliam ignoto ſancto exhibere. Certabant verbis inter ſe Seculares & Eccleſiaſtici,quinam puer eſſet? Quibusdam dicentibus,quòd opinio de puero bona eſt: aliis id contradicentibus, nequaquam, inquiunt, ſed qui talibus citò credunt,ſeducunt turbas. Humatus eſt in hoc diſſidio puer per terræ Balivum in caſtro prope,nec quenquam locum ſepulchri adire ſinebat quo dum veritas rei aperiretur. Sed plebs credula putativum Martyrem abnegare noluit: Nam quia plebs adire nequivit ſepulchrum,frequentavit ſaltem (ut credidit) Martyrii locum; pinum videlicet campeſtrem,ſylveſtrem potiùs. Habuit autem puer virum quendam cognatum,qui ſe divinitus inſpiratum credidit, ut ſub pœna peccati non deſiſteret, quo dum pinus Martyri ſanctificaretur, & his negotiis plurimam attulit difficultatem. Venit tandem

ad

ad locum Imperator Sigiſmundus, Romanorum Rex, vir circumſpectione plenus, qui diligenter examinatis partibus & teſtibus negotii, reperit multimodas ibi interceßiſſe fallacias, fraudes & decipulas. Unde motus pinum ſecuit, capellam, quæ non conſecrata erat, deſtruxit, & Reipublicæ, ne ignotum colerent, penitus interdixit: Et ita ſancti hujus mira ceſſarunt. Similis deceptio facta eſt ſatis noviter circa adorationem cujusdam hoſtiæ in Colonia miraculosè (ut putabatur) repertæ, & diu à multitudine populi adoratæ, quousque dolus ad lucem prodiit. Avaritiæ enim gratiâ id excogitatum eſt, ut in Concilio generali Baſileenſi de hoc Officialis Colonienſis, ſcil. Varentrap, longam hiſtoriam me audiente texuit. Similiter accidit eodem tempore circa Magdeburgenſem Eccleſiam de deceptione ſimili, quam à quodam Magiſtro Henrico Canonico ibidem & S. Paginæ Profeſſore audivi, &c. Quid verò mireris? *Noſtri fabulatores*, inquit Valla, *paßim inducunt Idola loquentia, quod ipſi Gentiles, & Idololatræ non dicunt, & ſincerius negant, quàm Chriſtiani affirmant.*

Apud

Apud iſtos pauciſſima miracula, non fide authorum, ſed veluti ſacra quadam ac religioſa vetuſtatis commendatione nituntur. Apud iſtos recentiora quædam narrantur, quæ illorum homines temporum neſcierunt. *Cat. Teſt. Ver.* l. 19. p. 872. *Henricus* igitur *TocKen Magdeburg.* (ita idem refert p. 879.) *Canonicus* teſtatur, invitâſſe eum Archiepiſcopum, ut celebri reſiſteret Idololatriæ commenticii cruoris Chriſti in Vuelsnac, de quo ſic *Archiepiſcopi Magdeburgenſis Chronicō:* *A.D. 1383. Dominica poſt Aſſumt. oppidum Vuelsnac in Diæceſi Havelburgenſi, cum Eccleſia parochiali, per raptores totaliter combuſtum fuit, & quædam hoſtiæ conſecratæ reſperſæ cruore ibi repertæ fuerunt, ut dicunt: & fit ingens concurſus, & multa miracula ibi fiunt* (talia ſcil. *quale Johannes Hus de quodam eò abeunte, & aridæ manus reſtitutionem flagitante commemorat. Abiit Vuelsnacum, ſpéque potiundæ valetudinis argenteam manum offert. Sed cùm fruſtra diu exſpectâſſet, & Sacrificulus pro ſuggeſtu Bohemi illius propter redditum manui robur ſoſtrum commendâſſet, miſer, vel impudentiæ Sacrificuli, vel miſeriæ ſuæ impatiens, ſtans in media concione manum*

con-

contractam oſtendit, adeóque Sacrificulum mendacii publicè convincit) & pronunciantur in Eccleſia prædicta. Archiepiſcopus Magdeburgenſis Fridericus, fretus conſilio D. Henrici Tocken, ſe huic concurſui oppoſuit, propter multa pericula animarum: & tamen Dominus Marchio Brandenburgenſis apud Papam Nicolaum obtinuit, ut hoſtia ſacra poneretur ſuper aliam hoſtiam ſanguinolentam, ne Idololatria committeretur. Sed, ut timetur, magis pro denario lucrando, quàm ſalute animarum acquirenda, quia hoſtiæ immutatæ conſumi debent à Presbytero, aut recludi, & verè ibi periculum animarum vertitur. Sed avaritia excæcat homines. Fridericus Archiepiſcopus in cultu Dei totus Zeloſus, ſuperſtitiones nedum de Diœceſi, ſed etiam de tota Provincia fortiter exterminare ſtuduit, cùm in iis maximè Deus offendatur, & populus à recta fide ad Idololatriam trahatur: ob id, ut concurſum ſuperſtitioſum in Vuelsnac deſtrueret, & juſtis rationibus, actibus & ſignis evidentibus non merum ſanguinem Chriſti, ſed ex falſo propter quæſtum factum oſtendit,

dit, & plures dietas cum Epiſcopo in Havelburg, & cum Marchione Brandeburgenſi, Friderico tenuit, qui uſi conſiliis Doctorum S. Theologiæ Thoringi & Camoman; reſtiterunt fortiter. Quanquam præfatus Henricus Tocken eos rationibus evidentibus & argumentis inſolubilibus vicit: ſed vinci noluerunt, & D. Papam Nicolaum adierunt, qui precibus Marchionum indulſit, ut hoſtia conſecrata ſuper iſtam transformatam poneretur. Quod factum fuit, & hodie durat, in periculum animarum multarum. Excommunicationes contra Bohemos promulgatæ iisdem peragebantur fraudibus. *Oblinebant cereorum ellychnia luto, cúmque flamma eò usque ceram depaſcens luti humiditate extingueretur; clamitabant in mediis illis execrationibus, miraculis ecce oſtendere Deum teterrimos illos hæreticos, qui luce fruantur, indignos eſſe*, de *Perſec. Bohem.* p. 34. *Recitatus eſt*, narrat *Gerſon* apud *Bzov.* an. Chr. 1424 Sect. 38. *nuper Lugduni Galliæ coram Clero proceſſus cujusdam mulieris delatæ & detentæ Burgi in Breyſſia, quæ eſt notabilis villa Ducis Sabaudiæ, circa quam eſt domus Sel-*

Sellionis ordinis Carthuſienſis. Hæc mulier ſub pallio devotionis & revelationum fingebat mirabilia. Aſtruebat enim, ſeſe unam de quinque fœminabus miſſis à Deo compaſſivè pro redimendis innumeris animabus de inferno, & jam colluſione ſubdola in regione illa deceperat ſimplices mulierculas quamplurimas. Sciebat, videndo frontem, peccata, quæ fecerat unusquisque, hoc enim, ſecundùm Auguſtinum etiam Diaboli malitia ſcire poteſt, & ſuis revelare, non autem ea quæ futura ſunt abſolutè, ſive quæ in ſecreto cordis latent, & nullo exteriori motu aut ſigno ſeſe produnt. Habebat etiam ſupradicta mulier duos carbones in pede, qui eam afflixerant, quotiescunque aliqua anima ad infernum, ut ajebat, deſcendiſſet: quotidie tres animas ab inferno ſe liberâſſe, unam vel duas ſine difficultate, aliam ſeu alias cum pœna majori, ut fingebat. Mentis quoque exceſſus ſeu ecſtaticos habebat frequenter, in quibus mirabilia per revelationem didicerat, erátque miræ abſtinentiæ, ſingulariſſimæ etiam vitæ. Capta tandem & quæſtioni ſubjecta, faſſa eſt paupertatis

S

ſublevandæ ergò in hanc ſe mentem fuiſſe impulſam. Atque plura id genus fatidicarum mulierculárum exempla, quæ diu ſatis orbi illuſerunt, ex *Nidero* conſcripſit idem *Bzovius*. An.Ch.1432. S. 159. refert, Magdalenam quandam, ordinis S. Claræ his artibus magnam apud ſuos acquiſiviſſe authoritatem: S. 161. & deinceps; æmulas ejus aliquot in Polonia, Germania, &c. detegit, fraudesq́; enormes & ſcandali plenas commemorat.

B. *Eos etiam quos Schiſmaticorum & Hæreticorum loco habent, miraculorum & ſanctitatis laudē ſibi vendicaſſe*. Negare non poſſunt. I. Quosdam, qui Petrum Lunam, pertinaciſsimum Schiſmaticum ſequebantur, miraculorum dono ita polluiſſe, ut reliquis penè palmam præripuerint. Tales ſunt *Vincentius Ferrerius*, Dominicanus, & Bonifacius, frater ejus Carthuſianus, de quibus *Bzov*. a. Ch: 1405. S. 2. & 1419. S. 1. & deinceps. Nobis prior ſufficiet locus, quo Vincentii ex Martyrologio Romano narratur vita. Refertur præter cætera 1. Multa millia infidelium convertiſſe S. 1. 2. Mulierem ejus amore cæcatam, & à Dæmone vexatam curari, n. 12. 3. Dominicum eidem apparentem virtutum, præcipuè virginitatis, fuiſſe teſtem n. 24. 4. Poſt mortem variis coruſcaſſe miraculis S. 7. Quid? quod ex ipſo Petri defuncti tumulo quidam tradiderint, tantum odoris afflatum ſuaviſsimi, ut totam arcem perfunderet; *Bzov*. an. Chr. 1431. S. 51. De Amadei, ſeu Papę Felicis, ſanctitate quid Itali, Galli, Belgæ, Germani, Helvetii, Hiſpani, Burgundi, Græci ſenſerint,

variis

variis comprobatum ivit teſtimoniis idem ad an. Chr. 1452. S. 36. quem tamen *Idolum* appellavit Pius atque Blondus: *Antipapam* alii.

II. *Græcos*, Schiſmatis pridem à Romanis damnatis, miraculis *ſuam contra Muhammedanos probâſſe religionem.* Exemplum ipſe ſuggerit *Bzov.* an. Chr. 1481. S. 19. *Inter cætera*, ſcribit ex authore Hiſtor. Turco-Græc. l. 2. *quæ Mahometi Græci indicârunt, etiam hoc dixerunt: Quoscunque Chriſtiani Pontifices & Sacerdotes, legitime, ob peccatum aliquod admiſſum, ſacro cætu ejiciant, nec occupent eos, dum in vivis ſint, emendare, ut expientur ab illo lapſu, propter quem ejecti fuerunt; eorum cadavera ita in exilio ſpirituali mortuorum non diſſolvi à terra, ſed remanere tympanorum inſtar inflata, nec ſi mille etiam tranſierint anni, omnino à terra conſumi, ſed remanere integra, ſicut fuerint humata. Interrogavit amplius: Num iidem poſſint, data abſolutione, rurſus diſſolubilia facere illa corpora? Reſponderunt illi, poſſe. Ipſe miraculo hoc audito, admiratus cohorruit, nec aliud præterea quicquam interrogavit, ſed confeſtim Patriarchæ nunciari juſſit; quæreret hominem communione Eccleſiæ extermina-*

tum, ante longum tempus vita defunctum. Patriarcha, accepto eo nuncio, exterritus eſt; ac ſtatim accitis Clericis Sultani mandata expoſuit, qui mirati ſunt. Incidit Patriarcha cum ipſis in gravem curam, huc illuc cogitationem volventes, ubi jam tale, jamdudum excommunicationi immortui hominis cadaver reperiri poſſit. Cúmque nihil ipſis quid facerent in præſentia in mentem veniret, aliquot dierum ſpatium ad diſpiciendum à Rege petierunt. Quo accepto animum per omnia verſantes; de tali cadavere cogitant. Tandem recordantur Seniores quidam de Clero, fuiſſe tempore ſuperioris Patriarchæ Gennadii Scholarii, viduam quandam à ſacerdote relictam, pulchritudine conſpicuam, quæ domum extra Patriarchatum habens, quæſtum corpore haud obſcurè vulgato fecerit. Patriarcham, re cognita, increpuiſſe eã, diligentiſſimè monendo, finem faceret peccandi; quo pœnitentia acta, veniam conſequeretur. Sed id fruſtra fuiſſe, muliere laxioribus habenis ſe ad libidines incitante. Patriarcham interim non ceſſâſſe à redarguendo & objurgando;

nec

nec id ſeorſim ſolùm; ſed etiam apertè coram Proceribus ſacris & clericis. At illa miſera, Diaboli inſtinctu, Patriarcham accuſat; eum, quando ipſum ad ſecretam collocutionem accerſierit, conatum eſſe, ad nefarium facinus vi pertrahere. Ipſe atrocis criminis indigna accuſatione audita, totus obſtupuit. Ea criminatio per totam Conſtantinopolin percrebuit, & in vicinia tota: quibusdam veram credentibus, aliis fidem derogantibus. Patriarcha quid faceret? niſi hoc. Quodam Dominico feſto, accerſitis Pontificibus & Clero, Liturgiam facit, eaque finitâ clariſſima voce dicit; Si illa verba quæ Sacerdotis vidua in ipſum dixerit, vera ſunt; ſe ei ignoſci à Deo, & felicitatem dari, ejúsque mortuæ diſſolvi corpus, precari. Sin autem confICto crimine indigniſſimè ipſum calumniata ſibi ſe tenere ipſam è ſacro piorum grege eliminatam, veniæ exortem, & indiſſolubilem voluntate & judicio Dei omnipotentis. Hæc ille. Nec diu gladius divinæ ultionis emanſit; ſed (ô rem miram!) die inde quadrageſimo, dyſſenteria ipſam abſcidit, ac peſſimè mortuam & humatam, terra cor-

pus ejus non diſſolvit; verùm tam inconſumta integráq; remanſit, quàm erat, quando ſepeliebantur; Sed ne crines quidem capitis ejus ullatenus defluxerunt: Verùm perinde ipſa ſe habebat, ac mulier aliqua viva, niſi quòd non loquebatur. Et tamen multi anni à condemnatione excommunicationis ejus abierant. Hujus, inquam, mulieris recordati ſunt clerici, eã adhuc ejectionis vinculo conſtrictam teneri: quàm bene ſciebant, improbiſſimam illi beato Patriarchæ Gennadio calumniam intuliſſe. Conventu igitur coacto, palàm dicunt, ſe ſcire mulierem, juſta ſententia Patriarchæ Gennadii à ſacris excluſam. Patriarcha Maximus, audito, cadaver excommunicatum inventum eſſe, juſſit locum quæri, in quo ſepultum jacebat; ut ſepulchro aperto inſpicerent, & de re certiores fierent. Miſſi ſunt, qui quærerent. Sepulchro invento gaudere Patriarcha ex templo cum Clero comitatus magno Regis Tzauſcho eò currere. Tunc aperientes ejus monumentum, cadaver ſalvum & integrum repererunt. Erat id nigrum, & tympani modo tumefactum: quod quicun-

que

que viderunt, valde miſeriam illius deſlent, horrendo Dei in ipſam judicio, & condemnatione perterriti. Tum ſtatim Patriarcha cum Tzauſcho miniſtris indicavit, qui Sultani nomine cadaver excommunicatum inquiri imperârunt. Invenimus, inquit, tale, renunciate Regi, quidnam velit amplius fieri. Illi, miraculo hoc audito, currentes, venerunt, Regíque annunciârunt. Rex, ut reſcivit, miſit aliquot fideles miniſtros, qui inſpexerunt, & vehementer mirati ſunt. Reverſi dein ad Sultanum, ei formidandam rem, quam viderant, expoſuerunt. Tum Sultanus accerſivit quosdam ſuorum purpuratorum, quibus dedit ſigillum ſuum; imperans, in loco certo cadaver reponi, ibi tutò includi & obſignari. Abeuntes illi, viſo miſerando corpore obſtupuerunt; in quodam Pammacariſtæ ſacellum tranſtulerunt, arcámque, in qua incluſum jacebat, regio ſigillo obſignârunt. Poſtea quæſiverunt ex Patriarcha, quidnam de cadavere futurum eſſet, ut diſſolutio illius & diſſipatio, veniam à Deo conſecuti, fieret. Reſpondit Patriarcha; Canam ego ſuper illo conſe-

quentias,quæ nobis præſcripta de excommunicatis ſunt; & quas quotidie preces habemus,recitabo. Quibus utriſque peractis,ſcriptum,quo mulieri ſua peccata remittantur, ad Liturgiam recitabimus.Tunc vos accerſemus,ut efferatis corpus. Paucis poſt diebus,Patriarcha abſolutionem illius compoſuit. Proceribúsque illius nuncium miſit,ut venientes exportarent Sarcam cadaveris, ut ſuper eo Liturgia fieret. Confeſtim de voluntate Sultani adfuerunt, & arcam cum cadavere intus jacente,ſicut obſignata erat,extulerunt. Tum Liturgia frequentiſſimo conventu, Pontificum, Diaconorum, omniſque populi Chriſtiani facta,ſtat Patriarcha poſt ejus finem,intima affectione animi,multis cum lacrymis, literasque abſolutionis illius,quas ipſe ſua manu perſcripſerat,recitat. Et ecce tunc ingens miraculum à Deo; ecce miſericordiam divinam,& propenſum erga genus humanum amorem; miraculum, inquam, ingens & ſtupendum, ea hora divinitus factum. Recitante Patriarcha abſolutionem, compages corporis invicem ſeparari, inter ſe diſſolvi, in medio

ar-

arcæ, ita ut quotquot prope eam ſtabant, audirent crepitum oſſium à ſe invicem recedentium diſſolvere ſe toto corpore, ſingulis ſe compagibus divellentibus, corpore illius miſeræ, quæ ſanctiſſimum Patriarcham falsò criminata fuerat, veniam conſecuto. Nec corpore modo ejus venia, diſſolutióque contigit, ſed anima etiam purgatorii cruciatibus liberata in paradiſum venit. Illi namque, qui anathemate percuſſi ab Eccleſia exulant, cùm eorum corpora maneant indiſſoluta & integra, indigent animæ abſolutione, eamque expetunt, ut liberentur vinculo relegationis. Nam quemadmodum corpora eorum vincta ſunt, nec à terra conſumuntur; ſic animæ quoque ipſorum vinctæ, ac pœnis obnoxiæ tenentur. Quando autem homo veniam accipit, execrationis vinculo ſolutus, Deo bene juvante, anima liberè exit, & vitam æternam, lucémque illam veſperæ expertem adipiſcitur; ſi in vivis exiſtens pœnitentiæ & contriti animi ſigna ediderit. Sed ad Hiſtoriam noſtram revertor. Illi, qui tum arcæ illam excommunicatam continenti aſtabant, audito illo tremendo mira-

culo oſsium crepantium, & inter ſe ſingulatim recedentium, magna admiratione affecti ſunt, ac Deo cum lacrymis gratias egerunt, facient ingentia & ſtupenda miracula. Deinde peracta Liturgia arcam cum cadavere tollentes, repoſuerunt, in eodem, ubi antea fuerat, ſacello, idq; de mandato & ſententia Principum à Sultano miſſorum. Quod cùm intus depoſuiſſent, clauſerunt fores & obſerârunt; ei rei cauſam dante innumera populi multitudine. Inde poſt dies aliquot removerunt ſignum, quo ſacellum, deinde alterum, quo arca obſcrata erat, & ſeram clave aperuerunt, quando corpus in arca reperere diſſolutum, diſsipatum, deniq; miſericordiam conſecutum. Hujus miraculi ipſi conſpectu admiratione obſtupefacti ſunt, ac continuò primores ad Sultanũ currentes, totum illi cadaveris negotium ordine percenſuerrunt; quam ſcilicet ob cauſam excommunicatum fuiſſet; qua ratione condemnationem culpæ accepiſſet; quo deniq; modo os ab oſſe abſceſsiſſet. Quibus cunctis Sultanus auditis, ſupra modum admiratus eſt, & tanto miraculo obſtupuit dicens: profectò.

Reli-

Religio Chriſtiana, extra controverſiam vera eſt. Ab eo tempore benevolentia majore, & amore, Mechemetum Regum, Ameratzæ filium proſecutus eſt. qui ei de ea re dixerat, quæ ipſo exitu vera comprobata fuit: illos, quos Antiſtites Dei, & ſacerdotes Romani, ſacro priorum cætu juſtè arceant, ab humo non diſſolvi; niſi eis antea veniam à Deo impetrârint, licet etiam mille anni tranſierint. Volui totum exſcribere Drama, ut auguſtior eſſet; Græcorum contra Romanos apparatus. Si enim Græcis clavium poteſtas eſt commiſſa, quod utique negare non poterunt, qui, Excommunicationi ipſorum tantum tribuunt, quid fiet de Romanis, à quibus & animis diſsident & dogmatibus? Viderint alii, quorum intereſt, ſuam contra orientem defendere dignitatem. Singula rei geſtæ momenta non excutio; nec, an, quæ tot ſceleribus obſtricta diſceſsit, nô ad Tartara potiùs, unde non datur regreſſus, quàm Purgatorium fuerit detrudenda, quœro: Taceo, quod meis uſurpavi Toloſæ in Gallia oculis, natura nonnunquam, & loci ratione defunctorum corpora ἀδιάλυτα διατελεῖν; (vide Sec. 12. p. 179.) quæ phraſis hac in re à Græcis uſurpari ſolet; ut ad miraculum recurrendum non ſit. Satis eſt didiciſſe hinc, Græcam etiam Eccleſiam ſe miraculis contra Latinos poſſe efferre.

III. *Viſionum & externo ſanctimoniæ ſplendore multos*

tos ſibi gratiam & æſtimationem conciliâſſe, quos Curia Romana nigro pridem theta notavit. Naucler. Gen. 50. p. 294. b. An. Ch. 1476. *in Franconia Orientali Tympaniſta quidam, homo ſimplex, pecorum paſtor, apud vicum Niclashauſen vocitatum, ſectatores plures nactus diffundere cœpit, eò pernicioſius, quo & ſacerdotes & religioſos in populorum invidiam conjecit. Is verò ſimulatam puritatem quandam & innocentiam vitæ præ ſe ferebat, edocens, vitam Cleri ignominioſam eſſe, & quòd Deus hoc tempore nobilitatem execraretur, telonia non eſſe ſolvenda, aquas omnes & nemora omnibus libera & communia eſſe, ac nonnulla alia nefanda in populum ſeminans, ea ſibi virginem Mariam enarrâſſe prædicabat. Undique igitur gentes votis proceſſionaliter accurrebant, viſa ſunt quodam die ſupra 30000. hominum affuiſſe, diebusq; feſtis ſermonem in odium Cleri deducebat. Eo igitur à Rodolpho VVirzeburgenſi Epiſcopo miſſi homines, tympaniſtam hunc ad VVirzburg ducentes igni tradiderunt, poſt cujus mortem iſthæc peregrinatio evanuit: duravit vix menſibus duobus. Fuerunt*

runt, qui dicerent, hominem à religioſo quodam ſimplicitate deceptum, ita ut crederet B. Virginem ſibi apparuiſſe, mandâſſeque uti populo vitia nonnulla, per quæ oſtenderetur Deus, in immenſum publicaret, & id quæſtus gratia inventum eſſe ajunt, qui ex concurſu vulgi ſperabatur aucupari poſſe: unde & plebanus loci inſimulabatur quòd fuiſſet conſcius facti. Nempe

Quicquid agit Mundus, Monachus vult eſſe ſecundus.

C. *Totam nihilominus Pontificum* ἐθελοθρησκείαν *miraculorum prætextu obtruſam fuiſſe & defenſam.* Ecquid enim reperias in Papatu, quod huic τερατολογίᾳ non ferat acceptum? Miraculis n. agebatur:

I. Pro *Miſſa. Serrar.* rer. Mogunt. lib. 5. &, poſt eum, *Bzov.* a. Ch. 1408. S. 21. aliquot probare nititur miraculis utramq; in cœna ſpeciem non requiri, cùm vel una ſæpe ſanguine madida concomitantiam ſatis abundè demonſtrârit. Quam etiam fabulam agit an. Chr. 1414. S. 12. & 1420. S. 29. 1472. S. 27. 1493. S. 25. 1495. S. 18.

II. Pro *cultu & adoratione* A. *Beatæ Virginis, Bzov.* a. Ch. 1401. S. 10 a. Ch 1405. S. 12. ubi de origine & miraculis Mariæ Virginis apud Hallas ex Lipſio; aliud habet an. Chr. 1408. S. 22. Item 1419. S. 23. 1427. S. 35. Non poſſum non αὐτολεξεὶ exſcribere, quæ de milite quodam à Turcis cæſo refert

fert an.Chr.1415.S.51. *At aliud incredibile* (ipſe præis judicio) *quòd paulò poſt accidit miraculum, ſilentio præterire non poteſt. Secundo namque tertióve anno, cùm plerique in eum campum deſcendiſſent, ubi patratam fuiſſe ſtragem memorant, editiſſimúmque cadaverum certamen ſpectarent, emiſſam inter oſſa ſubinde vocem exaudivere, fauſtiſſima Jeſu Chriſti Salvatoris, & Divæ Mariæ Virginis nomina reſonantem. Admiratio ſimul & pavor hos inceſſit. Quum ad verba ſubticuiſſent, eadem paulò poſt quaſi difficulter expreſſa accepere. Dum vocis locum inter oſſa diſquirerent, portenti deſiderio ſuccenſi, loquax inter cadavera caput inveniunt, quod ubi homines ſibi adeſſe novit: Quid tam, inquit, ſtupidè hic ſtatis viri? Chriſtianus ego ſum, & magnæ Matri Divæ Mariæ ſemper addictus, inexpiatus inconfeſſúsque in hoc bello occubui. Magna Maria, in cujus tutela vitam egi, me æterni ſupplicii reum eſſe non patitur. Sic me adhuc linguæ compotem ſervavit, ut & delicta fateri, & animum ſacris Apoſtolicis ritè luſtrare queam! Proinde ſacerdotem,*

tem, qui confeſsionem exaudiat, & me expiatum reddat, accerſite quaſo. Rogatus, ec quid tantum beneficii à matre viventium promeruiſſet, reſpondit; peculiare ſibi id in vita fuiſſe nomen; ſeptena quot annis in vita ſua feſta reverendiſsimè celebrâſſe, religioſiſsimiſque jejuniis ex pane duntaxat & aqua coluiſſe, Cujus etiam commatis ſunt, quæ idem recitat an. Ch. 1463. S. 35. &, mutuata ex Lipſio, an. Chr. 1419. S. 8. & 1428. S. 22. Victricia, puellam Aurelianenſem, natam annos 18. arma à B. Virgine obtinuiſſe, urbemque obſidione cinctam miraculosè liberaſſe, ſcribit a. Ch. 1429. S. 92. Plura vide an. Chr. 1471. S. 18. 1472. S. 51. 1487. S. 13. 1436. S. 32. 1489. S. 12. *Lauretanæ* aliquot miracula recenſentur an. Ch. 1464. S. 7. 9. 1489. S. 16. 17. 1496. S. 22. *Monferratanæ* in Hiſpania an. Chr. 1499. 19. *Leonicenſis* in Gallia Id. a. Ch. 1486. S. 16. *Bononienſis* ad Galeram a. Ch. 1478. S. 22. *Mediolanenſis* an. Ch. 1485. S. 20. Vſque adeò verò limites confingendi libido pietatis & reverentiæ tranſiliit, ut impia etiam, & ſanctiſsima θεοτόκῳ indigniſsima in miraculorum cenſum referantur. Quid prodigioſius vel otioſis in mentem veniat ſaltatriculis, quàm quæ de annulo Alani pronubo garriunt Monachi? Vide ſup. p. 177. confer *Rivet*, Apol. l. 2, c. 12. pag. 328. ubi impudentius fabula traditur; & *Bal.* Cent. 8. p. 625. de Fraternitate Roſarii, Et tamen quia ſemel placuit delirium (non quidem omnibus

bus: nunquam enim deerant quibus commentum Roſarii improbatum fuit (vide *Bzov*.an.Ch 1473. S.28.) miraculis ſuſtentandum fuit. Vnde credunt belli iſti homines; Roſarii beneficio aliquos exitioſa peſtis contagine infectos ad priſtinam ſanitatem rediiſſe; alios in agone conſtitutos vires & longiorem lucis uſuram recuperâſſe; alios iterum patibuli ſupplicium effugiſſe. Habet hæc & plura id genus P. *Archang*.libr.de Roſar. c.18. *Bzov*.an.Chr. 1494.S.43 & deinceps.

B. Pro *cultu imaginum*. Cùm apud Bononienſes depellendæ aëris intemperiei nihil quicquam opis afferret imagine tandem B.Virginis, Lucę Evangeliſtæ manu expreſſa, ſerenitas reſtituitur, *Sigon*. in vit. Nicol. Alberga.c.14 *Bzov*.an.Chr.1433.S.278. & deinc. ubi imaginis illius Hiſtoria fusè pertexitur. Cùm Petrus Arragonius muros Neapolitanos conquateret, imaginem quandam crucifixi explodi juſsit, imago verò lignea caput inclinavit & ictui pilæ ſummo impetu ruentis ſubtraxit capillis impoſititiis & diademate ſpineo rejectis; *Id*.an.Chr. 1438.S.71. Quò etiam pertinent loca, opinione & prætextu imaginum B.Virginis ſacra, & miraculis celebrata, ut eſt *Halla, clauſa Eberhardi* in Diœceſi Trevirenſi *Bzov*. an. Chr.1454. S.15. *BiroKlingen*, Diœceſ. Herbipolenſis, *Id*.a.Ch. 1455.S.25. *Viterbium*, an. Ch.1467. S 11. quibus locis, annis citatis, imagines Deiparæ miracula ingentia operari cœperunt, ut Bzovii verba habent.

C *Sanctorum* etiam *immoderatum honorem* & venerationem miraculis magis magisque in plebis ani-

animos accenderunt. Hinc illuſtre (ſcil.) miraculum meritis S. Barbaræ factum in homine quodam flammis miſere exuſto, & tamen in vita conſervato admirabiliter, donec Confeſsione & Euchariſtia munitus eſſet: *Βζον.* an Ch. 1448. S. 17. Reſtitutio valetudinis ex invocatione Stephani, Epiſcopi Dejenſis, an. Chr. 1475. S. 18. Miracula 62. biennii ſpacio à *Iacobo Philippo Servita*, Faventiæ patrata, quorum Catalogum habet *Βζον.* a. Ch. 1488. S. 11. Vnum erat *Nicolai Burgheſii* ita ab ipſo carmine expreſſum:

> Corde laborabam genio ſtimulatus iniquo,
> Quòd vitio ſtomachi creſceret atra bilis:
> Huc mox confugi ſupplex, numenque precatus
> Dive tuum, vacuæ non rediere preces.

Συμμαχία Stanislai in aëre apparentis, Polonos confirmantis, & hoſtibus terrorem incutientis, an. Chr. 1410. S. 32. Galli an. Ch. 1425. cæſi dicuntur magno numero *in feriis Sanctorum Criſpini & Criſpiniani, quòd eorundem Martyrum loca ſacra anno ſuperiore violarent.* Id. S. 52. cui ſimile, & quidem domeſticum, narrat exemplum *Fel. Fab.* Hiſt. Suev. l. 1. p. 186.

D. *Reliquarum* pretium ipſa hac περιτομία auxit. Miraculum in Eccleſ. Colonienſ. ad reliquias trium Magorum ex *Krantz. Βζον.* an. Ch. 1434. S. 57. ita exhibet: *Cecidit lapis in Eccleſia Colonienſi inſignis magnitudinis, vento dejectus per duplicem actus teſtudinem, locóque ſan-*

ctarum ex tribus Magis reliquiarum incubuit. Sed tum divino, ut ferunt, miraculo ceſſit theca ad parietem, dedítque cadenti ſaxo locum. Virtutem columnæ Solomonis, Romam perlatæ, ἐπιγραφὴ ſequens oſtendit: *Hæc eſt illa columna, in quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus appodiatus, dum populo prædicabat, & Deo Patri preces in templo effundebat, adhærendo ſtabat: quæ, una cum aliis undecim circumſtantibus de Solomonis templo in triumphum hujus Baſilicæ, locata fuit; Dæmones expellit, & ab immundis ſpiritibus vexatos liberos reddit, & multa miracula quotidie facit: per Reverendiſſimum Patrem & Dominum Cardinalem de Urſinis ornata; a.D.1438.* Reliquiis S. Sebaſtiani aquis ſuffocati vitæ redduntur; *Bzov.*an, Ch.1444. S.106. Corpora Apoſtolorum Andreæ & Matthæi an.Chr.1455. Mannam exſudâſſe, ſcribit *Id.* S.16. *Inter cæteras*, refert idem, an. Chr.1457. S.19. *complures ſacras, venerandáſque reliquias habebant Equites Rhodiani unam ex ſacratiſſimæ coronæ ſpinis, quæ annis ſingulis, Veneris ſancto die, quem Paraſcevem dicimus, floreſcere conſueverat. Aperiebat ſuos flores ab aurora, ac ſeſe floridiſſimam, cunctíſque*

que

que ſuis floribus patentibus oſtendebat, uſque ad horam ejus diei nonam, quo temporis puncto Salvator noſter expiravit. Aliquot annis deſierat floreſcere; hominum fortaſſe hujus nequiſſimi ac nimium corrupti ſeculi peccatis id exigentibus. Refloruiſſe tamen ait a. C. 1457. De translatione, & miraculis capitis Andreæ Apoſtoli, à Pio II. Romam vecti prolixus idem eſt, a. Chr. 1462. S. 10. Brugis in Flandria ſanguinem Dominicum religiosè aſſervatum, ejusq; invocatione puerum à mortuis ſuſcitatum ſcribunt, *Mejer.* annal. Fland. l. 17. *Bzov.* a. Ch. 1470. S. 10. Miraculis reliquias B. Etheldradæ, Elienſis Thomæ Cantuarienſis, & Iohannis Bridlingtonienſis coruſcaſſe in VViclefiſtarum confuſionem, thraſonicè jactat *Bzov.* an. Chr. 1414. S. 13. Quam virtutem crucis ſigno, herbis benedictis, ſali exorcizato tribuant, ex Mall. malefic. probatu facile eſſet. Vide p. 2. q. 1.

III. *Monachi* cumprimis ſtrenuè ſuarum rerum ſatagentes, & exercitati fabulæ Papalis choragi, hàc τερατώδους θεολογίας Methodo compendiosè poterant uti. Vnde omnia apud eos micarêt, ſi ſublesta fide non pridem ſcriptis ſuis abjudicaſſent authoritatem, miraculis. Primipili ſunt 1. *Vincentius Ferrarienſis* Dominicanus, & *Bonifacius Carthuſianus*, de quibus ſupra. 2. *Petrus Confluentinus*, Baſileæ Dominicanum ordinem profeſſus. Miraculorum operatione illuſtris vocatur à *Bzov.* an. Ch. 1432. S. 171. eidem amuletum tribuit contra libidinis æſtum à

S.Vrſula, duabus comitata virginibus,ſuppeditatum. 3. *Lyduina* Schiedamenſis,de cujus vita & miraculis idem fusè agit an.Ch.1433.S.287.& deinc. Vt & cinerum aſperſio ſuam divinitus haberet authoritatem, & Paradiſus terreſtris innoteſceret, Lyduinæ utriusque fides fieri debuit; *Id.*S.290.ubi tradit, ei, die Cinerum, tardante ſacerdote, cineres ab Angelo datos; partemque ligni ex Paradiſo terreſtri allatam, in terrorem & ſupplicium Dæmonum. 4. *Franciſca Romana*, quæ & panes multiplicâſſe, & uvas in Ianuario produxiſſe, & ſecreta cordium cognoviſſe, & plurimos infirmos ſanâſſe dicitur; Id.a.Ch.1440, S.196. 5. *Bernhardinus* Senenſis: Id a.Ch.1444.S.22.& 1450.S.13. 6 *Coleta*, Clariſſarum ordinis Reformatrix, *Id.*1447. S. 14.& deinc. 7. *Rita Caßia*, an. Chr. 1450.S.22. 8. *Stephanus Bandellus*, de quo idem S.21. quòd ordinem Prædicatorum Placentiæ profeſſus Apoſtolum Paulum in dicendo & vivendo referens, miraculorum gratia polluerit. 9. An.Ch.1451. ſex Patres ordinis Servorum Beatæ Mariæ apud Montem Sanarium peſte ſublati, viſi ſunt per duas aureas ſcalas cœlitus demiſſas,cœlum aſcendere. Vnus ex eis Gabriel tantæ ſanctitatis fuit, ut aliquando ægrotus coturnicem diſſectam coctamque redintegraverit,redanimaveritque, quòd pœnituerit illum,gulæ aliquid concedere volentem, eam avem peremiſſe, S.39. 10. *Laurentius Juſtinianus*: de quo an.Ch.1453.S.44. 11. *Iacobus Picens* & *Capiſtranus*, hi,cùm Padum trajicere vellent,& à portitore pertinacifsimè repellerentur, qui interdicta à divo

dog.

dogmate pecunia carerent, quam pro naulo darent, in diffuſum ſuper undas pallium cum comitibus conſedere; & veluti quadam naufragii tabula in ripam alteram divina ope tutò translati ſunt. Id. 1456 S.5. Plura de Capiſtrano ſubjicit S.6. De Picente verò 1476 S.19. 12. *Antonius ad S. Germanū;* an. Chr. 1459. S.57. 13 quibus plures alios addit Thaumaturgos a Ch. 1471 S.36. quorum vix nomina, nedum res omnes geſtas comemorare licet. Et certè σκληραγωγία illa, quam quibusdam Monachis ſcriptores Pontificii vendicant ad miraculi opinionem penè accederet, ſi tam eſſet vera, quàm ſpecioſè traditur. Sed ne ipſi quidem emunctiorum narium Ariſtarchi Pontificii tetrum tot quisquiliarum odorem ferre poſſunt. Illos, quibus Fraternitates novitatis nomine ſuſpectæ erant, miraculoſè erudiendos, perſuadere ſatagit *Bzov.* an. Ch. 1411. S 7. ex *Nidero.*

Fuit hoc divino oraculo prædictum apoſtaſiæ ſpecimen, quo faſcinati hominum animi ſenſum penè amiſerunt & curam, ea emendandi, quorum non viderant deformitatem. Adime ſordido vultui ſpeculum, & quæ ei ſe purgandi ratio ſupereſt?

Profligata a. & de ponte præcipitata Scripturæ authoritate, alia mox ſuccedebant μορμολυκεῖα. Illi ad Pontificē, iſti ad Eccleſiam, hi ad conſuetudines, incertos controverſiarum judices nos relegabant. Vnde maxima iterum & periculoſiſsima ſolidæ reformationi mora fuit injecta. Dico igitur, intolerabile optimorum conatuum ſufflamen fuiſſe 1. *Pōte-*

ſtatem Pontificis αὐτοκρατορικὴν, qua, divinis & humanis inſultans legibus, pro arbitrio, omnia diſpoſuit. Atque hinc eſt multiplex illa in doctrina καινοτομία, quæ vel ſolo hoc nomine ἀνυπεύθυνος eſſe debuit, quòd Papę ſic placeret. Vnde axiomata illa a. *Divinæ voluntati repugnant, qui decreta Pontificum reſpuunt:* Bzov. an. Chr. 1433. p. 248. not. marignal. b. *Appellantes à ſententia Romani Pontificis anathemate innodandos, tanquam hæreſis fautores & læſæ Majeſtatis reos.* Bzov. an. Ch. 1460. S. 2. quos proinde Bulla compeſcere voluit Pius II. qui etiam, Cardinalis, pro authoritate ſummi Pontificis à Chriſto inſtituta Epiſtolam ſcripſit, Bzov. 1457. S. 8. & 10. p. 254. Indulgentiis quis obicem poſuiſſet, cùm theſauri Eccleſiaſtici nomenclaturam obtinuerint: Vnde & hic morbus ſua habuit incrementa non à Papa tantùm, ſed ab Anti-papiſtis Synodorum patronis. Bullam *Indulgentiarum* remiſſionis omnium peccatorũ ſemel in vita, & ſemel in morte, in favorem ſubſidii, pro reductione Græcorum, procurandi, à Concilio Baſileenſi ſcriptam habet Bzov. an. Chr. 1436. S. 19. quod quidem Eugenium graviter offendit, Concilium tamen authoritatem hanc ſibi non denegatam reſpondit; S. 20. Ipſe Pontifex, Sixtus IV. Indulgentias largitur, feſtum conceptionis Virginis celebrantibus; Bzov. Ch. 1476. S. 25. alias mox a. Ch. 1481. S. 2, Sacram militiam profeſsis. Sodalitati Roſarii an. Ch. 1478.

S. 13

S. 14. 1479. S.27. Innocentis VIII. Indulgentias Hoſpitali S. Sp. conceſſas confirmat. Alexander etiam VI.larga veniæ conceſsione beavit Baſilicam S. Crucis; *Id.*an.Chr.1496.S.21.Martinus V.Mediolanenſes; *Stell.* Nicolaus V. domum Lauretanam; *Bzov.*an.Chr.1450.S.5. Pius II a Ch.1464. S.16.Polonos an.Chr.1452.S.35. Quid verò hac ſua liberalitate obtinuerint,& quàm latam peccatoribus exorbitandi ſtraverint viam,ne ipſe quidem negare potuit Pontifex: vide Bullam Sixti IV.qua facultatem abſolvēdi à gravioribus delictis reſtringit,*Ib.*a.C.1478.S.19.De Indulgentijs Calixti III. Arelatenſi Eccleſiæ datis, vide an.Chr.1455 S.23. Largas cumprimis Indulgentias à Paulo II. ſis,qui ſequerentur cruciatam,conceſſas fuiſſe,ex *Fab.* habet *Calviſ.*a.Ch.1466.Quis ad Scripturæ eum carceres revocârit, cùm obtinuerit ubique ferè opinio, unum & ſolum Pontificem eſſe Controverſiarum judicem? Palpum obtruſerunt Chaldæi & Armeni quidam Pontifici apud *Bzov.*an.Chr.1471.p.671. de quo judicent alii. Hoc ſatis fuerit dixiſſe,immoderatis,vel impiis veriùs,ejusmodi elogiis ita Pontificiā extolli ſedē,ut Scripturæ authoritati decedat.

Quid eſt,quòd myſteria Chriſtianiſmi magis obſcuret,quàm *Iubila* illa Romana? Et tamen,quia à Pontificibus inſtituta, nemo facile contra hiſcere & Scripturam opponere fuit auſus. Vide Iubilæum Nicolai V.an.Chr.1450. qui ut multis interitum attulit; ita ab aliis ſcurriliter habitus fuit. Fridericus Ciliæ in Stiria Comes, rogatus, quid ſibi Roma profuiſſet in priſtinos mores relapſo,reſpon-

dit.: Et calceator meus ad conſuendas ocreas poſt viſam Romam rediit: *Bzov*.a.cit. S.2.Pauli II. 1470. Sixti IV.an.Ch.1473.S.12.*Bzov*.& 1474. S.15.& 1475 S.12.Alexandri VI an.Ch.1490 S 7.1500. S.1.ꝫ 49.14. quo ſucceſſu vel eventu,loco,ultimò citato,*Bzov*.prodidit. *Hoc anno*,inquit,*ſeculari, cum venia peccatorum innumeri mortales ex omnibus provinciis finitimi & longinqui,pietatis ſtudiis certantes, Romanam urbem plenam Majeſtate & Numine, religionis arcem, & veritatis Magiſtram inviſerent, morum licentia vigebat inter viros ſacratos, ut ſi qua in parte orbis maximé. Eam turpitudinem vindicare Deus viſus eſt Pontifice inter ſacra corporis Chriſti apoplexia tentato, & poſt paucos dies mirabili eventu caſtigato,cæteris territis exemplo, Apoſtolorum Petri & Pauli ſacro die, hora quarta poſt meridiem violentus turbo extitit imbris & grandinis,qualem non meminerant.Ventorum vehementi procella tubus vaporarius everſus ſupra cœnationem,cui à Pontificibus eſt nomen,ubi fortè tunc Pontifex agebat familiari ſermone tempus fallens.Supra eam cœnationem Valentini domicilium erat. Procidentis tubi* pon-

pondus tabulatum primum traxit, atque è tribus Florentinis civibus, qui expectabant, dum à Valentino debita pecuniæ ſumma redderetur, ſecundo tabulato confracto, dum ad pedes Pontificis exanimatos, & occiſos projecit, tertium quoque ſpirantem, ſed gravi vulnere ſaucium. Multi tum lateres, tum tabulæ ne Pontificis caput comminuerent, ſuperſtantis umbellæ tegmine factum eſt. Eadem involuto capite ne pulvere ſuffocaretur, valuit. Accurrunt aulici, exanimatum Pontificem inter rudera repertum capite & manu graviter ſauciatis expiranti ſimilem, nec ſatis compotem mentis in ſtrato componunt. Capuæ Cardinalis, & quidam alius, qui ſoli erant cum Pontifice, ſub feneſtrarum abſidibus & receſſibus vitam ſervârunt. Multi apud populum conjectandi ſuperſtitioni ad inſaniam deditum. Romæ præſertim, rumores ſunt ſparſi. Variæ ſignificationes & prodigia captata lingua procaci. Nempe, qui nugis his, ut ne quid gravius dicam, iratum viderunt Numen, conjectandi ſtudio faſcinati habendi ſunt! Deſinant ex ſucceſsibus de religionis judicare veritate. Hæc de Iubileis obiter tantùm, hanc enim alibi prolixius excuſsimus

materiam. Quibus Romam meare vel non licuit, vel non placuit, illis domi hæ merces proſtabant. Hedera ubique ſuſpendebatur. Alexander VI. an. Ch. 1500. & ſequenti per Legatos ſuos in Germaniam atque alias provincias remotas diplomata cum ampliſsimis Iubilæi Indulgentiis miſit, easque paſsim vendidit. *Volat. Buch.* A. Ch. 1452. Papa Indulgentias in Flandria vendidit boc prætextu ut pecunia in bellum Turcicum colligeretur, quam tamen inſumſit in oppugnandis Mediolanenſibus, & Alphonſo etiam, *Annal. Fland. calv.* Hanc ſæpe gratiam Helvetiis fecerunt Pontifices, præſertim Sixtus IV. De Tigurinis diximus P.III. ὀδηγ. p. 408. De Bernenſibus *Theobaldus Schillingus* in Chronicis Mſc. refert, ab an. Chr. 1476. ad 1484. à Sixto IV. & Innocentio VIII. ſepties eos hoc beneficium obtinuiſſe. Magnâ confluebant undique frequentiâ, remiſsionem pœnæ accepturi Audiendis delinquentium peccatis vix 80. quotidie ſufficiebant. Multis ſpe deluſis, & peccatorum ſaburra non exoneratis, domû fuit redeundum. Publicæ pœnitentiæ ſpecimina ubiq; obvia. Alibi 4000. alibi 1200. alibi 900. viſi, qui veſtibus ſpoliati ſuum teſtati ſint in peccata odium. Irrogatæ mulctæ, ſive præſenti exhibitæ pecunia, ſive manuum labore expiatæ, ſplendidæ S. Vincentii ſtructuræ impendebantur. Polluit apud Pontificem authoritate magna Doctor Thuringus Frik, qui primum impetravit Iubilæum: Cæteros ſolertiæ Burkhardi Stoer, Præpoſiti Anſeltingenſis, & Protonotarii Apoſtolici, acceptos tulerunt. Anno 1479. Sixtus IV. ad quinquennium

In-

Indulgentiarum Bernenſibus conceſſarum extendit valorem. Fatetur tamen, magno pretio hæc redimẽda fuiſſe privilegia. Inter reliqua munera Pontifex à Præpoſito ὡχολόγιον accepit Caroli Burgundi, nuper tum ab Helvetiis cæſi, adeò affrabrè factũ, ut ſatis æſtimari non potuerit. Gratum Papæ fuiſſe hoc ſpolium, literis teſtatus fuit luculentis. Vnde largius ſua, & Burkhardo, & aliis Helvetiis, quos inter Tigurinos numerat, contulit diplomata. Sed inconſtans fuit, & interrupta mox Pontificis gratia. Cùm enim a. Ch. 1481. Papa prætenderet, milites Rhodios, periculis undiq; circumſeptos auxilium implorare, Indulgentiis illud eliciendum fuit: quod ut faciliùs emungeretur, Papali authoritate omnes præcedentium annorum bullæ fuerunt abolitæ. Pecuniis tum, ut ſcribit Schillingus, Equites Rhodii Indulgentias vendiderunt pro culpa & pœna. Magnis præconiis ſolennitates illas ornat, nec tamen diffitetur, jam tum fuiſſe non paucos qui fraudem fuerint ſubodorati. Commemorat enim an. Ch. 1478. Bullam Pontificiam à Doctore Iohanne von Stein/ lucem accepiſſe, quòd obſcura eſſet, nec à Clero, nec Laicis intellecta, varios proinde ſermones, quos vocat *inutiles*, quotidie fuiſſe ſparſos. Quo quid aliud vult, quàm fumos iſtos ſemper iis, qui ἔξοχοι erant ἄλλων, diſplicuiſſe? Quis *feſtorum* & dedicationum ſanctis defunctis, aut DEO panaceo inſtitutarum tergiverſari ſuſtinuiſſet celebrationem? cum Pontificum auctoritate munita fuerit. Præivit ipſe Pius II. *qui*, ut loquitur

tur *Bzov*.an.Ch.1462.S.21. *ſumma cum pompa diem corporis Chriſti coluit.* Rem geſtam inſererem niſi prolixitas terreret. *Sixtus IV.* teſte *Stella*, *multa officia nova & inſtitutiones feſtivitatum veteribus addidit. Et multorum ſanctorum feſta, videlicet Seraphici Franciſci, Conceptionis & Præſentationis glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, ſanctæ Annæ, matri ejusdem, ſanctiſſimique Joſephi, Sponſi ejus celebrari juſſit.* Cui in mentem facilè venerit Papaliſtæ mutatio conſuetudinis invocandi Canonizatos, cùm eorum in dies creverit numerus? Detulit hunc honorem Catharinæ de Senis Pius II. *Stell. Bal.*p.600. *Bzov.*an Chr.1461.S.11. Eundem Philippus Dux Burgundiæ Petro Luzelburgenſi procuravit apud Fatres Baſileenſes; *Bzov.* a.Ch.1436. S.59. Idem Annal.ſuis inſeruit Bullam Canonizationis Vincentii an.Chr.1419.S.5. confer 1455. S.12. Nicolaum de Tolentino ordinis Eremitarum Nicol.V. catalogo Sanctorum aſcripſit, *Bal.*598. *Naucl.*Gen.49.p.282. *Bzov.*an.Ch.1446.S.6 Quibus accedunt Franciſca Romana Oblata, ordinis S. Benedicti Congregationis montis Oliveti; Id. 1440.S.106. Bernardinus Senenſis 1444 S.92.& 1450.S.13. Antoninus, Archiepiſcopus Florentinus, an.Chr.1459 S.55 præſertim p.309. Didacus Hiſpanus a.Ch 1463 S 63.p.478. Ludovicus Bertrandus a.Ch.1466.S.14 Bonaventura Franciſcanus a.Ch.1482.S.7. Compendium hujus catalogi re-

recenſet *Bal.* p. 598. Leopoldus, *Naucl.* Gen. p. 298. a. Integram quis auſus fuiſſet expectare Cœnæ Dominicæ participationem, cùm poteſtatem ſibi arrogârit Pontifex cum Synodo Conſtantienſi, id abrogandi, quod à Chriſto fidelibus traditum, & à primitiva Eccleſia conſtanter obſervatum fuit: Nec ſatis fuit plebi hoc privilegium abjudicâſſe, Clerus etiam utramque ei ſpeciem communicans, anathemate caſtigatur; Concil. Conſtan. Seſſ. 13. Quid faſtuoſius deſignare potuiſſet, quàm ibidē definire, *Licèt Chriſtus ſuis diſcipulis adminiſtraverit ſub utraque ſpecie panis & vini hoc venerabile Sacramentum, & quod licèt* (ut quidam legunt, monente *Bzov.* quam etiam lectionem ſequitur *Barth. Carran.* ſumm. Concil p. 439.) *in primitiva Eccleſia hujusmodi Sacramentum reciperetur à fidelibus ſub utraque ſpecie, tamen hac conſuetudo ad evitandum aliqua pericula & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quòd à conficientibus ſub utraque ſpecie & à Laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur.* Magna temeritas! Nec Chriſti inſtitutione, nec primitivæ Eccleſiæ exemplo moveri poſſunt glebæ αὐτοκεχειροτονικῆς aſcriptitii, ut Bohemis, errorem reprehendentibus, ſatisfacerent. Maluerunt innoxium ubique fundi ſanguinem, quàm à decreto, palàm impio, latum recedere unguem. Sed pericula obſtant & ſcandala,

quæ

quæ veterum veſtigia premere eos non ſiverunt? Frigida & frivola prorſus excuſatio. Ergóne Chriſtum Corporis ſui & Sanguinis myſterium periculis expoſuiſſe credamus? ut niſi Pontificum, ſequioribus ſeculis, cura acceſsiſſet & cautio, omnis ejus periiſſet reverentia. Quæ verò tandem ſcandala & pericula? Patres Baſileenſis Concilii rem acu tangunt. *Cùm in calice*, inquiunt, *ſit ſub ſpecie liquida, multa poſſunt contingere, quæ cederent in irreverentiam ipſius Sacramenti ſacratiſſimi, tam ex parte miniſtrantis, quàm ex parte ſuſcipientis, quàm etiam ex parte ſpeciei vini, quæ eſt magis ad alterationem ſuſcipiendam diſpoſita, quàm ſpecies panis. Vos qui practicâſtis, per experientiam nôſtis. Nam Doctores de hoc multa dicunt, & nobis à fide dignis multa relata ſunt; quæ cùm audivimus exhorruerunt pili corporum noſtrorum, & animi noſtri nimio terrore concuſſi ſunt. Dictum eſt nobis, accidiſſe, quod cùm ſacerdos ad infirmum, Sacramentum, ſub duplice ſpecie, detuliſſet, quando infirmo voluit de calice miniſtrare, nihil ibi reperit; totum enim, dum per viam agitando veniret, deſtillaverat. Et alibi, cùm manè die Dominica miniſtraretur, quod ex*

præ-

præcedenti die fuerat reſervatum, talis alteratio facta erat, ut qui ſuſcipiebat, ferre non valens emiſerit. Heu caſus horrendi, & non ſine magna cordis amaritudine referendi! Præter hæc multa alia nobis indigna relata ſunt; & quisque volens prudenter advertere poterit, quanta poſſint accidere, cogitare. At verò quàm ſint hæc gravia ex Decreti ſententia poteritis intelligere, de Conſec. Diſt. 11. Si per negligentiam aliquid de ſanguine ſtillaverit in terram, lingua lambatur, tabula radatur. Si non fuerit tabula, ut non conculcetur ſanguis, locus radatur, & igne conſumatur, & cinis in altari recondatur, & ſacerdos 40. diebus pœniteat. Si ſuper lintum altaris, & ad aliud ſtilla pervenerit: quatuor diebus pœniteat. Si usque ad tertium, octo diebus pœniteat. Si usque ad quartum, viginti diebus pœniteat; & linteamina, quæ ſtilla tetigerit, tribus vicibus miniſter abluat, calice ſubterpoſito, & aqua ablutionis ſumatur, & juxta altare collocetur. Præterea audivimus ſæpe contingere, quòd Sacramentum in calice non ſufficit multitudini Communicantium; & tunc

tunc ſit noviter conſecratio calicis tantùm & à Presbytero non communicante, quod eſt à ſanctorum Patrum doctrina plurimùm alienum. Et etiam dicitur, quod aliqui interdum, vinum non conſecratum pro conſecrato miniſtrant, quod maximum ſacrilegium eſt; Bzov. an. Chr. 1433. S. 80. Extat apud eundem S. 99. oratio *Iohannis de Raguſio*, Prædicatorum Procuratoris Generalis, qui ad articul. Bohemorum de Communione ſub utraque ſpecie per octo dies in Concilio Baſil. reſpondit, ubi magna Scholaſticorum caterva in aciem producta poculi diſtributionem arietat, periculo effuſionis & erroris ne ſcil. populus crederet Chriſtum non eſſe tum ſub utraque ſpecie, potiſsimùm objecto: S. 145. & 148. *Primum*, inquit, *motivum, cur Eccleſia Catholica hunc ritum introduxerit, eſt, ut evitetur periculum deſtillationis & effuſionis ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem tractare eſt valde periculoſum propter ſpecierum naturalem fluxibilitatem, quæ poſſent effundi de facili, præſertim cum multitudine frequenter fit preſſura, & multi ſæpe ad communionem veniunt homines tremuli, barbati, infirmi & parvuli, circa quorum Sacramenti ſumtionē mul-*

ta

ta poſſent & gravia pericula imminere, &c. Mirum eſt, nec Chriſtum, nec Apoſtolos de his cogitâſſe! Sed ſubtilibus hæc Magiſtris reſervanda erant, & ætati Scholaſticis παραλογισμοῖς addictæ. Nonne verò hoc fuerit, puerorum more, ludere datatim? Iamne demum vinum liquidum eſſe cœpit, effuſionisve periculo obnoxium? Aut num lege imberbes eſſe debebant, qui in primitiva Eccleſia poculi participes, inſtitutionem ſequebantur Chriſti, ne quid fortè barbæ adhæreret? Superſtitio errorem peperit, error impietatem. Veterum enim ἀκυρολογίαι Transſubſtantiationis extruſerunt monſtrum, quo edito tandem, *firmiſſimè creditum fuit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri.* *Conc. Conſtant.* Seſs. 13. & *Ioh. de Raguſ.* apud *Bzov.* a. Ch. 1433. g. 133. Vnde communio ſub utraque ſpecie apud eos, qui ita ſentiebant, concidit. Eadem ratio in reliquis obtinet mendis. Quis Pontifici vellicârit aurem, ut Simoniacos curia ſua abigeret, Eccleſia expelleret, cùm nihil uſpiam in regno Papiſtico extiterit, quod pretio non venderetur? *Nummo Pontifex addixit* 1. *remiſsionem peccatorum.* Teſtes ſunt anni Iubilæi hoc ſeculo habiti. Vide *Anal.* P. 1. p. 168. 2. Eodem *copiam fecit diebus prohibitis veſcendi lacticiniis. Anno 1448. Johannes de VVeſternach, Præpo-*

V

ſitus,& Anteceſſor meus Eccleſiæ Collegiatæ S.Crucis in Stutgarten Conſtant. Diœceſis juſſu illuſtrium fratrum Ludovici & Udal-nici Comitum VVirtenbergæ & Montiſpeli-gardi impetravit privilegium à Nicolao V. quòd ipſi Comites ac ſubditi liberè,tempore quadrageſimali uti poſſint lacticiniis, durante carentia olivarum ac piſcium. Hoc privilegium M. Johannes Spenlin Medicinæ & Theologiæ Doctor, & Præpoſitus in Herrenberg impugnavit,aſſerens malè fuiſſe narratum. Tandem examinatum eſt negotium ab Epiſcopo loci, & admiſſum eſt privilegium. Naucl. Gen.49.pag.283.b. Quis per febrim cogitare auſus fuerit de revocando Pontifice ad officii orbitam? Imperatoribus eum, quocunque modo, cum πάσῃ ψυχῇ ὑποτάσσεσθαι jusſeris? At ferro flammaque ſibi utrumq; gladium rapuit. Quo loco Imperii caput haberet Eugenius IV. probavit ipſo coronationis feſto, *quo Sigiſmundus ſtapedem tenuit ac frænum equi, donec Pontifex aſcendiſſet, atque à gradibus Baſilicæ per aliquod intervallum ſtratoris officio functus, Pontificis equum ipſe duxerit:* Bzov. an Chr.1433.S.11. Ne reliquus clerus Deo daret,quæ Dei ſunt,& Cæſari,quæ Cæſaris,

ſaris, pro immunitate & libertate Eccleſiaſtica crebrô dimicavit. Vnde Encomium Pauli II. *quòd libertatem Eccleſiæ vindicârit*; *Bzov*. an. Ch. 1465. S. 19. Decretum Concilii Baſil. pro iis habetur in *Faſc. temp*. p. 88. Conſtantienſis, in *Bzov*. a. Ch. 1425. S. 5. Sanctionem Martini contra trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad forum temporale a. Chr. 1428. S. 23. Ejusdem argumenti decretum eſt Alphonſi: 1429. S. 55. 56. Nec frigidiores in hoc certamine deprehenduntur ejus ſuccenturiati. De Haquino, Archiepiſcopo Vpſalienſi conſulatur *Bzov*. an. Ch. 1431. S. 59. Tota Theologorum Baſileenſium cohors id maximo ſtudio egit, ut contra Bohemos defenderet, *licere Prælatis Eccleſiaſticis actus ſecularis dominii in propria perſona exercere*: *id*. a Ch. 1433. S. 81. Quis tam magno fuerit animo & excelſo, ut eum, qui œcumenicus orbis Epiſcopus audire voluit, vel ſuæ Eccleſiæ curam habere juberet? Nempe uſu longo didicerunt, quidvis Papam malle, quàm præconiare verbum. Prætextu curæ œcumenicæ facilè aliis perſuaſit, non ſuum eſſe vel Evangelii annuntiatione, vel Sacramentorum adminiſtratione munus paſtorale obire. Ad alia ſe natum & factum. Qui Concilio Papâ parere docuit, quibus ſe gnathonum ejus clamoribus expoſuit? Vide orat. Arch. Tarent. apud *Bzov*. a Ch. 1432. S 64 & 65. Reliqui etiam Epiſcopi & Prælati adeò ſui obliti erant officii, ut inter cæteras Bohemorum querelas, Baſileenſibus propoſitas, non poſtrema fuerit (vide orat. *Hen*.

Kalteiſen cont. Boh. de libera verbi Præd. apud *Bzov.* a.C.1433.S.299.) de negligentia Sacerdotũ & Prælatorũ. Vnde ad axioma eorum: *Non ſolùm Sacerdotes minores, ſed & Prælati majores tenentur verbum Dei fideliter annuntiare*: Ita reſpondit Kalteiſen. *Quòd Prælati & Presbyteri teneantur per ſe vel per alios verbum Dei fideliter annuntiare; non tamen ita teneantur prædicare, quia in caſibus ſex vel ſeptem ad minus poſſint ſupportari. Pro quo notandum, quòd in quinq; caſibus Prælati majores poſſunt licitè omittere prædicationem verbi Dei & per alios ſupplere. Primus eſt, ſi ſit impedita lingua. 2. Si neſcit linguam populi plenè. 3. Si ſit infirmus vel nimis ſenex. 4. Si ad concordandum diſcordes laborat. 5. Qunado pauperibus ſuis oppreſſis tenetur ſubvenire. 6. Si Epiſcopus inſiſtit S.Sc. ſtudio ſeu expoſitioni, ut ex S. Thoma conſtat, quia tunc proficit pluribus, & Prædicatores docet aliis prædicare, dicit enim in Quodlibetis; quod licèt in caſu neceſſitatis ſalubris ſit Epiſcopis & Doctoribus, relictis propriis officiis ſaluti animarum particularium intendere, ſed tamen ſimplici-*

citer magis eſt utile & meritorium S.Theologiæ ſtudio inſiſtere, & circa doctrinas popularium non intendere. Eſt, fateor una & altera ratio,quæ tueri fortè poſsit Epiſcopos & Sacerdotes,verbi Miniſterio non vacantes,ut morbus &c.Sed de his,dubio procul,à Bohemis lis non fuit mota. Querendi luculentam anſam habebant in ſeculi perverſa conſuetudine,quâ factum,ut Epiſcopi & Prælati,munere Eccleſiaſtico valere juſſo, Regum & Principum more imperitarent, abdomini inſervirent,arma tractarent, venationibus indulgerent, (quod publicè *Ioh.de Polemar.* in Concilio Baſil.defendit: *Bzov*.a.Ch.1433.S.338.) nihilque adeò minùs,quàm Miniſtrorum Ieſu Chriſti, provinciam ſuſciperent. Sed ne ſic quidem ſatis dextrè Kalteiſenius otioſorum Præſulum cauſam egit. Quid ineptius eſt,quàm populo præficere Epiſcopum,cujus non calleat linguam? Pauperum cura Verbi præconio non debet afferre moram. Illi etiam qui Scripturę explicationi,adeóq; Theoricæ vacant Theologiæ,cur aliis laboribus,ubi impares fuerint, obruantur? Qui Eccleſiis præſunt, Scholaſtico onere,cum Miniſterii diſpendio, non ſunt onerandi; ſicut nec his curis Eccleſiaſticis,ni urgeat neceſsitas,aut Miniſtrorum premat inopia, fatigandi. Diſtincta hæc pridem fuerunt munera. *Inter Paſtores & Doctores hoc diſcriminis eſſe puto,* ſcribit *Calvin.* Inſtit.l.IV.c.3 S.4. *quòd Doctores nec diſciplinæ,nec Sacramentorum*

adminiſtrationi, nec monitionibus aut exhortationibus præſunt, ſed Scripturæ tantùm Interpretationi. Doctores cum Prophetis, Paſtores cum Apoſtolis ſimilitudinem habent. Sed ſatis de his.

III. Illi tertio loco in ſcenam prodeant, qui & ipſi quidem Papæ poteſtatem ſuis circumvallârunt limitibus: *Eccleſiæ tamen & Conciliis* (horum enim & Eccleſiæ, inquiunt, eadem videtur eſſe poteſtas: *Bzov.* a. Ch. 1432. S. 81. confer a. Ch. 1433. S. 308.) *in Scripturam Imperium concedunt & dominium.* Schemate hoc prorſus inſolito Eccleſiam ſuperbientem ita introducit *Julianus Cardinalis* apud *Bzov.* an. Ch. 1433. S. 97. coll. cum S. 91. *In omni controverſia ſedanda primum quæritur judex peritus & qui non ſit acceptor perſonarum. Nam ſine judice litigantes inter ſe convenire rarò conſueverunt. Ecce hujusmodi verbis demonſtro judicem. Ipſa ego ſum ſancta Dei Eccleſia, mater veſtra. Compromittite in me: Eligite me judicem & arbitram. De ſapientia mea cur relinquitur dubitandi locus, cùm Spiritus Sanctus omnem me doceat veritatem? Si Evangelia & omnis ſacra Scriptura à me fidei authoritatem ſuſceperunt* (NB. Ohe, quantum mutata ab illa! Non hoc

ve-

vetus Eccleſia ſtylo turgebat) *ſi nihil Catholicum dici poteſt, quod per me non fuerit approbatum: ſi omnes Doctores & Magiſtri ſuas ſententias meo ſemper judicio ſubmiſerunt, dicentes:* Non crederemus (quod ſoli excidit [illegible]guſtino, ſenſu longè diverſo, vide *Anal.* P. 1. p. 375. univerſo Doctorum tribuitur gregi) Evangelio, niſi Eccleſiæ Catholicæ authoritas nos commoveret, *quis de cætero ambigat, an cujuslibet controverſiæ definiendæ competens ego judex ſim.* S. 110. ſcribit, *univerſaliſſimum fidei principium & primum eſſe, Eccleſiam Catholicam credere, à Spiritu Sancto dirigi & gubernari, ac per hoc non poſſe errare in his quæ neceſſitatis ſunt ad ſalutem.* Hanc fabulam egerunt Baſileenſes cæteri Patres, *Bzov.* an. Chr. 1432. S. 78. & deinceps, adeò audacter & γυμνῇ κεφαλῇ, ut *Aegidius Carlerius*, Decanus Eccleſiæ Cameracenſis, oratione de corrigendis peccatis publicis adverſus Bohemos habita, nihil non Eccleſię authoritate defenderit. *Ut autem*, inquit, *intentionem proponentis omnino evacuem, oſtendo, quod eſto, quod in Lege Dei, hoc eſt, in Scriptura Veteris & Novi Teſtamenti, non poſſet reperiri, fundata auctoritas ſpecialis & expreſſa, ad hujusmodi indulgen-*

tias diſtribuendas vel conferendas, ſufficeret ſola Eccleſiæ authoritas, quæ revera in Evangelica fundatur, patet Joh. 14. ubi Dominus dicit, Paraclitus autem Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quæcunque dixero vobis. *Et ne putetur hoc dictum ſolis Apoſtolis, ibi dicitur toti Eccleſiæ:* Ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum. *Unde oſtendo, quòd Eccleſia multa facere poteſt & fecit; & tamen non habetur ex Canone ſuper his ſpecialis & expreſſa authoritas.* Hac, quæſo, data hypotheſi, quid effingi potuiſſet vel ſuperſtitionis, vel κακυργίας, cui ex ſpecioſo Eccleſiæ privilegio ἀναμαρτησίας patrocinium non acceſſiſſet? *Neque enim,* ut idem dixit, *minor Eccleſiæ modernæ eſt authoritas, quàm primitivæ,* Bzov. an. Chr. 1433. S. 229. Quam ipſam pro Eccleſiæ authoritate & impeccantia cauſam agit Ioh. de Raguſio orat. cont Boh. S. 99.

IV. Tandem etiam *conſuetudo*, tyrannico præſcriptionis titulo, Scripturæ contemtum auxit. Quod longo multitudini placuit uſu, à nemine facilè, niſi quibus de meliori luto Deus præcordia finxit, vocabatur in dubium. Nec Papæ authoritas, quam in ipſo Papatu multi vili pendebant, nec ſubtiliores

Scho-

Scholaſticorum diſtinctiones, tantum apud non-
nullos potuerunt, homines præſertim ſimplices &
ἀκάκους quantum *conſuetudo*. Quam quidem con-
ſuetudini vim ipſa conceſſit Synodus Baſileenſis:
Non ſolùm, inquiunt, *Eccleſiæ decreta & ſen-
tentiæ authenticæ ſunt, ſed etiam ejus facta
& conſuetudines inſtar habent ſacrarum
Scripturarum. Sacræ enim Scripturæ &
conſuetudini Eccleſiæ, Patribus, & idem u-
trisque pietatis debetur affectus.* Bzov. an. Chr.
1432, S. 80. Hac *conſuetudine* defendunt Patres Ba-
ſil. communionem ſub una ſpecie, ut quæ trecentis
retro annis in uſu fuerit, & à Doctoribus citetur,
Id. 1433. S. 142. *Conſuetudo* reliquiarum cultui tan-
tem tribuit vim ἀμυντικὴν, ut & piratæ cona-
tuum ſuorum ſucceſſus ab iis ſibi promiſerint: *Id.*
1403. S. 22. *Conſuetudo* authoritatem conciliavit
Invocationi Sanctorum, cui ne illi quidem renun-
tiarunt, quibus aliâs parum ſatis Papæ placuerunt
decreta. *Conſuetudo* ſuperſtitioſas auxit peregrina-
tiones religioſas, renitente etiam Clero. *Avent.* l. 7.
p. 833. *Conſuetudine* factum, quò minùs ſanè & ſo-
briè doctrina de juſtificatione traderetur & tenere-
tur. Indulgentiæ (quibus quid impudentius con-
fingas?) ita altas in plerorumque cordibus ege-
runt radices, ut cùm nihil ſit, quod μυστηριωδέστατον
illum articulum magis obſcuret hoc uno tamen re-
migio ſe in cœlum ſubvehi poſſe crederent. Quid?
quòd pueriles & planè ridiculi exorciſmi ita longo

uſu invaluerunt, ut reptilia ad tribunal vocata, cauſam dicere juſſerint docti etiam, & Pontificiæ Simoniæ pertæſi in Helvetia viri: Id quod de *Thuringo Frik* paulò pôſt probabimus. Canoniſtæ etiam noſtri ſcriptis ejusmodi luſus probârunt. *Felix Malleolus*, tractat de Exorciſmis p.n.100. *Ad tertiam quæſtionem*; An videlicet benedictionibus aut maledictionibus ad rem inanimatam, & animalia bruta, uti valeamus: *ſic procedit. Cognito uno oppoſitorum cognoſcitur & reliquum. Nam quod Dominus & ejus electi benedixerint hominibus, nulli eſt dubium; & ſimiliter, quòd maledixerit hominibus, patet in Eva, & omnibus mulieribus cum dolore parturientibus, Geneſ 3. Item de brutis, patet in ſerpente; Ibidem. Et ad rem inanimatam maledictione uſus eſt, ut patet in ficulnea. Unde ſanctus Gulielmus Lauſanenſis Epiſcopus ab anguillis læſus maledixit, & exulavit, & relegavit omnes anguillas lacus magni Lauſanenſis, prout hodie ab iſto lacu, & ab omnibus fluminibus iſtum lacum intrantibus ſunt expulſæ, & conſequenter, pro nunc modernus Epiſcopus Lauſanenſis contra ſanguiſugas in diebus noſtris piſces majores, & præſertim Salmones*

nes mirabiliter inficientes, lethaliter quoque pungentes, & ad littus aquarum propellentes, exorciſmi, dictamina de ſacris Scripturis collecta dictari fecit, & per certa dierum interſtitia publicari, & ad effugandum & repellendum hujusmodi beſtiolas multipliciter profecit. Unde temporibus noſtris videtur compertum circa unum genus vermium multum nociferum; qui vulgariter dicuntur Inger/ *& habent certum nomen in Latino noſtro per Iſidor. Etymol. de bruchis & veſpis conſcriptum, &c. Nunc ad propoſitum audiamus, quid in Diœceſi Curienſi ſit peractum, ubi hæc animalia terribilia fecerunt damna. Nam incolæ iſtius terræ hæc animalia per tria edicta citari fecerunt ad judicium provinciale, & ſervatis propriè cunctis judicii terminis, & figuris, aſſignantes ipſis procuratores & advocatos, & ſolenniter contra eos procedentes, finaliter per judicem fuit ſententialiter concluſum. Ex quo fuerint Dei creaturæ, & pertinenter quæſierunt ſua alimenta, & ne ſuo defraudarentur cibo, ipſis unam regionem deſertam & nemoroſam conſtituit, quod*

occurrit in annalibus domeſticis. An. Chr. 1478. (quod *Theobaldus Schillingus* recitat, & poſt eum *Stettl.* l. 6. p. 218.) Drama inſtituit contra bruchos agrũ Bernenſem infeſtantes *Bernhardus Schmid*, Plebanus Bernenſis; ex inſtinctu Lauſanenſis Epiſcopi Benedicti Montisferratenſis, & Doctoris Frickii. Res ex Schillingo, Scriptore ἀνεκδότῳ, compendioſè ita habet: Enarrata pro concione calamitate non agro modò Bernenſi, ſed toti penè orbi illata per bruchos; animum Bernhardus Schmid Ampliſsimi Bernenſium Magiſtratus ſolicitudinis plenum expoſuit. Operæ proinde pretium ei viſum, ſi malo huic, conſilio Lauſanenſis Epiſcopi, medelam quæreret. In mandatis autem Epiſcopum dediſſe, ut bruchos illos, animalcula peſtilentiſsima ſolum vertere, & eas eligere ſedes juberet, ubi ſine noxa aut cujusquam incommodo morari poſſent. Quòd ſi alii ſecus videretur, & hanc proſcriptionem ratam habere nollet; Aventicum abiret, ſuæque exceptionis rationem vel Epiſcopo vel Vicario redderet. Atque his, ſi fortè qui bruchorum patrocinium eſſent ſuſcepturi, ſex dierum conceſsit interſtitium, quo præterlapſo, contra peſtes terræ ſit acturus. Publicis, ſigilloque munitis Epiſcopi literis hoc auditoribus ſuis innoteſcere voluit. Plebanus, addita declaratione, ſe, Epiſcopi mandatu, die Martis, poſt Bartholomæi feriam, celebratis Miſſæ ſacris, vermes & bruchos in Cœmiterium, præſentibus clericis quibusdam ad hoc ipſum deſtinatis, par obedientiam Eccleſiæ debitam, vocaturum, eosdemque ex agris, & pratis in teſqua inho-

hoſpita eliminaturum. Quod ſi tergiverſando moram injecerint, diem dictam, Lauſannæ coram Epiſcopo aut Vicario ejus proximè ad cauſæ memoratæ defenſionem obeundam; Sin, Epiſcopum ex præſcripto juris, execrationibus eos devoturum, & juſſa facere coacturum. Subjuncta deinde νουθεσία, qua peccatorum confeſsione ad ſolennem illum actum, per univerſum Epiſcopatum Lauſanenſem, parare eos voluit, ad citationis formulam pergit, quæ αὐτολεξεὶ ita habet: Du vnvernünfftige/ vnvollkom̃ne Creatur/mit nammen Jnger/vnd nenne dich darumb vnvollkommen/dann deines geſchlechts iſt nit geſeyn in der Arch Noe/in der zeit der vergifftung vnd plag des Waſſerguſſes. Nun haſt du mit deinem anhang groſſen ſchaden gethan im Erdtrich/vnd auff dem Erdtrich ein mercklichen abbruch zeitlicher nahrung der Menſchen vnd vnvernünfftigen thieren. Vnd von des nun/ ſömlicher vnd dergleichen / durch euch vnd euweren anhang nit mehr beſchäch / ſo hat mir mein gnädiger Herr vnd Biſchoff zu Loſann gebotten in ſeinem nammen/euch zeermanen/zeweichen und abzeſtahn. Vnd alſo von ſeiner gnaden gebotts wegen vnd auch in ſeinem nammen/als obſtaht/vnd bey krafft der heiligen hochgelobten Dreyfaltigkeit / vnd durch krafft vnd verdienen des Menſchen-geſchlechts Erlöſers/vnſers behalters Jeſu Chriſti/vnd bey krafft vnd gehorſamkeit der heiligen Kirchen gebieten

vnd

vnd ermannen ich euch in 6. den nächſten tagen zeweichen/ all vnd jegliche beſonders / auß allen Matten / Ackeren / Gärten / Feldern/ Weiden/ Bäumen/ Krüteren/ vnd von allen örteren/ an denen wachſend- vnd entſpringend nahrungen der Menſchen vnd der Thieren/ vnd an die ort vnd ſtätt euch fügend/ daß ihr mit ewerem anhang nimmer kein ſchaden vollbringen mögen an den früchten vnd nahrungen der Menſchen vnd Thieren/ heimlich noch offentlich. Were aber ſach/ daß ihr diſer ermannungen vnd gebott nit nachgiengend/ oder nachfolgeten / vnd meinten vrſach haben/ das nit zeerfüllen/ ſo ermannen ich euch als vor/ vnd laden vnd citieren euch bey krafft vnd gehorſamkeit der heiligen Kirchen am 6. tag nach diſer execution / ſo es eins ſchlecht/ nach mittem tag / gen Wiffliſpurg/ euch zu verantworten/ oder durch eweren Fürſprechen antwort zu geben/ vor meinem gnädigen Herren von Loſañ/ oder ſeinem Vicario vnd Statthaltern/ vnd wird drauff mein gnädiger Herr von Loſañ oder ſein Statthalter fürer/ nach ordnungen des rechten/ wider euch/ mit verflůchen vnd beſchweerungen / handlen / alß ſich dann in ſolchem gebürt/ nach form vnd geſtalt des rechten. Lieben Kind/ ich begären von ewerem jeglichen zu bätten mit andacht auff eweren knyen 3. Paternoſter, vnd Ave Maria, der hochen heiligen Drey-

Dreyfaltigkeit zu lob vnd ehr anzerüffen / vnd zebitten ihr gnad vnd hilff zeſenden / damit die Inger vertriben werdind. Operoſa verò hæc bruchorum execratio, quem ſortita fuit ſucceſſum? Nullum prorſus. Alß nun diß (fatetur author) aber durch den vorgenennten Leutprieſter verkündet vnd vollbracht iſt / hat man kein eigenſchafft vernommen / daß diſe verkündungen vnd verflüchungen ützit habend erſchoſſen; dann daß der allmächtig Gott / der vns allen ſein barmhertzigkeit wolle mittheilen / vns die plag vmb vnſer ſünden willen hat geben / damit wir gebeſſeret wurden. Scribit quidem *Stettlerus* l.c. Epiſcopum etiam ſententiam contra bruchos, ſed irrito planè eventu, dixiſſe. Formulam totam, imò actionem juridicam, ne Plebani unius hoc fuiſſe deliramentum exiſtimes, Epiſcopi inſerere placet. Daſelbſt verhöreten / inquit, auch die Geiſtlichen Vätter / die klagende vnd antwortende partheyen / damaligem ihrem gewohnten recht nach / deren terminos (wie das Original bezeuget) ſie ſehr fleiſſig vnd wol in obacht namen / vnd nach erdawrung aller gründen / vnd fleiſſiger erwegung der vmbſtänden / fellete bemeldter Biſchoff ein vrtheil formaliter, vnder anderen worten / die nachgeſetzte in ſich begreiffende: Vnd darauff ſo haben wir in diſer ſach geurtheilt / auß raht der Schrifftgelehrten / vnd erkennen alſo in diſer Schrifft / daß die berüffungen

gen wider die ſchandtlichen Würm vnd Inger/ die dann den Kräuteren / Wunen / Weiden/ Korn/vnd anderen dingen/gantz ſchädlich ſind/ kräfftig ſey/vnd daß ſie beſchweert werden in die perſon Johannis Perroderi, (ſo von Freyburg gebürtig/vnd etwan ein tröler vnd loſer bub geweſen / aber allbereit geſtorben) ihres beſchirmers:vnd demnach ſo gravieren vñ beladen wir/ vnd gebieten ihnen vnd verflůchen ſie durch den Vatter/ den Sohn/vnd den heiligen Geiſt/daß ſie von allen Feldern/Erdrichen/Sennen/ vnd Frůchten kehren ſöllen/ohne allen auffzug/vnd alſo in krafft ſolcher vrtheil/ſo erklären ich euch bännig vnd beſchwert / vnd außwürckung des allmächtigen Gottes/ſo ſollen ihr verflůcht heiſſen/vnd wo ihr immer kehren täglich abnemmen/ alſo daß von euch gantz nichts vberbleibe / alß allein zu nutz menſchlicher nohtdurfft. Ita pro Imperio Epiſcopus: Bruchi verò naturæ inſtinctu commoda uſi ſede,locum mutare nolebant.

Conſuetudo deniq. (quis enim Augiæ hæ ſtabulum expurget,& incommoda Eccleſiæ ex recepto uſu illata recenſeat omnia?) Pontificis tyrannide,& miraculorum fulcris ſuſtentata, tantá Deo panaceo conciliabat authoritaté,ut melioribus pleriq; cogitationibus ne quidem locum darent. In quas ſæpe Eccleſiæ conjectæ fuerunt anguſtias,ſi (tanta nonnunquam Sacerdotum fuit avaritia & audacia) κυβώπια illa,corporis Chriſti,ut credebant,repo-

ſitoria è templis fuerunt furto ſublata? Exemplum, quod & ipſum domeſticum eſt, ad an. Chr. 1465. commemorat *Theobald.Schilling* & *Bened.Tſchachtlan*, uterque Bernenſis Hiſtoricus. Referunt, Sacramentum, quod vocant, ex Baſilico templo cum pretioſiſsima Hierotheca, quam, *Bruſchio* teſte, Sacerdotum vulgus, *portatilem* vocat *Sacramenti loculum*, fuiſſe ablatum: quo ſacrilegio Senatus populusque Bernenſis territus, per omnia ſuos mittebat legatos compita, inquiſitum, an fortè ſe alicubi audaciſsimus homo proderet. Nec hac curâ negotium ſtetit. Qui, ex utroque ordine viri, ullo modo erant ſuſpecti, in carceres rapiebantur. Tandem Sacrificulus morti vicinus, crimen fatetur, quod poſt obitum demum ejus, per alios Sacrificulos, proceribus innotuit. Addunt autem iidem authores, Bernenſium Rempublicam & Eccleſiam magno propterea mœrore & angore affectam variis Numinis placandi iniiſſe rationes, leges ferendo ſumtuarias, à quarum rigore ne quidem nobilitas eximi poterat. Tanta erat religio, quæ, pro ſeculi conſuetudine, pani illi numulario, cujus ne quidem uſus extra Sacramentum eſſe poteſt ſacer; deferebatur. Et ſanè, quî potuiſſent alio eſſe animo? Credeter enim, non panem, non hoſtiam; ſed verum, naturale, Eſſentiale corpus Chriſti conopeo includi, quam non excitet devotionem, aut pro ejus cura conſervationem? Quotusquisque fuerit, vel leviter opinione iſta imbutus, qui hujus libenter theſauri fecerit jacturam? Hinc magna illa ſolicitudo, quæ ma-

majores noſtri, ne ἄθεοι viderentur, aut, quo dicterio ante Reformationem onerabantur, *Turcæ* in bellis etiam huic Sacramento, & vaſis ei deſtinatis caverunt Calicem miles ablatum morte luit, *Stettler*. p. 228. *Burkhardus* quidam *Kochenrubli*, Sacrificulus, quàm anxios reddiderit Majores noſtros, vel ex ejus proceſſu Inquiſitorio patet. Habeo rem geſtam, inter reliqua monumenta Helvetica, his verbis conceptam: Nachgang vmb das Sacrament/ſo Herr Burckhart Kochenrübli zu Rüliſſingen auß der Kirchen tragen hat.

Oßwald Schmid / Vogt zu Greiffenſee/ꝛc. Alß ſie jetz im feld gelegen vnd gen Rüliſſingen kommen ſeyen / vnd daſſelb Dorff angezündet haben/ begegnete ihme Herr Kochenrübli / vnd truge das Sacrament/ ſo er dann in demſelbigen Kilchli zu Rüliſſingen genommen hette. Da fragte er / genenter Vogt / Herr Burckharten/ wohin er mit dem Sacrament wolte? Antwortet er ihm. Er wolte es gen Singen in die Kilchen tragen/ vnd alß er dem Prieſter nit zum beſten trawte/ redte er mit ihme/ daß er lugte/ daß das Sacrament gen Singen käme. Demnach verſtünde er/ Herr Burckhart hette das Sacrament gen Stußlingen in ein ſtuben treit/ vnd das da auff den tiſch vnder vil geſellen geſtellt. Dieſelben nun mit ihme auch geredt hetten / er ſolte das Sacrament hinweg/ vnd dahin es dañ gehörte/ thun; das hette er am erſten nit wollen

thun/ doch ſo hetten die geſellen dermaſſen mit ihme geredt / daß er es hinweg truge: aber er wüſſe nit/ob er das Sacrament in die Kirchen habe tragt oder nit ald wo er mit ihme kommen ſey. Weiter ſeit er/daß der tochtermañ ein tůch in das tånn bracht habe/da redte man/ daß es ein voraltar tůch were/ daſſelbe tůch hab demnach der tochtermann verkaufft/vnd das vmb 4.gulden geben/vnd ein halb måß ſaltz darmit.

Hans Leeman ꝛc. da er gen Rüliſſingen kommen ſey / hette Herꝛ Burckhart Kochenrůbli Måß/vnd alß er die Måß vollbracht hette/ſtieſſe man das Dorff an. Da bettind die geſellen denſelben Herꝛ Burckharten / daß er das Sacrament gen Singen in die Kilchen truge/da ſehe er/geneñter Leehmann wol/daß er das Sacrament neimme: Aber wohin er es getragen habe/ wüſſe er nit. Bertzi Dentzler ꝛc. Alß er gen Stußlingen kommen ſeye/ kame Herꝛ Burckhart Kochenrůbli reitend auch dahin/ vnd fürte das Sacrament vor ihm/da name er ihm das roſs ab/vnd truge Herꝛ Burckhart das Sacrament auff hinauff in ein ſtuben/ ſtelle das auff den tiſch. Demnach redten er vnd ander geſellen/ ſo dañ auch in der ſtuben waren/zu Herꝛ Burckharten/er ſolte das Sacrament thun/dahin es gehört / ihren weren eben vil/ vnd möchten villeicht etwas anfahen/damit das Sacrament ge-

wüß

wüſt oder geſtoſſen wurde/darumb ſie es nit da haben wollen. In dem fragte Herr Burckhart einem trog nach/darein er es thun wölle. Da ſuchte / genennter Dentzler/ einen trog/ den er auch fund. Demnach ſtellte der Prieſter das Sacrament dareyn. Alſo ſtůnd es vnlang im trog; da woltend es die geſellen bey ihnen nit haben/vnd redten mit Herr Burckharten gleicher maß wie vor/er ſolte das Sacrament hinweg thun/vnd das verſorgen: Gabe er ihnen zur antwort/er wolle mit dem Sacrament zum Hauptman gahn/vnd das nach ſeinem raht vnd empfelch verſorgen: wohin er aber mit dem Sacrament kommen ſeye/oder wo er das hinthan habe/wüſſe er nit. Philipp Iſenſchlegel ꝛc. Alß er gen Rulißingen kommen/ſeye das Dorff angeſtoſſen/da redte ein geſell von Solothurn: Es were gut / daß man das Sacrament auß der Kilchen truge / dann es were zu beſorgen / daß die Kilchen verbrunne/in dem ſehe er/daß Herr Burckhart das Sacrament neme / truge auch das hinweg: vnd alß er gen Stüßlingen kommen/ ſtůnde das Sacrament auff einem tiſch. Da er es nun ſahe/redte er mit Herr Burckharten: Er ſolte es verſorgen / vnd thun/ dahin es dann gehörte. Herr Burckhart hette ihme auch geſeit/er hette einen Kelch von Eynicken/vnd er wolte gern/daß ſein Kelch/ſo er mit ihme genom-

men/daheimen were. In diſen worten gienge er genennter Philipp auß der ſtuben/lieſſe das Sacrament vnd Herr Burckharten hinder ihme in der ſtuben/vnd wo er mit dem Sacrament kommen/ſeye ihme nit zuwüſſen. Er hab auch geſehen/daß der tochtermann auff dem Schloß were/vnd da blunder in zween ſäck ſtieſſe/vnd das auff einem Rößlein hinweg geführt hab. Hans Eberhard ꝛc. Alß er gen Rüliſſingen kommen/da brünne das Dorff/vnd zu nächſt an der Kilchen. Da redind etlich von Solothurn/ob kein Prieſter da were/der das Sacrament auß der Kilchen neme: In dem ſtünde Herr Burckhart da/vnd bete ihn/genannten Eberhart/daß er ihm hulffe/ſo wolte er das Sacrament herauß auß der Kirchen nemmen. Das er nun thet/vnd alß ſie nun das Sacrament-häußlein auffbrechen/neme Herr Burckhart das Sacrament herauß/da gienge er hinweg/vnd hette ſeiner kein acht mehr/vnd alß er gen Seüßlingen kommen/kame er in ein ſtuben/da ſehe er wol etwas auff dem tiſch ſtahn/da ihne bedunckte/es were das Sacrament/aber er wüſſe nit wohin es kommen ſeye. Colligo,ex circumſtantiis,acta hæc eſſe in bello,quod Suevicum noſtri,exteri verò Helveticum vocant. a Ch. 1499. geſto. Tunc enim Præfectura ad lacum Gryphæum functus fuit *Oſwaldus Schmid* & pagus Ruleſsingen,cum aliis quibusdam, à Tigurinis, Bernenſibus, Fryburgenſibus, & Solodu-

durenſibus in cinerem fuit redactus atque reductus. *Stumpf.* Paulo aliter *Stetl.* p. 333.

XV. Atque ſic tandem hoc ſeculo, quo magnum nonnulli Reformationis ſtudium præ ſe ferebant, ſpes iterum ita decollavit, ut nec vita [a] deinceps purior, nec doctrina [b] ſincerior, nec Miniſtrorum [c] electio emendatior, nec [d] officii vel regula vel cura religioſior à Curia Romana expectari potuerit aut impetrari. Unde juſtiſſimæ magnorum [e] virorum querelę & expoſtulationes.

[a] Id quod luculentiſsimè probant, hujus & ſequentis adhuc ſeculi Hiſtoriæ, ſuo etiam loco proponendæ.

[b] Plerisque enim, ut ordine Theologiæ quædem loca percurramus, adhuc placuit. 1. *Sacræ Scripturæ authoritatem dependere ab Eccleſia.* Nota eſt irregularis illa *Cuſani* Ep. 2. & 7. regula: *Scripturas eſſe ad tempus adaptatas, & variè intellectas, & una cum tempore mutari, & Eccleſiæ praxin ſequi.* Cujus Canonis Theologici uſum Pontificii oſtenderunt in mutatione communionis ſub utraque ſpecie. Alexander V. *Scripturas ſacras in vulgarem ſermonem translatas damnavit; Bal.* p. 535. Guilelmus Butler Franciſcanus

ſcripſit a.Ch.1401.determinationis nomine libellum,contra translationem Scripturæ ſacræ in linguam vulgarem,poſtquam eſſet in Anglia (ut teſtis eſt Puruæus) procurantibus fraterculis generale mandatum,ut combureretur,*Id.*p.537. Et ex *VValdeni faſcicul.*p 543. Anno Domini.1413. Scriptura ſacra in vernaculo ſermone,edicto publico hæreſi primum habebatur in Anglia. Hoc ipſo contra Pontificem argumento uti fuit auſus Sigismundus Archidux Auſtriæ. Cùm enim exiſtimaret nimis accuratam rei Theologicæ á ſe requiri ſcientiam,conſuetudinem oppoſuit,& Decreta Pontificum,qui vel ideo Scripturarum lectionem & translationem prohibuerint, ne in his ſibi ſtudiis ſeri aut meti crederent laici. Quam parùm Theologica ſententia eſt Æneæ Sylvii Epiſt. 130. contra Bohemos: *Dubia, quæ vos cruciant ex ſacris literis oriuntur. Neque enim Scriptura unquam ulla ſic aperta,claráque fuit,ut in diverſos flecti ſenſus nequiret: traxerúntque ſacris ex codicibus ortum omnia,quæ ab initio ſurgentis Eccleſiæ usque nunc fuerunt Schiſmata.* In Controverſiarum examine,Scriptura poſthabita,ad ignem,contra Canones,provocant: vide *Bzov.*an.Ch.1498.S.13. 2. Quæ *tractandæ* & *explicandæ Scripturæ* ratio vulgò obtinuerit & Methodus ſuprà audivimus, & ex orationibus contra Bohemos Baſileæ habitis patet, *Bzov.*a.Ch.1433. 3.*Superſtitio* & *Idololatria* ſua crebró

brò habuit fomenta, ex a. novis ſolennitatibus & feſtis. Vide *Plat.* & *St ll.* in Sixto IV. Ipſum etiam Baſileenſe Concilium, ſpecioſo reformationis titulo indictum. *Feſtum Viſitationis* Mariæ inſtituit & *conceptionis* confirmavit. Act. Concil. *Buchhol.* 1441. b. *Canonizationibus*, quarum commodius exempla proponuntur infra. c. *Reliquiarum* inventionibus, translationibus & elevationibus. *Bzov.* a. Ch. 1449. S. 16. 17. Hoc año reconditæ ſunt in cœnobio apud S. Petrum vivum, Aurelianenſis in Gallia Diœceſ. in capſa reliquiæ ſanctorum Potentiani & Altini. In Scotia verò, vetere pariete templi ad Dunfermylein deſtructo, inventum eſt adoleſcentis in plumbea capſula cadaver, byſſo in volutum, vividum adhuc corpore colorem ſervans, nec ulla ex parte corruptum Ajebant (NB) vetuſtatis ſtudioſi, Divæ Margarethæ filium, prima defunctum adoleſcentia, &c. A. Ch. 1456. corpus Vincentii ordin. Prædicat transfertur. An. Ch. 1457. corpus Arnulphi Epiſcopi ex veteri capſa lignea in novum feretrum auro & argento decoratum deportatur. De translatione Aloyſii per Regem Alfonſum, conſule eundem, a. Ch. 1458. S. 3. A. Ch. 1458. Romæ in Baſilica Vaticana, cùm ſepeliendo cuidam ſacerdoti Pœnitentiario ſepultura in Sacello ſanctæ Petronellæ, quæreretur, reperta eſt arca marmorea candidiſsima, continens in ſe duas capſas ligneas cupreſsinas, alteram grandiorem, alteram pueruli capacem, utramque laminis argenteis coopertam, ſigno crucis utramque ſignatam. In majore jacebat cadaver, ut vulgus jactabat, Conſtantini Impera.

toris, in minore ejus filii, utrumque veſtibus aureis holoſericis indutum. Id. S 42. De *Vincent. Ferrer.* Dominicano inter alia an. Chr. 1405. S 3. commemorat, *eum miſiſſe Cæſar-auguſtam quatuor argenteas ſtatuas, ſummo artificio factas, auro, gemmis, margaritíſque interſtinctas, quibus ſanctorum Valerii, Laurentii, Vincentii, atque Encratis reliquiæ includuntur, quas hodiéque ſacris litaniarum luſtrationibus, magnæq; celebritatis feſtis diebus, ſolenni pompa, theſaurum vehiculis geſtari ſumma religione mos ſit; & commeritam tutelaribus divis gratiam juſtis honoribus integra, incorruptáque voce & mente perſolvi.* Iacobus Boſius lib. 13. hiſt. Rhodianæ narrat, Bajazetem, Turcarum Imperatorem Iohannis Bapiſtæ manum equitibus Rhodianis donâſſe. Hæc verò manus qua occaſione Conſtantinopolin fuerit delata, Guilelmi Caorſini verbis recitat Bzov. an, Ch, 1484. S. 11. *Servabatur*, ait, *Conſtantinopoli, in Monaſterio S. Johannis, cui à Petra nomen, ab Imperatore Juſtiniano, magnis ſumtibus ædificato, ante quingentos circiter annos illuc delatum, publicæq; venerationi exponi ſolitum, Chriſtiani, qui ſuper fuerant, Græci & Latini ritus teſtaban-*

bantur. Fama, & traditio dudum recepta obtinuerat, ſanctum Lucam Evangeliſtam, magnitudine virtutum ſancti præcurſoris permotum, Sebaſten, ubi inter Heli & Abdiam conditus jacebat ſanctus Præcurſor, animo auferendi ſacri corporis acceſſiſſe; ſed altitudine molis à conatu diſtractum, nonniſi brachium, manum dextram à reliquo buſto abſtuliſſe, ſecúmque Antiochiam detuliſſe: Itidémque ad tempora uſque Juliani Apoſtatæ, ſacrum iſtud pignus apud Chriſti fideles maxima in veneratione, idémque, ne à Sacrilego Imperatore, una cum aliis ſanctorum reliquiis ignibus traderetur, pia devotione ſubtractum; ac inde aliquot poſtea ſeculis ab Juſtiniano Imperatore, ejuſmodi ſacrorum munerum conquiſitore, Conſtantinopolin una cum capite ejuſdem Divi ab Edeſſa, ac tunica Salvatoris inconſutili à Mara civitate Aſiæ, tranſlatum, ínque Petræ Monaſterio collocatum, cultúmque fuiſſe. Memorabant, Antiochiæ, ſtupenda miracula edere conſueviſſe; ex quibus duo Caarſinus ad notitiam poſteritatis transmiſit. Idololatria nondum omnino eli-

eliminata, draco vaſtæ magnitudinis in antro quodam propè urbem, non jumenta modò, ſed & homines obvios devorabat, peſtilentiſſimóque afflatu aêrem inficiebat. Deſtinatum fuit Antiochenis, Numen aliquod in forma belluæ deliteſcere exiſtimantibus, præter quotidianam ſtipem hominem ſortitione electum ſacrificare, Draconique voraciſſimo projicere. Accidit, filiam unicam cujuſdam Chriſtiani ad victimam deſtinari. Ibi pater anxius, filiæ quæ miſertus, cùm nullam ſibi in hominibus opem repoſitam exiſtimaret, ad divinam confugit, & in templum, in quo manus ſancti Præcurſoris altari ſuperpoſita proſtabat, accurrens, provolutus in genua tutelam S. Baptiſtæ imploravit, inde ad ſacram manum ad repens, adſurgénsque ſummitatem majoris digiti ex devotione, & fide præmordens, nonnihil pellis, & carnis ſacratæ avulſit. Inde fiducia concepta, cum filia Draconi jam devota ad antrum perrexit, ínque rictum feralis belluæ ſacræ ejus carnis fruſtulum injecit, quod peſtilens Draco deglutire impotens, in continenti crepuit, civitatémque at-

attonitam ad venerationem divi Præcurſoris invitavit. Aliud eſt, quod narrabat. Die feſto exaltationis ſanctæ crucis, Patriarcha Antiochenus, cum univerſo Clero, & populo Chriſtiano, ſolenni ſupplicatione inſtituta, manum eam extra urbem in locum quendam eminentiorem, ex quo agri conſeminati deſpici potuiſſent, efferebat; eaque quaſi fertilitatem ſementibus imprecabatur. Hæc ſi immotis digitis perſiſtebat; frugum omnium copiam affluentiſſimam portendebat, ſi digitos verò contraheret, rerum omnium inopiam. Translatio corporis Ioh. Brydelington Dominicani ex VValſingamo refert an. Ch. 1404. S. 18. Prolixam narrationem de viſitatione feretri Lamberti Martyris & Pontificis, aliarumque reliquiarum Eccleſiæ Leodicenſis recenſet a. Ch. 1489. S. 13. Romæ diæ 24. Auguſti, a. Ch. 1492. in templo B. M. V. in via lata cùm altare majus removeretur, repertæ ſunt in arca porphyretica, aliquæ S. S. reliquiæ à Leone IX. P. M. olim reconditæ, ſcil. Hyppoliti, Darii corpus & ſociorum, de S. Cruce, de veſte Chriſti inconſutili, de Spongia Chriſti, de veſtimento B. M. V. de velo ejusdem, de terra ſepulchri Chriſti. S. Stephani Mart. corpus, S. Agapiti Mart. Innocentium VIII. & ferrum lanceæ, quo Chriſti latus apertum eſt dono Bajazethis per Muſtapham Baſſam conſecutum, & ſub co-

eodem titulum Crucis in Baſilica trilinguem inventum, ſcribit *Geneb.*p.728.An.Ch.1430. Martinus Pontifex conceſsit Fratribus Auguſtinianis corpus S.Monicæ matris S.Auguſtini,ut illud Romam ad ſui cœnobii Eccleſiam,ab Oſtia Tyberina potuerint transferre. *Bzov.*S.84. De particula tunicæ Salvatoris,& digito, pollicis Iohannis Baptiſtæ videatur *Id.*a.Ch.1403.S.5. Vſque adeò verò λειψανολατρεία Eccleſiæ moleſta eſſe non deſiit,ut & Patres Concilii Baſileenſis omnibus eam rationibus defenſârint; & multæ hoc nomine exortæ ſint controverſiæ, de quibus ſup. in Theol. Elenchtica. d.*ſpeciali Sanctorum invocatione.* Quas cuilibet ſancto & ſanctæ Vlmenſes detulerunt partes hoc ſeculo,commemorat. *Fel.Fab.* Hiſt. Suev. l.2.p.315.c.17. de locis propè Vlmam extra mœnia civitatis.*Villa,*inquit,*proxima eſt Seſingen,in qua eſt B.Virgo præſidens in horto virginum,& ab occidente muros civitatis Ulmenſis cuſtodiens. Ad meridiem eſt villa VViblingen,in qua eſt Eccleſiæ patronus,& Ulmenſium cuſtos S.Martinus armatus,militia ſpirituali & temporali. Ibi etiam propius eſt Svvekhofen, olim villa, ubi hodie Eccleſia eſt,in qua S.Johannes Evangeliſta Ulmam obſervat. Ad orientem eſt Pful,villa, juxta quam mauſoleum eſt beatiſſimæ virginis in publica ſtrata,quod inhabitare*

ſe

ſe demonſtrat quibusdam miraculis. ex quo Ulmam miſericordiæ oculis inſpicit & tuetur. In ea villa eſt patronus S. Udalricus Eccleſiæ optimus civium ſe implorantium cuſtos. Ad Aquilonem regio monte Elchingen excelſius beatiſſimæ Virginis thronus collocatus in omnium terrorem civitati Ulmenſi nocere volentium. Et ſub ea in villa Thalfingen reſidet in Eccleſia, armis accinctus S. Georgius miles ſtrenuiſſimus, paratus in Ulmenſium defenſionem: In ea plaga, propius Ulmam eſt Eccleſia, in qua S. Leonhardus patronus eſt, qui paratus ſemper eſt ſolvere vincula compeditorum ſe invocantium, & capere ac ligare Ulmenſibus nocere volentium. Ad hunc beatiſſima Virgo Maria ſuam collocavit ſedem, & miraculis ſe ibi favere Ulmenſibus demonſtrat. Ibi etiam penè ad murū ſunt in Eccleſia omnes ſimul ſancti patroni cuſtodes Ulmenſium, & B. Virgo in medio eorum ſtans in arce Cœmiterii ſupra polyandrium, & extra Cœmiterium in capella cœmiterii pauperum de hoſpitali, etiam miraculis ſe adeſſe demonſtrat Ulmenſibus præſidio. Et ſupra in monte

te contra occidentem reſidet ſpeculator S. Michael, ab omni parte circumſpiciens Ulmam & armatus protegens. Sed & S. Jacobus Apoſtolus ab antiquo occidentalem civitatis Ulmenſis partem tuitus eſt, reſidens in capella villæ Seſlingen. Nonne verò hoc ipſum eſt, quòd per Prophetam Deus exprobrat domui Iudæ; Civitatum numero tuos ô Iuda æquaſti Deos; *Ierem.* 2. 28. 4. *Papalis etiam dignitas* ex praxi hujus ſeculi fulcra habuit. a. Papa Concilio & toti Eccleſiæ ſe prætulit b. Magiſtratuum Imperio non tantùm ſe exemit, libertatem & immunitatem Eccleſiaſticam defendit; ſed & excommunicationis fulmina crebrò vibravit, contra Gregorium Heimburg, Legum Doctorem, quē anathemati devovit Pius II. Certamē Gregorius vehemens ſcriptū oppoſuit, quod extat in *Paral.Vrſp.* p.407. vide *Sylv.* Epiſt.415. Eundem etiam Pium II. graviſsimis cenſuris perſecutum eſſe Sigismundum Auſtriæ ducem, quòd Nicolaum Cuſanum Cardinalem cepiſſet, & comprehenſum aliquandiu in carcere detinuiſſet, teſtatur *Platina. Augere*, inquit in Pio II. pag. 230. *Majeſtatem Pontificis conatus eſt ſemper. Non reges, non duces, non populos, non tyrannos in ſe aut Eccleſiaſticum quempiam delinquentes, bello, cenſuris, interdictis, execrationibus perſequi prius deſtitit, quàm eos ad ſanitatem rediiſſe cognoverit.*

Lu-

Ludovico autem Gallorum regi adverſatus eſt, quòd libertatem Eccleſiæ minuere conaretur, cùm ab eo antea Pragmaticam Eccleſiæ Romanæ pernitioſiſſimam peſtem extorſiſſet. Borſio, Duci Mutinenſii minatus eſt, quòd ipſe Romanæ Eccleſiæ Cenſuarius, & Sigismundo Malateſtæ hoſti Eccleſiæ & rebus Gallicis faveret; Sigismundum verò graviſſimis cenſuris perſecutus. Et in Martino V. p. 280. *Brachium armis ſpiritualibus, hoc eſt, cenſuris in eum Pontifex uſus eſt. Interdictum enim à ſacris his* (&, inter eos, Bononienſibus; Bζον. an. Ch. 1428. S. 12.) *omnibus eſt, qui brachio parerent: Vetitíque ſacerdotes decreto Pontificis eiſdem in locis celebrare.* Gregorius XII poſt Innocentium VII. an. Ch. 406. Ladislaum excommunicatum & regno privatum denuntiat; Bζον. an. Chr. 1409. S. 13. quam ratam damnationem habuit poſtea Iohannes XXIII. Iohannem Odrovanſium Archiepiſcopum anathemate percuſſum non auſi ſunt Canonici Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ, donec vinculo ſolutus eſſet: *Id.* a. Ch. 1450. S. 19 Diris devovit Pius II. qui ſocii erant captivitatis Archiep. Colon *Id.* 1478. S. 10. Quod etiam ſpiculum idem detorſit in Venetos, an. Ch. 1483. S 2 Bullam inſuper quam vocant cruciatam, ubique locorum promulgari voluit, in

qua Indulgentiæ oblatæ , plenaque delictorum condonatio promiſſa iis, à quibus auxilium adverſus Ladislaum, tanquam Eccleſiæ hoſtem & rebellem fuiſſet latum : *Bzov.*an.Chr.1410.S.8.& ſeqq. ubi de Cruciata militia, & variis Indulgentiis eidem conceſsis, ritibus, ceremoniis, & benedictionibus tum vexillorum σταυροειδῶν, tum militũ auctoratorum, fusè agit, Confer S.22.& a.Ch.1411.S.3.ubi repetita in eundẽ Ladislaum bruti fulminis tela. Iisdem armis *bona Eccleſiaſtica* Politicis eripit Innocent.VII.a.Ch 1406.5.*Sacramentorum* doctrina variè mutata & mutilata nullam vel Papæ, vel Conciliorum authoritate κατάρτισιν conſecuta fuit. Obtinuit enim vulgò a. *numerus ſeptenarius.* b *communio ſub una ſpecie*, quam unius potiſsimum & alterius ſeculi conſuetudine defenderunt. Vide *Bzov.* a.Ch.1433.S.142. c.*Transſubſtantiatio.* Monſtroſi hujus dogmatis vindiciæ à F.Raguſio contra Bohemos in Baſileenſi Concilio , omnibus naturæ principiis concuſsis , paratæ fuerunt ἄγραφοι, κατάγραφοι, ἀσύστατοι. *Ex prædictis,* inquit apud *Bzov.*a.Ch.1433.S 128. *tertia ſuppoſitio ; videlicet , quòd Accidentia panis & vini, quæ ſenſu deprehenduntur in hoc Sacramento, poſt conſecrationem remanent ſine ſubjecto. Nam ex quo ibi fides Catholica ponit eſſe verum corpus Chriſti, ut dicit prima ſuppoſitio, nec remanet ſubſtantia panis , ut di-*

dicit ſecunda, oportet quod remaneant ſine ſubjecto; quia ſi remanerent in ſubjecto, aut remanerent in ipſo corpore Chriſti, aut in aëre, aut in aliqua alia ſubſtantia: Sed non poterit dici primum, quia corpus humanum nullo modo poteſt affici hujuſmodi accidentibus, neque etiam eſt poſſibile, quòd corpus Chriſti, glorioſum & impaſſibile exiſtens alteretur ad ſuſcipiendas hujuſmodi qualitates: nec poteſt dici ſecundum, quia aër non eſt hujuſmodi accidentiũ ſuſceptivus, quia etiam accidens nõ tranſit de ſubjecto in ſubjectum, ut ſcilicet idem accidens numero ſit, quòd primo fuit in ſuo ſubjecto, poſtmodum fiat in alio: Accidens enim accipit numerum à ſubjecto, unde nõ poteſt eſſe quòd idẽ numero manens ſit, quandoq; in hoc, quandoq; in alio ſubjecto, & videmus etiam ad oculum, quod cùm hujuſmodi accidentia transferãtur de loco ad locum ad motum harum ſpecierum aër depellitur, quod utiq; non fieret, ſi in ipſo aëre exiſterent, ſicut in ſubjecto. Nec poteſt dici, quòd remaneant in aliqua alia ſubſtantia pari ratione, ſicut nec in ſubſtantia panis, ut ſuperius dictum eſt, cùm

ibi nulla remaneat. Nec hoc eſt inconveniens divinæ omnipotentiæ & ſuæ ſapientiæ; cùm enim effectus magis dependeant à cauſa prima, quàm à cauſa ſecunda, utique nulli dubium poteſt eſſe, quòd Deus, qui eſt prima cauſa ſubſtantiæ & accidentis, poſſit ſua virtute infinitâ conſervare ineſſe accidens, ſubtracta ſubſtantia, per quam ineſſe conſervabatur ſicut per cauſam ſecundam: ſicut & in genere cauſæ efficientis poteſt alios effectus naturalium cauſarum producere, ſine eiſdem cauſis naturalibus, quemadmodum corpus humanum formavit ſine virili ſemine, in utero virginis. Has tres ſuppoſititiones de veritate noſtri diviniſſimi Sacramenti volui proponere duplici de cauſa, prima eſt, quia ad ſequentia mihi multum deſervient: ſecunda eſt ad aliqualiter aperiendam maledictæ & damnatiſſimæ memoriæ hæreſiarchæ Johannis VViklef perfidiam, qui, quantum in eo fuit, non divino ſed Diabolico ſpiritu inſpiratus, viſus eſt tollere à cordibus fidelium fidem hujus venerabilis Sacramenti, & ſubvertere univerſam fidem & Eccleſiam Catholicam, ponens

nens in forma tres concluſiones contrarias prædictis tribus veritatibus Catholicis, videlicet: Chriſtus non eſt in eodem Sacramento identicè & realiter, in propria perſona corporali, contra primam. Subſtantia panis materialis & ſimiliter ſubſtantia vini materialis remanent in Sacramento Altaris contra ſecundam. Accidentia panis non manent ſine ſubjecto in eodem Sacramento contra tertiam. Hæc, ſuo modo, more & ſtylo, Monachus. Ex his autem verbis, & prolixa diſputatione colligimus, 1. Perſpicuè ſatis & clarè Transſubſtantiationis dogma à VVicleſo fuiſſe impugnatum. 2. Verroniſtas, ſeu Methodiſtas, quos vocant, ne hoc quidem defuiſſe Seculo. Vſum enim rationis & Philoſophiæ non urgent modò, ſed & torquent ſæpe, ut placitis ea ſuis velificari cogant. Quam acutè videt Raguſius accidentia panis & vini non recipi, vel à corpore Chriſti, vel ab aëre, vel ab alia aliqua ſubſtantia; hac enim ratione daretur tranſitus ejusdem numero accidentis de ſubjecto in ſubjectum? At ubi hac ipſa ſtatera accidentium expenditur natura & proprietas, quæ, omnium ſaniorum Philoſophorum ſuffragio & conſenſu eſt, *ineſſe*; forum declinant, & μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος committi clamitant. Eodem pede claudicat argumentatio concomitantiæ, ex ſolis naturæ principiis depromta, & com-

munioni ſub utraq; ſpecie oppoſita 3. *Peccati* etiam *malum*, ejusque pœnam ſuo multi menſi ſunt pede, parùm ſoliciti vel de conſuetudine veteris Eccleſiæ, vel mandato Dei. Quàm prolixè multi hoc ſeculo publica defenderunt lupanaria? Leges humanas ſuum volunt feciſſe officium, ſi fornicationem ſimplicem, ſeu ſimplex, ut loquuntur, meretriciũ, pro poſſe reſtringatur, puta quantum ad locum, ut meretrices non ſint in loco honeſto civitatis; nec ſint in locis privatis, ſed publicis, &c Vide orat. *Aegid. Carler*, apud *Bzov*. a. Chr. 1437. S. 197. Quæ inceſtuoſa, opinione, erant, libera fiebant, Papæ diſpenſatione. Iohannes de Bavaria Leodienſis Epiſcopus, Martini Papæ diſpenſatione fit maritus. *Bzov*. a. Ch. 1418. S. 8. 4 *Remiſſionem* pœnæ peccatis debitæ ab Indulgentiis expectandam publica Synodo contra Bohemos fuit declamatum. Oratio extat apud *Bzov*. a. Ch. 1433. S. 228. Rationibus ex Scriptura petitis, ſed adeò malè ad rem accommodatis, ut non de Canoniſtis tantùm, ſed plerisq; ſui ſeculi Theologis queri potuerit *Polydorus Virgilius*, de Invent. l. 4 c. 6. *Non ſecus eos aliquoties detorquere ſacras literas quo volunt, ac ſutores ſordidas ſolent dentibus extendere pelles.*

[c] Vnde juſtiſsima *Cardinalis Papienſis* querela apud *Bzov*. an. Chr. 1472. S. 21. ad Cardinalem Theanenſem de Sixto IV. *Quantum intelligo ex literis tuis, magnis itineribus ad interitum tendemus. Omittimus nihil, quod facere*

re ridiculum Eccleſiæ miniſterium poſsit. Etiamne, oro, in tantum amentiæ labimur, ut juvenibus duobus, nunc primum ex tenebris, in lucem eductis, nullum penè uſum habentibus, quorum alterius vita, alterius facultas eſt nota, gubernacula tantæ adminiſtrationis dedamus? Miſerum me, quid audio ex te? Quid tentari Romæ intelligo? Apud eam præſertim ſedem, quæ ad ſancta exempla conſtituta. Si non attendimus, quid lamentaturi ſunt homines: quid improbaturæ nationes? Num quid attendi eſt æquum, quantum ea ſocordia obfutura ſit animæ, & Deo futura ingrata? Hinccine evaſere religioſi hominis & celebris Theologi commendationes? Si ſuſtinere tantum oneris nequit, cur oneri ſuſcepto non cedit? Aut ſi id ſeculi pudor non ſinit, cur iis non permittit, quorum ab ætate & uſu, & vita minus pudenda ſunt vires? Cur in domeſticas ſemper notas relabitur? Fideles videlicet & ſancti, & utiles ſui: nos indigni, qui ad innocens miniſterium deputemur. Usque adeò quies & valetudo illi ſunt cordi, ut horum cauſa gregem creditum pro-

dat, Paſtoriſque tantùm retento nomine, reliqua quò eant præcipiti videnda non putet. Annon Salvatoris eſt memor, cujus non ſunt oves, videt lupum venientem & fugit? Comminationem quoque Prophetæ non timet. Paſtori derelinquenti gregem, gladius ſuper brachium ejus, & ſuper oculum dextrum ejus. Brachium ejus ariditate ſiccabitur, & oculus dexter ejus tenebreſcens obſcurabitur. Non illi vos etenim ad Pontificatum dediſtis, non ipſe ad mollitiem & delitias ſumſiſſe cathedram Petri debuit cogitare. Hæc de *Sixto*, ejus cura paſtorali, & conſuetudine illos ad ſumma honorum faſtigia evehendi, quos ſanguinis ſibi neceſsitate propinquos habebat. De *Paulo II.* aliiſque Simoniacis egimus ſup. p. 199. deinc.

[d] Id quod patet ex legibus Pontifici creando latis, quæ animarum curam, aut paſtorale munus vix obiter tangunt. Si vel Satrapæ, vel cuicunque alii Politico ὑποτύπωσις formanda fuiſſet, aliquam fortè ſpeciem haberent. Sed quid choro cum foro? armis cum toga? vide *Bzov.* an. Chr. 1464. S. 39. & confer cum Paulinis ὑπομνήμασι, obſervabis facilè quid diſtent æra lupinis.

[e] Extat in Bibliotheca S. Andreæ Brunſuigæ *Epiſtola*, Chriſti nomine, ad Concilium Conſtantien-

tienſe,ſecundo Concilii anno ſcripta,cujus ſumma & verba hæc ferme ſunt: *Quòd Concilium promittens reformationem Eccleſiæ,nec tamen reformans Papam & curiam, ſimile ſit fabulæ Aeſcopicæ,cùm parturiunt montes, naſcitur ridiculus mons. Reformationem à Papa, aliiſque ſummi ordinis inchoandam eſſe, &c.* Catal. Teſt. Verit. l. 19 p. 864. Quid? quòd omnes, liberius paulò Reformationem urgentes, vitæ & fortunarum diſcrimen adierunt. De *Gerſone*, Cancellario Pariſienſi refert *Trithem* eum (quòd in Concilio Conſtantienſi emendationem Eccleſiæ Romanæ plurimis rationibus propoſuiſſet) diſſoluto Concilio à Pontifice domo, patria, dignitatibus ſpoliatum Lugduni conſenuiſſe, & an. Chr. 1429. mortuum fuiſſe. Vide *Calv.* Invenitur etiam paſsim in Bibliothecis *Colloquium* quoddam *Petri* & *Pauli*, incerto authore, quod ſic incepit: *Reverendiſsimis in Chriſto Patribus & Dominis &c.* Scriptum eſt anno 1404. ut in fine legitur. Dialogus autem in tres partes dividitur, quarum hæ ſunt propoſitiones. *Primò,* inquit, *graviſsimos errores Curiæ Romanæ detegam, &c. Secundò ſcripta & dicta ejus erronea, minúsque Catholica, confutabo, &c. Tertiò, totam Curiam Romanam erroneam, & in ſtatu damnationis laborantem ex veriſsimis funda-*

mentis declarabo. In præfatione inquit: *Sic tota Romana Curia à planta pedis, usque ad verticem capitis patenter excæcata eſt erroribus, ipsáque errorum ſuorum veneno inebriavit omnes fermè mundi partes, ac ſi immenſam Creatoris potentiam Papa poſſet limitare.* Poſt multas querelas tandem concludit Paulus: *Reformet ipſe unigenitus Dei filius ſuam Eccleſiam &c.* Illud verò diligentiſſimè obſervandum eſt, quòd, poſtquam in præfatione dixiſſet: *Papam & Curiam tum per ſe errare, tum alios ſeducere,* ſubjicit: *Omnes quidem intus murmurant, nulli autem clamant. Talis enim ſanè ratio rerum jam longo tempore fuit in Eccleſia; ut multi Antichriſti errores agnoſcerent, ac apud ſeſe, vel inter aliquos amiculos clam damnarent; ſed metu ejus tyrannidis & potentiæ nullus vel pauciſſimi auderent ejus errata publicè reprehendere.* Ita Catal. Teſt. Verit. l. 19. p. 852. Citatur ſcriptum à quibusdam veteribus ut à Iohanne Huſs, & in ejus proceſſu, ſub titulo *Aurei ſpeculi.* Magna cumprimis παῤῥησία fuit, Andreæ Craynenſis Archiepiſcopi, cujus proinde Acta, appendicis loco, ſubjiciemus.

Ap-

Appendix Sect. 1.
continens,
Geſta Archiepiſcopi Craynenſis in facto Indictionis Concilii per Petrum Numagen, Trevirenſem deſcripta.

Atque ſic prodeunt tandem tot pridem votis deſiderata Andreæ Craynenſis Archiepiſcopi geſta, ut in ipſo vocantur limine. Non obtorto collo huc rapiuntur, ſed ſponte ſe huic ſeriei inſinuant, tum quòd hoc ſeculo Tragœdia contigerit, tum etiam quòd Baſileenſis Concilii actis; quorum frequenter fecimus mentionem; afferat lucem, Vix ſi ab Helvetia diſceſſeris confœderata, authorem reperias, qui Archiepiſcopi hujus meminerit. Nempe, quòd fortiter nimis Papatum impetierit, & nominis & vitæ jacturam paſſus eſt. Compendium Hiſtoriæ dedimus ſup. p. 97. ex *Stumpfio* & *Catal. Teſtium veritatis*. Quædam ſuppeditat *Stettler.* annal. l. 6. p. 283. omnium pleniſsimè, & ab ovo quaſi rem geſtam narrat *Chriſtianus VVurſtiſ.* Chron. Baſil. l. 6. c. 14. Sed quia vernacula illam ſcripſit lingua, de ſuccincta potiùs epitome, quàm ſingulorum repetitione verborum ſolicitus; rem omnino non modò poſteritati gratam; ſed & inſtituto huic cumprimis neceſſariam tentare me confido, ſi acta, ipsâ *Petri Numagen*, Trevirenſis, Notarii, & Sacellani Eccleſiæ Tigurinæ, pro ætatis illius ratione non indócti, conſcripta, notisque ejusdem ſubinde illuſtrata, in apricum proferam. Habuit (ut aliquid ſaltem proëmii loco dicam) Andreas Cardinalis inſtituti ſui

ſui fautores Helveticos Bernenſes cumprimis & Baſileenſes. Id quod ultrò Petrus noſter, & larga manu concedit. Et ſanè, ut à D D. Bernenſibus faciam initum, mirum ne fuerit Illuſtriſsimam & potentiſsimam jam tum Rempublicam tot Monachorum præſtigiis, Papæ impoſturis hoc maximè ſeculo deluſam, illum, qui de Reformatione Curiæ Romanæ cogitavit, in tutelam ſuſcepiſſe? Hoc enim ſeculo Berna vidit bona Eccleſiaſtica ab ordinis Teutonici Monachis, inutilibus terræ ponderibus, & ignorantiæ monſtris, conſumi, & ignominiosè dilapidari; *Stettl.* Chron. Nuitl l.6.p.292. Vidit, fictis lemuribus & larvis, plebis crumenas exenterrari: *Nider.* Formic.c.1. vide ſup. p 264 Experta eſt, Romanos magnis & de Helvetia bene meritis viris, poſt mortem etiam inſultare; *Stettl.* l. 6. p. 282. Taceo tragœdiam Dominicanorum ſeculo ſequenti; cujus dedimus ſummam P. 11. ἐϑηγῶ p 166. actam. Suppoſititias S. Annæ reliquias, Lugduno allatas, de quibus *Stettlerus* ad an. Ch. 1518. p.575. Acta viſitationis Epiſcopatus Lauſannenſis a. Ch. 1420. quæ memorant, ſolo illo tractu 70. repertos fuiſſe concubinarios, quorum nonnulli duas tresve ruſticorum mulieres vitiàrint; referente libro an. Chr. 1650. Bernæ excuſo. p. 223. Inſuper, Indulgentiæ, per Leonem Roma miſſæ, iis etiam peccatis remiſsionem promiſerunt, quæ ne deſignata quidem erant, Id. p. 272. Incidit & in hoc ſeculum puerile illud Drama Exorciſationis, de quo prolixè egimus ſup. p. 316. Quid ergo miremur, fuiſſe ſubinde nonnullos, qui meliorem Eccle-

cleſiæ optârint ſtatum? Id potiùs conatum Reipublicæ confœderatæ commendet, quòd eam ne Sixti quidem, magni Helvetiorum Mæcenatis & amici, authoritas deterrere potuerit. Sixtus enim crebras illas Indulgentias, de quibus ſup.p.298. Eccleſiæ Bernenſi conceſsit. Idem primus Helvetiorum fœdere munitus, inſigni Bernenſes cum cæteris Helvetiis labaro donavit. De quo tamen, an in Helvetiá unquam tutò ſatis venerit, dubitari video. *Stettl.* lib.6.p.276 in ipſo itinere periiſſe ait; ſuo tamen tempore Bernæ ob rei magnitudinem, raritatem & admirationem aſſervatum fuiſſe, aſſerit *Valerius Anſel. Rid.* Catal. annorum atque Principum p.87. adjuncto diplomate Pontificio, quod, quia alibi hactenus non obſervavi, αὐτολεξεὶ inſerere conſtitui: *Sixtus Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, dilectis filiis confœderatis Altæ Ligæ ſuperioris Alemaniæ ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cùm in aliis rebus omnibus, & maximè occurrentibus negotiis Apoſtolicæ ſedis, pro quibus dilectum filium Gentilem de Spoleto electum Anagnienſem nuntium & oratorem noſtrum ad vos miſimus, ſummam veſtram erga præfatam ſedem devotionem, fidem, & promtitudinem cognoverimus, vos dignos duximus, quos præcipuè ejusdem ſedis munere tanquam præ-*

præcipuos illius defenſores & fideliſſimos propugnatores decoraremus. Mittimus igitur in perpetuum veſtra erga dictam ſedem devotionis & fidei teſtimonium vexillum unum ſolenni benedictione noſtra benedictum, in quo Beati Petri, Principis Apoſtolorum imago eſt, cum Pontificali habitu, & mitra triplici, cujus manus dextra erecto digito crucem albam ſuſtinet, ſiniſtra verò tenet claves, ipſe gravi & benigno aſpectu fidelem populum, partim inermem, partim armatum deorſum aſpiciens, benignis verbis ſub cruce poſitis adhortatur. Benedicti filii à Domino ob fidem veſtram in ſanctam ſedem Apoſtolicam. Sub ejus verò pedibus poni fecimus nomen noſtrum, ut etiam filiis & poſteris veſtris innoteſcat, quanto vos amore proſequuti ſimus, ac quam gratam habuerimus ſingularem veſtram devotionem & fidem. Ipſum autem vexillum rubeum eſt ſericeum cum fimbriis ac pendentibus loris pariter ſericiis, quæ omnia ſua myſteria habent. Nam idcirco fecimus vexillum ipſum rubeum fieri, ut fervorem & ardorem maximum veſtræ erga ſedē ipſam fidei

ſidei & devotionis indicaret. Imaginem verò Beati Petri continet, ut ſicut Petrus ipſe Romanæ Eccleſiæ caput eſt, ita ſciatis vos obſequium veſtrum ipſi beato Petro & Eccleſiæ Romanæ præſtare. Et notũ ſit omnibꝰ, vos eſſe ſub protectione ipſius Beati Petri, qui firma Petra eſt, adverſus quam nec portæ inferi, nec inimici ulli prævalebunt. Crux Domini ſuper ejus dextram poſita eſt, quoniam ſicut eam ferens Dominus noſter Jeſus Chriſtus Dæmones conterruit, & portas abyſſi perfregit, ita inimici Eccleſiæ, contra quos pugnabitis à facie veſtra per dictæ crucis ſignum & virtutem diſſipabuntur & fugient. Nos vexillum ipſum benedicimus, & ſub eo militantes, benedictionem omnipotentis Dei, vobiſcum ſemper habeatis. Ea propter (quod huic ſanctæ ſedi præfatæ ac vobis fauſtum & felix ſit) læto & magno animo vexillum hoc, quod præfata ſedes vobis donat accipientes, contra ejusdem ſedis inimicos virtutem veſtram oſtenditote. Ite animis lætis contra hoſtes Eccleſiæ, & illam ab oppreſſoribus Eccleſiaſticæ libertatis ac facientibus contra illam ſolita magnanimi-

mitate veſtra defendite. Inferat Præpotens exercitus veſter vexillum hoc altiſſimi nomine invocato contra dictæ ſedis inimicos, & quemadmodum columna nubis populum Dei in deſerto præcedebat & dirigebat in viam ſalutis & victoriæ. Quicunque ſub ea pro ipſa Eccleſia Romana pugnaverit, à Domino noſtro Jeſu Chriſto benedictus ſit, & plenariam habeat peccatorum ſuorum omnium remiſſionem & Indulgentiam, quam & nunc & per præſentes concedimus. Maledictus ſit quicunque contra vos pro Eccleſia Romana prædicta pugnantes pugnabit, aut facere contra præſumſerit. Vobiscum autem ſit benedictio Domini perpetua cum laude & gloria omnipotentis Dei, ejúsque Beatæ Mariæ Virginis in ſeculorum ſecula. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1478. Pontificatus noſtri anno 8. Atque huic tam liberali Indulgentiarum promo, imò *novo urbis Conditori* (quod ei elogium largitur idem *Anſel. Rid.*) *tantæq́ Majeſtatis Monarchæ, ut Chriſtianos Principes haberet obſequentiſſimos, quos pro voto ſuo aut exaltavit aut depreſſit;*

ſit ; repudium miſiſſe, aut aliis contra eundem auras vacuas & benevolas præbuiſſe multum erat. Quod Potent. Rempublicam tentâſſe, non modò Trevirenſis noſter concedit, ſed paulò fuſiùs enarrat *Stettl.*lib.6.p.283. *Reverſus*,inquit,*ex Italia 1482.Bernā venit Cardinalis ubi coram ſenatu mentē ſuam,& Reformationis ſtudium aperuit, tanto cum ſucceſſu,ut Magiſtratus συςατικαῖς eum literis Baſileam fuerit comitatus. Baſileæ tantum apud cives habuerunt pondus, ut ſpes optati ſucceſſus haud vulgaris ei apparuerit.* Lectorem autem plura deſiderantem ad Baſileenſia rejicit Chronica, quorum nomine annales, dubio procul, intelligit *Chriſtiani VVurſtiſii*, quo, ex noſtris Scriptoribus, Hiſtoriam hanc nemo fuſius pertractat l.6.c.14.& deinc. Neq; verò, quòd Craynenſis noſter à Baſileenſibus in tutelam receptus fuit. novus aut inſolitus videbitur pruritus. Certum enim eſt, non ſemel Baſileenſes tyrannicis Paparum conatibus ſeſe oppoſuiſſe. De fide & conſtantia Ludovico Imperatori exhibita, & à Pontifice diro excommunicationis fulmine vindicata, fusè agit *Stumpf.*noſter lib.12, p.661. *VVurſtiſ.* l.3.c.10. Æterna cumprimis memoria digna fuit παῤῥησία, ampliſsimi viri *Conradi* von Berenfelß/ Equitis & Conſulis in Commiſſarium Pontificium exercita. Cùm formula ei abjurationis ſolennis prælegeretur, dixit : *Scito, Bambergenſis Epiſcope, nos nec credere, nec*

confiteri 1. Dominum noſtrum, Imperatorem Ludovicum fuiſſe hæreticum. 2. Eum nos, qui vel omnium vel plerorumque Electorum ſuffragiis Romanorum Rex deſignabitur, recepturos, etſi vel maximè Pontificis confirmatio non accedat. 3. Nihil nos admiſſuros, quod jura Imperi Germanici violare queat. Quòd ſi igitur, accepta à Pontifice poteſtate, ſacra reſtituere paratus ſis, age, rumpe moras, grati acceptabimus, &c. Clericum dirarum Pontificiarum præconem malè exceptum fuiſſe, commemoravimus ex *Iohanne Vitodurano*, hac ipſa Hiſt. Eccl. ſup. p. 833. Ejusdem meminit tragœdiæ *VVurſt.* l. 3. p. 162. b. Taceo prægnantes cauſas alias, quibus laceſsiti meliora optârunt. De diſſoluta Veſtalium Clingenthalenſium vita conſulatur *VVurſt.* libr. 6. cap. 13. Concilii igitur, Papam ad officium revocantis, authoritatem proculcatam ubique à Papaliſtis & rejectam, Ampliſsimus Baſileenſium Magiſtratus, tanto majori, dubio procul, conatus eſt aſſerere ſtudio; quantò ipſe gerendæ rei Archiepiſcopus videbatur commodior; ut quem & officii dignitas, & Principum amicitia, & ingenii ubertas, & cauſæ denique integritas defendere pòterant. Sed ad ipſa nunc Acta, quæ, σαφηνείας ἕνεκα, certis ordine ſubjiciemus diſtincta Sectionibus.

Sectione I. *Petrus Numagen, cùm præter votum res*

ceci-

cecidiſſet,ſolicitè ſe excuſat ob operam Cardinali fideliter in negotio iſto præſtitam. A facundia quidem, & muneribus publicis tum à Pontifice, tum ab Imperatore mandatis, ipſum ita commendat; ut tamen cerebrum læſum & mentis ei ἀῤῥωστίαν exprobret. Petri verba ita habent:

Geſta Archiepiſcopi Craynenſis in facto Indictionis Concilii, per Petrum Numagen Trevirenſem deſcripta feliciter incipiunt.

Canit, non arte dulciter Philomela, ſed naturâ, quæ illi in ſui peſtem hoc donum conceſsit, ut ejus delectata, utpote quæ cantu placeat, cantu, ut ajunt, continuato moritura deficiat. Cattus nequam rabiem, mentita manſuetudine, diſsimulans blanditiem ſibi pungit dirè, muris viſi avida. Gallus ad iram facilis, pugnam gloriabundus alto concentu corporeque extenſo inſinuat, quam adverſarii reſiſtentia timidus ſtatim denegat. *Miſer ille Andreas dictus Craynenſis*, poſtquam corde invido & dementi audacia in choro Eccleſiæ Baſilienſis *execrabilia in ſummum noſtrum Pontificem Dominum Sixtum IV. pupugiſſet*, ſacrū Concilium Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ inſulſa pronuntiatione præmittens, Bernenſes in ſui amorem traxit, quorum favore, (taceo boni utilis) ipſe à Baſileenſibus tutelæ receptus eſt; homo, inquam, qui ſola facundia, ut credo, ſublimatus, & ab eadem ipſe præcipitanter deceptus, alioſque multos dece-

pit. Volo alia ſic ſatis dixiſſe, in parabolis & in actis
infra ſignificare. Sunt & plura ſed pauca dicam,
quæ me ad familiaritatem ſuam induxerunt indu-
ctumque in ea (ſæpe tamen interrupta) retinue-
runt Homo ille cerebro lęſus, non ſui compos ſem-
per, ſed amens, in parte verò amente periculoſior,
nihil ſibi proſpexit, nihil ponderavit, capitis ſui fu-
rore in hæc maxima mala ſeductus eſt, dum nec
quæſivit conſilium, nec cepit oblatum. Hujus
quamvis criminationes, tam publicæ, quaſi diſsi-
mulatę invidiæ domeſticæ revera diſplicuerint, pu-
blicationis tamen ſolennitas, & rei geſtæ ſeries ma-
gnitudóque illius audaciam, ne dicam temeritatem
in admirationem vehementem traxerunt, ut qui
non timeat, inter tot doctos viros, Prælatóſque, &
utriusque ſtatus perſonas præſtantiſsimas hujus-
modi attemptare. Præſumebam enim de tribus, ſi-
ne quibus non potuiſſet vir ſolus, tot tanntaque
in tantum taliter denunciare crimina, & univerſa-
lem Eccleſiam conventuram promittere. De ma-
xima etenim ſcientia, qua fundamentum & ordi-
nem gerendi negotii cognoſceret, & redarguentes
vinceret. Maximam aſsiſtentiá, qua Patres conven-
turos eſſe infallibiliter ſciret, & impugnantibus re-
ſiſteret. Magnam deniq; temporalium copiam, quá
ſine defectu nuntiorum, negotium hujusmodi un-
dique ſolicitando dirigeret. Sed ecce, quoniam nul-
lum iſtorum de viro iſto, ita quòd nec mediocriter
expertus ſum, poſtquam *vehemens me admi-*
ratio in ſui multùm à præceptoribus meis
com-

commendati frequentationem traxerat. Illi enim omnia ei reddentes, & maxima ſibi de eo promittentes, me adhortationibus multis compulerunt ipſi adeſſe, quaſi maxima ſalutis de eo expectatio eſſet. Vnde ſæpe illis, ne dicam, vaticinio quodam, quæ ſecuta ſunt, inſinuavi; & tamen quoties me ſubtrahere ab ejus frequentia ſtudui, *illi me ſemper arguentes in eandem reduxerunt*, credentes quidem mihi de inſcitia, ſed de occulta intelligentia & favore D. noſtri Imperatoris ſperantes, eo *quòd Archiepiſcopus, & in magnis ambaſſiatis fuiſſet, tum Papæ, tum Imperatoris, cujus etiam ſe oratorem nominavit*. Et ſic tum præceptorū meorum directione, tum favore Concilii ductus, poſtquam citationem contra dictum Pontificem ſummum, non ſtilo perſe, quamvis ritu ſcribendi incomptam, ne dicam jure, ineptiſsimam, ſed ſolo juſſu per alium quendam edidiſſet, multa ejus rogatu ſcripſi, quæ me habita illius intentione oportuit componere, & aliquo fulcire ornatu, ne de ineptiis ſuis quos articuli ſui & citatio prædeſignata mille locis oſtendunt, ſcriptor potiùs arguatur, quàm præceptor. Illa enim affectum, quem ad bonum Chriſtianitatis gero, non ſemel indicant. Nec dicatur, me ſcribendo Apoſtolicæ ſedi, ſive D. Papæ injuriam feciſſe: *Sum enim Scriba publicus, à dextrîſque & à ſiniſtris deſiderantibus ca-*

lamum accommodo, obſequor, & obſequii mercede me ſuſtento. Nulli tamen per hoc jus dico, nulli injuriam, ſed quicquid agitur à dextra contra ſiniſtram, & è contra, tanquam medium non partiale, ſine juſtificatione vel injuria dum requiror hinc inde publica ſcripturâ atteſtor. Cùm igitur Authoritate Cæſaris publicum notariatûs geram officium, meritò proinde Cæſaris favore illi ſcripſi, qui ſe Cæſaris oratorem nominavit, donec mandato Cæſaris audivi, ſibi favores eſſe inter dictos. Teneor enim, cùm ſim generalis & publicus omnium ſervus omnibus tabellando inſervire, pro ſalario competenti. Et ſi præter officium familiariter quodammodo ſcripta ſuo nomine ediderim, non tamen in Papæ ignominiam, *ſed contra eos, qui ajunt, Papam non poſſe à Concilio judicari, cujus ego oppoſitum teneo.* Et ſi tamen illa præter materiam Concilii, crimina contineant, neceſſe tamen erat, ut quod alieno nomine editur, propoſito alieno non careat, ne diſceptantes videantur de terminis magis diſputare, quam rebus, dummodo materia ſubjecta non appareat, de qua argumenta debeant juſtificari. Cùm per hujusmodi ego Papam non denunciaverim, & ſi quantumlibet denunciatum teſtatus ſim, quis inde mihi pro ſcriptis ritè ſuccenſeat Nonne latroni, petenti juſtitiam non pro maleficio, inquam, ſed juſta petitione, favendum eſt? Nonne quantumlibet maleficus ut dum juſtitiam petit, conſequatur, adjuvandus eſt? Nonne immaniſsimorum ſcelerum vel pur-

purgatio, vel mulcta ab omnibus cupienda eſt, ut vel ſic tuta fiat ab improbis innocentia, vel juſtitia ſuppreſſa, extinctaque iniquitate in vigore conſervetur. Fateatur mei denunciatus ſummus Pontifex *deteſtabilia fore crimina illa, & perſecutione deletionéque digna, de quo ſaltem conſtare poterint, neceſſe eſt.* Quid ergo obeſſe potuit ſanctitati ſuæ ſcriptum meum, quòd non criminoſum eum, ſed denunciatum teſtatum eſt ſaltem ex me. In quadam enim miſsiva factam denuntiationem ſcribens, antequam familiaritatem illius hominis contraxerim, ſententiam meam proteſtatus ſum, quam ſemper interim tenui & adhuc teneo, talem videlicet: *Egó quidem nec Papam accuſo, nec accuſationi conſto, ipſum enim non novi, non vidi, ſed quæ accepi v. d. ſi vera, ut vera, ſi falſa ſimiliter ut falſa novitatum loco transmitto, neque horum delator ſum, neque teſtis, neque judex.* Sed ego Petrus, ut Petrus ſequor, ut videam finem, nec hoc ſcribens cenſear Papæ oblocutus. Semper enim Papæ honorem volo, & quòd ſe de his purget, ut ſit ſibi inde honor, unde ſurrexit infamia. Quia utique mala ſunt iſta, ſive vera, ſive falſa. *Si enim vera, ecce mala perpetrata & ſupplicio digna:* Sin autem falſa, ecce mala excogitata, & in ſuum authorem retorquenda. Si enim vera, jam non Papæ obloquor; ſi falſa, judico perſonam obloquuti,

poſtquam purgatur, priſtino eſſe honore dignam. Sed an ſint vera, vel directè falſa, non ego dicam, cum ipſemet certè neſciam. Stabo autem illis quibus ab unoquoq; ſtandum venit. Cùm autem ſua tam temeraria geſta tandem leviter revocata in futurum notatu digna ſint, ut diſcant ſapientes verbis non ponere fundamentum, neque in tenui terra figere pedes. Idcirco quæ per ipſum, & contra ipſum ſcripta ſunt certa ſubnotabo. Propter tot ineptias articulos ſuos cum citatione præteriens, cùm tamen faciliter ex ſubſcriptis colligantur, Editiones meas ſuo nomine factas incipio.

Sectio II. *Exhibet editionem primam, qua Craynenſis inſtituti ſui rationem reddit, miſorum Eccleſiæ ſtatum, Papæ Apoſtaſiam deſcribit, tractandamq; in Concilio materiam quatuor concluſionibus proponit.*

Prima Editio, certas concluſiones notabiles continet.

Andreas Dei gratia Archiepiſcopus Craynenſis ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, titulo ſancti Sixti Presbyter, Cardinalis, Pronunciator Concilii Baſileenſis. Notum facimus omnibus & ſingulis fidelibus Ieſu Chriſti, tam Clericis, quàm Laicis, cujuscunque ordinis, dignitatis, ſtatus, vel conditionis exiſtant. Quòd ſecundùm fidem Catholicam, Chriſtianam, quam profeſsi ſumus, in qua & de miſericordia Dei ſperamus ſalvari, & debitum noſtræ dignitatis, quâ, ſicuti plùs à Deo creditum eſt nobis, ita & magis magisque, pro Eccleſiæ ſuæ ſalute obligamus, *multis moti graviſſimis damna-*

damnabilibúsque ſcandalis, & ſceleribus, quæ heu oculis vidimus, auribúsque noſtris audivimus in loco honoris, loco ſancto, loco judicii, illo videlicet, ubi ipſius prælibatæ ſacræ fidei Chriſtianæ fundamentum, ab olim jactum eſſe dignoſcitur, Curia videlicet Romana, vigere & contrahi. Indéque inevitabiles depravationes Chriſti fidelium utriusque ſtatus per totum longè latéq; orbem, inſurgere, ut heu jam lamentabile ſit videre & audire naviculam Petri, id eſt, totam ſimul univerſalem Eccleſiam, extra quam nulla ſalus eſt, ſed circumquaque involuta abyſſus extinguens & nemini parcens; jactari, nedum damnoſis maximè procellis, ſcopulis, turbinibus, id eſt, perſecutionibus Turcorum & infidelium ab extra: verùm etiam intra ſe quaſſari & ſcindi, dirimíque; laxatis ſolutíſque clavis unientibus) ubique, per diviſiones, prælia, hæreſes, peccata, vitia, injuſtitias, errores, & maleficia innumerabilia, ut non improvidè timendum ſit, eam tandem, quæ heu infideli gubernatore trepidantibus dirimentibúſque nonnullis remigatoribus fortiſſimis, & lacerato

velo fidei, abruptáque legis Evangelicæ, quam ſuſcepimus, obſervantia, non quod omnes appetimus recto proceſſu dirigitur, ſed complexa vento contrario, longè heu à ſalutis littore quodammodo periculosè, dubioséque fluctuat, ut niſi illi adjuvante Chriſto, qui ejus verum caput, & unius Sponſus eſt, ſtatim à vobis omnibus & ſingulis, qui intra eam conſervari, ſalvíque fieri cupitis, ſuccurratur, à ſorbēte gurgite damnationis ſubtrahi, infigíque in limo profundi malorum omnium, ut amplius nulla fidei in rationali homine, quod per ſuam potentiam Deus omnipotens avertere dignetur, ſubſtantia permaneat. Attendentes quoque, quod juxta ſacroſanctæ Synodi Conſtantientis magnæ præhabitæ providentiam, quæ præteritorum & ſuorum allegans experientiam temporum, die nono Octobris A Domini M.CCCC. XVII ſeſsione ſua XXXIX. declaravit, generalium Conciliorum frequentem celebrationem, agri dominici præcipuam eſſe culturam, quæ vepres, ſpinas, & tribulos hęreſium, ſchiſmatum, errorum extirpat. exceſſus corrigit, & vineam Domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit. Quodque illorum neglectus præmiſſa diſſeminat ac fovet; Tot tantisque malis, præter ſacrum Concilium nullo modo poſſe finem pacificum imponi, hoc anno videli-

delicet infra ſignato, ad inclytam civitatem Baſileenſem, quam adhuc indubitatum congregandi Concilii locum cognovimus, ob zelum domus Dei noſtri cum mordentibus gravibus fatigationibus & periculis nos recepimus; Ibique in Cathedrali Eccleſia & feſto annuntiationis glorioſæ virginis Mariæ, Concilium generale, Vniverſalis omnium Chriſti fidelium Eccleſiæ repreſentativum, ibidem in Spiritu Sancto, qui omnis veritatis doctor eſt legitimè congregandum in nomine, ex parte, & ad laudem tandem atque gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei Patris, omnipotentis, & dictæ Beatiſsimæ Virgini Mariæ, filii exaltationem, *fidei Catholicæ reformationem, morum correctionem, ſcelerum, vitiorum extirpationem, & pacem univerſalem in populo Chriſtiano procurandam*, ſuffragante gratia ſeptiformi dicti Spiritus ſancti, indiximus, pronunciavimus, publicavimus, auctoriſavimus, & inchoavimus; atque ad mandatum ſupremi patrisfamiliâs, tanquam fidelis & ſolicitus famulus, vos omnes & ſingulos, quoſcunque reperimus, qui tunc memoriç occurrerunt; patres Eccleſiaſticos, & Principes ſeculares nominatim, alios vero homines univerſos, tam Clericos, quàm Laicos, generaliter unum quemque ad excolendum pro ſuo debito, & virium ſuarum, atque facultatum poſsibilitate, vineam Domini, quam plantavit dextrâ ſua, in cruce pro omnibus & ſingulis moriens, ipſa ardua evidentique neceſsitate jam jam expoſcente. Quia vindemiant eam

omnes

omnes prætergredientes viam, & exterminavit illum aper de ſilva, ſingularisque fera depaſta eſt eam. Nam in turri, quam Deus poſuit in medio ejus, heu nulla eſt cuſtodum vigilia, & ſepes, quibus ſepivit eam, direptę ſunt, ſerioſius, devotiusque imploravimus, vocavimus, citavimus, invitavimus, & jam jam aſsiduè pro illo, qui nos omnes vocavit Ieſu Chriſto. altiùs, attentiusque, & inſtantiùs imploramus, vocamus, citamus, & invitamus per pręſentes: quatenus hæc neceſsitate inſpecta omnibus & ſingulis morulis & excuſationibus abjectis, vos omnes & ſinguli, veniatis, dirigatis, mittatis, ad hoc ſacrum generale Concilium, illud protegatis, defendatis, tueamini, illique faveatis, quemadmodum in citatione per nos ſub authoritate ejusdem atque titulo emiſſa, continetur. In quo quidem ſacro Concilio ſalus omnium & ſingulorum hominum Spiritu Sancto aſpirante tractabitur; *qui diu graviter laboraverunt, & onerati ſunt, reficientur, & jugum Domini, quod ex humana malitia amaricatum cernitur, propriæ ſuavitati reddetur, onúsque ejus nimis indiſcretè aggravatum priſtinam ſuam levitatem reſumet*. Vt autem timoratæ, & indiſcretæ conſcientiæ fervor, qui in perditionem ducere poſſit (quaſi novi aliquid jam contingat) extinguatur, prorſusque timor illius, vel illorum, qui adhuc vices Chriſti gerere, & claves videntur, *utinam & ipſius ſemitas ambularent*, penitùs præſcidatur,

quò

quò opus iſtud ſacrum animoſius ſecurius & liberius poſsitis aggredi; ideo certas, breves concluſiones, olim ante ipſum ſacrum Baſileenſe concilium, & tempore inchoationis ejusdem, per certos excellentiſsimos, tam ſacræ paginę quàm juris Canonici & civilis doctores, dictatas, approbatas, publicatas, & per idem Concilium acceptatas, per nos verò ſecundùm rei exigentiam aptatas & electas, tanquam præmiſſarum extinctionis, & præciſionis efficaces, præſentibut duximus inſerendas, & omnibus publicandas. Quarum prima talis eſt: *Fides Catholica adeò privilegiata eſt, ut omni homini præferenda ſit, & obmitti non debet, ob metum, amorem, favorem, & gratiam cujusvis mortalis hominis, quacunque fulgeat dignitate. Necdum etiam Eccleſiaſtici viri, ſed & ſeculares maximè Principes adſtricti ſunt Chriſtianam fidem defenſare, aliter à fide alieni cenſendi ſunt.* Sicut igitur hæreſes Novati, Arrii, Sabellii, Macedonii, Neſtorii, & aliorum hæreticorum per generalia Concilia exſufflatæ fuerunt; Ita neceſſe eſt, pro eradicatione hæreſiarchalium opinionum, & Sodomiticorum aliorumque immaniſsimorum, quæ pudicam ex ſolo auditu ſcandaliſant conſcientiam vitiorum, quæque heu nedum in deſpectis prophanatisque ſacræ urbis Romæ locis, verum quaſi in ſede ſancta Petri vigent, & contrahuntur. Etiam pro olim commotæ, & interim fortius latiusque & profundius concretæ,

tæ,& radicatæ, malitioſæ Huſsitarum ſectæ, extirpatione, & multorum aliorum malorum quodammodo præfatorum deletione, ſacrum generale Concilium conpleto tempore, in citatione prædicta contento, inevitabiliter celebrari. Secunda eſt: *cùm celebratio Concilii generalis ſit medium neceſſarium, eradicandi, extirpandi, & delendi prædicta, quisque Chriſtianus ſecundùm magis & minùs obnoxius eſt promovère ſub pœna peccati mortalis, celebrationem Concilii fiendam dicto tempore, ubi Papa & Cardinales deſiſtant promovere, aut velint impedire celebrationem Concilii generalis dicto tempore, ex eo fautores hæreſis ſunt cenſendi.* Tertia, *ubi Papa dicto tempore per ſe vel alios, aut alios ab eo deputatos legitimè comparens, Concilium non incipiat, ut ſe purget, præſentes tunc in Concilio jure divino ſunt obnoxii, ei primo obedientiam nomine totius Chriſtianitatis ſubtrahere, & omnes Chriſticolæ præſentibus in Concilio tenentur parere.* Vltima conclusio, *ſi appareat Papam aut Cardinales nolle promovère Concilium aut impedire, aut nolle venire, ceſſante infirmitate, vel captione, ex poteſtate attributa Concilio à*

Deo, Concilium contra non promoventem, vel impedientem, aut non venientem tenebitur procedere ad illius, vel illorum privationem, & depoſitionem ſummaria. & de plano, & ad alias pœnas à jure ſtatutas contra fautores hæreſis. Hanc igitur authoritatem habentes ô vos omnes fideles Chriſti, qui eſtis membra Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, Clerici præſidentes, & Laici tanquam firmiſsimæ exedræ conſervantes: jam jam illi ſuccurrite precamur. Proteſtantes coram Deo noſtro, omnique militia fidelium, jam in Cœlis triumphantium, quòd ſi quid ſiniſtri ex negligentia, amiſſa, & contumacia veſtra, in hac vinea Domini ſancta Eccleſia particulariter ſive univerſaliter aliquid ſuccedat, nos in illo nihil culpæ contrahere, qui illius integritatem, ſpecimen, & reformationem, cum vitæ noſtræ periculo, quam propterea intrepido animo parati ſumus exponere apud eos omnes & ſingulos indefeſsè ſollicitavimus, & quæſivimus. Verum ſcientes Deum ipſum cujus cauſam gerimus, negligentiam, auriſiam, & contumaciam hujusmodi à minimo veſtrum uſque ad maximum, diſtricto intollerabili & indiſpenſabili judicio per gladium & ignem exacturum. In quorum omnium teſtimonium ſecretum noſtrum ad finem præſentium impreſsimus. Anno ab humana nativitate Domini noſtri Ieſu Chriſti prædicti M. CCCC LXXXII. ipſo die Beatæ Margarethæ virginis & martyris.

Se-

Sectione III. *Cardinalis in Sixtum quartum invehitur, vitam, vocationem, & regimen ejus taxat, Papæq; poteſtatem & judicium ἀνυπεύθυνον reſtringit.*

Secunda Editio Apppellationem continet.

Ego Andreas Dei gratia Archiepiſcopus Craynenſis, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, titulo ſancti Sixti, Presbyter, Cardinalis, Pronunciator ſacri Concilii Baſileenſis hodie conſtitutus coram Deo, & Domino meo Ieſu Chriſto, qui ſermone unico & efficaci, & penetrabiliori omni gladio ancipiti, & perſtringenti uſque ad diviſionem animę & ſpiritus, compagiumque ac medullarum, judicaturus eſt vivos & mortuos, facturusque ſermonem ad Te, *O Franciſce de Savona, ordinis fratrum Minorum, qui cathedram ſanctam Petri malè aſcendiſti, maléque nomine Sixtus IV. jam annis undecim occupâſti, Apoſtoli Pauli (ad Elimam habitis) verbis, rectè potero exordiri; O plene omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini rectas, dolo namque & fallacia non intrans per oſtium, ſed per Simoniam, quaſi fur per feneſtram prohdolor! ingreſſus es in regimen Eccleſiæ ſanctæ Romanæ; Inde facientem deſideria Diaboli filium te eſſe, veritas ipſa* de-

declarat cùm dicit: Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Deſideria autem Diaboli ſunt ſecundùm quæ, cùm eſſet Angelus pulcherrimus Lucifer, inquit: Ponam ſedem meam ad Aquilonem. & ſimilis ero altiſsimo. Tu verò ſimiliter intra te dixiſti Papatum ambiens: *Emam cathehram Petri, ut poſsim mactare oves Chriſti*; Ecce quàm conformis in te & illo eſt concupiſcentia, ambitio, & deſiderium dominandi, quæ illum rudentibus inferni detractum tartaris tradidit cruciandum, te verò Dei & Eccleſiæ judicio damnari poſtulat. *Nam Chriſtus non hanc cathedram vendendam eſſe, ſed dixit: Gratis accepiſtis, gratis date. Nec eandem Petrus emi voluit, dicens; Paſcite, qui eſt in vobis gregem Dei providentes non coacti, ſed ſpontaneè, ſecundùm Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neq; ut dominantes in Clero, ſed forma facti gregi ex animo.* Sed audi eundem dicentem Simoni: pecunia tua tecum ſit in perditionem. Nonne igitur meritò te à regimine Eccleſiæ ſanctæ Dei, *ad quod idoneus non es*, repellendum exiſtimas Nonne times ſi quandoque tibi dicatur ab Eccleſia: Vade poſt me Sathanas, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum, imò quæ ſunt contra Deum & homines. Quotiens, ô Sixte, intimæ compaſsionis affectu,

argui injuſtitias Tuas, & non mihi auſcultâſti? *Quotiens ſcelera* reprehendi tua, & me deſpexiſti. *Quotiens prævaricationes tuas tibi objeci*, & me ſubſannaſti? Nonne licuit mihi ſecundùm formam Evangelii dicere tibi ſecretè; *Cur benedicis & maledicis pro pecunia? Cur beneficia vendis? Cur gratias ſpirituales pecuniæ æſtimatione taxas?* Vt quid non ea gratis impendis? Vt quid non illa inter dignos diſpenſas, prorſusque ſubtrahis ab indignis? Vt quid de ſpiritualibus quæſtum facis, ut qui plùs det, ea accipiat. Et cûm ſollicitudo tua omnium Eccleſiarum eſſe debeat, ut quid, apud & quaſi coram te peccantes non arguis Cur *tol'eras* Sodomitas, Sacrilegos, Simoniacos, homicidas, officiis & profeſsionibus ſuis non ſatisfacientes, ſuis ſubditis non intentos, rem injuſtam defendentes, juſtitiam vendentes, *doctrinam malam docentes*, virgines ſtuprantes, ſorores inceſtantes, ſub cœlibatu pueros procreantes, moniales violantes, fornicarios, meretrices

[*Tolleras*] Inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides, & negligentes rectores, nutrientes multam peſtilentiam, dum auſteriorem diſsimulant adhibere medicinam. LXXXVI. di inferiorum. XXIII. q. IV. qui poteſt obviare & perturbare perverſos, & non facit, nihil aliud eſt, quam favere impietati eorum. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare; *In Can.* Qui poteſt.

ces publicè inſectantes & includentes, multis contaminationibus & criminibus reprehenſibiles, injuſtos, indoctos, imperitos, ignaros, inſufficientes, nihil ſapientes, ambitioſos neophytos, vinolentos, guloſos, ebrios, nihil verentes, percuſſores, arma gerentes, foventes mala, lites, ſchiſmata, diviſiones & odia, litigioſos, inquietos, indiſcretos, imbeciles, & qui ſunt vitæ malæ, atque exempli pernicioſi, fœneratores, Eccleſias quas deſervire nequeunt locantes ſub uſura, metentes ubi non ſeminarunt, colligentes ubi non ſparſerunt, manducantes quod non laboraverunt, vitam cum omni turpitudine & laſcivia, ſine timore Dei ducentes, pueros elingues, balbos, venatores, diſcolos, joculatores, luſores turpi habitu incedentes, crines calamiſtrantes, longos nutrientes, aliiſque vitiis & maleficiis atque dehoneſtationibus ſuperfluentes. Cur illos promoves, exaltas, ditas, cur horum, per quos Eccleſia ruit, perit, ſcandaliſatur, cum proborum, doctorum & dignorum injuria beneficia multiplicas? Cur eis paſcere oves Chriſti, & curam animarum committis, quibus potiùs paſtum ſuum indiceres. Ideo certè, quia ad hoc cathedram ſanctam emiſti, ut ſancta prophanares, plùs offerentibus vendens; ſicque non contentus alimentis, & quibus contegaris, ſed cupiens ditare te & ruſticos attinentes tibi, quæſtum tuum in illis conſtituiſti, magis tecum illos curans quàm Eccleſiam, cujus ad hæc prædia plura alienaſti. Vtque illi creſcant, ipſa verò Eccleſia decreſcat, vel penitùs pereat. Cùm enim indocti & indigni providentur docti, & modeſti dignique,

non tantum negliguntur, quantum deſpiciuntur. Neceſſe eſt omnes filios Eccleſiæ à propoſito bono declinare in viam ignorantiæ, & inſolentiæ, ne alii ſua ope fruſtrentur, qui aliam neſciunt; Hæc certè cauſa, quod ſancta mater Eccleſia multos alumnos amittit egregios, poſtea promovendos in pugiles fidei & athletas. *Sic ardentes lampades nedum ponuntur ſub modio, ſed penitùs præ defectu olei extinguuntur.* Marceſſunt omnino tenellæ trabeculæ, & qui in fortes Eccleſiæ columnas fidei poterant excreviſſe, ſubtilis ingenii capacitate dotati, averſi irrationabili ſublimatione indignorum, qui dignorum promotionibus infeſtantur, qua debe quadam apoſtaſiæ ſpecie, dum non ſit meritorũ recompenſatio, nec reſpectus qualitatum, ſtudioſorum gymnaſia, in eaſdem ſcurrilitates cum ignavis concurrentes, derelinquunt: *Vel ſi potius virtutes ſequi elegerint, ad artes mechanicas, ad Eccleſiæ diſpendium, & totius Cleri vilipendium convertuntur.* Inde fit quòd Clerus deſpicitur, Eccleſiaſtica ſtatuta vilipenduntur, privilegia, & libertates Clericorum, cùm nemo ſit, qui ſe defenſionis inurum exhibeat, infringuntur, & de exemplari levitate Cleri fides quaſi pluma de Laicorum cordibus, niſi ſingulariter illuminaret opiniones eorum, Spiritus Sanctus, ſufflaretur. *ſuſcitataque paſſim inter curioſos Laicos errorum materiæ, vel hæreſium opiniones, quas non*

non intelligunt, ubique gloriantur, quaſi magis ſapientes ſe exprobrâſſe agminibus Iſrael. Quòd in omnibus caſtris Cleri, non vel vix ſit, qui cum eis ad ſingulare certamen diſputationis, quo veritas inveſtigari ſolet, deſcendere auſit; vel ſaltem incidentem dubitationem, pro laici ſatisfactione decidere, enucleare, quod taceo hæreticum, aſtutum, & relatrantem, ratione & authoritate concludere nôrit. Sicque cum majori ſcandalo Cleri fit, *quòd Laici ferè plùs ſapiunt, magis honeſtè, religiosè, juſtéque ſe gerunt, quàm Clerici, qui omnia facta ſua quaſi pro lege habentes etiam errores ſuos per legem Jeſu Chriſti conantur defendere. Hinc quaſi apud omnes heu dormit Evangelicorum præceptorum, taceo conſiliorum obſervantia, vivúntque ferè pariter ſinguli contra Evangelium, ac ſi legem non haberent.* Vnde fit, ut ferè in gentilem, vel eo pejorem Chriſtianorum ritus perductus ſit, Tu verò Sixte, quando his paſtorali ſollicitudine obvias, ubi eſt

[*Scandalo*] Recordare Domine Deus meus adverſum eos, qui polluunt ſacerdotium, jusque ſacerdotale, & Leviticum. *Nehem. ultim.* &c.

labor tuus, ubi vigilantia tua, ubi *diſtrictio* tua? *Quando corrigis ſcelera, quando reformas ſingula, quando clavibus uteris Eccleſiæ fortiter, quando in puniendis debitè animadvertis?* An ignoras quod ſi quando non profertur contra malos ſententia absque ullo timore, Eccleſiaſtę atteſtante, filii hominum perpetrant mala? Bonum ne fortè magis tibi videtur *in avaritia fictis verbis contra doctrinam Chriſti & Apoſtolorum negotiari de populo Chriſtiano*, & ſuperducere tibi ipſi celerem perditionem? Ut quid non ponderas cathedram, quam emiſti ut quid non potius cogitas ut compleas officium cathedræ, ut quid non, ut deberes, reſpicis Eccleſiam quam tamen per Simoniam licèt accepiſti, diligenter curandam. Reſpondes fortè, quòd damnabili opinione prætendis: *Extinctus cinis erit corpus noſtrum, & ſpiritus diffundetur tanquam mollis aër. Igitur fruendum eſt bo-*

[*Diſtrictio*] in Canone; *Sed illud*, XLV. di Rectorem ſubditis, pietas Magiſtrum, diſcipilna verò Presbyterum exhibeat. Nec duo iſta nomina *homo peccator* fruſtra dicuntur. Quia enim peccator eſt, corripe, & quia homo miſerere. Nec omnino liberabis hominem, niſi eum perſecutus fueris peccatorem Ita nulli homini claudenda eſt miſericordia, ſicut nulli peccatori impunitas relaxanda.

bonis, quæ ſunt: celebrandum eſt feſtum, cùm ſit: ubique relinquenda ſunt ſigna lætitiæ, & animosè in luxuriam concurrendum. Sed non ſic, Sixte, non ſic. Habes ne ignorantiam Dei? Annon credis, cùm omnes reſurgemus, ſtabimusque finaliter ante tribunal Chriſti, accepturi ſecundùm quæ geſsimus bona vel mala? Neſcis uſque huc, quòd horrendum ſit incidere in manus Dei viventis? Quanta igitur putas te mereri ſupplicia qui filium Dei conculcâſti, & ſanguinem teſtamenti polluiſti, in quo omnes ſanctificati ſumus, & Spiritui gratiæ contumeliam feciſti. In noviſsimo die adducet te Deus in judicium, tunc enim habebis rationem reddere Domino Ieſu Chriſto, de tua infidelitate, negligentia, & transgreſsione: Quomodo Eccleſiam rexerint *pueri, adoleſcentes, ignari, ſequentes luxuriam tum, quos tu exaltâſti. Quomodo diſsipaveris bona Eccleſiæ in vanitate quibus debuiſſet*, auxiliante Deo, procurâſſe unionem inter omnes, qui diviſis animis utrinque Chriſtum colunt, ut Græci, qui adhuc ſuperſunt cum Latinis unius moris effecti in domo Domini pariter ambulâſſent cum conſenſu. Simulque inſignem illam Græciam, & civitatem imperialem maximam, Conſtantinopolim, ubi toti orbi famoſiſsimum illud & ſacrum Sophiæ templum, jam idolorum cultibus prophanatum eſt, de manu ſanguinolenti Lichaonis feriſsimi hoſtis Ieſu Chriſti cum gloria recuperâſſent. Et

extirpâſſe hæreſes maximè Huſsitarum , ſecundùm quod inceptum fuit Conſtantiæ, & deinde continuatum Senis & Baſileæ in Conciliis , & reconciliatas Chriſto reddidiſſes animas, vel ea ſaltem ad neceſsitates alias Eccleſiæ & pauperum Chriſti erogâſſe. Quomodo, non ſervata conſtitutione Synodi Conſtantienſis Conciliorum de decennio in decennium celebrandorum, Synodum ſacram, in qua prędicta fuiſſent expedita, pax omnibus Chriſticolis reddita. Omnia ad rectam obſervantiam morum, credulitatis & juſtitiæ, reducta convocare neglexiſti. Quomodo per tuam negligentiam, & turpem gubernationem Eccleſia Romana penè temporalibus,& maximè theſauris ſuis denudata eſt, & multis turpitudinibus & injuſtitiis deformata, litibusque continuis occupata. Quomodo per malam vitam tuam grex Chriſti ubique terrarum ſcandaliſatus ſit. Cumque hujusmodi, ô Sixte, *à me pluries tibi cum dolore cordis ſecretè inter me & te dicta*, non acceperas, ut calceatus pedes tuos in præparationem Evangelii pacis aliquando emendares, *habui ultra adhibere* teſtes, *dixiq; ea in cœtu Cardinalium Eccleſiæ*, te ad emendationam exhortans. *Tu verò quaſi incurabili vulnere, quod omnem medicinam abſorbet ſauciatus, & ſicut aſpis ſurda*, & obturans aures ſuas, ne vocē exaudiat incantantium, & venefici incantantis ſapienter, non accepiſti admonitionem meam in

in cor tuum, ut reſipiſceres, ſed magis magisque irretitus raptabas in animam meam, ſpiransque minarum & cędis, tota die concinnabas dolos, quibus me caperes *tandémque injuſtè captum & judicatum me liberè dimiſiſti.* Igitur ne gravius indies magis magisq; Eccleſia per tuas inſolentias damnificetur, & nomen Ieſu Chriſti *ob turpitudines, quas, ut præmittitur, & facis, & nutris*, apud exteros Turchas vehementius blaſphemetur. Iam ultimũ ſupereſt, ut dicam Eccleſiæ, Quapropter à fidelibus Ieſu Chriſti, *& Eccleſiæ filiis, Magiſtro civium, & Conſulatu Civitatis Baſileenſis*, quæ ab olim pro Concilio militat, ſub congrua tutela admiſſus & receptus apud eos maneam, pro congregatione Eccleſiæ ſollicitans atque agens. Tu eis per *adoleſcentem puerilem, elinguem*, Breve dirigens, non absque tui ipſius ignominia mandâſti, ut me vincirent. *Cur hoc feciſti? Tu tamen me vinctum dimiſiſti. Cur homines ad injuriam verſus me niteris provocare, cùm nullam tamen ego tibi injuriam irrogârim?* Nonne ideo, *quia es inimicus omnis juſtitiæ, & non deſinis ſub verrere vias Domini rectas?* Num quid enim aliter ſi tibi feciſſem, injuriam, Tu illam reddere debuiſti? Nunc autem cum juſtitiam de te quæram, quomodo de me quæris injuriam? Quomodo tu,

qui ſecundùm juſtitiam omnes judicare debes, *me contra juſtitiam, & præter illam vinciri jubes?* Cur non potiùs, ſi quid injuſtè à me pati videris, juſtè purgas, & juſtè de me ulciſceris? ne tibi liceat mihi facere violentiam, cùm nec tui ipſius *vindex* eſſe debeas; ſi quid malè feci, contra te, juſtitia vindicet. Si Evangelii formam ſervo contra te, proceſſum meum ne violare præſumpſeris. Si in cathedra juſtitiæ ſedes, jam te imploro. Quatenus

[*Vindex*] Auguſtinus: Inſerendæ vindictæ non eſt idoneus, qui odiū, quo marcet, dilectionis manſuetudine non ſuperat. Et Abigael ut David prohiberet, à vindicta, ita illum perſuadendo affata eſt: Non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulum cordis, quod effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te ultus fueris. Et David noluit exercere vindictam in Chriſtum Domini, dixit enim ad Abiſai, qui extendet manum ſuam in Chriſtum Domini & iñocens erit. *Hæreticorum magis eſt propriū, quàm Catholicorum, violenter opprimere ſibi contrarios.* Hinc enim Hæretici publicè inter ſe prædicabant contra Auguſt. *Peccatum nō eſſe interficere Auguſtinum, & illum tanquam lupum occidendum eſſe, & dimittenda omnia peccata à Deo illius occiſoribus.* Et in Arimino, illud conventiculum Hęreticorū licèt evidenter de ſua pravitate in beatū Athanaſium factitata convictum; eundem Athanaſium condemnabat, ut eſt in hiſtoria Eccleſiaſtica.

nus mihi & tibi juſtitiæ copia non deſit. Hoc enim ſollicitare te decet violentiam inferrè minime quæ tuum reatum prodiderit. Putas ne, me tui timidum, ut cùm veneris te purgare, non paream, vel ſaltem declinem, aut indictis quęrã ſubterfugium: Ideoque me vinciri vis, ut de me ſis ſecurus, ne fruſtra venias? Ne hoc timeas: nullo modo hoc rêre; Necque hujuſcemodi de me tibi perſuaſeris. Sed eſto, *a. quandiu* hanc vitam, Deo concedente, poſſideo, reddam cum virtute apud omnes teſtimonium *Cùm tu non ſervas juſtitiã, nec fidem, nec religionem, & non ſolùm vinciri, ſed & mori propterea ſum paratus*, cognoſcens gratiam eſſe, ſi propter conſcientiam Dei ſuſtineam triſtia patiens injuſtè, & ſi Deus dederit meliorem & *b. manentem* ſubſtantiá me habere Nequaquã igitur,

[*a. Quandiu*] Ne contingat exprobratio Abner ad Ioab dicentis: Num uſque ad internecionem tuus mucro deſæviet; an ignoras, quàm periculoſa ſit deſperatio?

[*b. Manentem*] Apoſtolus: *Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus*: Et Ieronymus in præfatione ſuper Eſdram ait: *Itaque licèt hydra ſibilet, victórque Sinon incendia jactet, nunquam meum ſilebit juvante Chriſto eloquium, etiam præciſa lingua balbutiet.*

tur, hortante Paulo, amittam confidentiam meam quam gero in Domino, & quæ habet remunerationem. Patientia enim mihi neceſſaria eſt, ut voluntatem Dei faciens reportem promiſsinem in fide, per quam ſancti olim vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſsiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugaverunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate ſua, fortes facti ſunt in bello, & caſtra verterunt exterorum. Tibi enim non, ſed tuis criminibus ſum inimicus, & ea, propter amorem Domini mei Ieſu Chriſti, utilitatem Eccleſiæ ſuæ, & reductionem juſtitiæ, ut debeo, accuſo, & deteſtor: Doleoq; tui causâ, *quòd tam cæcus es, ut palpites in via juſtitiæ.* Ophthalmia obduxit oculos tuos ſanguine peccatorum, & utinam aliquando ad cor converſus diceres; libera me de ſanguinibus Deus. Si rectè videres, utiq. eruberes aliis mandare, quod eſt injuſtum. *Non parùm ſcandaliſati ſunt de tam frivolo & impio mandato tuo fideles Eccleſiæ filii in Baſilea, & circumquaque conſtituti.* Miror, quæ te præſumptio deceperit. Quomodo enim potuerunt ſalvo honore, ſalvaque conſcientia, ſuam defenſionem, ſuam fidem, ſuam conſtantiam in me propter te frangere? An licuit eis transgredi præceptum ſacri Concilii Ieroſolomitani, ubi & Petrus vertex, Iacobus frater Domini, & honorabiliſsima theologorum ſummitas Iohannes, cæteraque concio ſancta fratrum ſeniorum & diſcipulorum præſederunt, & reatum contra-

trahere in ſuffocato? An licuit eis, te mandante, me vincire; An tu hoc *Apoſtolicâ* authoritate mandare potuiſti? Minimè quidem. *Neque enim Deo & juſtitia major, neque Eccleſia es.* Ideóq; debuerunt magis Deo parere, & ſuæ juſtitiæ, aſsiſteréque Eccleſiæ, quàm tibi; apud Deumq;, Iuſtitiam, Eccleſiam, atque te, ſe magis reddere excuſatos, quàm tibi parendo, in Deum, Iuſtitiam, Eccleſiam, atq; me peccare Chriſtianiſsimi cives Baſileenſes. Qui criminum tuorum uſque illac dubii, extunc cum gravi ſcandalo plenè creduli facti ſunt, *placaverúntque Deum transgredientes tuum de me vinciendo mandatum; quemadmodũ Pinees Iſrahelitâ;* Num. XXV. Dei mandatum, de non occidendo. Illi enim fratrum delinquentium occiſio, & ſi occidere contra Dei mandatum erat, ad juſtitiam, non ad noxam reputata eſt, &

[*Apoſtolica*] Innocent. in Can. Inquiſitionis de Sen. excom. *Non eſt*, inquit, *obediendum mandato Papæ injuſto; ex quo multa mala & ſcandala ſunt futura: vel eſt vehemens præſumptio, de turbatione ſtatus Eccleſiæ.* Neq; enim conſentiente Chriſtus Domini, invadatur, & occidatur à quoquam. Nam & David eum, qui Saul hæc rogantem interfecerat, & diadema cum armili illius ad David tulerat, interfecit, dicens: Quare non timuiſti mittere manum tuam, ut occideres Chriſtum Domini?

& iſtis reputatur ad juſtitiam: Quia me in caſu, quo non juſtum, implorantem tamen ſequentemque, & pro omnium virium mearum modulo ſollicitantem juſtitiam, contra injuſtitiam tuam, defendunt. Inde etiam ſi tu inſaniâ ductus *maledixeris*, eis Deus omnipotens de abundantia virtutis ſuæ benedicet. O igitur maxima de te temeritas! Video equidem, *quod frons meretricis effecta ſit tibi, ut non vereâris, rem iniquam, incontaminata authoritate mandare*. Tu te innocentem cognoſcens, non debuiſti te ipſum per ignorantiam, & iniquitatem accuſaſſe, ſed potius, ut teneris cum juſtitia excuſaſſe. An ignoras *Sixtum III.* à Baſſo delatum convocato concilio ſe purgaſſe delatoremque ſuum poſtea defunctum, propriis manibus ſepeliſſe? Liceat tibi congregato Concilio te purgare, & de falſo delatore pœnam ſumere. Quid plura? *Reris ne, te non poſſe à me accuſari. Nonne ergo nôſti ſchiſma Symmachi Papæ cum Laurentio? Præterea nôſti ne, te hominem; ſi Pontificem te credis, qui ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur; cùm & Petrus confiteatur Cornelio ſe eſſe ho-*

[*a. Maledixeris*] Nulli licet vindictam injuriæ propriæ anathematiſando exercere, in C inter querelas XXIII.q.IV.

[*b. Sixtum*] Vt in Can. Mandaſtis II.q. IV. & d. XXI. in Can. Nunc autem.

hominem. Homo cùm ſis, & in ſummi Pontificatus faſtigio ſiſtens? Nec te Dominum Epiſcoporum præſumpſeris, cùm dicat Bernhardus ad Eugenium ſcribens: Conſidero autem omnium ſanctam Romanam Eccleſiam te authore Domino præſidente Eccleſiarum matrem eſſe, non dominam, te etiam non dominum Epiſcoporum, ſed unum ex Epiſcopis. Si ergo Epiſcopus ſis, & ego Dei gratia Epiſcopus ſum, licèt minori dignitate & authoritate uſus. Quis dubitat me te faternè correptum, jam deinde ſecundùm inſtituta Chriſti, quia me non audiſti, accuſare poſſe, cùm & ſervi dominos ſuos poßint corripere durè, & accuſare, maximè in criminibus, quibus te, Deo aßiſtente, convincam eſſe reũ. Quæ etiam tot tantaque ſunt præter ea, quæ nondum narravi, ut me omnibus, aliíſque hominibus tacentibus, jumenta, imò lapides, omníſque ſimul creatura à Deo compellantur proclamare. Nam & aſina Balaam arguens prohibuit prophetæ, inſipientiam, per angelum Domini coacta. Numer. XXII. Nonne etiam Paulus apud Galatas fatetur, ſe Petro ſimulationis reo in faciem reſtitiſſe,

quem

quem nimirum niſi emendâſſet, primo adhibitis teſtibus, deinde, ſecundùm mandatum Chriſti, Eccleſiæ accuſâſſet, & illam non curantem tanquam Ethnicum & Publicanum ſpreviſſet. *Siquidem & illi, qui ex circumciſione erant, diſceptabant adverſus eundem Petrum dicentes : Quare intraſti ad viros præputium habentes, & manducâſti cum illis? & ille eis rationem reddidit, ſecundùm quod ipſe hortatur, & nos paratos eſſe ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti rationem. Iſtis itaque cognitis Concilium absque te congregari, téque deponere, & damnare ob tua crimina poſſe ne mireris; cùm ſedem Petri teneas. Præterea nempe, & ſi primum Apoſtolorum Concilium, ubi murmur Grecorum adverſus Hebreos ſublatum, & ſeptem Diaconi inſtituti fuerunt, per duodecim congregatum fuiſſe dicitur: quorum utique Petrus unus erat, de eo tamen expreſsè non fit mentio. In Antiochia deinde per Paulum & Barnabam Concilium inchoatum, & diſcipulis in eo Chriſtianum cognomen impoſitum fuit. Ibidem poſtea iidem Paulus & Barnabas reverſi de opere gratiæ, quod conpleverant, Eccleſiam congregaſſe dicuntur. Ieroſolymitanum ſupradictum contra circumciſionem Paulo inſtigante celebratum fuit, *in quo tamen Jacobus præſedit*. Deinde nôſti Liberium Papam, ſe tandem non conſentiente depoſitum, & *Anaſtaſio* Papæ ſub

[*Anaſtaſio*] XIX. di. Anaſtaſius ſecundus, natione Romanus; fuit tempori bus Theodorici regis. Eode mtempore multi Clerici ſe à communione

ſubtractam à Clero obedientiam, quem, priusquàm deponeretur. *Deus horribili exitu corripuit.* Nonne Conſtantinum Papam depoſitum, exoculatumque cognoſcis, *eò quòd: ſicut tu, irrepſiſti*, ita ipſe quoque ſummum Pontificatum invaſerit? An neſcis Iohannem XII. & Benedictum *IX. depoſitos fuiſſe per Concilia?* Et quaſi noſtro tempore per Concilium Piſanum depoſitos, Alexandro V. ſuffecto. Innocentium VII. & Gregorium XII eisdemque deinde per Concilium Conſtantienſe humilitatis, facto Martino V. depoſitum Iohannem XXIII. præfato Alexandro V. ſuccedentem. Cæterum igitur ſanè intelligas, quod ſecundùm ſaluberrimá determinationem ſacræ Synodi Conſtantienſis prædictæ, *quam & Apoſtolica ſedes ſuſcepit*, dè poſt à fine ejusdem, in quinquennio celebratum fuit Concilium Senenſe, in cujus ſolutione pro alio Concilio in ſeptennium celebrando locus deputatus fuit Baſilea, cujus cum

ipſius abegerunt, eò quod communicaſſet ſine conſilio Epiſcoporum, vel Presbyterorum, & Clericorum cunctæ Eccleſiæ Catholicæ, Diacono Theſſalonicenſium nomine Photino, qui communicaverat Acacio: Et quia voluit occultè revocare Achacium, & non potuit, nutu divino percuſſus eſt. Gloſs. Qui dum appelaret emiſit inteſtina ignominioſè lapſus. Nota: Excommunicatio tranſit in tertiam perſonam ubi quis communicat in maleficio, ut de ſen. ex, nuper, & glo. hic.

tempus adveniſſet Concilii, illos velut alter Nathanael verè Iſraelita, in quo dolus non erat, deſiderio, tractus ſanctorū operum, ad quæ perficienda celebrandum erat Concilium venit, venerandus Pater Blexāder, Abbas Virgiliacenſis ord. D.S. Benedicti, cognito jam adveniſſe tempus celebrandi Concilii generalis in dicta civitate, ad quod ſine alia vocatione Prælati, & alii vocari conſueti ad generalia Concilia ſub pœnis juris, venire adſtricti erant, conteſtabatur, coràm capitulo Eccleſiæ & certis Prælatis, in civitate Baſileenſi, quòd ipſe pœnas illas evitare cupiens ad hoc veniſſet, debitum ſuum facturus circa agenda in ipſo Concilio, & per eum nullo modo ſtare, quin jam ibi celebretur Concilium. Offerens ſe præterea paratum conferre cum ipſis, in quantum vellent aſsiſtere de tractandi in Concilio. Deindeque cùm poſt vigentiam Concilii protractu temporis, interminatis adhuc propoſitis ſuis, maximè neceſſariis, facta diviſione, ſine alterius loci præfixione, & legitima ſolutione diſgregati ſint partes Concilii, interim ſemper intelligi potuit ibidem eſſe Concilium, in quantum fuiſſent quantumlibet pauci minimi, aliquali ſaltem ratione ad tractandum de factis Concilii idonei, qui conciliares actus feciſſet, ſed quia illi non fuerunt, Concilium intellectum fuit, ſed non celebratum. Iamque vigennium, & ultra eſt, quòd ſemper juxta conſtitutionem ſacræ Synodi Conſtantienſis prædictæ, in quantum etiam præcedens Concilium, ſecundùm locum non durâſſet aliud celebrari, maximè igitur illud, quod adhuc ſecundùm locum

imò

imò etiam ſecundùm negotia,& propoſita ſuſpenſa,& nondum terminata, per actus legitimos innovatum,imo veriùs repetitum terminatis propoſitis illis dudum inceptis legitime conſummari debuiſſet. Sed quia hoc factum non eſt,timendum erit omnib.& ſingulis qui neglexerunt,*jam verò nedum negligunt,ſed vel prætereunt,vel reſiſtunt,quominùs adhuc fiat ſe graviſſimam iram omnipotentis Dei,& pœnas ab Eccleſia univerſali, quæ in jure promulgatas,cum ſui damnatione & incurriſſe, & incurrere.* Imputandumque venit tibi,omnibusque & ſingulis,qui Eccleſiæ Miniſteriis deputati, & charactere Dei inſigniti, quaſi quâdam præcipuâ prærogativá,præ Laicis,tanquam illi de Eccleſia non ſint, Eccleſiaſtico vocabulo cenſentur. Imò etiam omnibus principibus ſecularibus; quòd de Evangelio & ſudore pauperum Chriſti viventes,tantùm ſibi ipſis placent, tantúmque vanitatibus innituntur, vacantque illecebris,ut pauperem Chriſtianitatem omnino negligentes,eam,dum ſub Concilii nomine non conveniunt,nedum in moribus legem Evangelii,& inſtitutionis Chriſtianas excedere; verùm etiá intra ſe hæreſibus infici,& plurimis ſectis, diviſionibus, & diſcriminibus dirimi, & ab extra corradi, conſumique perſecutionibus inimicorum Chriſti atrociſsimorum Turcarum, ad maximam offenſam Dei omnipotentis patiantur. *Sed quia illi,dum Apoſtolica tuba non canit, ſomno-*

lenti ſunt, tardi, pigri, & tepidi, atque penitùs frigidi, in his quæ ſunt Dei, alter per alterum ſe excuſare volens, omnes pariter, qui quaſi fortes milites Chriſti laborare, & accincti gladiis ſuper femora ſua decertare potentiſſimè tenerentur, coràm Deo & Eccleſia ſe reddunt graviſſimè accuſatos. Ideo tibi, cui præcipua totius Chriſtianitatis cura ex officio Cathedræ tuæ emtæ, imminet, magiſque teneris eſſe obediens, mandatis Eccleſiæ, & cenſuras ejus nedum præcavere, ſed & exequi, hoc gravius imputatur, quòd dormientes jam undecennium quo præſediſti, non excitaſti, ita ut non improvidè in gemitu, & ardua pœnitentia proſpiciendum tibi eſſet, quomodo effugeres juſtam mercedem prævaricationis & inobedientiæ tuæ, qui ſpretis cenſuris univerſalis Eccleſiæ, in tui damnationem tantam ſalutem, totius Chriſtianitatis neglexiſti, & aliis negligendi occaſionem, tamen non cauſam, dediſti. *Quòd ſi præcedentium te negligentiam objicis, nondum te per illorum culpam excuſaſti,* ſed fortius ſemper accuſas, qui non *culpas*, ſed meritum eorum trahere debes in exemplum, & quę illi neglexerunt, & tu poſt eos, jam incipere, & adjuvante Deo, perficere mecum. *Ego quidem ter-*

[*culpas*] Inquit Fabianus: O miſeros homines qui hoc intuendo Chriſtum obliviſcuntur; in Can. *ſignificaſtis*.I.q.1.

territus,cenſuris prædictis, & vindictâ Dei graviſſimâ,quæ evidenter fermè in omnibus locis Chriſtianitatis populum,ob noſtra peccata enormiſſima, durè affligit. Motus quoque,tam duriſsima Huſsitarum ſecta,nondum eradicata, turpitudine illecebrarum tuarum, quæ tibi Concilium odioſum efficiunt, multiplicibusque defectibus populi Chriſtiani fretus vera authoritate & fundatione Concilii Baſileenſis adhuc,ut præmittitur, licet interrupta, ſeu verius derelicta, nondum tamen extincta celebratione ſecundùm locum & interminata propoſita perſeverantis. Indeque militia loci civitatis Baſileenſis, compulſus autem conſtitutione prædicta Conſtantienſis Concilii, in cujus transgreſsione, ut præmittitur, non ſine gravi damno Eccleſiæ,& heu fidei detrimento, Deique omnipotentis offenſa decennii,duplicatus jam numerus effluxit, *tanquam verus Prælatus, & Archipræſul, Cardinalisque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obediendo conſtitutioni ejusdem,locum atque authoritatem prioris Concilii Baſileenſis repeti,atque ibidem ſub dicta authoritate,obtenta à fidelibus civibus protectioni,mihi nomine Eccleſiæ ab eis debita me locavi.* Proteſtatus,me à dictis cenſuris eſſe immunem, cùm per me non ſteterit,nec ſtet,quin Concilium ſemper interim celebratum fuiſſet, d jam celebraretur. Et deinde ac

eradicandum prædictam Huſsitarum, aliaſque ſectas, & opiniones illicitas, teque raformandum, & pro tuis criminibus debitè *corrigendum*, aliiſque defectibus Chriſtiani populi, reformando, corrigendo, & uniendo, & aliis modis neceſſariis ſuccurrendum, te omneſque alios Chriſti fideles majores & minores, ſecundùm tenorem citationis, & vocationis deſuper ſub titulo ſacri Concilii Baſileenſis nondum legitimè terminati, & jam per me repetiti & incepti, ſubque pœnis memoratæ conſtitutionis Concilii Conſtantienſis, juris quoque, & ſecreti ſigilli mei, tanquam fidelis, & præcipui exhortatoris & præſidentis, pronunciatione ejusdem ſacri Concilii impreſſione, emiſsè citavi & vocavi, & adhuc vocare non deſiſto. Quatenus attendentens, ſe non habere hic civitatem manentem, ſed futuram, inquirere debere, hortante Paulo, ad Ieſum extra caſtra exeant, & improperium ejus & Eccleſiæ ſuæ damnum, humeris ſubventionis portent, capiantque vulpeculas, non modo parvulas, imò heu maxi-

[*Corrigendum*] Proſper: Qui diu portati, & ſalubriter objurgati, corrigi noluerunt, tanquam putridæ corporis partes, debent ferro excommunicationis abſcindere, ſicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non fuerit, ſalutem reliquæ carnis, putredinis ſuæ contagione corrumpit. Ita iſti, qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus depravatis in ſanctorum ſocietate permanſerunt, eos exemplo ſuæ perditionis interficiunt. XXIV. q III.

ximas, quæ illam fructificare debentem demoliuntur. Qua quidem citatione prætacta,& ſi non ſub plumbea dicti Concilii bulla,ac aliis,in forma ſolenni Concilii conſueta, data ſit,tamen, *quia hic non novum Concilium,quaſi novum inſtituitur,ſed deſolatum & obmiſſum atque incompletum cum omnibus & ſingulis ſuis interminatis cauſis,negotiis,propoſitis,tractatibus & Conciliis,eum ea authoritate, qua inceptum fuit, & abundatiori, reſumitur & repetitur*; ita ut non tantùm movere debeat abſentes ad veniendum, præſertim,& ſi unius tantùm præſentis & incipientis monitio, ſeu citatio, quantum eas compellere juſtus pænarum & cenſurarum dudum omnibus publicatarum,& jam repetitarum, (quasque nec ſummum Pontificem, etiam ſi talis ſit,cui crimina propria non faciant odioſum Concilium, ſine authoritate Concilii tollere poſſe notũ eſt) metus & terror periculumq; Eccleſiæ,& ardor finiendi dudũ incepta negotia graviſſima, Igitur tibi omnibusque aliis hac vice ad hoc ſaltem ſatisfeci,& ſi per nudam vocem tantùm citans,& monens,pro tanto,ut ſi etiam quod abſit, nulli alii adveniant, ego nihilominus authoritate prædicta,cum Prælatis loci,quos fideles reperero, etiamſi neceſſe fuerit cum Doctoribus juris utriusque & ſacræ paginæ,qui etiam ante deſolationem Concilii neceſsitatis cauſa advocabantur, primo ad declarationem tui non comparentis,& aliorum nõ

aſsiſtentium, vel reſiſtentium, & ad alia tractanda cooperante Spiritu Sancto, ritè, & legitimè, ac efficaciter, & in potentia Chriſti procedemus, faciemusque, quod declaratum fuit in virtute dicti Spiritus Sancti, omnibus publicari, & Scripturæ miniſterio ad perpetuam rei memoriam comendari. *Non obſtantibus quibuscunque oppugnationibus, ſi quæ fortè, per te, vel tuo nomine fierent.* Ne verò temerè per eas impoſterum factas grex Eccleſiæ ſcandaliſetur, & diſpergatur, & ut, fidelium juſtitiæ & Eccleſiæ aſsiſtentium conſcientias temeritatum tuarum timoroſas, ponam, adjuvante Deo & juſtitia, in ſecurum, quo in hoc negotio mecum agant magis fiducialiter, qui tuam temeritatem prius narratam conſpicientes eam tantam eſſe autumant, ut etiam non verearis ſanctæ Eccleſiæ abuti clavibus in tantum *ut eis, quibus deberes conſervare vias Domini rectas, nitaris ſubvertere, ſententiasq́ proferre injuſto ore, nedum non juſtas, ſed & non ligantes, & autheritatem tibi, quam non habes, fingere contra ipſos Eccleſiam & juſtitiam defendentes, atque locum univerſalis Eccleſiæ.* Igitur contra omnes, & te, & tibi ope, cōſilio, & favore quomodolibet adhærentes, & quascunq; perſonas tuas ſummas, ſi ſummę ſint, ſive excommunicationis: ſuſpenſionis, vel interdicti, perſonalis ſive localis fuerint, & quæcunque manda-

ta, ltieras, & invocationes contra perſonam meam, vel alterius, vel aliorum quorumcunque, aut communitates, ſive univerſitates quaſcunque, maximè fidelium Eccleſiæ filiorum, Magiſtri civium, & omnium & ſingulorum civium, & incolarum civitatis Baſileenſis, aut locum ejuſdem, quòd univerſali Eccleſiæ militat propter me, imò verius manutentionem perſonę meę, ad ſollicitationẽ univerſalis Eccleſię & juſtitiæ, ſub quacunque forma conjunctim, vel diviſim, generaliter, vel ſpecialiter, univerſaliter vel particulariter, latas vel ferendas qualeſcunque fuerint, Dominum meum Ieſum Chriſtum, judicem vivorum & mortuorum prędictum, ejuſque ſanctam juſtitiam, imò Eccleſiam univerſalem, quæ per Synodum ſanctam in civitate Baſileenſi præfata, ſecundùm intentionem per me factam, niſi alibi transferatur, in Spiritu Sancto legitimè habendam, & quam etiam alibi translatam, annuente Deo, ſequor, repræſentatur ad cautelam firmiter provoco, & appello ſubjicióque & ſubmitto fideliter, & cum fiducia perſonam & cauſam meam, imò verò univerſalis Eccleſiæ, Magiſtrum civium, omneſque & ſingulos cives atque incolas etiem ſpirituales, atque locum dictæ civitatis Baſileenſis, & alias quaſcunque communitates univerſitates, vel perſonas ſpirituales, ſive Eccleſiaſticas, & ſeculares, mihi, imò veriùs, quá ſollicito, juſtitiæ, & univerſali Eccleſiæ atque huic appellationi ad præſens vel inpoſterum adhærentes & aſsiſtentes, ſecuritati protectioni, ac defenſioni, gubernationi, manutentioni, directioni, & tutelę proviſioni, pro-

Sectione III. *Henricus Inſtitoris, Inquiſitor per Germaniam, Cardinali ſe opponit, ejus conatum Epiſtolâ publicâ reprimit, ſummamq; Papæ poteſtatem aſtruit.*

Contra Appellationem hujuſmodi, argumentoſa formata, & affixa fuit ponti Rheni Baſileenſis Epiſtola hujuſmodi.

Ego *Henricus Inſtitoris*, Frater ordinis Prædicatorum, inter Theologiæ Profeſſores minimus computatus, ac hæreticæ pravitatis, per partes ſuperioris Alemanniæ Inquiſitor generalis, hodie conſtitutus coram ſumma ac ineffabili Trinitate, cujus prudentia *ſuper Reges & regna* (juxta illud Propheticum dictum) *Romanam & Apoſtolicam ſedem conſtituit*, acuti verum & indubitatum ſuum Vicarium, Sixtum IV. Eccleſiæ militantis, ac ejuſdem ſedis præſulem ſanctiſsimum præeſſe voluit, habiturus ſermonem ad te, ô frater Andrea, utinam non ordinis Prædicatorum, qui te ex Dei gratia Archiepiſcopum Craynenſem affirmas, & Romanæ Eccleſiæ Cardinalem mendosè, frivolè, & pertinaciſsimo animo deſcribis, ex verbis Davidicis aptiſsimâ initium pro themate ſumitur: Os tuum abundavit malitiâ, & lingua tua continebat dolos. Sedens Baſileæ adverſus fratrem tuum (id eſt, Romanum Pontificem, qui cunctos Epiſcopos fratres non dedignatur appellare) loquebaris

ris iniqua & adverſus filiũ matris tuæ, id eſt, contra omnes filios ſanctæ matris Eccleſiæ ponis ſcandalũ Hæc feciſti ut lapis offenſionis & petra ſcandali, & tacui. Sed væ mihi, quia tacui, & væ Doctoribus, qui ut canes muti nõ valentes latrare exiſtunt Sed quia iniquè exiſtimâſti, quòd ero cum cæteris Doctoribus Eccleſiæ tui ſimilis. Abſit, potiûs arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam, te arguendo ſuper tribus, quæ nedum ut injuſtus, vel ignarus, verùm ut ſchiſmaticus, & hæreticus infamis, & omnium hominum pernicioſiſsimus contra ſanctiſſimum Romanæ Eccleſiæ Antiſtitem facere præſumpſiſti. *Primò* enim, ipſum redarguere & repræhendere polluto ore præſumis *Secundò* ipſum ſub ordine fraternæ correctionis comprehendis, ubi primum inter te, & ipſum demum adhibitis tecum teſtibus, ejus injuſtitias redarguiſſe gloriaris. *Tertiò* ipſum ſtatutis Conciliorum & legibus ſubjectum, ita & puniendum proponis. Hi ſunt tres ordines in ore beſtiæ dentium, de qua Danielis VII. quæ & ſimilis urſo, & in parte ſtetit, ut ibi dicitur; quia diviſionem in Eccleſia facere præſumis, & ab unitate Eccleſiæ receſsiſti. Et urſus caput habet debile, quia & tu capellum Cardinalatus tibi impoſuiſti ſine jure. Animal inquietum, quia nec mente nec corpore quieſcis, ſed profugus ut Cajn à facie Domini Dei tui, & ejus Vicarii. Et urſus vagus per terram, in abditis & abſconditis habitas, unde hæretici ſicut fures noctivagi, aut ſicut veſpertiliones lucifugæ dormiunt de die, & vilgilant de nocte,

&

& ſuarum falſitatum ſententiis Eccleſiam impetunt,ſub Prælatorum cæcitate.Ita & tu non in medio Eccleſiæ,ſed in abditis,ſed extra Eccleſiam conventiculum fabricare præſumis ex obſcuris procedendo, *ubi Concilium Baſileenſe aſſeris non legitimè terminatum,ſed nunc fore terminandum.* An butas fideles latere in tenebris legitimam translationem illius Concilii. Nonne conſtat per Eugenium fel rec.ipſum Concilium ſicut legitimè ad Baſileam deputatum, & proſecutum, uſque ad unius alterius intruſionem,quem nominare non expedit,ita & legitimè translatum propter forefacta,de Baſilea ad Florentiam, de Florentia ad Ferrariam,de Ferraria ad Senas,de Senis in Lateranum, in quo loco ſub anno Domini M. CCCCXLIIII.de menſe Octobris bræfatus Romanus Pontifex,cum aliis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus,multisque aliis Epiſcopis,Archiepiſcopis,& Abbatibus cùm habuiſſet publicam & primam ſeſsionem,ibi per egregium utriusque juris Doctorem,Dominum *Baptiſtam de Roma*, ſacri Apoſtolici palatii auditorem, de hujus modi Concilii translatione, Apoſtolicæ literæ lectæ & publicatæ fuerunt, & ibi dicitur pendere Concilium,& de jure pendet, & non Baſileæ,& ibi fieri debet, dum per ſedem Apoſtolicam fuerit proviſum.Et urſus vorax,quia ſchiſmaticos tibi coadunaris,ut certos Florentinos, & alios Eccleſiæ Romanæ rebelles conglutinare non deſiſtis. Os tuum poſuiſti in cœlum,lingua tranſeunte ſuper terram: ſum-

ſum̃umPontificem,qui Paba,& Pater patrũ dicitur, cùm illius vices gerit,cui omnis poteſtas data eſt in cœlo & in terra,ac in cujus nomine omne genu flectitur,cœleſtium,terreſtrium & infernorũ,diffamare præſumis. Tu ergo illa beſtia lapidanda,quæ mõtem tetigit,Ex.XIX.montem,inquam,i.e. ſum̃um Pontificẽ *qui & ratione generalitatis, ratione ſublimitatis, ac ratione legalis veritatis* (ſecundùm expoſitores ibidẽ (*mons Syna ſignificatur*, polluto ore,famá ejus ſanctitatis denigrando tetigiſti. Debes mori,nõ quomodocunq;,ſed lapidibus & jaculis confodiendus,eò quòd & auſu temerario eundẽ tangis ipſum impugnando,citando, & ſibi non obediendo.Et primò quidem intollerabile plurimùm & abſurdum in te cernitur,ubi ſum̃mũ præſulem redarguere & citare præſumis.Añon Doctorũ voluere habuiſti ſententias difficultando, anRomanusPontifex poſſit habere aliquam humanum poteſtatem,vel ſecularẽ,quæ ipſum dijudicet aut reprehendat? Vtique ſi feciſſes ex omnium Doctorũ ſententia,vivaſciſsimis rationibus perpendiſſes illud 1.Cor.II.*Spiritualis judicat omnia,& ipſe à nemine judicatur*.Q.d.Ex eo,quod in ſũmo Põtifice eſt peritia diſcernendi & potentia judicandi tanquá ſpiritualis &Pont.judicat omnia, & diſcernit nõ ſolùm ea,quæ ratio attingit,ſed etiam quæ fides oſtendit *quia à nullo carnali judicari poteſt,an judicet bene vel,malè*. Vel,ſecundùm aliá gloſſam *Ipſe à nemine judicatur*,i.e.*reprehenditur*;quem enim non licet judicaré,nec reprehendere,

per

per poteſtatem jurisdictionis. Perpendiſſes utique & illud Hugonis H.P.de Sacram *Poteſtas ſummi Pontificis,ſicut à Deo primùm eſt inſtituta, ita,cùm deviat, à ſolo Deo judicari poteſt.* Et illud demum Innocentii IX.q.111. *Nemo judicabit primam ſedem,neque enim ab Auguſto,neque ab omni Clero,neque à Regibus neque à populo ſummus Pontifex judicabitur.* Animadvertiſſes & illud Symmachi; *ubi Aliorum hominum cauſas, Deus voluit per homines terminari, ſed ſedis illius præſulem ſuo, ſine quæſtione, reſervavit arbitrio.* Sed quia ſub lingua tua labor & dolor,objicies,te illa agere authoritate univerſalis Eccleſiæ, utpote generalis Concilii,cujus authoritas ad Papę reprehenſionem ſe extendere opſsit. Etſi quæritur, in quibus reprehenſibilis exiſtat Papa? Reſpondes,in *moribus*,& in *fide*,cùm ad hæc duo libellus famoſus tuus ſummariè ſe extendit. Sed ſiſte parùm,ut omnibus pateat,os tuum quomodo plenū ſit amaritudine & dolo,ordinatim,de qualibet particula parùm dicamus. Poteſtas Concilii ad reprehenſionem Papæ,eſt ne ordinaria,vel delegata? Non enim æſtimo te aſſerere,quòd habeat poteſtatem jurisdictionis,cùm illa conſiſtat in poteſtate clavium,quæ ſingulariter Petro & ſuis ſucceſſoribus immediaté à Chriſto fuit tradita Item quęro: In Concilio congregati, ſint ne ut *judices*, vel

vel ut *aſſeſſores*,ſeu *conſultores?* Nullo iſtorum modorum poteſt Papa reprehendi à Concilio, etiam dato,quod Concilium eſſet in actu: quia non poteſtate ordinaria, cùm Papa habeat plenitudinem poteſtatis,& ſit ordinarius omnium,& totius orbis IX.q.111. Cuncta &c. per Principale. Nec etiam *poteſtate juriſdictionis*,quia illa reſpicit corpus Chriſti myſticum,ſicut prima corpus Chriſti verum: & ſicut prima habet,eſſe in Papa, ut Sacerdos vel Epiſcopus,ita hæc ſecunda habet eſſe in Papa ut papa.& cùm data ſit Petro per poteſtatem clavium immediatè & ſingulariter à Deo,non poteſt aliis convenire.Nec etiam *poteſtate judiciaria*,tanquam judices Papæ.Vnde hoc,quòd nemo judicabit primam ſedem,ex dictoInnoc.IX.q.111. Et illud Antheri Papæ: Facta ſubditorum judicantur à nobis. Noſtra verò nō ſed à Domino judicantur. Nec *delegata authoritate*, quia illa etiam non habet plenitudinem poteſtatis,cùm talis ſit de mandato Papæ,nec ille eſt judex Papæ,cum adhoc ſe non extendat. Nec etiam ut *aſſeſſores*, ſeu *conſultores*, quia illorum in judicio non eſt reprehendere,ſed piè admonere. Aut,num quid legiſti, *quòd Papa non tenetur ſe purgare de aliqua infamia,à quibuscunque etiam bonis exorta,ſi non vult*.VI.q.1.Si omnia,quanto magis à malis exorta.prout ex livore, & in vinctam talia evomuiſti,incarceratus à Papa, & dimiſſus

ſus, cúm tamen propter tua demerita plectendus fuiſſes. *Cur autem non tenetur Papa ſe purgare,* nonne ratio eſt, quia, *ſi deficeret in purgatione, quis puniret eum, cùm nullum habeat judicem, ſupra ſe, ut ſupra probatũ eſt?* Et quia Papa, cùm ſit major omnibus, à minoribus judicari non poteſt VI. q. 1. Et non advertis, *quòd, etiam ſi injuriam, ſi injuſtitiam facit alicui, non ſolùm judicem ſuper ſe non habet, ſed nec tenetur eligere judices, vel arbitros, quorum ſententiæ ſe ſubjiciat, ſi non vult,* IX q. III. Aliorum &c. nemo Et notanter dicitur, *ſi non vult,* quia ſi ſe purgat aliquotiens, ex humilitate hoc facit, ſicut Gregorius fecit. II. q. VII. *Si quis nos, & Pelagius* XXV q. I. *Sat agendum*, & Leo II. q. VII *Nos.* Vnde & hæc præſens Epiſtola non per modum purgationis emanat, ſed ut tuæ falſitates detegantur, & laudabilia opera ſummi Pontificis in lucem deducantur. Nec dicas contra prædicta, ergò aliquotiens Papa gravabit quenquam, *nec juſtitiam ille inveniet ſuper terram, & ſic juſtitia deperibit*: fateor, *quòd Papa poteſt facere injuſtitiam, vel peccare, & quòd juſtitia aliquoties exulabit, ſed omnia ſua divino examini reſervantur,* quæ in hoc ſeculo remanent impunita VI. q I. Vnde & ubi Papa delinquit, apud Deum amplius, quàm

Cc

alius punietur. *Unde impoſſibile eſt, quòd ipſe Papa alium judicem, vel ſuperiorem, aut Archipapam, vel ſibi æqualem poſſit conſtituere. Sicut nec Deus poteſt alium Deum ſupra ſe conſtituere.* Et quòd nec in caſu hæreſis habeat Concilium ſupra ſe, ut judicem, eò quòd tum à ſententia juris ſi incorrigibilis exiſtit, (ut II quæſt. VII *ſacerdotes*) privatus eſt, & inferior quolibet Clerico Catholico. *Unde Synodus univerſalis nec in eum ſententiam depoſitionis profert etiam in hæreſi, ſed dicit ei: Noli audiri in judicio noſtro, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam, quum ex te juſtificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis,* IX. q. III. Patet ex his quæ notantur XXI. di. Imò notatur, quòd etiam in cauſa, qua agitur contra Papam, ipſe Papa Synodum habet congregare: XVIII. di. V. Hinc etiam Epiſcopi in Synodo reſidentes, authoritate Symmachi dixerunt, *Symmachus Papa Apoſtolicæ ſedis præſul, ab hujusmodi oppoſitionibus, quantum ad homines, ſit immunis & liber, ſed cauſam ejus totam de judicio reſervamus.* Notat etiam hoſtienſis extra. de conceſſ. præben. propoſuit; *quòd ſi totus mundus ſentiret in aliquo negotio contra Papam, quòd ſententiæ Papæ ſtandum eſt.* Quod verum intellige, niſi eſſet cauſa fidei, ſed quæ cauſa fidei?

Aſſe-

Aſſeris, Papam ideò *Hæreticum*, quia ſpem *futuræ beatitudinis in pompis mundi amiſerit*: Vnde ipſum non Patrem patrum, juxta Etymologiam, nominis Papæ, ſed *Patrem pompæ* nominas. Æſtimo, quòd hæc tua veſania Sclavonica edidit, An fortaſſe æſtimas quemlibet circa mundana occupatum, etiam notorié & publicè eſſe hæreticum. Sed ſic hæreſis valdè impropriè capitur, nec ſic hæreſis vocatur, ubi XL. di. *Si Papa*: propter hæreſin Papa deponendus cenſetur. Nec te moveat gloſſa, c. *Si Papa*. di. XL. *Quod pro quocunque crimine notorio, adulterii, Simoniæ, & hujusmodi, ſi eſſet incorrigibilis, & ſcandaliſaret Eccleſiam, poſſet deponi &c.* Quia & illa gloſſa ad ſanum intellectum poteſt ſalvari, ut, ubi dicitur propter incorrigibilitatem alicujus vitii poſſet deponi, intelligas, quando ſic eſt incorrigibilis, *quòd illud peccatum, quod committit, credit non mortale, & dicit non eſſe peccatum.* Tum enim eſſet verè & propriè hæreticus, & ſic poſſet deponi: De quo etiam in tractatu, quē cōtra te, & tuos articulos erroneus inchoavi, & perficere intendo, latius deducam. Et ſi iterum inſtas. Quid ergo faciendum, *ubi Papa ſuis perverſis moribus deſtruit Eccleſiam*, & tamen non eſt reprehendendus? Ad quod (ſi legiſti) ad duplex remedium eſt recurrendum. *Primum*

erit honeſta reprehenſio, & non turpis & ſcandaloſa, uti prætendis, & hoc exemplo Pauli, qui Petro in faciē reſtitit Antiochiæ, quia in ducebat gentes, quaſi ad Iudaiſandum in obſervatione legalium, minis, condeſcendens Iudæis converſis ne eos ſcandaliſaret; ad Gal II. Vnde etiam, dato; ſi Papa vellet totam theſaurum Eccleſiæ dare parentibus, aut Eccleſiam S. Petri deſtruere, aut darę conſanguineis patrimonium Petri, vel aliquod ſimile, quod non licet, non eſſet permittendum ſed ei reſiſtendum ab illis, quibus intereſt primo, ſine tamen ipſius depoſitione, & ſecundùm remedium Epiſcopi Hilarii, qui orando *contra Leonem Arrianis faventem* prævaluit, ſic pro Papa incorrigibili orandum eſſet, *ut ipſum Deus aut corrigeret, aut de medio amoveret:* vel ſi Concilium convocandum foret, ad quos primo ſicut ejus electio; ita ejus reprehenſio, ſeu ejectionis declaratio ſpectare videtur, illis incumbit, ad quod dictum Anacleti, *ejectionem ſummorum Pontificum ſibi Deus reſervavit;* licèt eorum electionem bonis ſacerdotibus & ſpiritualibus populis conceſsit. Adverendum denique tibi eſſet, quid ſentiendum circa Dei ſingularem providentiam foret, qua Eccleſiam ſuam interdum, etiam mediante malorum hominum poteſtate, bene & utiliter regit. Nihilominus enim talium poteſtas à Deo eſt, cum non ſit poteſtas niſi à Deo, ad Rom. XIII. Et ſapiens dicat, data eſt nobis à Deo virtus

&

& poteſtas ab altiſsimo, qui interrogavit opera veſtra; Sapientiæ cap. VI. Et Daniël cap. III. Sciant gentes, quia altiſsimus dominatur in regno hominum, & cui voluerit dabit illud. Vbi & conſiderare deberes, quòd ſemper ex principatu malorum ratione divinæ ordinationis conſurgit aliquod bonum. Nonne per poteſtatem à Deo diabolo traditam, Iob proſtratus eſt, ut juſtus appareret? Petrus tentatus, ne de ſe præſumeret; Paulus colaphiſatus, ne ſe extolleret. Iudas damnatus, ut ſe ſuſpenderet. Demum & circa ſecundùm principale, ubi Romanum Pontificem ſub fraternæ correctionis ordine, auſu temerario, comprehendis, cûm dicis: Quis dubitat me te fraternè correptum, jam demum, ſecundùm inſtituta Chriſti, quia me non audiſti, accuſare poſſe &c. O præſumptio nequiſsima, unde creata es? Rectè (reſponderi poterit) ab illo, qui dixit in corde ſuo, in Cœlum conſcendam, ſuper aſtra Cœli exaltabo ſolium meum, cujus te per imitationem filium manifeſtas, aſcendens contra Cœlum, *Papam, qui eſt omnia ſua jurisdictione continens, & concludens*, & ſuper aſtra Cœli, id eſt, *contra dominos Cardinales, qui ſunt velut aſtra refulgentia, & ad quos ſolum hujusmodi legitima reprehenſio ſpectat*, tu præſumptuosè uſurpas. Sed attende, ne tibi ſequatur, quod ſubjungitur: Verum tamen ad inferna detraheris in profundum laci; Quod, niſi finaliter reſipiſcas, & ad Eccleſiam revertaris quæ nulli claudit gremium redeunti, ſicut nec Felici An-

deberes, non in ſcandalum fidei, & omnium hæreticorum confortationem, contumeliis tangere. Sed beſtia, quæ tetigerit montem, lapidabitur, ut eſt Exod. XIX. & per tangere reprehenſio intelligitur, & præcipitur, ut beſtia montem non tangat, id eſt, ut ſubditus beſtialiter & indiſcretè prælatum non reprehendat. Reprehendentem præcipit lapidari; *ſic & tibi, ut inter lapides incluſus ſub cuſtodia morte moriaris, continget.* Præterea non legiſti gloſſ. ſuper illud, *ſi peccáverit in te frater tuus*, Matthæi cap. XVIII. notanter dicit, *ſi peccaverit in te frater tuus, quia de peccatis commiſſis in Deum non eſt noſtri arbitrii judicare.* Sed durities Sclavonica non contentabitur dicens: Quilibet tenetur ex præcepto Domini corrigere fratrem ſuum, ſed omnis homo eſt frater ipſius Papæ, cùm Chriſtus, cujus vices gerit, cunctos fideles non confunditur fratres nominare, juxta illud; *Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Deniquè & gloſsâ aliâ ſuper illud: *Si peccaverit in te frater tuus,* quocunq; peccato peccaverit te ſciente, debes corripere fratrem tuum. Et rurſum, reprehenſionem Pauli, qui Publicè & coràm omnibus Petrum arguit ad Galat. cap. II. Sed nec his prævalebis declarando quòd tua reprehenſio, quia non ex fraterna charitate procedit, nil juris & æquitatis in ipſum Papam obtinet, licèt dicas, *non tibi, ſed tuis criminibus ſum inimicus*; ſed mentita eſt iniquitas ſibi. Nam cùm re-

prehenſio tripliciter poſsit fieri, per modum videlicet ſimplicis *admonitionis*, aut per modum *imperii*, & comminationis, aut per modum *denunciationis*, & incuſationis, & cùm neutra iſtarum ultimarũ ad Papam ſe extendat, *eò, quòd his modis ipſe omnes judicat, & à nemine judicatur. Prima tamen, etſi*, juxta quorundam opinionem, *ſe ad Papam extendere poſsit*, neceſſe tamen erit, ipſam per tria procedere, videlicet per diſcretionem & debitam diligentiam, ut ſperetur ejus correctio, & per ſubjectionem & debitam reverentiam, ut non fiat modo temerario & cum protervitate. Per dilectionem & benevolentiam, ut non fiat cauſa diffamationis, ſeu detractionis. Et tua his omnibus caret circumſtantiis, *cùm ipſum, ut cæcum palpitantem in via juſtitiæ deſcribis, cathedram emiſſe aſſeris, Eccleſiam ſibi per Simoniam junxiſſe affirmas.* O Sclavonica crudelitas, patre omnis mendacii inſpirante (cujus vicem ſupples) has falſiſsimas auſus fuiſti cudere literas! Si ex charitate fraterna hæc proceſsiſſent, utiq; & laudabilia ipſius Papæ opera non ſubticuiſſes, *quæ tot & tanta exiſtunt, ut à tempore principis Apoſtolorum, uſque ad præſens, nullus ex cathedra ejus feciſſe legitur.* Vnde ut lucerna à modo non ſub modio, ſed ſuper candelabrum luceat, tuaque veneno-

ſa

ſa reprehenſio fidelium corda non inficiat, volo ex multis pauca in lucem & ſuam gloriam enarrare. *Nam pro augmentatione Divini cultus Hoſpitale S. Spiritus, de novo à fundamentis ædificavit, cui & ſimile nō reperitur. Demum & capellam cum choro in Eccleſia S. Petri principis Apoſtolorum, Capellam palatii Apoſtolici, Eccleſias infra ſcriptas S. Mariæ, de populo S. Ciri & Johannis, S. Petri advincula, S. Vitalis, S. Suſannæ, S. Nerei & Achillei, S. Stephani rotundi, S. Johannis de Malva; S. omnium Apoſtolorum, S. Salvatoris in Ponte. Inſuper & Bibliothecam, cui & ſimilis in orbe non invenitur, libris pretioſiſſimis, uti lucidæ doctrinæ amator extruxit ac decoravit. Pontem denique dirutum, maximis ſumptibus reſtauravit, ſtratas & vias publicas urbis reformavit: unde & ab omnibus inſtaurator urbis proclamatur. Rhodienſibus item magnis ſumptibus ſubvenit, ac in pecuniis, ultra ſummam XII. millium ducatorum transmiſit, Regiq; Ungariæ, ſumptibus maximis, pro fidei tuitione ſæpius ſuccurrit: Capellam Apoſtolicam paramentis pretioſiſſimis decoravit. Omnes*

pauperes Epiſcopos & Prælatos cottidie reficit. Et tibi, ô Schiſmatice, omni bellua crudeliori quanta bona exhibuit: ubi gratitudo tua? Utique pœnam talionis accipies. Nam Prælatos pauperes reficiendo, ut Archiepiſcopum Metellium ordinis S. Benedicti, Epiſcopum S. Angeli, ordinis Heremitarum, Epiſcopum Siratenſem, dum vixerunt & pluribus aliis, de XV. XII. X. aut octo florenis aureis de Camera, quolibet menſe, ſecundùm eorum ſtatum, providere curavit. Demùm à primo anno ſuæ creationis ſummam adhibuit diligentiam, ne Turchorũ feritas invaleſceret. Quare & primo anno ſui Pontificatus Reverendum Dominum, Cardinalem Neapolitanum contra Turchos miſit, qui, ut Legatus ſuæ ſanctitatis, habuit LXXX. triremes, computatis galeis Regis Siciliæ, & dominii Venetorum. Poſt cujus regreſſum iterum direxit Reverendum Patriarcham Epiſcopum Terviſinum, cum maritimali claſſe. Item miſit duas naves oneratas ex armis, frumento, & aliis neceſſariis, in Rhodum, qui ſi non applicuiſſent, Rhodum fuiſſet ſubverſum. Præterea cum Turchus civitatem Idruntinam invaſiſſet, miſit dominum Gabrielem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Legatum, in adjutorium Regis Siciliæ, pro recuperatione dictæ terræ, quæ & recuperata fuit. Et quotiens, oro ſereniſsimo D. Imperatori & aliis Regibus Chriſtianitatis legatos miſit, & nuncios, perſuadendo pacem, pertractando concordias, & ut eorum potentiam cum ſua contra inimicos crucis Chriſti erigere vellent.

Quid

Quid denique Reginæ Boſnæ expulſæ,de ſuo regno,cui ad dies vitæ quolibet menſe in quinquaginta florenis de Camera opus erat providere? Et Reginam Cypri etiam de ſuo regno expulſam dum Romæ exiſtit,providere curat.Inſuper & in omnibus regionibus Romanæ urbis, ſunt certi deputati à ſua ſanctitate,qui ſub pœna præſtiti juramenti habent providere pauperibus per certam quantitatem pecuniæ, fiuntque multæ aliæ proviſiones perſonis indigentibus ſecretè,quas mandans,dans & recipiēs novit,nec vult Papa,quòd ſciatur. Hæc & alia,tu Schiſmatice,ſi corde perſpexiſſes,& Chriſtiano populo in exemplum promulgâſſes nō te ipſum (qui impugnator veritatis es) vulnerâſſes,cùm hos habeat propriū Eccleſia,ut prævaleat & triumphet ubi pulſatur & premitur Quid tibi commune cum Aſino Balaam, quem allegas,cùm illum bonus Angelus movebat, ubi tu à maligno ſpiritu ut veſanus, agitaris? Quare & ſicut illius maledictio in benedictionem per bonum Angelum fuit converſa , ita tua maledictio in benedictionem ſummi Pontificis vertetur. Quid tibi denique commune cum reprehenſione Pauli , qua Petro reſtitit in faciem, quam in medium deducis,quæ juxta Ieronymum, diſpenſatoria fuit,non vera: quòd etſi vera prout Auguſtinus ſentire videtur, *tamen reprehendit Petrum non ut inferior ſuperiorem , ſed ut æqualis æqualem: Fuit enim Paulus Petro minor,major,& æqualis*,Minor poteſtate prælatio-

lationis; *Quia ſolus Petrus Cephas, ſeu caput:* Fuit autem major prærogativa electionis, quia ut vas electionis à Chriſto de cœlo vocatus. *Unde & in bullis Papæ Paulus à dextris, ubi Petrus ad ſiniſtram ponitur.* Fuit & æqualis officio prædicationis, & fidei defenſionis: Quia ſibi creditum erat Evangelium præputii, ſicut Petro Evangelium circumciſionis, ut ipſe teſtatur Gal. II. unde juſtè ut æqualis æqualem, vel ut major minorem corrigere potuit, quarum in te nullum apparet veſtigium. Autumas demum circa tertium, multis verbis aërem verberans, *Papam ſubjacere ſtatutis Conciliorum.* At ubi de quinquennio, & ſeptennio, aut etiam decennio decreta, quæ ad celebrationem Conciliorum ſunt edita, & longo tempore neglecta, præſumis & illa innovare, & neglectum Concilium Baſileenſe, ut interruptum, non dum extinctum, ſed ut derelictum proſequi: Et quòd turpitudines illecebrarum, quibus Romanus Pontifex exiſtit involutus, reddiderunt ſibi Concilium odioſum affirmas. O iterum Sclavonica pernicies! oſtendis te virum cervicoſum, virum effrontem. Nam teſtificor coram Deo & Chriſto Ieſu, *quod reformationem Eccleſiæ ac pacificum ejus regimen ſitit modernus ſummus Pontifex, ut cervus deſiderat ad aquæ fluvium.* Sed dicis: cur ergo non aggreditur? *Quia ſcit, quòd denigrata eſt facies Eccleſiæ, ſicut nigre-*

gredo ollæ, Threnorum ultimo; eò quòd plurimùm extra amplexus Sponſi graditur: Scit, quia facies combuſtæ, vultus ejus, *Iſa.* cap. XIII. Scit, quia non ſequitur Sponſum candidum & rubicundum; *Cantic.* V. Scit, quia inclinata eſt deorſum ad terrena, & ideò non poteſt reſpicere ſurſum, gravi infirmitate gibboſa XLIX. di. Huic etenim, &c. Scit, quia multas habet pecunias, & congregant principes, & Sponſus non habet, ubi caput ſuum reclinet, aut fidem Catholicam defendat, *Marc.* VIII. Et quòd unum Sponſum Fccleſia dereliquit, & quinque viros concupiſcit quia ſenſus ſuos carnaliter nutrit; *Iohan.* cap. IV. Scit, quia principes Eccleſiæ infideles, furum ſocii omnes currunt poſt munera, & filios enutrivit, ipſi autem ſpreverunt eam. *Clamat mundus pro Concilio, ſed quomodo congregabitur, ubi diſperſi ſunt lapides ſanctuarii ejus, & obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus*? Cujusmodi reformatio? Dic, *ubi obcdientia Principum? ubi zelus fidei?* Et quia iſta deficiunt, quæſo, ex Conciliis cujusmodi reformatio proveniet? *Quis profectus Eccleſiæ ex Concilio Baſileenſi? Antipapam ſibi creando proruspit.* Eccleſiam per Concilium reformare non poterit omnis humana facultas; *ſed alium modum altiſſimus procurabit, (NB. NB.) nobis quidem pronunc incognitum. Licet, heu præ foribus exiſtat, ut ad pri-*

priſtinum ſtatum Eccleſia redeat. Attende Conciliiſta ex antehabitis,& in hujusmodi circumſtantiis conſiderabis fidei pericula, diſſenſiones, ſchiſmata ex Concilio ſuboriri. Dicis,te habere zelum Dei, habeas ſecundùm ſcientiam. Conſidera, annon expediat Papam ab hujusmodi convocationibus Conciliorum abſtinere? utiq; plurimùm expedit,nedum propter præcedentia jam allegata, ſed & propter ſequentia. *Nam autumant Conciliiſtæ,Papam ſubjacere ſtatutis Conciliorum, & quòd Concilium ſit ſupra Papam.* Demum quod absque ſua authoritate poſſet legitimè congregari Concilium, & quòd ejusdem ſit authoritatis cum Papa, & quòd licitum,à Papa,ad Concilium appellare. Quibus omnibus ſi ſua ſanctitas non reſiſteret,ſed hujusmodi citationibus,& convocationibus pareret, quid aliud niſi innumeri errores in Eccleſia ſuccreſcerent? *Et quia ſpecialem tractatum edere in hac materia perficere intendo,* ad præſens plura tibi recitare omitto.Reduc ad memoriam dicta Theologorum, & Canoniſtarum: *Absq; Romani Pontificis authoritate, Concilium nullum poſſe congregari, aut inchoatum legitimè proſequi.* Nonne ad hoc eſt S.Thomas, in quæſtionibus de potentia Dei.q.X.art.IV. *Sicut poſterior,* inquit, *Synodus habet poteſtatem interpretandi Symbolum à priori conditum, aut ponendi ali-*

aliqua, ad ejus explanationem, ita etiam Romanus Pontifex, hoc ſua authoritate poteſt, cujus etiam ſola authoritate procedit, & à quo ſententia Synodi confirmatur, & ad ipſum à Synodo appellatur. Ex qua etiam reſponſione quatuor in veniet reſponſiones prudens lector, ſuper quatuor quæſtiones. Et diſtinct. XVII. ſcribit Pelagius Epiſcopis, qui ad illicitam vocationem Iohannis Conſtantinopolitani convenerunt. *Multis modis denuo Apoſtolicis & Canonicis atq; Eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere absq; ſententia Rom. Pontificis concilia celebrari.* Qua propter, ut jam dictum eſt rectè, non concilium, ſed veſtrum conventiculum, vel conciliabulum caſſabitur, & quicquid in eo actum eſt irritum habeatur, & vacuum. *Commendas Baſileenſes de non obediendo Apoſtolicis votis, & de ſalvo conductu, tibi præſtito.* Scias autem, quòd tibi non defertur, ſe communitati, nec expedit ad præſens, ut tam gratioſa communitas propter tuas veſanias Slavonicas perturbetur, cũ aliis opportunis remediis, illi communitati ſuccurrendum erit. Affirmas, *Papam ſedem Petri emiſſe*, & per ſimoniacam pravitatem intraſſe, ac Eccleſiaſticas dignitates medio pecuniæ, vendere. Sed quid expedit ad præſens verbs tecum contendere, cùm ſervum Dei deceat eſſe manſuetum ad omnes? Nonne ſcis,

Pa-

Papam non poſſe committere Simoniã certis reſpectibus, nec cum Clericis, nec cum Laicis. Non cum clericis, cùm clericorum bona ſua ſint, quantum ad uſum pro ſua neceſſitate. Nec cum Laicis, quia eorum bona poteſt juſtè recipere pro Eccleſiæ utilitate. An ignoras: *quia Simonia eſt jure poſitivo prohibita, & Papa non ligatur aliquo jure poſitivo: Quomodo ſimoniã poſſit committere edicito?* Et ſi dicis, quòd quamvis Papa non poſſit ligari, vel vitiari peccato ſimoniæ, ut eſt prohibita jure poſitivo, *cùm ipſe ſit talis juris conditor, & interpres*; poteſt tamẽ illo vitio ligare, ut eſt contra jus naturale, & Divinum. Quo tamen conceſſo, *quis te judicem ejus conſtituit ad diſcernendum, utrum ea intentione tribuat ſpiritualia, ut temporalia recipiat?* Dicis, *ipſum cathedram emiſſe.* O bellua crudelis, venerabile Collegium Cardinalium denigrans! Quis ſanæ mentis hoc credere poteſt, cum ex communi omnium electione creatus ſit, & omnium pauperum ipſe pauperrimus in ſuo ſtatu quomodo hanc ſedem emere potuiſſet. Si dicis: *Promiſſionibus emit*; ubi ad hoc tuæ probationes exiſtunt? Propterea etiam indubitatus. Chriſti vicarius non eo minùs exiſtit, ubi omnium eligentium vota concurrunt. Aſſerere rurſum incontinentiæ vitium

ac

accrimen peſsimum, quaſi ad ſedem Petri attigiſſe, & Eccleſiæ Cardinibus in ſcandalum totius Clericalis ſtatus illud ſuperinducere non vereris. Hic profecto, ut alter Cham, maledictus à patre, eò quòd verenda patris detexit, *Gen.* IX. & tu exiſtis. Quæ nimirũ maledictio ſicut aqua in interiora tua, & ſicut oleũ in oſſibus tuis intravit *Pſ.* 108. Gloriaris de venatione vulpecularum, quas nõ parvulas, imò maximas vineam Domini demolientes aſſeris capiendas: Hoc ad meum videtur ſpectare officium, ubi vulpinam tuam verſutiam reprehendendo (ſub qua nedum vineam Domini demoliri, verùm etiam tunicam Domini inconſutilem ſcindere attentas) cunctas tuas, cum Dei adjutorio, machinationes annihilabo. Tu, inquam, inter vulpeculas illas primum veriſsimè obtines locum, qui & venabulo juſtitiæ percellendus ſtudioſiſsimè utique requireris, veniſque à dignitate, quam præter merita non vocatus à Domino tanquam Aaron, ſed in jactu proprio fruſtra occupas, ſine ulla reſtitutione deponendus, pro eo, quòd fibras juguli tui procaciſſimi dilatans, ea, quæ ipſe facis, in patrem tuum velis nolis, attritta fronte, retorquere ſategiſti. Reris ne, te illa juſtè feciſſe? Non planè, ſed absque omni controverſia Talionis legem ſentiens. An ignoras, Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum, eò quòd plura, quæ non decebant, in ſanctum Leonem Papam dictavit depoſitum? Sed conſidera te ipſum. Appellas contra omnes ſententias ad Deum, ut erroneus & ſchismaticus. *Appellas à Papa, & ad*

Concilium, & univerſalem Eccleſiam, ut hæreticus. Appellas contra quæcunque mandata & invocationes Papæ tanquam perjurus, & infamis. O quanta dementia! Nonne ſcis, *unam eſſe (NB) ſententiam Dei & Papæ, ut, quod ſolvitur aut ligatur per eum, ſit ſolutum & ligatum per ipſum Deum?* An ignoras, *quòd appellatio facta à Papa ad Deum, nulla eſt, cùm ſit unum conſiſtorium utriusque, & una ſententia, & una curia Dei & Papæ, cujus vitæ æternæ claviger eſt, & oſtiarius per poteſtatem clavium eſt ipſe Papa?* At ubi credis Papam poſſe ex carnis affectione, vel aliqua corruptione paſsionari, & perturbari, ut à recto tramite juſtitiæ deviet, recurrendum tunc dico ad alia remedia, *non ad hujusmodi frivolas appellationes, puta, ut cauſa ageretur coràm Deo, via ſupplicationis, et orationis, aut divinæ remunerationis.* Denique ſicuti hujusmodi appellatio eſt frivola, *ita & Hæreticum eſt à Papa ad univerſalem Eccleſiam, ſeu Concilium appellare,* & in hoc ſuſpectum de hæreſi te ipſum præbes. *Quicunque enim privilegium Romanæ Eccleſiæ immediatè à Chriſto conceſſum auferre conatur hic, procul dubio, in hæreſin labitur.* Sed cùm aſſeris, quòd

quòd licitum ſit appellare à Rom. Pontifice ad ejus ſucceſſorem, ſive univerſalem Eccleſiam aut Concilium, aufers privilegium Romanæ Eccleſiæ à Chriſto traditum, quod inter alia cernitur, *ut Romanus Pontifex habeat plenitudinem poteſtatis ſuper omnes.* Ergò, ut ſuſpectum de hæreſi te ipſum reddis, ſicut per primam appellationem ad Deum ut Schiſmaticus judicâris. Perjurus denique & infamis exiſtis, propter præſtiti juramenti fractionem. Perjurus enim infamis exiſtit VI. q. I. Infames &c. Et in forma juramenti tui aſſeruiſti: *Ego Epiſcopus Andreas ab hac hora inantea, fidelis ero ſancto Petro, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, Dominóque meo Papæ Sixto, ejusque ſucceſſoribus, &c.* Et infra: *Vocatus ad Synodum, veniam, niſi impeditus fuero canonica præpeditione.* Conſidera, veniſti vocatus ad Synodum venire non ut Synodum in Romani Pontificis contemptum proſequi velis. Ideo cum Dathan & Abiram ſchiſmaticis, niſi pœnitueris, cenſebo tuam portionem, quos vivos terra abſorbuit; *Numer.* XVII. Iam ad cunctos Eccleſiæ Prælatos, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, cujuscunque etiam præeminentiæ & ſtatus, ad Theologiæ quoque, aliarumque facultatum Doctores, ſtylum pro finali intentione vertendo & ad quos literæ tuę citationis, & vocationis, pro inchoatione, & perſecutione Concilii Baſileenſis, *cum libello famoſo, quem in dedecus ſanctæ Ro-*

manæ Eccleſiæ,ejúsque ſanctiſsimi Antiſtitis,ac in confortationem , & inſultationem omnium Schismaticorum & Hæreticorum , ut vir cervicoſus evomuiſti, pervenerunt, & in futurum pervenire poſſunt. Illos, inquam, omnes & ſingulos exhortor, in viſceribus Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac ſub pœnis & cenſuris & gravaminibus Eccleſiaſticis, quibus de jure omnes *hæreticorum fautores* involvuntur, & per Apoſtolica mandata per præſentes requiro. Ne tibi in præmiſsis auxilium, Concilium, vel favorem quomodolibet præſtare velint, quo ad usque aliud in mandatis per ſedem Apoſtolicam habuerunt. Offerens me interim coràm quacunque univerſitate partium Germaniæ, Italiæ, ac regni Franciæ, inire tecum privatas, aut publicas diſputationes, ac te, cum Dei adjutorio, in omnibus præmiſsis, ut perjurum, infamem ſchiſmaticum, & hæreticum convincendi. Quare, ô veri filii Eccleſiæ, ab ejus unitate nolite ſeparari, *quantumcunque enim ruga & maculæ appareant, in membris Sponſæ, nunquam tamen ab ea Sponſus ſeparabitur* : quia in fide perpetua deſponſavit eam, *Ozeæ* cap. II. *Et quamvis filii ſint rugoſi, & maculoſi perplurimi, ipſa tamen in ſe eſt ſine macula & ruga*, *Epheſ.* cap. II. *Compatiamur potius Eccleſiæ tribulatæ, compatiamur, ſed adhæreamus ei, non ſcindentes tunicam inconſutilem Salva-*

vatoris per ſchiſmata, quæ & ſcindi non poteſt, quia fundata & ſolidata eſt ſupra firmam petram Chriſti. Intueamur oculis fidei Eccleſiam, ſedem ejus, dignitatem ejus, quæ non peccat. Peccare poteſt, qui ſtat in ea, quia homo eſt, & qui huic non obedit, nec de Eccleſia eſt. XLIII. diſt. *Qui Cathedram &c. Hic ſi me percutiat, me anathematiſet, & occidat, non ſeparabor à charitate ejus.* Rom. VIII. *Quia ei obedire de neceſſitate ſalutis exiſtit, cum ſit Dominus meus, Pater ac Deus in terris, qui conſtitutus eſt à Deo in hoc Aegypto Deus Pharaonis,* Exod. VII. *Si benè judicat, veniam petam, ſi enormiter & malè, ſufferam.* XIX. diſt. *In memoriam &c.* Hæc via, ambulemus in ea, non declinantes neque ad dextram, neque ad ſiniſtram-quo aduſque perveniamus ad patriam claritatis æternæ, ad quam nos perducat, qui ſine fine vivit, & regnat. Amen. Datum in Sletſtat, die X. menſis Auguſti, A. Domini 1482.

mana Eccleſia,ejúsque ſanctiſſimi Antiſtitis,ac in confortationem , & inſultationem omnium Schismaticorum & Hæreticorum , ut vir cervicoſus evomuiſti , pervenerunt , & in futurum pervenire poſſunt. Illos, inquam, omnes & ſingulos exhortor, in viſceribus Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac ſub pœnis & cenſuris & gravaminibus Eccleſiaſticis , quibus de jure omnes *hæreticorum fautores* involvuntur, & per Apoſtolica mandata per præſentes requiro. Ne tibi in præmiſsis auxilium, Concilium , vel favorem quomodolibet præſtare velint, quo ad usque aliud in mandatis per ſedem Apoſtolicam habuerunt. Offerens me interim coràm quacunque univerſitate partium Germaniæ, Italiæ, ac regni Franciæ , inire tecum privatas , aut publicas diſputationes, ac te, cum Dei adjutorio, in omnibus præmiſsis, ut perjurum , infamem ſchiſmaticum, & hæreticum convincendi. Quare, ô veri filii Eccleſiæ , ab ejus unitate nolite ſeparari, *quantumcunque enim rugæ & maculæ appareant , in membris Sponſæ , nunquam tamen ab ea Sponſus ſeparabitur* : quia in fide perpetua deſponſavit eam, *Ozeæ* cap. II. *Et quamvis filii ſint rugoſi , & maculoſi perplurimi, ipſa tamen in ſe eſt ſine macula & ruga,* *Epheſ.* cap. II. *Compatiamur potius Eccleſiæ tribulatæ , compatiamur , ſed adhæreamus ei, non ſcindentes tunicam inconſutilem Salva-*

vatoris per ſchiſmata, quæ & ſcindi non poteſt, quia fundata & ſolidata eſt ſupra firmam petram Chriſti. Intueamur oculis fidei Eccleſiam, ſedem ejus, dignitatem ejus, quæ non peccat. Peccare poteſt, qui ſtat in ea, quia homo eſt, & qui huic non obedit, nec de Eccleſia eſt. XLIII. diſt. *Qui Cathedram &c. Hic ſi me percutiat, me anathematiſet, & occidat, non ſeparabor à charitate ejus.* Rom. VIII. *Quia ei obedire de neceßitate ſalutis exiſtit, cum ſit Dominus meus, Pater ac Deus in terris, qui conſtitutus eſt à Deo in hoc Aegypto Deus Pharaonis,* Exod. VII. *Si benè judicat, veniam petam, ſi enormiter & malè, ſufferam.* XIX. diſt. *In memoriam &c.* Hæc via, ambulemus in ea, non declinantes neque ad dextram, neque ad ſiniſtram quo adusque perveniamus ad patriam claritatis æternæ, ad quam nos perducat, qui ſine fine vivit, & regnat. Amen. Datum in Sletſtat, die X. menſis Auguſti, A. Domini 1482.

Sectione V. *Archiepiſcopus Henrico Inſtitoris ita reſpondet, ut & Monachum, totumq; Prædicatorum ordinem accuſet, hypocriſin ejus & malas artes detegat; & Epiſtolam adverſarii ordine refutet.*

Tertia Editio invectiva ſeu reſponſalis eſt, in prælocatam Epiſtolam, conciſis quidem reſponſis, ſed propoſitis ſententioſis fundata, & interim gloſſata, per me, cujus titulus eſt hic:

Reſponſalis ſub nomine Archiepiſcopi Craynenſis per Petrum Trevirenſem contra Henricum Inſtitoris formata feliciter incipit.

Andreas Dei gratia Archiepiſcopus Craynenſis, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, titulo ſancti Sixti, Presbyter, Cardinalis, Pronunciator ſacri Concilii Baſileenſis; non recedendo ab appellatione per nos, contra Sixtum IV. & omnes adhærentes ſibi, & aliter ſecundùm tenorem ejusdem hîc publicatę, *ad Deum omnipotentem, Dominum videlicet Jeſum Chriſtum, ejûsque ſanctam juſtitiam, & univerſalem Eccleſiam juſtè & bene interpoſita.* Super quo cœlum & terram advocamus, in teſtes loquentes tibi *Henrico Inſtitoris*, hortamur te, induratum corde, excæca-

tum

tum , & inveteratum in malis,recognoſcere exceſ-
ſus tuos , & in dolore cordis profeſsionem & vo-
tum,quod feciſti Deo,coràm multis teſtibus fideli-
ter adimplere , ut perceptâ veniâ (quæ contritis &
humilitatis non negatur) in fide recta, in ſpe per-
fecta, & charitate non ficta , dono ſeptiformi Spiri-
tus Sancti ſtabilitus,ingrediaris viam veritatis,per-
cipiasque verè fidelium mercedē æternam. Miſero-
rum omniū, unicè tu miſerrime Henrice, ex corde
compatimur inſipientiæ,atque præſumptioni tuæ,
quibus te contra veritatem, fratrem ordinis Prædi-
catorum , Doctorem Theologiæ , & Inquiſitorem
Hæreticæ pravitatis compellare præſumis. Reli-
gioſum enim,id eſt, non Chriſti, ſed Diaboli man-
cipium te eſſe,dolemus.Sed utinam ſolutis vinculis
Diaboli, eſſes religioſus Chriſti frater , niſi falſus
non es.Nam ſermone & converſatione malus & re-
probus palàm cognoſceris, Inter malos reprobóſ-
que verè nominatur, ut plurimùm , ſed in veritate
nulla eſt fraternitas. Sed utinam eſſes verè frater, id
eſt , fidelis ! utinam eſſes verè Monachus , id eſt,
triſtis pro peccatis tuis? Et utinam tantùm ani-
mam tuam curares de poteſtate Sathanæ eripere,
& manu datam reddere Chriſto ! Obligatione
quidem,ſed non obſervatione novimus te eſſe, ſed
utinam obſervatione quoq; eſſes ordinis Prædica-
torum! *Doctor non Theologiæ,ſed erroris, &*
magiſter mendaxes, verbo & exemplo, id eſt,
ſermone & vita tua , veram Theologiam abjiciens,
& in contemptum Dei, & ſcandalum multorum

Chriſti fidelium mandata Dei, & ipſam lucidam honeſtatem, quam natura rationis inſtruit, tanquam execrabilis prȩvaricator multifariè transgrediens. Tu itaque cùm Hæreticus notorius, ſacrilegus, falſarius, à Deo omnipotenti perjurus, àc apoſtata, à fide Ieſu Chriſti, & reſciſſus à corpore ejus, quod eſt Eccleſia, tanquam palmes inutilis à vera vita, cujus vegetantem humorem non accipis, vel acceptum deturpas, dignus ad conſumendum carnes tuas, & oſſa redigendum in cineres igne. Vel appenſâ collo tuo molâ aſinariâ, propter multiplicem à te factam ſcandaliſationem, non unius tantùm minimi, ſed multorum etiam maximorum, juxta Evangelicum teſtimonium, expediret tibi, mitti te in mare. Quomodo pravitates aliorum inquirere poteris, cui ſemper illud Evangelii objicitur; Amice, ejice primùm trabem de oculo tuo, & tunc veniens ejicias feſtucam de oculo proximi tui. *Hæreſin propriam depone*, dehinc mandatorem, ſeu fortè venditorem tui ſuaptè officii iperluſtra, ſi purum à labe execrandæ hæreſis reperias, cùm nequaquam ille per te poſſit in aliis reprehendere, quod & in illo, & in te, ex iniquis ſermonibus, & operibus palàm damnabilibus deprehenditur. *Sed utinam ambo pariter in fide & moribus ſecundùm profeſſiones veſtras, & vota irreprehenſibiles integri perfecti ſancti quoque & venerabiles effetis*, ut ille Eccleſiæ in curam ſuam acceptæ dignè & laudabiliter præeſſet; & tu ſecundùm nomen atque debitum profeſsionis tam

Or-

ordinis, quàm officii tui, profunda divinorum eloquiorum (in cœna illa Domini, ubi menſa adverſus tribulantes & inficientes Eccleſiam *parata* eſt, in conſpectu fidelium) perſcrutatus, ſono tuo exeunte in omnem terram, & in fines orbis terræ verbis tuis te abſcondito produceres in lucem: próque Evangelio Chriſti uſque ad ſpiritum & ſanguinem decertans, ita te ipſum armaturâ Dei, quam Apoſtolus oſtendit, munire addiſceres. Ne illi contra veritatem vincerent ſe, à te illi per veritatem vincerentur. Sed nunc potius veneno invidiæ, quo turges infectus, optas nos non eſſe ordinis Prædicatorum; futurum enim prævides, nobis, Deo adjuvante, ſollicitantibus *ut ſicut & aliorum, tam ſtatuum, quàm ordinum, ita deformata illius ordinis, in te & aliis reformentur*, quos utinam, pro ſacratiſsimi ordinis honore, tam integros, quantum corruptos noſceremus. Quorum *etiam infandiſſima ſcelera, ob honorem ſanctiſſimi Patris noſtri & ducis noſtri Dominici (cujus tamen ordinem infringitis & violatis peccantes, & non filii ejus, ſed iniquitatis, tu, & ſimiles tui in ſordibus) pronunc obticemus*; arguemus autem vos poſtea ſeverius de illis, ſtatuemusque ea durius contra facies veſtras, exterminabimusque, adjuvante Deo,

[*Parata*] *Pſal.* Paraſti in conſpectu eorum menſam adverſus eos, qui tribulant me.

nequitias veſtras, inſtabimusque gladio Eccleſiaſticæ poteſtatis, quam Chriſtus miſit ſuper terram ſeparari fratres falſos à bonis. Ne illorum malitia magis, omni morbo contagioſa iſtorum innocentiam inficiat, faciatque pari morbo laborare. Dolendum enim maximè eſt, *quòd ager ille ordinis noſtri, in Eccleſia ſancta Dei bonarum frugum, nulla admixta Zizania, olim undique fertiliſſimus, jam ferè ubique ſterilis, vepres nutriat, atque ſpinas quòd inde jam procedant tu ſimileſque tui Hæretici Eccleſiam obfuſcantes, unde reſplenduerunt lumina mundi ardentia, ipſum mirificè per totum terrarum orbem, ſoléque clarius illuſtrantes: quòd in eo tantùm crevit malignorum audacia, ut non timeant ſuis transgreſſionibus obviantes optare, ejusdem ordinis exiſtentes non eſſe.* Heu! quomodo cecidit Lucifer, qui manè oriebatur ut Sol! Heu! quomodo emicantes pleiades obfuſcatæ ſunt, & mutatus color optimus! Heu! quomodo ſtellæ ordinatæ extra ſuum ſolutæ ordinem errant. O quàm beati ſunt illi pauperes, ſpiritu in fide ditiſsimi, mundi peripſima, & ſal terræ ſeculi contemptores, & hominum piſcatores, confeſſores Chriſti, & elucidatores verbi Dei, Dominicus & Franciſcus atque eorum verè ſequentes veſtigia! Qui penuriam paſsi pro Chriſto animas ſuas noverunt poſsidere in-

inpatientia. Non enim eos ultrix iniquitatis inopia, nec parentum adverſa fortuna, nec ulla violenta neceſsitas, nec oppreſsit inedia, ſed devota voluntas, & electio Chriſti formis, qua vitam illam optimam prædicavit. Sanè hi ſunt ſemper poſt parentes novi fætus pro patribus & Prophetis ſubſtituti divinitus, ut in omnem terram exeat ſonus eorum, ſalutaribusque inſtituti doctrinis cunctis Regibus, & Gentibus promulgent, inexpugnabilem fidem Chriſti. Hi ſunt, qui ſeminare jubentur, ſuper omnes aquas veritatem fidei Chatholicæ. Quia non eſt perſonarum acceptor Altiſsimus, nec vult mortem peccatoris Piiſsimus, qui occidi voluit pro eiſdem. Sed contritos corde mederi deſiderat, atque lapſos erigi, & perverſos corrigi ſpiritu lenitatis. Ad quem effectum ſaluberrimum alma mater Eccleſia illos plantavit gratuitò, plantatósque favoribus rigavit, & privilegiis rigatos ſuffulcivit, ut cum paſtoribus & curatis coadjutores eſſent ad procurandam ſalutem fidelium animarum. Sed progenies viperarum parentes proprios perimens, atque ſemen nequam ingratiſsimi cuculi, qui cùm vires acceperit, virium largitricem ſuam nutriculam necat. *Nonnulli de profeſſione eorundem Monachi, verbis mendacii. de corde pravo reſultantibus, rudi reprobabilíque larva, venuſtatem patrum illuſtriſſimorum maculant, & ſplendorem illorum penitùs obtenebrant, illorum ſapientiam impugnantes, qui contra fu-*

futuras caligines luminoſas, lucernas, artificioſiſſimè providerunt, & tanquam probiſſimi pugiles Chriſtianæ militiæ, noſtram infirmitatem armis fortiſſimis munierunt, quique exiſtentes ſuo tempore vulpium venatores cautiſsimi, nobis jam ſua retia reliquerunt ut parvulas capiamus vulpeculas, quæ non ceſſant florentem, vineam Domini demoliri. Sed iſti immemores paternæ traditionis, *quæ ſeculi ſunt ſapiunt, & relictum aratrum intuentur, & qui vulpeculas capere deberent, in vulpes heu monſtruosè transmutati, illas fovent,* cum illis currunt, cum illis ganniunt, timentque cum illorum aſtutiis ſuas hypocriſes & ſuperſtitiones ſecretas revelari. *Qui incedunt decrepitantes & lacerati, ut appareant in veſtibus omnium ſancti, à quibus Chriſtus attendendum, dicit:* Quia ex fructibus, inquit, id eſt, prædicationibus eorum malis, quibus cor malum, ex cujus ſuperabundantia os loquitur, ſuffocatum eſt, cognoſcetis eos: Aſsimilans eos ſepulchris, foris dealbatis, quæ intra oſsibus mortuorum, & omni ſpurcicia plena ſunt. Sic, prochdolor! *Patrum ſanctiſſimorum ſuperficialem effigiem ſcandalosè gerentes, ab illorum ſanctitate violenter ſe retrahunt, ſicut olim ultima illa Templariorum ſoboles degeneravit à fide,*

quo-

quorum ſuperſtitionem manifeſtatam, una per totam Chriſtianitatem dies delevit. Fuiſſent igitur illi patres noſtri ſupramemorati, jugique benedictione recolendi, benè felices, ſi ſimilem ſibi ſobolem, & prolem non degenerem, in ſubſidium atque decorem ſubſequentis temporis reliquiſſent. Sed, quod dolentes referimus, *jam Therſites ignavus arma contractat Achillis, & dextrariorum phaleræ electæ, pigritantibus aſinis ſubſternuntur.* Aquilarum nidis cæcutientes noctuæ dominantur: & in accipitris pertica reſidet vecors milvus. Namque in grege promiſcuo utriusque ordinis Prædicatorum, & Minorum, *quadam Laicorum conquieſcit multitudo plurimùm oneroſa. Qui tamen ſe ad prædicationis officium tanto improbius ingerũt, quantò minùs ea, quæ loquuntur, intelligunt. Sacram Scripturam, cujus fimbriam pauciſſimi tetigerunt, cùm tanta ſit ejus profunditas, ut ab humano intellectu, quantumcunque vigilet, ſummo otio, & maximo ſtudio nequeat comprehendi. Hanc idiotæ illi præſumunt,* (NB.) *lacerant, docent, antequam diſcant.* Adductóque ſupercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de ſacris literis philoſophantur. Diſcunt etiam proch-pudor! à fœminis, quod viros doceant, *& ne parum*

rùm hoc ſit, quadã facilitate verborum, imò audaciâ ediſſerunt aliis, quod ipſi non intelligunt. Garrulitatem ipſam ſumma cum impudentia, rationem, & quicquid dixerint, legem Dei putant. Quicquid etiam in ſuam opinionem duxerint, indecentiſſimis verbis, furioſisq; clamoribus defendere, coràm ſimplicitate Laicorum contendunt. Quemadmodum de lectore conventus fràtrum Minorum in hac civitate accepimus. Quomodo frequenter in ſuis ſermonibus in turpia, quæ non licent, loqui verba, nedum contra opus, quod pro univerſalis Eccleſiæ bono ſubivimus. Verum etiam in aliis ſuis indecentiis (quibus ſtudiosè videntes, & audientes in riſum concitat) ſuapte prorumpens, etiam fœmineum ſexum prolationis ipſius turpitudine non erubeat offendere. Præterea ſæpe immemor humilitatis, manſuetudinis, & mititatis illius, quem prædicat, Ieſu Chriſti, tam inſana furioſaque apparentia, inhoneſtè ſaltans, ardente in ira, ut lumina ſuá extingui videantur facie ſimùl omnium arteriarum, ſpirituumque vocalium viribus trahens, de cordeque alto, ut reddat refractu emiſſæ vocis teſtudo ſonum, in ſummum vocem compellens, & in altum extenſis brachiis complicatas, cancellatásve ultra ſe manus, non ſine ſonoroſo pulſus impetu, & terrentis ictus ſtrepitu ambiens ſe, analogum feriens

triens demittat, tanquam horrendo geſtu, ſeſe teneat, quaſi maligno ſpiritu irritetur. Nihil in illo autem ſine ſtrepitu eſſe, corpore, ut crines etiam ipſi coronales, quadam vaporum exhalatione, dum ſic furit, erigi videantur, faciensque tandem pacem ſibi ipſi nonnunquam univerſalis Eccleſiæ authoritati detrahere niſus ut dicitur; *In homines Papam minimè peccare poſſe*; *Nec ab eis in Concilio congregatis argui ob crimina etiã hæreſis*; *& quòd per pacientiam Dei, Papæ innocentia comprobetur*, falſo documento, ſtolida inſcitia, & animadvertenda temeritate affirmat. Aliquando etiam, *Evangelicum* non expaveſcens judicium, reum ſe gehennæ efficit, cùm coram multis, nos vel alium quempiam, fatuos eſſe judicat, vel aliis judiciis illicitis utitur; ſive execrabilibus blaſphemiis. Interdum etiam frivolè, & contra votum ſuum, volo, inquit, ire Romam: Volo hæc loqui, ac ſi præter arbitrium ſuperioris liberam habeat voluntatem, qui ſecundùm S. Benedictum poſt profeſsionem ſuam, nec proprii quidem corporis ſui habere debet poteſtatem. Vnde etiam in anima leproſum aſſerit Bernhardus, qui poſt profeſsionem ordinis propriam, etiam ad bonam uſurpat voluntatem. Et pro temeritate hujusmodi maximè repetita, carceri mancipandus eſſet, religioſus quicunque ſub obedientia conſtitutus, vel alia ſaltem dura

[*Evangelium*] Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ.

dura regulari diſciplina corrigendus. Sed hoc non advertunt Monachi quorum alias vana eſt religio, ſecundùm illud Iacobi: ſi quis autem putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio. *Sic heu! jam, contra legem, in bove, & aſino aratur, cùm à ſuperſtitioſis populi deceptoribus, cultura agri Dominici doctis & indoctis committitur.* Pari paſſu ſcriptum; Boves arabant, & aſinæ paſcebantur juxta eos. Quemadmodum diſcretorum eſt prædicare, ſimplicium vero, per auditum ſacri eloquii, ſub ſilentio ſe cibare. *Quot hi inertes homines in acervum Mercurii lapides mittunt his diebus? Quot enuchis ſapientiæ nuptias procurant? Quot cæcos ſpeculatores ſuper Eccleſiæ muros currere & circuire præcipiunt, qui debentes defendere fidem, quod contra fidem eſt, prædicant, & errores ſuos per legem Jeſu Chriſti conantur defendere, nec ſcire dignantur quid Prophetæ, quid Apoſtoli, quid ſimul univerſalis Eccleſia ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia, quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum dicendi genus, depravare ſententias, & ad voluntatem propriam ſacram Scripturam trahere repugnan-*

nantem? Quemadmodum tu, ò miſer, & inſenſate Henrico Hæretice gloriaris, te mendacem eſſe adverſus veritaté,& ad ſanctum opus,quòd ſecundùm tum debitum,tum poſſe noſtrum.pro ſalute omnium hominum laborioſè ſubivimus, nebuloſa facie occurris, & virus diu ſub maledicto corde contentum in nos acerbiter evomis, veritatem ipſam,& fidem Chriſtianam, atque ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam convicians & abnegans,hæreſin pro veritate,quam ſequimur,laborans contra nos inducere.Quod quidem venenum judicioſè evomitum, in viſcera tua denuo retorquendo refundimus, & quod in nos crimen confundere conjectâſti,non immeritò demonſtrationibus apertis, in te retorquemus: *Qui hæreſin ſapis, hæreſin operaris, novitates inducis, ſanctorum Patrum decreta infringis,hæreſium,bellorum,ac morum pravorum extirpationem,quantum in te eſt,impedis,*& præter alia mala, quæ ſuperius in parte tetigimus, pacem perturbas Eccleſiæ,& ſententias pervertis veritatis. Vę igitur tibi,ſecundùm Prophetam,qui dicis bonum malum, & malum bonum, qui ſecutus es viam Baalam, ex Boſor,qui mercedem iniquitatis amavit, correctionem verò habuit ſuæ veſaniæ ſubjugale mutum quòd in hominis voce loquens prohibuit Prophetæ inſipientiam. Sic & tu tam ſtulta dogmata,tam execranda in tua epiſtola profers ſacramenta, ut etiam hebetum ſenſus Laico-

rum,imò,ſi ad eos devenirent, Iudæorum,Pagano-
rum, quique ratione Divinæ agnitionis omnino
carent illorum deteſtentur inſaniam,tuaque diſtor-
ta, & Deo contraria, quæ ambulas itinera, ſanius
ſapiendo redarguant, & quod pejus eſt, in tantùm
ames mercedem iniquitatis, ut & doctus ab indo-
ctis, Clericus à Laicis, ſpiritualis à ſecularibus meri-
tò redarguaris, qui jure compararis ariolo, qui ver-
bis aſinæ contra naturam loquentis corripitur, nec
tamen à propoſito pravi itineris retardatur. Sic e-
tiam agnitam nedum deſeris viam veritatis, ſed &
eidem violenter te opponis, tuos in præcipitium
mergens auditores, niſi illos præſervaret Spiritus
Sanctus, quibus non ſalutaria, quæ corrigant, ſed
illis impunitatem perſuadeant, eóſque delectent,
enormia prædicas. Vnde meritò fons ſine aqua, &
nebula turbinibus exagitata, cui caligo tenebrarum
reſervatur, ſal infatuatum, & à porcis conculcan-
dum appellâris. O inverecunda beſtia illa blaſphe-
miæ, de qua in Apocalypſi! Quoties Sclavones in
tuas trahis blaſphemias, ex quibus lux illa & nor-
ma doctorum de oppido Stridoni, glorioſus Iero-
nymus lumen Eccleſiæ, indeficienti fulgore, radiat,
& paucis annis plures pro Chriſto palmam adepti
ſunt duro martyrio à confeſſione Ieſu Chriſti non
devicti? Quorum ſanctam conſtantiam ne illam
ſequamur, videris blaſphemare in hoc Spiritum
Sanctum, qui illos confortavit, & nos confortabit
blaſphemans. Sed maledicta tua non curamus, te
enim unum ex perverſis illis agnoſcimus, quorum
præſtigiis opus pium mendaciter transformatur

in

in monſtrum. Ea nempe, quæ à Deo geruntur cum Deo juſtiſsimè malignante obloquiorum tuorum pervertis. Sed quia à malis vituperari laudari eſt; præterea nôſti, nos tuis vituperiis, non plus quàm caniculæ moveri latratibus, pro noſtri animi intentione, quam judicas, illius ſolius teſtimonio contentati, qui renes & corda perſcrutatur. Cùm enim voluntatis ſecretæ finalis intentio te lateat, à cordis inſpectore pernicioſæ temeritatis mereris redargui, qui operi huic, cujus non vides fontale principium, epigramma tam faciliter ſubſcribis ſiniſtrum. Ceſſa igitur de talibus, ſicut cæcus de coloribus judicare. Tu veſpertilioni ſimilis, de luce diſceptare non audeas, atque trabem geſtans in oculis propriis, feſtucam, quam fingis in oculis noſtris, eruere non præſumas? Ceſſa commentis ſatyricis ſuggillare quæ neſcis, & occulta diſcutere, quæ humanis experientiis non pateſcunt. Quicquid verò in eadem tua pernicioſiſsima Epiſtola de hæreticis dixiſti, id non nobis, ſed tibi dixiſti. Tu etenim, *ſicuti reipſa fur es* (cujus lucem odiſſe proprium eſt) ita etiam faciliter, *quia hæreticus es*, veſpertilioni compararis. Æquo igitur animo, tua non rectè de nobis dicta tolleramus, & potius pati injuriam, quàm feciſſe, quàm etiam reddere velimus. Nec enim injuriam tibi fieri arguas, cùm heu vera de te, non ut injurieris, ſed emenderis proclamamus, quæque pronunciari minimè dixiſſemus, ſi tua importunitate non impelleres. Quia enim locutus es, quæ voluiſti, audire te oportet, & ſen-

ties, Deo diſponente, quæ noluiſti. Cum nempe in modeſtia & ſimplicitate animi procederemus, calumnias & injurias irrogâſti, & opus illud ſanctum veritatis oppreſſione perimere laborâſti. Num quid deinde nos tanquam canes muti non valentes latrare tacebimus? Num quid periclitantem Eccleſiam per falſa dogmata infirmari clauſo ore patiemur? Minimè hoc, quin magis, licèt etiam tu indignus ſis, cui à quoquam communicari debeat, tamen ut vitia, quæ ſacris Canonibus adſcripſiſti; & hæreſes, quas recitâſti & affirmâſti removeamus, pro multorum hominum conſolatione, & paſtu eſurientium animarum, deſideratam à nobis magnoperè occaſionem ediſcendi ea, quæ per magnates à Doctoribus civitatis hujus ſunt exacta, gratè amplectimur. Quia ſe de hoc modo ingerit cum tuæ damnabilis epiſtolæ materia copioſa; tamen dum inſufficientiam noſtram, inſcitiamque, quam autumas, conſideravimus, quid frivolis illis apparamentis in ſenſum alienum contortis, reſpondendum ſit, hæremus. *Verùm intuentes opus Jeſu Chriſti, quod pro ſua Eccleſia ſubivimus, ad eum confugimus confidenter, qui habet claves David, aperítque librum ſapientiæ, & nemo claudit, claudit & nemo aperit, quique promiſit nobis dare os, & ſapientiam, cui cuncti ſapientes non poſſunt reſiſtere. Ex quo omni ſufficientia noſtra; qui dat omnibus ſupereffluenter, & non impropera*t.

rat. In quo (cum Apoſtolo) omnia poſſumus. In cujus Spiritu omnis virtus noſtra. Quem ponimus ſpeculum rationum noſtrarum, quibus refellantur erroneæ aſſertiones tuæ. Qui habet verbum vitæ, & eſt fons vitæ, fons aquæ ſalientis in vitam æternam: fons ille hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano, unde hauriemus aquas in gaudio, & non de ciſternis veteribus diſſipatis, neque ſequentes rivulos, ut tu hæretice. Qui aquas furtivas dulciores eſſe judicas & ſequeris rivulos per terras in longinquum dilabentes, non retinentes virtutem & guſtum fontis originalis, ſed limum viſcumque contrahunt, unde vermes peſtilentes, ut ranæ, bufones, colubri geniti repunt, & potantes inficiunt, aut perimunt. Errores nempe in tua epiſtola intendens, juxta libitum verba trutinas, variaſque, non confidens in Domino, ſicut mons Syon, ſed de tua virtute glorians, ne à Gelboe monte ſuperbiæ, in quem aſcendiſti repentinè cadas fugere hinc inde, & hac illac pertranſire neceſſe habes, velut paſſer ab aucupe, à ramo in ramum, ab arbore in arborem transmigrans in montem Involutuſque falſitatum tuarum intricatione, quanto magis te niteris explicare, tantò magis implicas. Quia neſcienti tibi quo vadas, nulla eſt certa via, propter quod Spiritus errabundæ opinionis tuæ hac illac impellens, atque

hinc illinc inſiliens nullibi ſubſiſtere poteſt. Quapropter favore Dei, in turri illius veri David, id eſt, fide & Eccleſia Ieſu Chriſti muniti, quam ædificatam eſſe conſtat, cum propugnaculis, mille clypeis ex ea pendentibus omni armatura fortium, facile erit nobis tibi malefico hæretico, vulpina aſtutia fortivè circumeunti, in fronte impudentiæ tuæ, vel gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, vel lapidem unum torrentis, id eſt, multifariam contradictionem in verbis tuis repertá infigere, ut corruas in faciem ſuper terram. Tria nempe principaliter per tuam epiſtolam intendis probare. Primò, *quòd ſummus Pontifex à nobis ob ſua crimina patentia, non fuit arguendus.* Secundò, *quòd ipſe ſub ordine fraternæ correctionis nō comprehendatur.* Tertiò, *quòd authoritas Concilii ſupra Papam non emineat, ſed ab ipſo dependeat.* Per has tres falſitates, quæ contra fidem & honeſtatem Chriſtianam militant, niteris tres veritates, quas nos ſequimur, illis contrarias aſsimilare triplici ordini dentium in ore beſtiæ. Quem rectè in ore tuo, qui verè beſtia es, beſtialiter & in ſumma turpitudine ac obſtinacia damnabiliter vivens reperimus, cùm tres veritates fidei, hujuſmodi tribus falſitatibus alligatis, eis à latere multis aliis damnatis erroribus impugnas. Quo fit, ut ſicuti prius à participatione timentium Deum, *per malam vitam tuam, & damnata crimina tua fuiſti alienus*; Ita modò penitùs à ſin-

ſinceritate credentium, & conſortio fidelium Eccleſiæ longo chaode ſeparatus, urſique ſimilitudini non difformis, qui conſcius debilitatis capitis tui (id eſt, probitatis & famæ tuæ, cùm nedum reprehenſibilis in vita, ſed & damnandus ſis) ſicut urſus in pugna caput demittis. Quia commiſſa reverens dum à viris integris, & formæ illæſæ objiciantur, viſum à facie illorum retrahis, & jam jam debilitate capitis tui, id eſt, inſanâ & perverſâ doctrina tua, quæ caput, id eſt, ſalutem animæ tuæ, quam abjicis, nedum debilitat, ſed & penitus aufert, ad honores, quos non meruiſti, ipſa inhoneſtate ſuſpiris. Quæris amicitiam hominis, & neſcis miſer, quòd quicunque voluerit eſſe amicus ſeculi, inimicus Dei conſtituitur. Fugere igitur deberes, ſecundum profeſsionem tuam, mundum, & ea, quæ in mundo ſunt, ſed non permittit hoc Diabolus, qui te 'uis catenis faſcinavit. Is enim ſuadet tibi: Exalta ſolum tuū, fieri coneris ſimilis viris ſtatus altiſsimi. Vis igitur abſcondere in mo n em Gilboe, qui nec pluviæ nec roris beneficio ad fructum unquam de cœlo rigatur, nam in eo ceciderunt fontes Iſrael. In quo cùm tu te firmare putaveris, patieris caſum interitus altioris, & deſcendes in infernum vivens. Dies enim Domini ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſuper omnem arrogantem, & calcabit Dominus ſuper excelſa terræ, & conſumentur montes ſubtus eum. Ad impugnandum igitur ve r te m multis veſanis blaſphematoriis agitaris ſermonibus. Plenus namque es ſermonibus mendacii, & intumeſcit ſpiritus uteri tui, dirumpet autem

Dominus te inflatum ſine voce, & movebit te à fundamento Sanè pro deductione primæ erroneæ opinionis tuæ, cogis nos per obſcura procedere, dum teſtamur Concilium Baſileenſe, nondum ſecundùm locum & negotia terminatum, ſed terminandum. In contrarium quandam, quam cùm non ſit inepte, nominas translationem, *adducens, per Eugenium IV. Pontificem ſcandaloſum, & ab Eccleſia legitimè depoſitum*, factam eſſe, ubi plures Eccleſias malignantium, quas odit Deus & Concilia vanitatis (*à ſanctis Doctoribus conciliabula, quaſi Diaboli concilia congrui appellatione notata*) *recitas, quæ tanquam contumax & rebellis, durante ſacra Synodi Baſileenſi, non in Spiritu S. ſed in ſpiritu malignitatis congregavit, idem Eugenius*; ad quod leviter reſpondemus. Quia irrefragabili conſtitutione Conſtantienſis Concilii, ſanctum eſſe dignoſcitur, *Papam ſine authoritate Concilii ipſum transferre non poſſe*, quanto minus ille, qui nedum propter defectum tituli, verùm etiam hæreſin & alia crimina depoſitus & ejectus, ſcandaloſè ſedem illam ſanctam occupavit, Concilium transferre potuit, quod ſeipſum nationibus, ex quibus conſtituebatur conſultis transferre noluit, neque adhuc legitimè ſe tranſtulit Igitur adhuc Baſileæ, & non alibi pendet. Deinde ponis: Nos urſum voracem, quia ſchiſmaticos & rebelles Ec-

oe-

cleſiæ (quod tamen verum non eſt) adjuvaverimus, cùm tamen nos curemus omnem rebellionem, omneque ſchiſma, de medio Eccleſiæ removere. Intentionem propterea noſtram, ad Deum, qui prius cognoſcit, referimus. Florentinos verò, quos recitas ſchiſmaticos arguis, eò quòd Sixti IV. iniquitatibus condeſcendere locumque dare, ſine ultione inauditi à ſeculo latrocinii, noluerunt. Quis autem eo major ſchiſmaticus eſt, *qui etiam contra fideles Chriſticolas, ſpurcidæ Mahummeteæ traditionis cultores, Turchos & Schiſmaticos alios habet, ſecum occulta intelligentia confœderatos?* Et ultimo omnium tu Schiſmaticus es, *qui ſcindis veritatem ſacræ Scripturæ, & rebellis es doctrinæ ſalutari.* Os ergo tuum poſuiſti in Cœlum, linguâ tranſeunte ſuper terram, cum montem illum, in quo civitas ſancta, videlicet Eccleſia, & veritas fidei Catholicæ, quæ abſcondi etiam à te nitente non poteſt, ponitur. Montem etenim illum ſanctificationis, quem acquiſivit dextrâ ſuâ Chriſtus Ieſus Dominus noſter, confeſsionem videlicet puram inviolabili fidei Chriſtianæ, quæ ad modum petræ, cujus fundamenta in montibus, id eſt, Doctoribus, Confeſſoribus, & Martyribus ſanctis, ad modum firmiſsimorum montium gravibus & immobilibus Eccleſiam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam à Chriſto firmiter ædificatam continet, beſtialiter tangis. Ad modum quippe feræ ſævientis la-

ceras veritatem ejus. Nos verò montem illum non tangimus ut beſtia cùm non tabeſcentes invidia, ut tu malitioſè confingis, ſed jucundè ſermones noſtros in judicio diſponimus, *dum crimina Sixti* IV. (quæ ipſè negare non poterit) *in veritate, in charitate, in zelo, qui eſt ſecundum ſcientiam Dei, ſervato ordine Chriſtiano, non tantùm revelamus, quantum priùs divulgata, ne ſcandalum generent aut damnum, ad judicium deferimus*, ea, in quantū negarentur, in nos aſſumentes ſub talionis lege, & pœna probaturos. Tu igitur non ſecutus Apoſtolum, qui dicit: Non poſſumus aliquid adverſus veritatem, ſed pro veritate (quæ dirigente Spiritu Sancto ex noſtra doctrina ſalutari progredietur, ut aurora conſurgens, pulchra ut Luna, perfecta ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata) ſed montem illum veritatis mendacibus doctrinis, tangens ut beſtia meritò venires jaculis confodiendus, niſi prævia tua hæreſis, & alia crimina majorem de te (ad quam etiam confoſsio non poteſt concurrere) vindictam expoſcerent. Præterea, proponens educere probationem ejusdem primi erroris tui, birretate ſceleſtiſsime, adducis illud Pauli 1. Corinth. II. *ſpiritualis judicat omnia, & ipſe à nemine judicatur. Quod quidem non ſolùm de ſummo Pontifice, ut tu dicis, dum tamen verè ſpiritualis ſit, intelligitur, verùm etiam de quo-*

quolibet homine verè ſpirituali, & nullo alio. Verè autem ſpiritualis, id eſt, qui non ſecundùm nomen, ſed ſecundùm conſcientiam ſpiritualis eſt, & ſecundùm ſpiritum, quem ibi pro bono accipimus, vivit, ille judicat, id eſt, diſcernit omnia ſpiritualia quidem, ut quomodo *diſcretè* gerantur. Temporalia verò, ut quomodo ſalubriter quoad animam, non reſpiciendo gloriam vitæ temporalis, ſed Dei, diſponantur. Quia ſpiritualis ſuffultus inſpiratione Spiritus Sancti, qui docet omnia, *& ſine quo, etiam nullus ſpiritualis* eſſe poteſt, totum ſtudium ſuum impendit conſiderationi omnium rerum, in ordine ad laudem Dei & ſalutem animæ, ordinando omnia, prout ſcilicet hominum ſalus exigit, & cultus Dei requirit. Et non ſolùm, quæ ratio attingit (ſcilicet per experientiam) ſed etiam quæ fides oſtendit, immoranda illis per ſpiritualem contemplationem. Et ipſe à nemine judicatur: animalis enim homo non ſapit quæ ſunt Spiritus Sancti. Igitur carnalibus inhians, non poteſt diſcernere, an de ſpiritualibus judicet bene vel male: Cùm nullus eorum bonus ſit judex, quorum experientiam non habet. Ipſe igitur à nemine judicatur, judicio ſcilicet legali; quia vivens ſecundùm Spiritum, nullum

[*Diſcretè*] Ne quis ſecundùm Apoſtolum nimis humilis ſit. Et Petrus dicit: Nolite peregrinari in fervore, qui ad temptationes vobis ſit. Et Boëtius IV. de conſol. p. 5. Quicunque ultra medium virtutis progreditur aut ſi petra ſubſtiterit, habet contemptum felicitatis, non habet præmium laboris.

lum committit legale crimen quod ſolum per leges vindicatur; quia igitur à legali noxa ſit immunis, juſtus cenſetur. Iuſtis autem, ut dicit Apoſtolus, non eſt lex poſita, ſed injuſtis, & non ſubditis, ſceleratis, contaminatis, maſculorum concubitoribus, & perpetratoribus eorum, quæ ſanæ doctrinæ adverſantur. Igitur hic nihil probas de impunitate, quam perſuades. Subſequenter illud Hugonis II. parte de Sacra. Poteſtas ſummi Pontificis, ſicut à Deo primum eſt inſtituta, ita cùm deviat, à ſolo Deo, (quod intellige, per ſolam *ordinationem* Divinam, non humanam *confuſionem*) judicari poteſt. Igitur per ſacrum generale Concilium, quod per ſolam Dei ordinationem in Spiritu Sancto congregatur, & in Spiritu S. judicat, poteſt etiam di-

[*Ordinationem*] Hanc habes Matthæi cap. XVI. Si peccaverit.

[*Confuſionem*] Hanc habes in corpore juris, ubi magis ponitur, de opinione, quàm de ſententia, & quantam habet materiam judicandi, tantam habet evadendi, & ſimiles caſus diverſis ſubſcribuntur ſententiis. Habes eam etiam in experientia quotidiana, ubi tanta eſt in ſententiis confuſio, quòd nihil incertius ſit, quam eventus litigandi. Sæpe qui juſtus eſt, ſuccumbit: ſi igitur Papa, more aliorum hominum, poſſet faciliter judicari, pro qualibet cauſa ad quamlibet quæſtionem, & ſecundùm captum mundani judicii, non liceret. Quia ut quis inutilis & indignus à cura gregis removeatur ordinatè agendum eſt. Extra, de hæreticis. Cum ex injuncto &c.

dici, cùm deviat, ſcilicet non nimis *enormiter*, quomodo ſine damno & ſcandalo Eccleſiæ poterit tollerari. Et rurſus illud Innocentii IX. q.III. Nemo judicabit primam ſedem, ubi non addis quod ſequitur: *Juſtitiam temperare deſiderantem*. Illicitum enim eſſet male de ea judicare cùm velit, prout poteſt, juſtitiam temperare, id eſt, juris rigorem, ubi circumſtantiarum cauſa legitima poſtulat, licitè *relaxare*. Neque enim ab Auguſto, quia ſibi non

[*Enormiter*] Sed dices: Nonne Marcellus deliquit ſatis enormiter, & tamen tolleratus, & non judicatus fuit. Ego dico, quòd in beato Marcello Eccleſia plùs reperit, unde cum Angelis gauderet ſuper peccatore vehementer pœnitente, quàm quod vindicaret de homine, terrore, in crimen lapſo, non ex animo peccante: Neque enim damnoſum aut ſcandaloſum fuit Eccleſię tollerare Marcellum pœnitentem, & emendatum, qui nempe ſucceſſor erat Petri pœnitentis & emendati, in quibus fidelis magis reperit, unde emendetur, quàm ſcandaliſetur; alter ad vocem ancillæ, alter ad minas tyrannorum Chriſtum negavit, ubi ergo apparet emendatio, crimen facilius indulgetur, quod ſine emendationis ſpe ſeverius ulciſcendum eſt. Et hæc eſt ordinatio Divina, de qua ſupra Hæc *Petrus Trevirenſis*.

[*Relaxare*] Auguſt. Cogunt multas invenire medicinas multorum experimenta morborum, verùm in hujusmodi cauſis, ubi per graves diſſenſionum ſciſſuras, non iſtius aut illius hominis periculum, ſed plurimorum ſtrages jacet, detrahendum

non licet tangere Chriſtos, id eſt, unctos Domini propria authoritate; neque ab omni Clero: Ibi *omni* capitur diſtributivè, quia non judicatur *à ſingulo Clero*, quod falſum eſt collectivè: quia ab Eccleſia, quæ eſt collectio fidelium, & quam colligit Spiritus ſanctus (eo aſpirante) Papa judicari poteſt, dum excedendo normam Chriſtianam in vitia poſt animalem hominem *dilabatur*. Pro illo facit, quòd dicit Chriſtus: Quicunque ſcandaliſaverit, unum ex puſillis iſtis, expedit ei, ut appensâ collo ejus molâ aſinaria, mittatur in mare. Ad hoc eſt etiam illud Pauli, ad Galat. Qui conturbat vos portabit judicium, quicunque eſt ille; *Quicunq;* *univerſale*, diſtributivum, valet ſignum univerſale, & pronomen *qui*: Quicunque igitur, id eſt, omnis qui, capiendo ly *omnes* in ſua propria vi, ut diſtribuat ſimùl & colligat, importetque ſingu-

---

eſt aliquid ſeveritati, ut majoribus natis ſanandis charitas ſincera ſubveniat. In canone, *ut conſtitueretur* l. di. Item in C. Frater. XXXIV. di. Pelagius dicit, defectus noſtri temporis, quibus non ſolùm merita, ſed corpora ipſa hominum defecerunt, diſtinctionis Canonicæ non patitur manere cenſuram.

[*Dilabatur*] Hoc clarè patet de Liberio & Anaſtaſio, de Conſtantino, Iohanne XII. Benedicto IX. Innocentio VII. & Gregorio XII. Ioh. XXIII. depoſitis.

gulos generum & genera ſingulorum. *Sixtus autem IV. ſic dictus, eſt unus de omnibus, qui nedum ſcandaliſat, nedum conturbat, ſed & deturpat, & perturbat Eccleſiam.* Igitur portabit judicium univerſalis Eccleſiæ. Vel dicitur: Nemo judicabit primam ſedem, id eſt, *propter ſcelera, ſedentis in ſede, ſedes ipſa, etiam ejecto ſedente, deleri non debet, nec judicari, quominus poſtea ſemper maneat, & dicatur ſancta.* Obtinuit enim ſanctiſsimorum, qui in ea ſederunt Pontificum merito hoc privilegium, ut ipſa præ cæteris ſedibus ſemper maneat, & dicatur ſancta, quòd nemini licet, propter malitiam ſedentis in ea in fringere, cùm ille ejici, & Pontifex dignus inſtitui poſsit. Et licèt jam propter crimina ſedentis in ea Sixti IV. dici poſsit *prophanata*, tamen ſecundùm ſuum privilegium non poteſt dici, niſi ſancta ſedes Apoſtolica, quia à viris Apoſtolicis non criminoſis, ſanctitatis nomen inauferibile obtinuit. Nec obſtat illud Symmachi Papæ, ubi ſupra: *Aliorum hominũ cauſas Deus voluit per homines terminari, ſed ſedis illius præſulẽ ſuo, ſine contradictione, reſervavit arbitrio.* Cùm in

[*Arbitrio*] Quod habes Matthæi cap XVI. ſi peccaverint. Homines etenim, ſuſpecta, & non plenè determinata judicia in ſuis cauſis obſervant: ſed Papa judicatur ex arbitrio Dei, ne ſic cum eo agatur, faciliter, ſed ſolenniter.

in ſacra Synodo generali arbiter aſsiſtat Spiritus Sanctus, cujus arbitrio, in ea ſingula fiunt. Reſtat autem videre, *utrum Concilium habeat poteſtatem juriſdictionis, quam Papam in poteſtate clavium, immediatè à Chriſto recepiſſe aſſeris?* Et, *utrum Concilium habeat poteſtatem ordinariam, ſupra Papam*, quem judicem ordinariũ omnium, & totius orbis eſſe demonſtras per c. *cuncta*, &c. Quod plane intelligitur: Cunctarum Eccleſiarum, id eſt, *uniuscujusque Eccleſiæ* per mundum Papa verus ordinarius eſt, ſed non *univerſalis Eccleſiæ*. Igitur non neceſſe eſt, nec debet Concilium ab eo aliquid poteſtatis mutuare. Hoc ſic declaramus. Si plenitudinem & eminentiam poteſtatis Papa ſuſcepit, cùm Chriſtus dixit: *Quodcunque ligaveris, &c.* Quare igitur totiens quæſtio fuit inter diſcipulos, quis eorum videretur major, etiam in die Cœnæ, cùm dixit Chriſtus, non præſidentiam oſtendendo, ſed miniſterium: Vnde hoc nomen *Miniſter potiùs convenit Papæ, quàm quòd dicatur Sponſus, vel caput Eccleſiæ*. Quod ſentiens Gregorius ille magnus, inſtituit illum titulum pro Papa, quòd ſcribat ſe ſervum ſervorum Dei; Apoſtolus enim dicit, Eccleſiam exhibitã ſponſam uni viro Chriſto *Ubi autem dicimus Papam eſſe caput Eccleſiæ, Eccleſiam accipimus prout eſt corpus Politicum;*

cum; Quia in quantum ſumitur pro corpore myſtico, tunc immediatè dignoſcitur eſſe conjuncta Chriſto, à quo regulatur & ſuſcipit chariſmatum dona, hócque ſanè modo ejus caput Chriſtus eſt. Et ita ſe habet in Conciciliis generalibus, univerſalem Eccleſiam repræſentantibus, ubi nullum medium intelligitur inter Chriſtum & eam. Propter quam, non tamen ſupra eam, Papa accepit poteſtatem. Quamvis in Concilio Papa præſens, dum non ſit infamis, *primum teneat locum; non tamen tanquam caput, ſeu ſuperior Concilii,* ſed tanquam primus inter alumnos Eccleſiæ, & *dignior*. *Et quòd profectò & nul-*

[*Dignior*] Quamvis enim ſit in facie Eccleſiæ, cui ipſe inferior eſt, tamen non communitati, ſed ſingularitati perſonarum præfertur. Quia etenim Eccleſia conſtituitur ex multis perſonis, igitur illarum perſonarum in ea certus, & definitus debet eſſe ordo, tam in ſeſsione, quam in authoritate, ac etiam in aliis, prout quæque earum, diſpenſationem magnam, vel parvam in ipſa Eccleſia obtinuit. Niſi enim ille ordo ſervaretur, eſſet valdè dedecorum, & reprehenſibile in Eccleſia. Quia ſic non eſſet, niſi quædam indiſcreta permixtio, confuſio, & horror, qualis eſt demonſtrare apud ſues & bruta, non commendare de homine rationali. Quia igitur ſollicitudo Papæ ſupra omnes Eccleſias eſt, igitur ſu-

pra omnes Prælatos, non ſingulariter collectos, ſed collectivè ſingulares, prout ſingularitas ſuæ dignitatis exigit, ſedes: Et meritò, cum ad decorem inſtituti ſint gradus Eccleſiaſticæ dignitatis. Illud enim cum turpitudine & indecentia obmittitur, quod ad decorem inſtituitur; nusquam enim illi gradus ſolennius poſſunt celebrari, quàm in Conciliis, ubi multitudo Epiſcoporum ſecundùm gradus ſuæ dignitatis, ordinis, & authoritatis, in locatione ordinata, & inſigniis diſcretis, coram univerſis Eccleſiæ filiis, honorificè & glorioſius ſplendet; & ſplendidè in Domino gloriatur. Quid facilius filios inſolentes & contumaces domet, quam ubi matrem ſuam in tam ſtupendo ordine glorioſam, & in tanta gloria humilem, in humilitate cuncta, pro filiorum ſalute irreprehenſibilis, judicii æquitate, in comparabili prudentia, fideliſsima ſollicitudine, incunctabili fermè experientia, graviſsima ſententia, mirabili circumſpectione, & æquiſsima temperantia, ſpontè, ſecundùm Deum, diſponere vident? Quid magis provocet Principē ſecularem, ut, præciſa ſimultate, ardenti dilectione, & devotione vehementi in Eccleſiam prorſus, & Eccleſiaſticas perſonas feratur, quàm ubi notaverit collegium Epiſcoporum, nedum dignitate myſterioſa, verùm etiam ordine & meritis perſonarum, ſuam longius majeſtatem excellere, quàm aurum plumbum excellat? Vbi inquā in tantæ dignitatis excellentia, ſub ſplendore Eccleſiaſtici ornatus nullam pompam, ſed ſummam conſpexerit humilitatem, profundam charitatem, ſingularem manſuetudinem

nem, ſtupendam audit in humilitate prudentiá, & de ſingulis vigilantem, ſalutiſque omnium hominum avaram, ſanctam ſollicitudinem? Vbi Spiritus Sanctus per diverſa oracula, teſtimoniis diverſis, easdem, ſed rebus dubiiſsimis, obſcuriſsimiſque cudit ſententias planiſsimas & certiſsimas. Quæ ultra Principum,& prudentum hujus ſeculi tantò altius eminent, ſapientiam & intellectum, quantominus animalis homo ſapit quæ ſunt Spiritus. De tantis itaque ſapientiæ & religionis magnalibus ſtupefactus Princeps faciliter credit Evangelio, ubi Chriſtus ſe in medio convenientium in nomine ſuo futurum eſſe pollicetur. Conſideratque evidenter, Deum Deorum, tam ſancto Collegio venerabilium Epiſcoporum & appropinquaſſe,& intereſſe, ubi nempe oculis vidit, & auribus audit in tanta multitudine ſanctorum ordinem mirabilem, & in ordine mirabili latens mirabilius ſacramentum. In numero eorum, Deo gratiſsima, & invariabilia merita, donaque immenſa gratiarum Dei, & virtutes clariſsimas, ætates à pueritia ſacris ſacratas literis,& ſanctis tranſactas exercitiis: Venerandas canities ad ſalutem omnium hominum procurandam ſollicitas multis curis & laboribus, pro Eccleſia Dei expoſitas, & quaſi milites veteranos, in cunctis congreſsibus Eccleſiæ acialiter præordinatas. Commendabiles juventutes ſibi omnibusque aliis proficiendi gratia, robur ſuum, tum artibus tum ſtudiis, ita tamen moderatis, ut proportio in reliquiis perſeveret prꝭſtantior fatigantes, & matura gravitate ſuppreſſa levitate confectas. In ſolli-

titudine non captionem proprii, ſed univerſalis commodi: In ornatu & veſtibus non curioſitatem, ſed Eccleſiaſticam honeſtatem: In diverſitate nationum, conſenſum, & concordiam, & alterutram in honore prævenientem, idem illis inquirendæ veritatis, & ſanctum meritis excolendi certamen, atque alterius potiori rationi ſtatim cedentem: In vita ſanctitatem, in moribus humilitatem modeſtam: in verbis ædificationem, atque in cunctis puritatem cum charitate: Secularia quæ volubiliora Ixionis tota ſunt, ad rectos tramites perduci. Materiam Eccleſiaſticam, quam conſcientiæ vermis diſcerpit, diuturnioribus luſtris valdè exagitari; mirabilemque de ea multarum ſententiarum graviſsimarum, in unum contextum, artifice Spiritu Sancto, cortinationem. In diris quæſtionibus, & altiſsimis propoſitionum materiis, non turgidam, non procacem, ſed amœnam, & ſanè fundatam reſponſionem. In tractandis materiis, pervolvendisque, ſummam ſecluſo tædio diligentiam, debitam proſcripto faſtidio difficultatem, & circumſpectionem acutiſsimam, in definiendis, determinandisque ſolennitatem requiſitam, & gravitatem mirandam. In definitis irrelaxabilem tenacitatem, ad cultum Dei, omnium unicum eſſe ferventiſsimum ſtudium, ſummam reverentiam, & devotionem maximam; jucundosque ad Deum plauſus, tam mentis, quàm manuum, & profundas ad Deum orationum inſtantias, atque alta de profundo cordis tracta, vera & non ſimulata pro univerſo populo ad Deum miſſa ſancta ſuſpiria. Amaras etiam

etiam ſanctorum virorum lachrymas,& jacentes in cordibus de peccatis omnium emiſſos frequenter gemitus paſtorum: Iubiloſa etiam, variaque hymnorum in congratulationem felicium tripudia, plurimaque in conſpectu populi,& pro eo oblata ad Deum propitiationis ſacrificia: dulcia ad invicem colloquia,&, quæ trahunt ex corde lachrymas, devotas ad populum exhortationes, benevolas correctiones, jucundas ſuavesque eruditiones, leves etiam & faciles traditiones. In exemplo itaque auſteritatem, in præcepto ſuavitatem, in portando pondere gravitatem, in imponendo lenitatem; in exhortando, Leonis triduanos ſuos rugitu excitantis deſiderium: in erudiendo pectus ſuum roſtro perfodientis, ut ſanguinem cordis ſui alimentum parvulis præbeat, fideliſsimi Pellicani charitatem In diſciplina & corrigendo, provocantis ad volandum, & extenſis aliis ad protegendum volitantis ſuper pullos ſuos aquilæ pietatem. O quid mirabilius! quid ſanctius! quid hoc eſt in terris ſanctorum virorum collegio excelſius? Vt dicat poſt Prophetam David, cum Conſtantino Auguſto: Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem eos dijudicat. Ite & vos cauſas veſtras terminate, Deos enim nobis non licet judicare: Et cum Theodorico rege. Ad nos de Eccleſiaſticis, præter reverentiam, nihil pertinet, propria principem mundi perducit conſcientia. Terretur nempe præcepto Dei viventis, ut Dominus non detrahat, ſed magis cum Gelaſio dicat: Verè Spiritus S. teſtatur præſentiam congregatio ſacerdotum. Et ut tantæ ſan-

ctitati princeps communicare poſsit veniens colla genubus ſanctorum ſubmittit, oſculumque dextræ eorum accipit. Nonne quiſpiam Cleri hoſtis, qui nullam ad miniſtros Dei geſsit reverentiam, ſed meliorem ſe ultra ſacerdotes extulit, tanta in collegio tanto magnalia Dei videns & audiens, cùm Deificatos ferè, & organiſatos Deo homines, conſpexerit, intra ſe confunditur, ut extinctâ invidiâ & præſumptione prorſus timens Deum, & colens ſacerdotes pœniteat dicens: Vermis ſum ego, & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis. Incumbat ſuper eum tantus timor ſacerdotum neceſſe eſt, ut ad eorum conventum non audeat, temere propinquare, ſed eorum præſentiam ſtudeat temeratâ reverentiâ honorare.

Hæc *Petrus Trevirenſis*

Scholaris.

☞ *nulla capitis proprietas ſimpliciter Papæ competat, ſed ſoli Chriſto*, ſic demonſtramus. Aut enim ſumimus *proprietatem influxûs ſpiritualis gratiæ*, ac chariſmatum, &c. & illa toti Chriſto conpetit. Aut *proprietatem conformitatis*, ut puta, quia ejusdem naturæ. Sic enim ſunt omnes fideles quaſi membra, ſecundùm ſua officia perficientes id, quod Chriſtus caput ſuis ſalutaribus præceptis perficiendum concepit, cognoſcentes nempe hoc ex ratione capitis videlicet Chriſti, percipientes eſſe bonum & ſalutiferum. Vel accipimus *proprietatem præeminentiæ*, ut quodlibet membrum ad ſuum judicium, & nutum moveatur. Vel ſi dicimus *præeminere ratione majoris perfectionis* poſsibilis in homine reperiri. Illa ſive naturæ, ſive gratiæ, ſive virtutum ſit, non conpetit Papæ: Quia ſæpe alii in hujusmodi virtutibus excellunt Papam. Sic patet, quòd nulla proprietas capitis competit *Papa ſimpliciter, ſed confusè & impropriè*, & ut ſupra dicitur ratione primitatis, & ſic *impropriè loquendo dicimus, Papa eſt caput in Concilio*, quia primus. Quod tamen non convertimus, dicendo: *Papa eſt primus in Concilio, quia caput*. Etiam Papa, & ſi, ſecundùm nominis Etymologiam, Pater patrum dicatur, *non tamen dicitur pater Eccleſiæ*, quia nullus poteſt *eſſe pater*

matris, quæ eum genuit. Sed eſto ita, *quòd Papa eminentiam, quam & plenitudinem vocamus, poteſtatis acceperit à Chriſto, illam tamen non ſimpliciter immediatè accepit, ſed mediante Eccleſiæ conſtitutione.* Illa enim conſtituta & in perſona ejus, quam Petrus, primatum inter diſcipulos gerens, geſtavit, ipſe accepit poteſtatem ut paſtor primus, non ut paſtor ſolus, cùm & aliis paſcere competat? Nam &, ſecundùm Doctores, Eccleſia paſcit, verbo, exemplo, & corporali ſubſidio. Petrus enim conſiderans, quòd non ſolùm ipſe, ſed alii quoque paſcere habeant, modum deſcribit eis paſcendi, dicens: *Paſcite, qui eſt in vobis, gregem Dei, providentes, non coacti, &c.* Eſt autem paſtus in Eccleſia, quemadmodum eſt virtus regitiva in corpore humano, non ſolùm in capite, ſed in membris. Nec membrum unum alii, teſtante Apoſtolo, dicere poterit, ſe ipſius operâ non egere. Eminentia igitur poteſtatis in Eccleſia, eſt velut in toto poteſtativo quemadmodū anima hominis poteſt perficere omnes operationes homini competentes, non per unam, ſed per omnes ejus potentias. Manet itaque plenitudo poteſtatis in Eccleſia radicaliter, quia Sponſa Chriſti eſt: In Papa verò manet, ſed ſub Eccleſia, cùm in illa, & non in Papa ſuprema poteſtas ſtet. Cùm autem dicis, *non poſſe eandem plenitudinem poteſtatis in Eccleſia eſſe & in Pa-*

Papa: quæ,cùm in utroque dicatur ſumma, non poteſt ambobus convenire. Quia,quicquid per excellentiam dicitur, uni ſoli convenit. Ideò multæ plenitudines poteſtatis, tanquam ſummæ non ſunt. Reſpondemus: Illam unam poteſtatem & ſummam, excellentius eſſe in Eccleſia, quàm in Papa. Primò *ratione finis*: Nam quod ordinatur, ad benè eſſe alterius, illud eſt finis ejus; Poteſtas autem Papæ ordinatur ad benè eſſe Eccleſiæ, non ſic Eccleſia ordinatur ad benè eſſe Papæ. Quum non Eccleſia propter Papam, ſed Papa propter Eccleſiam eſt. Nam, non exiſtente Eccleſia non eſt Papa; ſed, *non exiſtente Papa, non ſequitur Eccleſiam non eſſe*. Item ratione *efficientis*: Quia Papa eſt quaſi inſtrumentum, per quod poteſtas Eccleſiæ exit in actum. In Eccleſia verò ſumma hujusmodî poteſtas eſt, vel ut in principio agente. Inſuper ratione *Formæ*. Quia judicium Eccleſiæ inobliquabile eſt, non verò Papæ, juxta dictum Salvatoris: Rogabo Patrem meum, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum. Accipite, inquit, Spiritum Sanctum, ille docebit vos omnia Item; Ecce ego vobiſcum ſum, uſque in conſummationem ſeculi. *Hæc eſt illa ſancta mater Eccleſia, virgo ſpecioſiſſima, quæ maculam non habet, neque rugam, Chriſto in fide æterna deſponſata*, quam ſubarrhavit annulo charitatis, cùm eam perfunderet ſanguine ſuo ſacratiſsimo in cruce ejus amore moriens, quæque

pro *Patribus* indeſinenti fœcunditate filios Chriſto Sponſo ſuo dilectiſsimo in fide caſta regenerat. Hæc eſt illa *civitas*, de qua glorioſa dicta ſunt, quam ædificavit unigenitus Dei ſupra firmam Petram, adverſum quam portæ inferi non prævalebunt. Negant enim inimici ejus, & ipſa eorum colla calcabit: percutiet Deus corda inimicorum ejus, & qui oderunt eam non conſurgent. Hæc eſt illa Sion dilecta, cujus portas diligit Dominus, ſuper omnia tabernacula Iacob. Turris David ædificata cum propugnaculis, extra quam pendent mille clypei, omnis armatura fortium, hanc defendit Deus Pater, regit Deus Filius, illuſtrat Deus Spiritus Sanctus. Hujus confeſsionem Symbolum Nicenum ſua melodia frequenter & jubiloſè in Eccleſia recitatum facit: Quòd ſancta eſt Catholica, & Apoſtolica Eccleſia, *cujus tanta eſt authoritas, ut ſola Chriſti Evangelia illa dicantur, quæ ipſa recipit.* Plures enim *dicuntur* ſcripſiſſe Evangelia, *ſed quia ipſa tantùm IV. approbavit illa ſola, & nulla*

[*Patribus*] Pſalmiſta: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii.

[*civitas*] Cujus cives ſunt omnes fideles, cujus miniſtri Angeli illi beatiſsimi, ſpiritus excubantes ſupra muros ejus die ac nocte. Nec nox ibi erroris eſt, ſed nec portæ ejus clauduntur deſiderantibus gremium ejus.

[*Dicuntur*] Vt XV. di. ſancta Romana, & Ieron. in præfat. ſuper quatuor Evangelia.

la alia,credulitate venerantur. Hinc clamat Auguſtinus, cùm inquit: Evangelio non crederem,niſi me Eccleſiæ authoritas commoveret. Illa enim ſacra Scriptura dicitur, quam ſacram declaravit *Eccleſia*. Hujus igitur ſanctæ Matris Eccleſiæ determinationi, Catholici omnes, ſuas meritò ſententias ſubmittunt, ut, quod illa probat, recipiant, contemnantque, quod reprobat. Tanto enim privilegio eam Chriſtus dotavit, cùm non illuminatis adhuc Apoſtolis diceret; Plura habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò: Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittam vobis à Patre meo, ille vos docebit omnem veritatem, *ut ipſa in ſua conſtitutione & doctrina errare non poſſit*; cui nempe tantus aſsit Doctor veritatis Spiritus Sanctus, & ipſamet veritas Ieſus Chriſtus; Quia, inquit, ſum vobiſcum, uſque in conſummationem ſeculi. Hoc infallibile veritatis judicium ſoli Deo competit ex natura: Soli Eccleſiæ *ex privilegio*. Non

[*Eccleſia*] Quam utique prænunciaverunt Patriarchæ, quam prædixerunt Prophetæ, quam ſimul omnis illa Veteris Teſtamenti dura conſtitutio divinam recognoſcit & veneratur.

[*Ex privilegio*] Quod etiam non extendit ſe, niſi ad ea, quæ ſunt neceſſaria ei, ut videlicet infallibiliter ſciat, quid ſit neceſſarium ad ſalutem. Nam ipſa ignorat futura, & ſtatum animarum, & plura hujusmodi de illis etiam non definit. Et ſic in hoc infallibile eſt ſuum judicium, dum judicat, ſe illa ignorare. Omnia autem ſcit quæ ſcire debet, ipſa militans

Non enim Angelis, qui primò erraverunt: Non primis parentibus, qui à Diabolo decepti ſunt: Non Petro beatiſsimo, qui poſt quam dictus eſſet beatus à Chriſto, & ob fundamentalem confeſsionem veritatis, *ſupra quam* (non ei à carne & ſanguine, ſed à Patre cœleſti revelatam) *ſicuti firmam Petram Chriſtus ædificavit Eccleſiam ſuam.* In cujus Eccleſiæ perſona *cùm unus* (non ut ipſe unus, id eſt, ſolus, ſed in ſe uno Eccleſiæ unitas ſignificaretur) accepiſſet poteſtatem ligandi, & ſolvendi, ſed terrena ſtatim gravatus carne, non ſapiens perfectionem veritatis divinæ, *meruit durè increpari.* Et quia *erat ipſe ſcandalũ Chriſto,* ab eo Sathanas conpellatus, juſſus eſt ire poſt ſe. Tandem ad vocem ancillæ inconſtans & timidus, ipſum Chriſtum, veritatem ſummam abnegavit: non ſummis Pontificibus, *quorum nonnulli in ha-*

contra mundum, carnem & Diabolum, ne quocunque ſuccumbat in bello. Et propter certitudinem ſuæ ſcientiæ Papa tenetur obedire, & eſt ſubjectus Concilio in illis, quæ concernunt declarationem fidei, hæreſium & ſchiſmatum extirpationem & correctionem morum. *Petrus Trev.*

[*Non unus*] Vt per unum unitas Eccleſiæ ſignificaretur, ut in Canone: Audivimus, XXIII. q. 1. Quia Petrus dummodo accepit claves ſignificavit Eccleſiam, ut dicit Auguſtinus ſuper Iohannem, & habetur c. q. c. Can. Quodcunque.

hæreſes lapſi ſunt, & depoſiti: Non hominibus, quia omnis homo mendax. Illa, ſicut in perſona Petri, ut præmittitur, ita in perſona Apoſtolorum, qua Spiritum Sanctum, clavesq; regni Cœlorum. id eſt, ligandi ſolvendi, perfectam poteſtatem accepit. Cùm, quod vobis dico, inquit Chriſtus, omnibus dico. Quo ad obligationem operationis *omnibus* diſtributivè, quo ad authoritatem diſpenſationis omnibus *collectivè*. Quod vobis ſcilicet Apo-

[*collectivè*] In explendis præceptis unusquisq; obligatur inſolidum. In diſpenſandis ſacramentis & clavibus per unum quidem ordinatum ad hoc poteſt fieri diſpenſatio, ſed authoritas diſpenſationis non ſtat in eo, ſed eſt ſita in Eccleſia. Petrus autem recipit ſpiritualem authoritatem diſpenſationis: illi enim dicitur: Tibi dabo claves regni Cœlorum: quodcunque ligaveris, &c. Vnde per hoc videtur conſtitutus executor authoritatis Eccleſiæ, non ſupra authoritatem Eccleſiæ: Major enim authoritas conceſſa eſt Eccleſiæ; in qua etiam ejus authoritas concluditur. Major etiam eſt authoritas plurium, quàm unius, dummodo etiam ſimilis ſit collatio authoritatis: quia favorabilus eſt quod conceditur in plures, quàm in unum: ſicut ſecundùm Prophetam, bonum multorum divinius eſt, quàm bonum unius. Ad hoc eſt quod dicitur, in Can. legimus XIII. diſt. ſi authoritas quæritur, orbis major eſt urbe. Et Auguſt. in Can. Puto quòd per unum ſe Eccleſiæ ſtatuta firmatum eſt, vel unius E-

Apoſtolis meis audientibus dico, omnibus etiam mortuis vobis, fidelibus meis conſtituentibus Eccleſiam, me aſsiſtente permanentem uſque in conſummationem ſeculi, dico. In qua porrò Eccleſia excellentius, ut præmittitur, eſt plenitudo poteſtatis, ratione materiæ. Cùm notorium ſit, *illam multoties depoſuiſſe Papam, nunquam tamen Papa depoſuit Eccleſiam, ſicut nec poſſet ſi vellet*, cùm ipſe ab Eccleſia dependeat, illa verò minimè ab eo; Etiam plenitudo poteſtatis quamvis in Eccleſia & Papa ſit unum; tamen Eccleſiæ, Concilio, & Papæ differenter competit. In *Eccleſia enim poteſtas illa inobliquabiliter eſt*, nam illa errare non poteſt, quæ habet Chriſtum

piſcopi authoritati, vel unius provinciæ Concilio præferendum II. q. VII.

[*Vellet*] Quia conſtitutus eſt pro Eccleſia non contra Eccleſiam. Dicitur enim: Paſce oves meas, ubi non inter lupos, Iudæos, Sarracenos, ſed in Eccleſia. Igitur conſtitutus eſt in Eccleſia, & ſic continetur in Eccleſia. Et ſicut contentum non deponere valet ſuum continens, ſic Papa non poteſt deponere Eccleſiam, quia ſeipſum & non illam deponeret. Illa enim ædificata eſt à Chriſto, ille ſolùm conſtitutus, illa immobilis, iſte mobilis. In eo igitur, quòd putaret non eſſe Eccleſiam, condemnaret ſe non eſſe Papam. Nam ſicut paſtor non poteſt eſſe ſine ovibus; ita Papa eſſe non poteſt ſine Eccleſia. *Pet. Trevirenſis*.

ſtum habet, & Spiritum Sanctum Doctorem, *obliquabiliter verò eſt in Papa, qui frequenter errat.* Quapropter poteſtas Papæ regulanda eſt per poteſtatem Eccleſiæ. Quum omne rectum & inobliquabile menſura & regula eſt omnium obliquabilium. Communis enim doctrina atteſtatur rectum judicem eſſe ſui obliqui: Sic etiam eſt de aliorum omniũ menſura. Quocirca motus primi mobilis, quamvis uniformis, menſura eſt motuum omnium inferiorum orbium, qui non uniformes, ſed difformes motus habent. Et quemadmodũ poteſtas Concilii inobliquabilis eſt, & inflexibilis à rectitudine, eò quòd repræſentat Eccleſiam univerſalem, illa igitur ſe habet ut menſura omnium actionum, Eccleſiaſticæ poteſtatis. Et plenitudo poteſtatis ſecundùm præmonſtrata in Concilio eſt nedum finaliter, & formaliter, ſed etiam executivè, *ubi Papam deponit,* prout etiam manifeſtè colligitur, ex decreto Concilii Conſtantienſis, definientis: *Papam non obedientem Concilio, puniendum eſſe per illud.* Vnde, ſi Concilium vellet ſe intromittere caſu depoſitionis, vel ſuſpenſionis Papæ, ad ipſum pertineret omnis Eccleſiæ adminiſtratio. Illo enim depoſito, vel ſuſpenſo, ad ipſum devolvitur adminiſtratio. Poteſt etiam Concilium comittere legationem à latere inauferibilem per Papam, prout factum noſcitur per idem Concilium Conſtantienſe; poſt renuntiationem ſuam de Gregorio VIII. Etiam plenitudo hæc poteſtatis in Eccleſia non congregata eſt velut in re-

mo-

mota diſpoſitione, exire non valens in actum, niſi prius ſit congregata Eccleſia. In Concilio verò eſt, ut in propinqua diſpoſitione, quia cùm ſit Eccleſia jam congregata, ut in actum exeat, non requiritur, niſi ut deliberet. In Papa verò tanto propinquius, quanto citius à ſe ipſo, vel Cardinalium accepto conſilio exire poteſt in actum. Qui ex eo, quòd eſt primus executor & miniſter Eccleſiæ tenetur exequi, non verò commovere ea, quæ à Concilio ſtatuta ſunt. Pro hoc facit illud Hilarii XXV. q. 1. *Decreta ſanctorum canonum neminem magis quàm Apoſtolicum ſervare oportet.* Concilii autem proprium eſt, condere canones, ut in Can. *Habeo librum* XVII. diſt. Item illud Gelaſii XXV. q. 1. *Confidimus, quod nullus jam veraciter Chriſtianus ignoret uniuscujusque Synodi conſtitutum, quòd univerſalis Eccleſiæ probavit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem præ cæteris oportere, quàm primam.* Oſtendit enim Damaſus XXV. q. 1. Violatores, Spiritum Sanctum blaſphemare, qui ſacros canones violant. Hinc Zoſimus ibidem teſtatur, *quòd Apoſtolicæ ſedis authoritas contra ſanctorum Patrum ſtatuta condere non valet.* In idem tendit Leo, ubi ſupra. Inde ſufficienter mon-

[*Habeo librum*] Ibi dicitur: Oportebat enim ut Synodus univerſalis canones Eccleſiaſticos promulgaret.

monſtravimus, *Papam abſolutè ſubeſſe Concilio.* Quòd ſi dicis: *Aliqua jura eſſe in contrarium*, prout adduxiſti S. Thomam in quæſtionibus de po. Dei q. X. artic. IV. Illa tamen poſſunt ſanè intelligi. Eò quód, dum ſtarent quinque ſedes patriarchales, multiplex erat differentia Conciliorum, id eſt, Synodorum, *quarum alia erat Epiſcopalis, alia Provincialis, Metropolitana, deinde Nationalis, poſtea Patriarchalis,* perſæpe univerſalis *appellata.* Vltima tamen omnium univerſalis, ſeu generalis, ad quam ſolam de omnibus Patriarchalibus conveniebant. Synodiitaq; Romanæ, nó ſemper fuerunt generales, ſed ut communiter patriarchales. Quum omnes Patriarchæ Romanæ Eccleſiæ & Papæ ſubditi Archiepiſcopi

[*Appellata*] Quemadmodum XXIV. q III. S. Forte &c. Item, Romanorum; Dioſcorus appellatur Papa Eccleſiæ Romanorum; ubi tamen Gloſſa dicit: de Conſtantinopolitana intelligi, quem tamen Alexandrinum vocat textus, In tantúm XXI di. Vbi tamen dicitur, quód propter crimen voti, ſit damnatus Dioſcorus, ſed quod excommunicationem fecit in Dominum Archiepiſcopum Leonem; quod tamen eſt contra hoc, quod dicitur Can. XV. di. V. Quarta Synodus Chalcedonenſis. Ibi nempe ipſe olim Alexandrinus, tanquam defenſor Eutychis Abbatis Conſtantinopolitani Hæretici, damnatur. Verùm Gloſ. exponit non propter fidem tantùm.

& Epiſcopi conveniebant ſingulis annis aut bienniis, prout erant citra vel ultra montes, *& habita deliberatione cum eis fiebant decretales Epiſtolæ*, de quibus in Decretis allegatur eſſe *paris authoritatis cum Canone*. Et de iſtis *Conciliis Patriarchalibus*, ſeu inferioribus intelliguntur jura dicentia: *Concilia accipere robur à ſummis Pontificibus, in eorúmque ſtatutis Rom. Pontif. excipi authoritatem*, quia hujusmodi Concilia generalia non erant. Igitur neceſſe habebant à Pontifice Romano authoritatem mutuare, quam contra eum non potuerunt extendere, imò etiam æſtimantes, ſe ab illis Conciliis gravatos, ad ſummum Pontificem potuerunt appellare. Pro quorum omnium evidentia clariori conſtat, olim Prælatos, maximè exemptos, in ſua inſtitutione juraſſe, ſingulis annis aut bienniis, ſecundùm quod vel emini, vel comini Romanæ Curiæ fuerant, viſitaturos ſe limina Apoſtolorum tempore deputato, ubi nunc communiter tenta fuerunt cum illis Concilia. Quòd verò in Chalcedonenſi Legati Eccleſiæ Romanæ præſederunt, *materia cauſam dedit, quæ erat ſuper confirmationem ſententiæ datæ per Papam, contra Dioſcorum. Quæcunque igitur acta ſunt, in generalibus Conciliis, non Papæ, ſed Concilii authoritate acta ſunt*, ſicut etiam in Appel-

[*Acta ſunt*] Hoc expreſse profitetur Innocent. III.

pellatione noſtra, de Apoſtolorum Conciliis ſufficienter deduximus. Eſt enim tanta Conciliorum authoritas, ut Petrum eis obedire oporteret ubi ab Apoſtolis in Samariam mittebatur. Etiam *tam eminentem Synodorum univerſalium authoritatem Celeſtinus Papa,* ut refert Iſidorus in lib. de concil. *recognoſcit*, ad Epheſinam Syno-

in C. Nimis, Extra. de jurejur. ubi dicit: *Sacri authoritate Concilii ſtatuimus, ne Clerici à Laicis temporalia non habentes, illis jurent fidelitatem.* Et omnia *jura, etiam expreſsè dicentia; Univerſalia Concilia accipere robur & ſtabilitatem à ſummo Pontifice non intelliguntur de univerſalibus & generalibus Conciliis, ſed magis Patriarchalibus.* Quia illa jura, quæ loquuntur de generalibus Conciliis contrarium oſtendunt: ut, inter multa, ille C. Porrò III. di. ubi dicitur: *Porrò Canonum alii ſunt decreta Pontificum, alii ſtatuta Conciliorum. Conciliorum verò alia ſunt univerſalia, alia provincialia. Provincialia alia celebrantur authoritate Rom. Pontif. præſente Vice-legato S. Romanæ Eccleſiæ. Alia verò authoritate Patriarcharum, &c.* Ecce quòd non limitantur univerſalia Concilia Roma-

dum hæc verba ſcribens: *Spiritus Sancti teſtatur præſentiam congregatio Sacerdotum. Certum eſt enim, quod legimus, quia nec poteſt veritas ipſa mentiri, cujus in Evangelio iſta eſt ſententia, ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego ſum, in medio eorum: Quod cum ita ſit, nam & huic*

---

ni Pontif. authoritate, ſed Patriarchalia. Et in Canone, Sancta, di. XV. *Romanus Pontifex profitetur ſancta octo univerſalia Concilia, uſque in unum apicem immutilata ſervare, &c.* Et Gelaſius XV. di. in Canon. *Sancta Romana* dicit, *ſi qua ſint Concilia, à ſanctis Patribus hactenus inſtituta; poſt iſtorum quatuor authoritates, & cuſtodienda, & recipienda decrevimus.* Item Auguſt. In Canone: *Illa autem.* XIII diſt. Plenariorum Conciliorum ſaluberrima eſt in Eccleſia authoritas. Idem XI. diſt. Palàm eſt, quòd in re dubia, ad fidem valeat authoritas Eccleſiæ Romanæ Catholicæ, quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum, uſque ad hodiernum diem, ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione Conciliorum Venerandorum authoritas, ſingularem in Eccleſiis tradidit poteſtatem. Tradidit igitur; non accepit in Eccleſiis. Alia copioſius habebis in litera.

huic brevi numero Spiritus Sanctus non deeſt, quanto magis nunc intereſſe credamus, in omni conventu turba ſanctorum? Sanctum namque Concilium eſt, pro debita veneratione collectum, in quo nunc Apoſtolorum frequentiſſimæ illius, quam legimus, congregationis aſpicienda reverentia eſt. Hæc ille. Et idem Iſidorus in eodem libro, & in digeſtis tertiæ ſanctæ Synodi Toletanæ inquit: *Unde valdè neceſſarium eſſe perſpexi, veſtrā in unam convenire multitudinem, habens ſententiæ divinæ fidem, quæ dicit: Ubi fuerunt duo vel tres collecti in nomine meo, ibi ero in medio eorum: Credo enim beatam ſanctæ Trinitatis Divinitatem huic ſacro intereſſe Concilio, & ita tanquam ante conſpectum Dei in medio veſtrum fidem meam protuli.* Ecce, beatus Papa Celeſtinus, eam reverentiam habendam eſſe congregationi Concilii confitetur, quæ debetur collegio Apoſtolorum, utpote in cujus medio ipſe Chriſtus, aſsiſtit Spiritus S. ipſa Trinitas. Quodq; Spiritus Sanctus in Concilio *judicet*, & propterea errare Concilia nequeant,

 te-

[*Iudicet*] Id ipſum teſtatur Nicolaus in Canone: Teugwaldum Trevirenſem XI. q. III. ubi Concilium

lium tulit ſententiam depoſitionis contra Teugwaldum, Archiepiſcopum Trevirenſem primatem Belgicæ provinciæ, & Güntarium Agrippinæ Coloniæ Archipræſulem. Nam accuſati confitebantur coram ſacro Concilio, ſe violâſſe ſententiam ſub anathematis atteſtatione latam, contra Engeltradam, uxorem Baſonis. Sic enim Nicolaus loquitur: Sancti Spiritus judicio (ſcil. qui per Patres in Concilio judicat) & beati Petri per nos, authoritate (ſcilicet quia ipſe in idem judicium, & eandem ſantentiam ſua authoritate, quàm à beato Petro poſſidet in Eccleſia, concurrentem cum authoritate Eccleſiæ, conſenſit, non in robur, vel firmamentum ſententiæ Spiritus Sancti, ſed quia decus & ornatus Eccleſiæ eſt, dum in Concilio conſentiens, & præſens ſit prima in Eccleſia perſona. Major nempe eſt authoritas judicii Spiritus Sancti, quàm authoritas Petri, & authoritatem Petri, imò ſupra Petrum authoritatem habet Eccleſia, quæ in Synodo repræſentatur. Nam licèt authoritas Eccleſiæ & Petri ſit eadem numero, diſcreta tamen eſt ordine, eò quòd uberius, & aliter in Eccleſia ordinata ſit, quàm in Petro, & radicaliter in Eccleſia ordinata ſit, pluraliter, & ſub communitate in Petro ſingulariter, & ſub unitate, & in Eccleſia ordinata ſit pro ſe ipſa, in Petro nonniſi pro Eccleſia. In Eccleſia ordinata ſit, ut in principio, in Petro ut in miniſtro) Epiſcopatus exutos regimine conſiſtere definientes. Ex his verbis non arguatur, quòd authoritate Papæ aliquid definitum ſit in Concilio, ſed quia ipſe, qui actum Concilii refert, (eſt enim tanta

Con-

Conciliorum ad Papam reverentia,ut ſæpe annuant pro ſuo honore: imò,ſicut multa requiruntur officia, illud poſſunt ſibi pro ſuo officio imponere, ut ſub ſigillo,& nomine ſuo, cuncta, quæ in Concilio aguntur, referat, & inſinuet,) videatur tali concordia in ſententiá Concilii ſpiraſſe,ut non modò authoritate Concilii,quaſi coactus conſentiat in ſententiá,verùm eam authoritate ſua (quæ in Concilio ſuper cunctos non collectivè, ſed ſingulariter repræſentandos eminet voluntariè commendet, laudet & amplectatur. Item illud etiam non venit in argumentum, quòd poſtea dicit in eodem Canone, præponens ſe Synodo his verbis: *Coram nobis & ſancta Synodo*; quia non dicit hoc ad oſtendendũ ſuam vel dignitatem, vel authoritatem eſſe ſupra Concilium, neque capit ibi Synodum collectivè, ſed diſtributim, ſicut conſtat ex ſingularibus perſonis, quarum quælibet ſuum tenet in Concilio ordinem. Et ſicut primum locum tenet Papa, propter excellentiam dignitatis,& authoritatis ſuæ, ita ſcribens de factis Concilii,cui ipſe incorporatus eſt, non ut caput, ſed ut membrum, & propter eminentiam ſuæ authoritatis, & dignitatis, qua in perſona ſingulari non eſt dare majorem, primò ſe nominat,ad denotandum,quòd ipſe,cum quadam præeminentia & authoritate ſedeat, non ſupra Synodum, ſed inter perſonas ſingulares Synodi prima & honorabilior, cui omnes Synodiſtæ, poſt Deum,& Eccleſiam Synodalem,reverentiam debeant, obedientiam & honorem, non ad deno-

tandum excellentiam ejus eſſe ſupra Synodum, ſed ad ſignificandum eum interfuiſſe Synodo, cui per hoc reverentiam, & obedientiam debere teſtatur. cùm non Synodus recipiat ſe ad eum, ſed ipſe, quaſi inferior, recipiat ſe ad Synodum quaſi ſuperiorem. Modò tritum proverbium eſt: Non præſepe bovem, ſed bos præſepe ruquirit. Et Synodus non accipit authoritatem à Papa, *ſed authoritas Papæ dependet à Synodo*, quæ univerſalem Eccleſiam repræſentat. Conciliorum nempe venerandorum authoritas, ſingularem in Eccleſia tradidit poteſtatem, XVII di. V. Hinc &c. Et ſicut Eccleſia collecta, perſonarum ſingularium dignitate, authoritate, & virtute gloriatur, ita indignum eſſet, & contra honorem Eccleſiæ, ſi perſona Papæ, cujus dignitas & authoritas, ut prædixi, eſt ſupra omnes ſingulares perſonas, tam in Concilio, quàm in orbe exiſtentes univerſo, cum aliis perſonis, quarum ſola pars eſt ſollicitudinis, deberet confundi in uno nomine Synodi; vel poſt confuſas in unum, nomine Synodi ſingulares perſonas ille recitetur, cui omnes illæ ſingulares perſonę debeant reverentiam, Potiſsimùm autem indignum & confuſum eſſet, quum hac vocatione non imminuatur authoritas, ſed ordo. Igitur pro gloria Synodi, perſona tantæ in Eccleſia excellentiæ, ſicuti primo loco ſedet, ita præ cunctis Synodiſtis, in unum Synodi nomen confuſis prius vocatur. Et hoc dici verum, ubi ipſe interfuit Synodo, ut in hoc canone; Quia ſic ipſe eſt unum cum Synodo, incorporatus Synodo, & ut primum, & dignius membrum, primo & digniori

loco

loco ſedet, & primo loco vocatur, tum propter plenitudinem poteſtatis, *quæ in eo, licèt majore, tamen diſcreta, ſingularísque eſt, & faciliùs,* (quia ex ſolius arbitrio, & ſententia) *procedens.* In Concilio autem, quamvis major, tamen confuſa, & communis, atque difficilis (quod non ex illius, vel illius, ſed ex multorum ſententia) procedens, tum ad ſervandum ordinem in Eccleſia, quæ in ſe glorioſa, ab omnibus quoque venit magnificè honoranda. Et *quòd ſancta Synodus, ordine, & non authoritate poſt ponatur nominationi Papæ*, intereſſenti Concilio, probatur: quia ſuperius in eodem Canone, ubi Papa Nicol. de authoritate loquitur Concilii, præponit Concilium, ſub judicio Spiritus ſancti, authoritati Petri, prout & authoritas Spiritus Sancti, qui in Concilio judicat, eminet ſupra authoritatem Petri. Iam verò ubi loquitur de ordine, ipſe de ordine inter perſonas Concilii ſervando præponitur ſanctæ Synodo. Nam ſanctiſsimus dicitur, & ſupremam in Eccleſia, ſub obedientia, quam debet Eccleſiæ, gerit poteſtatem. Quòd autem ſancta Synodus, dum ſubſcribitur Papæ, & non capiatur pro collectione authoritativa, ſed pro collectione in ſe ipſa per gradus & dignitates ordinata, ex eo ſatis patet: Nam ſi quis ad Synodum cui intereſſet Papa, volens loqui, non recenſeat Papam nominatim, cui ſpecialiſsimus in Eccleſia honor debetur, Synodum utique offenderet, quæ de præſentia gloriatur Papæ, quem à cunctis ſpecialiter vult extolli, & honorari. Si verò

poſtponat Papam Synodo peccat in ordinem, quem videt coram ſe, Papam videlicet, tenere, primum & ſupremum præ cunctis locum. Dicit ergo ſic loquens ad Synodum: Beatiſsime Pontifex, Reverendiſsimique & ex nationibus electi adunatique Patres, exponere habeo coram beatitudine veſtra & hac ſancta Synodo, quædam à devoto Eccleſiæ & ſanctitatis veſtræ filio, Carolo Francorum Chriſtianiſsimo Rege mihi commiſſa. Vide hic, quòd Orator, conſiderans ordinem, qui eſt in Synodo, quem ordinem Papa incorporatus Synodo intrat, ipſum præponit ſacræ Synodo, ubi dicit coram beatitudine veſtra, & hac ſancta Synodo: Et ſtatim ſatisfacto ordine Eccleſiæ præponderans authoritatem illius authoritati Papæ, Eccleſiam, quæ in Synodo repræſentatur, præponit Papæ, ubi dicit: *Devoto Eccleſiæ & ſanctitatis veſtræ filio*, quaſi major & prior devotio, major, inquam, & prior obedientia, debeat eſſe ad Eccleſiam, quàm ad Papam. Gratiâ facilitatis enim uſurpat illud vocabulum ſancta Synodus ſtrictius, ut ſolùm ordinem ejus, quod repræſentat, & non authoritatem importet ne cogatur quemlibet Patrum nominatim poſt Papam recenſere. Cùm etiam ſub nomine Synodi æque intelligatur & ordo ille, qui eſt in Synodo, quique reſpicit ſingularitatem perſonarum, & illa authoritas, quæ reſpicit omnes in Synodo congregatos, vel ſaltem majoritatem; Perſpicuum eſt, quòd non faciens mentionem authoritatis, ſed volens conſtituere ordinem hunc, facilius, & melius explicat, ſub vocabulo impor-

tan-

tante ordinem: Etiam dignius ipſa ſingularitas patrum cenſetur, ſub nomine Synodi, quàm ſi quælibet propria dignitate vocaretur. Habent enim ſub hoc nomine ſinguli participationem in plenitudinem poteſtatis cum Papa, imò ſupra Papam, quam non habent ſub nomine ſuarum dignitatum. Et exinde; Quia duas ibi conſiderat plenitudines poteſtatis, quarum una conſiſtit in perſona, alia in collectione; quamvis illa, quæ collectionis eſt, ſit præſtantior ei, quæ eſt perſonæ: tamen quia collectio celebratur cum ordine & perſona (cujus una plenitudo poteſtatis eſt) eandem collectionem intrat. Cùm autem nomine collectionis, utriusque, videlicet tam ordinis, quàm authoritatis, quas includit, repræſentativum ſit; ſiquidem authoritas ordini, nec ordo authoritati derogare debebit. Igitur perſona illa, cujus altera eſt plenitudo poteſtatis, ne videatur illam in collectionem diſtribuiſſe, ſed ut detur differentia duarum poteſtatum plenariarum, ſpecialiter nominanda eſt, ſi nomen collectionis ſolius authoritatis repræſentativum eſſet poſt illud ratione authoritatis, quam minorem collectione habet, ſed quod ordinem quoq; repræſentat ante illud. Nam omnis honoris ordo incipit à digniorib. Sed in ordine collectionis, quam intravit, non reperitur dignior illi perſonæ, quæ ſola habet propriam plenitudinem poteſtatis, & præter eam, cùm illa, quæ communis eſt totius collectionis cum reliquis ex collectione, ratione incorporationis participat. Ex præmiſsis patet, quòd Papa, exiſtens in Concilio, licitè præponitur loco

&

& ſermone ſanctæ Synodo, quia ſic eſt unum quid incorporatum cum eodem, cujus eſt habere ordinem, qui ab eo, tanquã à digniori incipitur in Canone. Et ſic nec ordo authoritati, nec authoritas ordini in aliquo detrahit. *Sed ubi Papa non eſſet in Concilio, & de factis Concilii, vel ad Concilium ſcriberet, jam non ſe, ſed Synodum habet proponere.* Nam ſic ſpectatur ſola authoritas: Quia non intraſſet ordinem Synodi, ut ratione ordinis præponeretur illi, in ratione authoritatis poſtponendus eſt; Et ſicut non eſſet in ordine, ita non eſſet in identitate ſaltem conſtructiva Synodi, & ſic non identitate nominandus, ſed diverſitate. Quæ autem diverſitate cenſentur, non ordinis, ſed unum quodque ſuæ authoritatis locum accipit, & ſic Synodus præcederet Papam. Hæc *Petrus Trevirenſis.*

☞ teſtis eſt Scriptura Actuum Apoſtolorum, quæ dicit: Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis. Sufficiat ergo unicuique fideli, quod ſancta Synodus Conſtantienſis declaravit, & Baſileenſis obſervavit, approbando Papam, ob crimina poſſe argüi, & fraternæ correctioni, atque Concilii generalis judicio ſubjectum fore. *Qui verò his temerè ſe opponeret, in Spiritum Sanctum peccaret*, veluti XXV. q. 1. Violatores: Graderetur que extra terminos fidei, ut proprio mucrone te feriamus. Quicunque enim privilegium Eccleſiæ univerſali, ab ipſo ſummo Eccleſiæ capite Chriſto traditum auferre conatur, hic procul dubiò in hæreſin labitur. Quòd ſi adhuc relatras, ſanctarum Synodorum contemnens authoritates, quas tamen Ieronymus ille Divinæ legis interpres Soli comparat, ut ſicut Sol ſuo ardore humorem rivulorum deſiccat, ita Concilium ſua authoritate omnem contrariam ſuperat argumentationem. Inquit enim in fine diſputationis contra Luciferianum: *Poteram omnes tuarum diſputationum rivulos, uno Eccleſiæ Sole ſiccare*, de authoritate Conciliorum loquens, qua & nos tuas Hæreticas aſſertiones faciliter ſuperaremus: tamen cum ſententiis Doctorum immoraris, qui tibi in contrarium eſſe videntur, quos cùm ad nullam poteris intelligentiam ſanam reducere, ſaltem hoc intelligas, quod de ſe ipſo, & aliis *Auguſtinus*, ille hæreticorum malleus dicit: Mul-

[*Auguſtinus*] Vt in Canone: Negare non poſſum

Multa videlicet in ſuis & aliorum variis opuſculis ſano judicio, & nulla temeritate poſſe reprehendi. Nôſti præterea, Magiſtrum Gratianum, qui tam fideli intentione, in libro illo, qui Decretum nuncupatur, ſacros Canones coacervavit in multis paſſibus *non teneri*. (NB. NB.) Igitur, cùm Scholaſtici, ſuper re una diſsident, & authoritas quæritur, *quis non præferat univerſalem Eccleſiam, & omnes homines dictis unius doctoris, aut decem aut quorumcunque; cùm tamen authoritas Eccleſiæ, & ſacræ Scripturæ æquiparetur? Sacram autem Scripturam quis neſciat præferri omnibus (NB. NB.) Doctoribus*, ut in Canone, Palàm eſt XI. di. Omnes autem Doctores dicta ſua Eccleſiæ moderationi ſubmit-

---

IX. diſt. Et mutat conſilium ſuum, in Can. Certè ego ſum: XII. q. I. Videlicet, quód nollet ordinariè eligentes ſibi peculium.

[*Non teneri*] Ita etiam eſt de Magiſtro Lombardi, qui in libro ſententiarũ à beato Thoma in XIII. articulis reprobetur. Item Thomas retractavit in IV. ſummarum, quod malè dixerit, de gratia inexiſtente circumciſioni, & oblationibus Iudæorum, per quam fuiſſent purgati ab originali &c. Et Auguſtinus, quædam retractavit. Vnde libros retractationum edidit. Et quæ fides quibuslibet ſit adhibenda Doctoribus, Auguſtinus in diverſis perhibet, & continetur in di. IX. per diverſa capita.

mittunt,ſubmiſſaque eſſe volunt , & intelligunt, cognoſcentes,ſe nonnunquam poſſe deviare. Si igitur rationem quæris, nonne rationabilius eſt illius, qui errare non poteſt,ſententiam præferri judicio illius,qui errare poteſt. *Multi enim Doctores, erraverunt , & multi ſummi Pontifices. Eccleſia* verò nunquam errat , quæ reperit attentis prius narratis,& aliis,quæ diffuſius in actis Conciliorum,ad quæ nos referimus,continentur: Papam à ſe poſſe judicari,& deponi , non *propter hæreſin tantùm , ſed propter ſchiſma, propter Simoniam , & propter vitæ deformitatem,* prout , præter depoſitiones Pontificum dudum à Conciliis factas in appellatione noſtra tentatas, *Synodus ſacra Conſtantienſis Benedictum IX.depoſuit propter ſchiſma , & Johannem XXIII.propter deformitatem vitæ. Synodus verò Baſileenſis Eugenium IV.propter hæreſin,ſchiſma,& Simoniam.* Ad hoc facit etiam illud Leonis IV.ad Ludovicum Auguſtum II.q.III. *Nos , ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis juſtæ legis tramitem non conſervavimus, veſtro vel miſſorum veſtrorum judicio cuncta voluimus emendare. Quemad-*

[*Eccleſia*] Hoc enim unanimiter tenent & Theologi, & Iuriſtæ; quòd ejus authoritas ſit ſupra omnem rationem.

admodum ſi nos, qui aliena debemus corrigere peccata, pejora committimus, certe non veritatis diſcipuli, ſed quod dolenter referimus, erimus præ cæteris erroris magiſtri. Ibi rectè Leo, ſi, ut tu dicis, non ex debito, ſed humilitate, ſe ſeculari principi, in eum poteſtatem non habenti, ſubmiſit, recognoſcens, ſe omni poſcenti rationem reddere debere. Quantò magis cognovit univerſalis Eccleſiæ judicio ſe ſubjectum. Et Gregorius tamen dicit II. q. VII. Si quis nos. Quare volens ſibi aliquid objicere, veniat ad ſedem Apoſtolicam, ex humilitate hoc fecit, ſe volens coram illis, qui ſingulis añis ad illam ſedẽ convenerant purgare, non tamen intellexit Synodum ſacram univerſalem, propterea in urbe congregari deberẽ coràm, quia etiam alibi congregata aſtringebatur ſe purgare, cõtra quod tu allegas illud VI. q. I. *si omnia:* & di-

[*Si omnia*] Anacletus hic non loquitur de criminibus, neque dicit, quòd boni non poſsint accuſare malos, ſed quòd boni à malis non debeant accuſari, vel reprehendi; Dicit enim: Si omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent, locum Divina judicia non haberent; ſuper vacuis laborat impendiis, qui ſolem certat facibus adjuvare. Ideo ſi aliquis putat, ſe in hoc Deo placere, quòd ſervos ſuos accuſat, & ut meliores fiat, dicit, ſe hoc agere, invanum laborat, & plùs invidiæ ſtimulis agitatur, quàm charitatis, quoniam gratiæ plenitudo adjectione non indiget, nec requirit commendationis augmenta. Ecce quid ſibi

& dicis, quòd Papa non tenetur ſe purgare, de aliqua infamia, à quibuscunque etiam bonis exorta, ſi non vult. Hoc intellige de infamia levi, & ſuper crimine non notorio, ſed *dubio* latenter exorta, & quam nullus in ſe probandam *aſſumit*. Quia tunc, ſi non vult, non tenetur ſe purgare; quia nemo monet eum ad purgandum, nec eſt, qui probet famam, unde & à quo ſurrexerit, nec crimen. Si ta-

velit Anacletus. Arguit ſic, quaſi non poſsint omnia in hoc mundo corrigi. Quia, ut dicit glo. quis corriget occulta, quorum cognitor, & judex eſt Deus? XXXII. di. Erubeſcant, &c. Quæ tamen, ſi poſsint corrigi, non eſſent prætermittenda. Quia omni delinquenti eſt adhibenda correctio, nec malorum eſt negligenda diſciplina XXIII. q. IV. Sed in his. Et quod judicatur in hoc ſeculo, non judicat Deus; quia non judicat Deus bis in id ipſum. XIII. q. II. Quæſitum eſt, &c.

[*Dubio*] Quia ſecundùm Auguſt. crudele eſt in dubio certum quid definire.

[*Aſſumit*] Quæ publicis documentis probari non poſſunt, tolleranda ſunt. In Can. Auguſt. in homilia de pœnit. II. q. VII. Plerumque. Et judex non judicet de aliquo, niſi accuſetur apud eum, veriſque documentis, teſtibus convincatur, tunc enim primum coërceat, corripiat, excommunicet, degradet, ſecundùm exigentiam criminis, ut dicit Auguſt. in Can. Forte XXIII. q. IV. Et caveat Epiſcopus, ne dicat in aliquem, quod aliis documentis convincere non poteſt. Ex Concilio Africano VI. q. II.

men *moneatur* à Synodo, *tenetur ſe purgare, etſi deficeret in purgatione, Synodum habebit judicem & vindicem, ut ſupra probavimus.* Vbi autem allegas, quod in caſu hæreſis, Synodus non profert in Papam ſententiam depoſitionis? Pro quo adducis illud ex q III. Vbi Synodus, non tamen *generalis*, de qua nos loquimur, ſed quadem col-

[*Moneatur*] Scilicet ubi crimina ſua eſſent de factò manifeſta. Quia manifeſta accuſatione non indigent II q. I Manifeſta. Et undecunque crimina claruerint punienda ſunt XXIV. q. III. Ecce &c. Et qui inventus fuerit ſola ſuſpicione notabilis de hæreſi, indicta purgatione tenetur innocentiam ſuam debitè dejurare: Extra. de Hæreticis. Cùm ad abolendam &c.

[*Generalis*] Quia propter perſecutionem ferventem, docendarum plebium, minimè dabatur facultas, nec erat Epiſcopis legitima conveniendi in unum, niſi ſub Conſtantino Auguſto, ut in Can. Canones XV. di. Vel tempore Marcellini, qui fuit ſub Diocletiano, & Maximiniano, tanta fuit perſecutio, quæ omnibus aliis præcedentibus gravior fuit, duravit enim decem annis, & in tantùm fervebat, ut in triginta diebus viginti millia coronarentur, Eccleſiis & ſacris libris combuſtis. Illo tempore diſperſi fuerunt Chriſtiani, & latuerunt, nec congregabantur, ſed ſemper expectabant vocationem Chriſti, & gladium tyranni. Patet igitur: quòd hæc congregatio non fuerit generalis, ſeu univerſalis &

collectio Epiſcoporum,& Sacerdotum,coram quibus Marcellinus Papa,poſtquam ob ſævitiam perſecutionis factæ ſub Diocletiano & Maximiniano comprehenſus tria grana thuris in ſacrificium idolis poſuiſſet,publicâ pœnitentiâ ductus conparuit, & quia non ſervaſſet conſtantiam fidelis militis Chriſti,pugnando in fide, ut tenebatur, uſque ad ſpiritum & ſanguinem,*ſe à tanto officio Pontificatus,tanquam indignum poſtulavit deponi.* Illi verò Patres videntes pœnitentiam illam, tam magnam,& quia non ſua ſponte, ſeu temerè erraverat,dicebant: Noli audiri,(i.e.ne te accuſaveris) in judicio noſtro (hoc intellige, quia non ſumus congregati ad judicandum te) Sed collige cauſam tuam in ſinu tuo (ut ſcilicet ſatisfacias Deo, de tua inconſtantia:) Cùm ex te juſtificaberis, ſi videlicet inantea ſis conſtans, remittetur tibi tua inconſtantia,)vel,ex te juſtificaberis,ideſt,*ex pœnitentia tua juſtitia apparebit,ſi pœnitentis proprietate per conſtantiam deleas in futurum, quod jam inconſtantiæ crimine contraxiſti:*) Aut ex ore tuo condemnaberis(id eſt, jam te dignum Pontificatu ad deponendum judicas, te igitur in poſterum errantem jam met con-

Hh 2

plenaria.Nam poſt Apoſtolos ſacra generalia Concilia ceſſerunt,uſque ad tempus Conſtantini,ut patet in diſt. præallegata.

deinnas. *Attenta* enim fragilitate humana, & circum ventione terroris, & quòd hæreſis dicatur ab eligendo. Illa verò Idololatria non ſpontanea fuit, præſulque ille prius irreprehenſibilem ſe cuſtodivit etiam univerſalis Synodus ſi fuiſſet congregata, de uno crimine non ex corde perpetrato, *fortè ſuperſediſſet*, maximè etiam inſpectâ pœnitentiâ & humiliatione tam magna. Nota enim gloſſa ibidem, *quòd propter pœnitentiam non ſit depoſitus*. Dicis præterea, quód Concilium authoritate Symmachi Papæ definierit, quod eſt falſum. Iudex enim non accuſati *authoritate* definit, alioquin ju

[*Attenta*] Adde quod dixi ſupra in verbo *enormiter*, ſuper Can. Nemo judicat, &c.

[*Authoritate*] Nec ille S. Hinc etiam, dicit, quòd definierint authoritate. Symmachi Papæ. Sed ita loquitur: Epiſcopi verò in Synodo reſidentes, congregata authoritate ejusdem Symmachi dixerunt &c. Synodus itaque fuit congregata authoritate Symmachi. Nec implicat: quod præmittitur, quomodo authoritas regis Theodorici, ex diverſis provinciis, ad urbem Romanam ſacerdotes convenire præcepiſſet. Quia non venerunt ex debito, ſed ut regem ab errore revocarent, videlicet ſuum non eſſe convocare Concilia: Et hoc vult glo. ibidem, in verbo præcepiſſet. Præterea rex præcepit venire, Symmachus Papa, qui venerunt, mandavit reſidere. Regi attribuitur edictum, Symmacho authoritas congregandi Concilii. Non enim reſediſſent, ad

judicium actori eſſet ſuſpectum: Fuit enim Sym-

ſervandum Concilium Epiſcopi, qui venerunt ſolùm ad avocandum regem ab opinione, ſe poſſe convocare Epiſcopos, niſi eis venientibus mandâſſet Symmachus manere, & Concilium tenere. Sic utrumque tenet, & quòd Theodoricus Rex convocaverit Epiſcopos, & quòd Synodi authoritas congregaverit Synodum. Non enim fuiſſet Synodus congregata, niſi Symmachus Epiſcopis, qui vocati à Rege venerant, & ſe diſſolvere voluerant, mandâſſet manere. Item, quòd hujusmodi Synodus non fuerit univerſalis patet, quia non fuerant Epiſcopi ex omnibus provinciis congregati, ſed ex diverſis tantùm. Quia Concilium univerſale hodie ex quinque nationibus conſtituitur, quæ ſunt ſub Eccleſia Latina. Etiam ſatis elicitur, ex illo titulo, quia dicitur: Epiſcopi verò in Synodo reſidentes: Et ſic quidam Epiſcopi tenuerunt Synodum illam, & non omnes, qui debent univerſali Synodo intereſſe In Synodo quippe univerſali, etſi non omnes, ſicut corporaliter, repræſentativè tamen, quia oporteret, ut ex legitimis cauſis habeantur à Synodo ſupportati, in quo tamen caſu, habentur mittere aliquem nomine eorum, ut dicitur in Canone, Epiſcopus XVIII di. Quod hic non fuit. Quia Epiſcopi, qui tenuerunt Concilium, dixerunt, & non univerſalis Synodus. Et quum erat perſonalis congregatio, non debebat cenſeri univerſalitatis nomine. Præterea claret eam non fuiſſe univerſalem, ſed talem, qualis ſemper à convenientibus in curia Epiſcopis

in aliquo negotio (intellige non de fide, ſed honeſtate dubitabili, & quod non tangeret perſonam Papæ) *contra Papam, quòd ſententiæ Papæ ſtandum eſt,* (ſupplo, dum ſit aliquando rationata, alias enim non eſſet ſententia: Sententia enim eſt, quam ratio defendit) Dicitur autem notanter, *in aliquo negotio* particulariter ; quia non in omni negotio ſolius Papæ ſententia ſpectanda eſt, utpote, fidei, reformationis, & damnationis. Sollicitaris deinde, quo pacto probemus, *Sixtum IV. de futura gloria nihil ſapere, & alia crimina, quæ poſt quam per eum perpetrata ſunt, & à nobis ipſe ſuper illis argutus, in nos ſuſcepimus probanda* : Fili curæ pravæ, fili diffidentiæ, fili iniquitatis, non ſufficit tibi, deficientibus nobis in probatione, vindex eſſe Concilium. Es ne tu judex, ut tibi probemus crimina, quæ punire nequeas, &, cùm poſſes nolles? Cùm eandem damnationem meritus ſis, ſimili criminum qualitate deturpatus. Quomodo igitur malum, quod in te damnandum eſt, de alio judicabis? Ecce, quàm recte lapis torrentis, id eſt, propriæ contradictionis in te jacitur, ubi ſuperius in hæreſi Papam nullum habere judicem auſus fuiſti depromere, impunitatem & peccandi licentiam de eo perſuadens , cùm tamen dicat Symmachus Papa: *Nos non beatum*

& è contra Papa cum Eccleſiaſticis. Quia Laici oppidò infeſti ſunt Clericis.

tum Petrum, ſicut dicitis, à Domino, cum ſedis privilegio, vel ſucceſſores ejus, peccandi licentiam dicimus ſuſcepiſſe. Et Pagani licentiam peccandi deteſtantur, exclamante Tullio: O miſerum, cui peccare licebat! Iam verò non vereris dicere: *Quia in hæreſi Papa poſſet deponi: Per quem obſecramus?* nonne per judicem? Non ergo per te, vel alium hominem, ſeu homines, ſed per Deos, id eſt, per congregationem *Patrum*, qui exemplo Chriſti, Dei noſtri, ſancti, perfecti, cœlites, & quaſi divini eſſent viventes, dignè merentur per Pſalmiſtam appellari *Dij*, ubi dicit: *Dij eſtis, & filii excelſi omnes.* In quorum congregatione, per quam ſit ſacrum Concilium, rectè idem Pſalmiſta in Spiritu S. oravit, Deum ſtare, ubi dicit: *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* Secundùm hoc intelligitur dictum *Anacleti*, quod recitas: *Ejectionem ſummorum Pontificum ſibi Deus reſervavit.* Quis enim dubitat, à Deo ejectum, quem ejicit tam ſancta cohors Patrum, quaſi Deorum, cui ipſe verus Deus ut multiplici teſtimonio probavimus, aſſiſtit, conſulit, *arbitratur*? *Meritò igitur Papa*

[*Patrum*] Quos Deus omnipotens Deos appellat, dicens: *Diis non detrahes*; & iterum: *Applica illum ad Deos.*

[*Arbitrator*] Leo in Can. Igitur. XXV. q. II. hoc

criminoſus, à tam ſancto cœtu Patrum judicatur. Cùm nempe ſpiritualis judicat omnia, à fortiori tot ſpirituales, imò Spiritus Sanctus, qui ſpirituales eſſe facit omnia, etiam Papam judicat. Vnde etiam hoc medium, *quod recitas, orandi Deum, contra eum in tam damnabilibus criminibus, quæ in deterius ſerpunt*, damnà-

que

atteſtatur; dicens: Sanctorum Patrum canones Spiritu Dei conditos.

[*Damna*] Ne alii damnificentur, multa in invitos bona promenda ſunt XIV.di. Et qui emendat, Quando parcitur uni, univerſæ Eccleſiæ paratur interitus C.diſt. Sed illud &c. Et dum peccata maximè Majorum, non ulciſcitur, patientia Dei in iram provocatur. Nam peccato Achor, filii Zaræ, præterientis mandatum Domini, venit ira Dei ſuper omnem populum. XXIII.q.IV. Si ea, &c. Et propter homicidium David, ſeptuaginta millia hominum triduò perempti ſunt in peſte, ut dicitur in libro Regum. Malorum autem correctione placatur Deus, ne ſæviat in populum bello, vel peſte. XXIII.q.IV. Si quos &c. Et magis placavit Deum homicidium Phinees, quàm ſacrificium, Exod. Et quis placabit Deum, quem offendit, qui poſitus eſt pro hominibus, ut dona & ſacrificia offerat pro peccatis populorum? Et conſumetur populus in ira Dei, dum non habeat juſtum, qui ſe ponat obicem, contra vindictam ejus, Exod. Ideo ſive ſpere-

que & ſcandala graviſſima contrahunt, non ſufficit. cùm conſtent, id alias fieri per omnes Eccleſias. Sed concurrere debet oratio; cùm orare Deum pro peccatore, ut convertatur, licitum ſit, correctio tamen peccatoris, ne in æternum puniatur, & ut damna tollantur, & ſcandala, non eſt obmittenda. Verùm ubi Eccleſia in tantùm eſſet deſtituta, (quod jam abſit) veris paſtoribus, *ut omnes trepidarent manum apponere, tunc quidem neceſſe eſſet inſtantius ſollicitare Deum*, ut ſingulari potentia ſolus ipſe Eccleſiæ ſuæ provideret, cùm non eſſet, qui vice ejus, & *cum eo* ſollicitus

tur emendatio, ſive non, nihilominus criminoſus puniatur XXIII q. IV. Quis. Vbi Paulus terrore emendatur, vocatus in Evangelium, & ſine emendatione ſuccumbit populus in ultione idololatriæ. Quantò magis ergo deponatur ille, qui non emendat, ſed malis ſuis incendit iram Dei viventis ſuper omnem populum. Criminum enim punitio magis reſpicit illum finem, qui eſt extinctio ſcandali, & ſublatio damni, ac ſalus publica, quàm emendatio puniti, quæ eſt finis exhortationis. Nam exhortatio ordinatur in emendationem exhortati, & non fit, niſi ubi emendatio ſperatur: concurrunt autem hic exhortatio & fraterna correctio.

[*Cum eo*] Pſalmiſta. Quis conſurget mecum adverſus malignantes, aut quis ſtabit adverſus operantes iniquitatem? Hæc eſt requiſitio Dei. Omnes ille expugnabit tanquam adverſos, quos hac voca-

citus eſſet de illa. Conſideras *reprehenſionem noſtram eſſe ſcandaloſam, & turpem.* Verum eſt, quoad patientem quidem: quia binies non accepit & tertiò nititur impedire, non tamen ad emendationem ſuam accipere. Ad agentem verò licita, & in exemplum atque authoritatem futuris temporibus, cùm (quod Deus avertat) neceſſe fieret trahenda, prout in appellatione noſtra exemplariter, & cum authoritate eam factam eſſe demonſtravimus. Dicis tamen (*quia incarcerati fuimus*) *eam ex invidia procedere, & animo vindicandi*: Deus novit, ſi verum eſt hoc verbum. Mundus tamen judicet. Si vel ex invidia, vel animo vindicandi procedat, *propter quam tunc duplici forma ſecretè videlicet, & coram Cardinalibus factam, & non* (*ut tu dicis*) *propter demerita, carceri violenter fuimus mācipati,* à quo Divina diſponente providentia, ingrato Sixto IV. *atque non parùm confuſo mirificè* (laudetur Deus) *ſumus liberati. Objicis demerita,* quæ tamen non ſpecificas. Quodque ſi quid minimi criminis de nobis Sixtus IV. cognoviſſet, non nos carceribus, ſed morti crudeliori pro animi ſui mitigatione ocyus ſubjeciſſet. *Tu igitur, ſi de nobis quadam cri-mi-*

tione non habuit ſibi adjutores: Quia ipſe dicit; Quis non eſt mecum, contra me eſt.

mina nôſti, aperi ea rogamus. Ad tribunal enim ſtabimus univerſali Eccleſia, vel ſaltem omnipotentis Dei, ad quod appellavimus & exigemus à te ſpecificationem demeritorum, quibus morte nos plectendos fuiſſe proclamas. Ad vertendum denique nobis eſſe dicis, *quomodo providentia Dei, Eccleſiam, mediante malorum hominum poteſtate, benè & utiliter regit.* Divina clementia, de Eccleſia ſancta *ſollicita*, tribulari quidem eam patitur, ſed non exterminari. *Corda mala* in bona, propter ſuam Eccleſiam poterit ſua omnipotentia commutare. Homines igitur mali, cùm bene & utiliter regunt, in hoc boni ſunt; quod tamen ſi Stoicorum ſententiam attendis, nihil bonũ & utile, quod in id ipſum etiam non ſit honeſtum judices. Sed etiam non ſufficit ſummo Pontifici, *bene regere, niſi ad hoc etiam ſit irreprehenſibilis & bonus ſecundùm vitam, & doctrinam ſalutares*; Nam dicit Apoſtolus ad Timotheum I. *Oportet Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, & ſine crimine, quantò magis Papam, qui nedum eſt Epi-*

[*Sollicita*] Hinc Petrus: Omnem ſollicitudinem projicientes in eum, quum ipſe cura eſt de nobis.

[*Corda mala*] Iacob remittens filios ad Ioſeph dixit: Deus faciat vobis virum illum propitium.

piſcopus , ſed & primus inter Epiſcopos. Oportet etiam Epiſcopum, ſecundùm eundem Apoſtolum, rectè tractare veritatem, id eſt, eam in via, & doctrina *gerere*. Si igitur Epiſcopum oportet eſſe irreprehenſibilem, ergo de bene eſſe Epiſcopi eſt, ut ſit irreprehenſi bilis, & ſine crimine. Quia ipſe debet eſſe exemplar ſubditorum, *cujus illi facta facilius imitantur, quàm præcepta.* Etiam ipſe conſtituitur pro hominibus, in his, quæ ſunt ad Deum, qui abhorret crimina (& non in his, quæ ſunt ad ſeculum ſeu temporalia) ut in tempore iracundia ſit reconciliatio, & offerat dona & ſacrificia pro peccatis. *Sítque Pontifex animarum ſua doctrina magis operativâ, quàm verbali, pontem illis faciens, ut eant ſupra mare hoc magnum, per deſpectum temporalium, non intincti aquis maris, uſque in vitam æternam.* Cùm autem eſt reprehenſibilis & criminoſus, non eſt *Epiſcopus*. Pro quo facit Canon:

[*Gerere*] In Can. Cavete, XXII. q. V. dicit Ambroſius: Non ſolùm in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus mendacium eſt: Mendacium namque eſt, Chriſtianum ſe dicere, & opera Chriſti non facere. Mendacium eſt Epiſcopum, Sacerdotem, vel Clericum ſe profiteri, & contraria huic ordini operari.

[*Epiſcopus*] Id eſt, dignus Epiſcopatu & ammovibiliter. Quia ſi ſimpliciter non eſſet, non require-

non; Plerumque. II. quæſt. VII.ubi dicitur: *Non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi. Attende Petrum,& Judam conſidera, Stephanum ſuſcipe,& Nicolaum reſpue*. Non facit Eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Centurio Cornelius adhuc Ethnicus dono Spiritus Sancti mundatur. Presbyteros Daniel adhuc puer judicat, non enim eſt facile ſtare in loco Petri & Pauli. Infatuatum ſal ad nihilum prodeſt,niſi ut projiciatur foras, & à porcis conculcetur. Etiam *non ſufficit* ſummo Pontifici eſſe irreprehenſibilem,& ſine crimine, niſi ad hoc Eccleſiam tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus bene regat. *Eſt enim magis officii ſeu diſpenſationis nomen,quàm dignitatis Epiſcopus.* Vnde illud: Qui Epiſcopatū deſiderat,bonum opus deſiderat. Idem docet interpretata compoſitio hujus nominis; componitur ab ἐπὶ,quod eſt *ſuprà*,& σκοπεῖν *intendens*, quaſi *populo ſibi commiſſo ſuperintendens.* Vnde dicit Apoſtolus ad Timoth. Oportere Epiſcopum domui ſuæ bene eſſe præpoſitum.& filios habere ſubditos, cum omni caſtitate. Si quis autem,inquit domui ſuæ præeſſe neſcit,, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit:

retur degradatio. Igitur manet in executione ſui ordinis,quandiu eum tollerat Eccleſia.

[*Non ſufficit*] Quia non ſufficit abſtinere à malo niſi fiat id, quod juſtum & bonum eſt XXV.q. V.De Forma.

deinnas. *Attenta* enim fragilitate humana, & circum ventione terroris, & quòd hæreſis dicatur ab eligendo. Illa verò Idololatria non ſpontanea fuit, præſulque ille prius irreprehenſibilem ſe cuſtodivit etiam univerſalis Synodus ſi fuiſſet congregata, de uno crimine non ex corde perpetrato, *fortè ſuperſediſſet*, maximè etiam inſpectâ pœnitentiâ & humiliatione tam magna. Nota enim gloſſa ibidem, *quòd propter pœnitentiam non ſit depoſitus*. Dicis præterea, quód Concilium authoritate Symmachi Papæ definierit, quod eſt falſum. Iudex enim non accuſati *authoritate* definit, alioquin ju

[*Attenta*] Adde quod dixi ſupra in verbo *enormiter*, ſuper Can. Nemo judicat, &c.

[*Authoritate*] Nec ille S. Hinc etiam, dicit, quòd definierint authoritate. Symmachi Papæ. Sed ita loquitur: Epiſcopi verò in Synodo reſidentes, congregata authoritate ejuſdem Symmachi dixerunt &c. Synodus itaque fuit congregata authoritate Symmachi. Nec implicat; quod præmittitur, quomodo authoritas regis Theodorici, ex diverſis provinciis, ad urbem Romanam ſacerdotes convenire præcepiſſet. Quia non venerunt ex debito, ſed ut regem ab errore revocarent, videlicet ſuum non eſſe convocare Concilia: Et hoc vult glo. ibidem, in verbo præcepiſſet. Præterea rex præcepit venire, Symmachus Papa, qui venerunt, mandavit reſidere. Regi attribuitur edictum, Symmacho authoritas congregandi Concilii. Non enim reſediſſent, ad

judicium actori eſſet ſuſpectum: Fuit enim Sym-

ſervandum Concilium Epiſcopi, qui venerunt ſolùm ad avocandum regem ab opinione, ſe poſſe convocare Epiſcopos, niſi eis venientibus mandâſſet Symmachus manere, & Concilium tenere. Sic utrumque tenet, & quòd Theodoricus Rex convocaverit Epiſcopos, & quòd Synodi authoritas congregaverit Synodum. Non enim fuiſſet Synodus congregata, niſi Symmachus Epiſcopis, qui vocati à Rege venerant, & ſe diſſolvere voluerant, mandâſſet manere. Item, quòd hujusmodi Synodus non fuerit univerſalis patet, quia non fuerant Epiſcopi ex omnibus provinciis congregati, ſed ex diverſis tantûm. Quia Concilium univerſale hodie ex quinque nationibus conſtituitur, quæ ſunt ſub Eccleſia Latina. Etiam ſatis elicitur, ex illo titulo, quia dicitur: Epiſcopi verò in Synodo reſidentes: Et ſic quidam Epiſcopi tenuerunt Synodum illam, & non omnes, qui debent univerſali Synodo intereſſe In Synodo quippe univerſali, etſi non omnes, ſicut corporaliter, repræſentativè tamen, quia oporteret, ut ex legitimis cauſis habeantur à Synodo ſupportati, in quo tamen caſu, habentur mittere aliquem nomine eorum, ut dicitur in Canone, Epiſcopus XVIII di. Quod hic non fuit. Quia Epiſcopi, qui tenuerunt Concilium, dixerunt, & non univerſalis Synodus. Et quum erat perſonalis congregatio, non debebat cenſeri univerſalitatis nomine. Præterea claret eam non fuiſſe univerſalem, ſed talem, qualis ſemper à convenientibus in curia Epiſcopis

machus accuſatus, ſed *falſo*, quendam Laurentium, cum quo prius habuit ſchiſma, cui occaſionem præbuit eligentium diſcordia: Symmachus verò accuſatus *indixit* Concilium, ad quod etiam concurrit Theodoricus Rex, coram quibus Symmachus de objectis ſe purgavit, pro tanto, ut Epiſcopi definirent, Symmachus Papa, Apoſtolicæ ſedis præſul, ab hujusmodi oppoſitionibus (id eſt, quia dubiæ ſunt & non probatæ, ſed ex invidia factæ, hoc enim vult verbum hujusmodi) quantum ad homines, ſit immunis & liber (ſic videlicet, quòd deinceps nullus eum infamare præſumat, niſi velit probare) Sed cauſam ejus totam (ſcilicet an verè innocens ſit) Dei judicio reſervamus. Dicitur notanter ab hujusmodi oppoſitionibus, ſcil. non probatis: Quia *non fuiſſet* immunis & liber à probatis. Simile habes in appellatione noſtra de Sixto III. qui etiam in dicto Concilio ſe purgavit. Sed quòd propterea *ſolus Papa (ut tu refers) debeat convocare Con-*

authoritate Papæ ſervari ſolebat. Quia etiam hoc expreſsè dicitur, quòd fuerit congregata authoritate Symmachi: illud utique etiam congregatur, quod ne diſſolvatur, prohibetur.

[*Falſo*] Quia de hæreſi. Sed erat accuſator calumnioſus. Igitur accuſatus fuit abſolutus, ut vult glo. in verbo Immunis: in Can. Hinc etiam XVII. di.

[*Indixit*] Id eſt, mandavit teneri, ut ſupra.

[*Non fuiſſet*] Quia omni delinquenti eſt adhibenda correctio XXIII q. IV. Can. Sed in his.

Concilium, falſum eſt; licèt olim tempore ſanctorum Pontificum. qui magis Eccleſiam curabant, quàm ſe ipſos, hujusmodi convocatio, eis quaſi magis de Eccleſia ſollicitis, credita fuerit; tamen ſacra Synodus Conſtantienſis tepiditatem, & eorum inſolentiam conſiderans, ne Eccleſia penitùs deſolaretur, tempora celebrandorum Conciliorum diſpoſuit, quibus advenientibus unusquisque, ſicut in appellatione noſtra deduximus, ſub pœnis ejusdem Synodi & *juris* venire adſtrictus eſt. Tempusque illud unusquisque habet in timore, & unusquisque tenetur ſe *primum* præſentare, & deinde alios convocare. Allegas poſtea *Hoſtienſem* ſuper Can *propoſuit,* Extra de conceſſ. præben. ita notantem: *Quòd ſi totus mundus ſentiret*

[*Iuris*] Habes diffusè, ſed vide C. Si quis XVIII. di. Vbi Epiſcopus non veniens, vel ante finem recedens excommunicatur, & non abſolvitur, niſi in ſequenti Synodo.

[*primum*] Id eſt niſi ut primus ſit, & ne alium exſpectet. & per alium ſe excuſet, mora enim ſua cuilibet eſt nociva.

[*Totus mundus*] Id eſt, omnes mundani, ſive ſeculares. Quia ſi omnes homines ſentirent contra Papam, quis ſtaret ſententiæ Papæ? Ergò Eccleſiaſtici ſemper tenebunt cum Papa contra ſeculares,

in aliquo negotio (intellige non de fide, ſed honeſtate dubitabili, & quod non tangeret perſonam Papæ) *contra Papam, quòd ſententiæ Papæ ſtandum eſt*, (ſupple, dum ſit aliquando rationata, alias enim non eſſet ſententia: Sententia enim eſt, quam ratio defendit) Dicitur autem notanter, *in aliquo negotio* particulariter ; quia non in omni negotio ſolius Papæ ſententia ſpectanda eſt, utpote, fidei, reformationis, & damnationis. Sollicitaris deinde, quo pacto probemus, *Sixtum IV. de futura gloria nihil ſapere, & alia crimina, quæ poſt quam per eum perpetrata ſunt, & à nobis ipſe ſuper illis argutus, in nos ſuſcepimus probanda* : Fili curæ pravæ, fili diffidentiæ, fili iniquitatis, non ſufficit tibi, deficientibus nobis in probatione, vindex eſſe Concilium. Es ne tu judex, ut tibi probemus crimina, quæ punire nequeas, &, cùm poſſes nolles ? Cùm eandem damnationem meritus ſis, ſimili criminum qualitate deturpatus. Quomodo igitur malum, quod in te damnandum eſt, de alio judicabis ? Ecce, quàm rectè lapis torrentis, id eſt, propriæ contradictionis in te jacitur, ubi ſuperius in hæreſi Papam nullum habere judicem auſus fuiſti depromere, impunitatem & peccandi licentiam de eo perſuadens , cùm tamen dicat Symmachus Papa : *Nos non beatum*

& è contra Papa cum Eccleſiaſticis. Quia Laici oppidò infeſti ſunt Clericis.

tum Petrum,ſicut dicitis,à Domino,cum ſedis privilegio, vel ſucceſſores ejus,peccandi licentiam dicimus ſuſcepiſſe. Et Pagani licentiam peccandi deteſtantur, exclamante Tullio: O miſerum,cui peccare licebat! Iam verò non vereris dicere: *Quia in hæreſi Papa poſſet deponi: Per quem obſecramus?* nonne per judicem? Non ergo per te,vel alium hominem,ſeu homines, ſed per Deos,id eſt,per congregationem *Patrum*,qui exemplo Chriſti, Dei noſtri, ſancti, perfecti, cœlites, & quaſi divini eſſent viventes, dignè merentur per Pſalmiſtam appellari *Dij*,ubi dicit: *Dij eſtis, & filii excelſi omnes.* In quorum congregatione, per quam ſit ſacrum Concilium, rectè idem Pſalmiſta in Spiritu S.oravit,Deum ſtare,ubi dicit: *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum,in medio autem Deos dijudicat.* Secundùm hoc intelligitur dictum *Anacleti*,quod recitas: *Ejectionem ſummorum Pontificum ſibi Deus reſervavit.* Quis enim dubitat,à Deo ejectum,quem ejicit tam ſancta cohors Patrum, quaſi Deorum, cui ipſe verus Deus ut multiplici teſtimonio probavimus,aſſiſtit,conſulit; *arbitratur*? *Meritò igitur Papa*

Hh 5

[*Patrum*] Quos Deus omnipotens Deos appellat, dicens: *Diis non detrahes*; & iterum: *Applica illum ad Deos.*

[*Arbitrator*] Leo in Can.Igitur.XXV.q.II. hoc

criminoſus, à tam ſancto cœtu Patrum judicatur. Cùm nempe ſpiritualis judicat omnia, à fortiori tot ſpirituales, imò Spiritus Sanctus, qui ſpirituales eſſe facit omnia, etiam Papam judicat. Vnde etiam hoc medium, *quod recitas, orandi Deum, contra eum in tam damnabilibus criminibus, quæ in deterius ſerpunt, damnâque*

attestatur; dicens: Sanctorum Patrum canones Spiritu Dei conditos.

[*Damna*] Ne alii damnificentur, multa in invitos bona promenda ſunt XIV.di. Et qui emendat. Quando parcitur uni, univerſæ Eccleſiæ paratur interitus C.diſt. Sed illud &c. Et dum peccata maximè Majorum, non ulciſcitur, patientia Dei in iram provocatur. Nam peccato Achor, filii Zaræ, præterientis mandatum Domini, venit ira Dei ſuper omnem populum. XXIII.q.IV. Si ea, &c. Et propter homicidium David, ſeptuaginta millia hominum triduò perempti ſunt in peſte, ut dicitur in libro Regum. Malorum autem correctione placatur Deus, ne ſæviat in populum bello, vel peſte. XXIII.q.IV. Si quos &c. Et magis placavit Deum homicidium Phinees, quàm ſacrificium, Exod. Et quis placabit Deum, quem offendit, qui poſitus eſt pro hominibus, ut dona & ſacrificia offerat pro peccatis populorum? Et conſumetur populus in ira Dei, dum non habeat juſtum, qui ſe ponat objicem, contra vindictam ejus, Exod. Ideo ſive ſpere-

que & ſcandala graviſſima contrahunt, non ſufficit, cùm conſtent, id alias fieri per omnes Eccleſias. Sed concurrere debet oratio; cùm orare Deum pro peccatore, ut convertatur, licitum ſit, correctio tamen peccatoris, ne in æternum puniatur, & ut damna tollantur, & ſcandala, non eſt obmittenda. Verùm ubi Eccleſia in tantùm eſſet deſtituta, (quod jam abſit) veris paſtoribus, *ut omnes trepidarent manum apponere, tunc quidem neceſſe eſſet inſtantius ſollicitare Deum*, ut ſingulari potentia ſolus ipſe Eccleſiæ ſuæ provideret, cùm non eſſet, qui vice ejus, & *cum eo* ſollicitus

tur emendatio, ſive non, nihilominus criminoſus puniatur XXIII q IV. Quis. Vbi Paulus terrore emendatur, vocatus in Evangelium, & ſine emendatione ſuccumbit populus in ultione idololatriæ, Quantò magis ergo deponatur ille, qui non emendat, ſed malis ſuis incendit iram Dei viventis ſuper omnem populum. Criminum enim punitio magis reſpicit illum finem, qui eſt extinctio ſcandali, & ſublatio damni, ac ſalus publica, quàm emendatio puniti, quæ eſt finis exhortationis. Nam exhortatio ordinatur in emendationem exhortati, & non fit, niſi ubi emendatio ſperatur: concurrunt autem hic exhortatio & fraterna correctio.

[*Cum eo*] Pſalmiſta. Quis conſurget mecum adverſus malignantes, aut quis ſtabit adverſus operantes, iniquitatem? Hæc eſt requiſitio Dei. Omnes ille expugnabit, tanquam adverſos, quos hac voca.

citus eſſet de illa. Conſideras *reprehenſionem noſtram eſſe ſcandaloſam, & turpem.* Verum eſt, quoad patientem quidem: quia binies non accepit & tertiò nititur impedire, non tamen ad emendationem ſuam accipere. Ad agentem verò licita, & in exemplum atque authoritatem futuris temporibus, cùm (quod Deus avertat) neceſſe fieret trahenda, prout in appellatione noſtra exemplariter, & cum authoritate eam factam eſſe demonſtravimus. Dicis tamen (*quia incarcerati fuimus*) *eam ex invidia procedere, & animo vindicandi*: Deus novit, ſi verum eſt hoc verbum. Mundus tamen judicet. Si vel ex invidia, vel animo vindicandi procedat, *propter quam tunc duplici forma ſecretè videlicet, & coram Cardinalibus factam, & non* (*ut tu dicis*) *propter demerita, carceri violenter fuimus mãcipati,* à quo Divina diſponente providentia, ingrato Sixto IV. *atque non parùm confuſo mirificè* (laudetur Deus) *ſumus liberati. Objicis demerita,* quæ tamen non ſpecificas. Quodque ſi quid minimi criminis de nobis Sixtus IV. cognoviſſet, non nos carceribus, ſed morti crudeliori pro animi ſui mitigatione ocyus ſubjeciſſet. *Tu igitur, ſi de nobis quædam cri-* *mi-*

tione non habuit ſibi adjutores: Quia ipſe dicit; Quis non eſt mecum, contra me eſt.

mina nôſti, aperi ea rogamus. Ad tribunal enim ſtabimus univerſali Eccleſiæ, vel ſaltem omnipotentis Dei, ad quod appellavimus & exigemus à te ſpecificationem demeritorum, quibus morte nos plectendos fuiſſe proclamas. Ad vertendum denique nobis eſſe dicis, *quomodo providentia Dei, Eccleſiam, mediante malorum hominum poteſtate, benè & utiliter regit.* Divinà clementia, de Eccleſia ſancta *ſollicita*, tribulari quidem eam patitur, ſed non exterminari. *Corda mala* in bona, propter ſuam Eccleſiam poterit ſua omnipotentia commutare. Homines igitur mali, cùm bene & utiliter regunt, in hoc boni ſunt; quod tamen ſi Stoicorum ſententiam attendis, nihil bonũ & utile, quod in id ipſum etiam non ſit honeſtum judices. Sed etiam non ſufficit ſummo Pontifici, *bene regere, niſi ad hoc etiam ſit irreprehenſibilis & bonus ſecundùm vitam, & doctrinam ſalutares;* Nam dicit Apoſtolus ad Timotheum I. *Oportet Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, & ſine crimine, quantò magis Papam, qui nedum eſt Epi-*

[*Sollicita*] Hinc Petrus : Omnem ſollicitudinem projicientes in eum, quum ipſe cura eſt de nobis.

[*Corda mala*] Iacob remittens filios ad Ioſeph dixit : Deus faciat vobis virum illum propitium.

piſcopus , ſed & primus inter Epiſcopos. Oportet etiam Epiſcopum, ſecundùm eundem Apoſtolum, rectè tractare veritatem, id eſt, eam in via, & doctrina *gerere*. Si igitur Epiſcopum oportet eſſe irreprehenſibilem, ergo de bene eſſe Epiſcopi eſt, ut ſit irreprehenſibilis, & ſine crimine. Quia ipſe debet eſſe exemplar ſubditorum, *cujus illi facta facilius imitantur, quàm præcepta.* Etiam ipſe conſtituitur pro hominibus, in his, quæ ſunt ad Deum, qui abhorret crimina (& non in his, quæ ſunt ad ſeculum ſeu temporalia) ut in tempore iracundia ſit reconciliatio, & offerat dona & ſacrificia pro peccatis. *Sítque Pontifex animarum ſua doctrina magis operativâ, quàm verbali, pontem illis faciens, ut eant ſupra mare hoc magnum, per deſpectum temporalium, non intincti aquis maris, uſque in vitam æternam.* Cùm autem eſt reprehenſibilis & criminoſus, non eſt *Epiſcopus*. Pro quo facit Canon:

[*Gerere*] In Can. Cavete, XXII. q. V. dicit Ambroſius: Non ſolùm in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus mendacium eſt: Mendacium namque eſt, Chriſtianum ſe dicere, & opera Chriſti non facere. Mendacium eſt Epiſcopum, Sacerdotem, vel Clericum ſe profiteri, & contraria huic ordini operari.

[*Epiſcopus*] Id eſt, dignus Epiſcopatu & ammovibiliter. Quia ſi ſimpliciter non eſſet, non require-

non; Plerumque. II. quæſt. VII. ubi dicitur: *Non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi. Attende Petrum, & Judam conſidera, Stephanum ſuſcipe, & Nicolaum reſpue.* Non facit Eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Centurio Cornelius adhuc Ethnicus dono Spiritus Sancti mundatur. Presbyteros Daniel adhuc puer judicat, non enim eſt facile ſtare in loco Petri & Pauli. Infatuatum ſal ad nihilum prodeſt, niſi ut projiciatur foras, & à porcis conculcetur. Etiam *non ſufficit* ſummo Pontifici eſſe irreprehenſibilem, & ſine crimine, niſi ad hoc Eccleſiam tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus bene regat. *Eſt enim magis officii ſeu diſpenſationis nomen, quàm dignitatis Epiſcopus.* Vnde illud: Qui Epiſcopatū deſiderat, bonum opus deſiderat. Idem docet interpretata compoſitio hujus nominis; componitur ab ἐπὶ, quod eſt *ſuprà*, & σκοπῶ *intendens*, quaſi *populo ſibi commiſſo ſuperintendens.* Vnde dicit Apoſtolus ad Timoth. Oportere Epiſcopum domui ſuæ bene eſſe præpoſitum & filios habere ſubditos, cum omni caſtitate. Si quis autem, inquit domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit:

---

retur degradatio. Igitur manet in executione ſui ordinis, quandiu eum tollerat Eccleſia.

[*Non ſufficit*] Quia non ſufficit abſtinere à malo niſi fiat id, quod juſtum & bonum eſt XXV. q. V. De Forma.

bit: Si igitur Epiſcopum oportet bene regere; *oportet* autem neceſsitatem importet, neceſsitas vero conferatur ad *bene eſſe*, ergo qui male & ſcandaloſè eregit, Epiſcopus non eſt. Ad hoc eſt Auguſt. cùm dicit: Qui nec regiminis in ſe rationem habuit, ☞ *nec*

[*Bene eſſe*] Id eſt, dignè eſſe. Neque enim laxius neceſsitatem ſolvere valeo, nec audeo fortius comprimere. Quia, ſi abſolutè ad eſſe conferrem neceſsitatem, eſſet valdè erroneum, quia ſic mox, ut criminoſus fieret, ceſſaret, abſolutè eſſe Epiſcopus: ergo poſtquam pœniteret, indigeret nova conſecratione quod non eſt verum. Hoc non eſt de bene, id eſt, dignè eſſe: Quia per pœnitentiam rehabilitatur, ut ſit dignus, qui per peccatum dignus eſſe deſierat. Vnde Nicolaus Papa. In Canone: *Miramur.* XXIV. q. I. A fide Chriſti recedentibus poteſtas non adimitur, ſicut redeuntibus non redditur, ne non homini, ſed ſacro injuria fieri videatur. Cùm ſit aliud poteſtas officii, aliud exercitii. Verùm ſi conferretur illa neceſsitas ad eſſe abſolutè, non eſſet opus degradatione, quia ſi per crimen deſineret eſſe in gradu, non poſſet amoveri de gradu, quia non eſſet in gradu. Etiam ſequeretur, quòd ſi abſolutè non eſſet Epiſcopus, non poſſet facere ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. Vnde eſt notandum, quòd Magiſter ſententiarum in IV. diſt. XIII. dicit, quòd hæretici præſciſi, ſchiſmatici, ſuſpenſi & degradati conſecrare non poſsint. Sed S. Thomas ibidem & III. p. q. LXXXII. artic. VII. dicit: Quòd omne illud, quod per conſervationem datur, eſt per-

petuum. Ideo ſicut Baptiſmus, qui per conſecrationem datur, nunquam amittitur, quantumcunque aliquis in hæreſin labitur, vel ſchiſma, ſeu excommunicationem: Ita nec ſacerdotalis ordo aliquando amitti poteſt. ut dicit Auguſtinus ad Parmenianum de hęreticis, & damnatis Et eſt Canon; Quod quidam I. q I. in decretis. Et quia poteſtas conſecrandi ordinem ſacerdotalem conſequitur; Ideo hæretici præſciſi, ſchiſmatici, ſuſpenſi, & degradati conſecrant, dummodo ſervetur debita forma & materia, tamen ad ſui perniciem. In idem tendit Gratianus, ſuper illo Auguſtini ad Euſebium XXIV. q. I. Can. Subdiaconus, S. Sed iſtud, dicens; Baptiſma ſive ab Hæretico, ſive etiam à Laico miniſtratum fuerit, dummodo in unitate Catholicæ fidei accipiatur, non carebit effectu. Alia verò ſacramenta ut ſacri corporis, & ſanguinis Domini, excommunicationis, vel reconciliationis, ſi ab hæretico, vel Catholico non ſacerdotale miniſtrentur, nullum vel lethalem habebunt effectum Et ſic videtur dicere, quòd Laicus non conficiat, nec excommunicet, nec abſolvat. Et quòd hæreticus Presbyter bene conficiat: ſed non liget, vel abſolvat. Quia alia eſt ratio clavium, alia ſacramenti. Illas dimittit in Eccleſia, quia petra tenet. petra dimittit, columba tenet, columba dimittit. XI. q. I. Sed illud. Illud verò & ſecum retinet authoritate præſcripta. Illas non habet effectualiter contra alios, quia nec contra Eccleſiam, & in injuriam Eccleſiæ ſolvit ligatum ab Eccleſia, nec contra fidelem poteſt proferre ſententiam, quæ liget fidelem. Illud habet effectualiter,

☞ *nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus magis dicendus eſt, quàm Epiſcopus.* Ad hoc etiam imprecatur Propheta: *Maledictus* non ſenior, ſed puer centum annorum. Qui videlicet cùm ſit ſenior annis; puer tamen eſt diſcretione morum & diſpenſationis Infertur ergò quòd ſi ut ſuperius deducitur, Pontifex criminoſus non ſit patiendus, ſi etiam aliter bene regat, & utiliter; *Minus ergo ille patiendus eſt, qui nedum criminoſus eſt, imò ne hoc parùm quidem ſit, quod inutiliter & peſſimè regit, ſcandaloſè etiam & cum ſtudio diſſipat bona Eccleſiæ, prout toti mundo notum eſt.* Concedimus autem, te adducente, omnem poteſtatem à Deo eſſe, *hoc eſt, aut diſpoſitivè, aut permiſſivè.* Poteſtas *quidem Sixti*

ſed contra ſe; ſalutis enim noſtræ ſacramenta, & myſteria indigne tractanti, damnationem & interitum ſuperinducunt; quæ tamen aliis in fide prodeſſe poſſunt ſuſcipientibus, ut I.q.I. Omnia. Gloſſa tamen IX. q. I, quæ eſt Io. concludit ſic: Hæc ſit fides tua, quòd hæretici & excommunicati, & depoſiti vera ſacramenta conferunt, & verum corpus Chriſti conficiunt, & adducit pro hoc Can.I.q.I. Dominus. Et Gloſſa Barc. dicit, ſicut quod Io. dicit de depoſito, non credo eſſe verum &c.

[*Maledictus*] Hoc habes II.q.VII.Paulus, & in Can. Quibus ergo.

xti IV. quam non pura, & legitima electione, ſed emptione Simoniaca acquiſivit, diſpoſitivè à Deo non eſt. Non enim eam ſic vendicari Deus diſpoſuit, cùm eam gratis accipi, gratisque dare voluit. *Permiſſivè autem ab eo eſt,* quia eam ſic vendicari permiſit. Conſideramus etiam ex principatu malorum (ut tu dicis) conſurgere ſæpe aliquod bonum, ex divina ordinatione, quæ non ordinat *inſtitutivè* malitiam principantium, ſed directivè dirigendo eam in effectum bonum erga illos, in quos infertur. Nam Chriſtus teſtatur dicens: Væ mundo ab ſcandalis, neceſſe enim eſt, ut fiant ſcandala; ſed væ homini illi, per quem veniunt ſcandala. Malitia igitur principantium in ſe mala, in hoc bona, & *à Deo* ordinata dici-

[*Inſtitutivè*] Ozeæ cap. VIII. Illi regnaverunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognovi.

[*A Deo*] Quia mali in ſua malitia non intendunt illud bonum, quod ſequitur, ſed Deus ita ordinat, ut ſequatur bonum. Vnde etiam illi, qui crucifixerunt Chriſtum in die Paraſceve, ipſum honoraverunt in die palmarum, ſed non ex animo: Chriſtus enim ſic diſpoſuit, cùm antea recedens à Ieruſalem dixiſſet: Non videbitis me donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini. Et item: Si vos non laudaveritis me, lapides ſurgent, & laudabunt me. Inde venit, quòd Phariſæi & populus ſtupefacti de tantæ reverentiæ exhibitione, & cantico, alter ad alterum diceret: Audis, quid hi faciant, ubi

tur, dum malos perſequitur, ut pro malo puniantur, bonos verò, ut in bono firmentur. Ad hoc ſunt exempla per te poſita de Iob, Petro, Paulo & Iuda. Sed per hoc non probas, quin etiam malè principantes propter ſuam malitiam poſsint argui, maximè cùm inde, ut hic, nihil boni judicatur. Cùm enim

Doctores dicunt, quòd Spiritus Sanctus noverit linguas eorum, in illa verba laudis, ita ut oporteret eos, velis nolis, Chriſtum laudare. Quemadmodum in arreptitiis Diabolus movet linguas in verba blaſphemiæ. Hoc etiam fecit Spiritus Sanctus in nequiſsimo illo Caypha, qui non de ſeipſo dixit: Expedit vobis, ut unus moriatur pro populo, ne tota gens pereat, ſed Spiritu Sancto motus. Super quo dicit Auguſt. quòd Spiritus Sanctus gratiarum dator, non perſonam ſequitur digni vel indigni ſed ordinem. Quaſi diceret: Eo quòd Cayphas eſſet Pontifex, anni illius, Spiritus S. pro dignitate officii, & ordinis ſacerdotalis mente ea locutus ſit, quaſi diceret: In Sacerdote non meritum, ſed officium honorandum eſſe: Quia non merito, ſed officio benedictio reſultat, quæ à ſolo Deo effectum recipit. In Can. dictum eſt: I.q.I. Et Saul malus rex prophetavit, cùm etiam perſequeretur ſanctum David: prophetavit I.q.I. Gloſſa ibidem. Mali habent omnia dona Spiritus Sancti præter charitatem. Et multi venient, dicentes: Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo mortuos ſuſcitavimus, & multa ſigna fecimus: Et ego confitebor eis, quòd non novi vos. Et

enim ſua poteſtas ſit à Domino, veniens autem poteſtas illam perimens, excedens & puniens, quis illam negabit eſſe à Domino, ſi omnis noſcatur eſſe poteſtas à Domino?

Declaravimus jam ſermone prolixo *poſſe judicari Papam à ſacro Concilio, fraternaq; correctioni, & ſubjectum eſſe Concilio*, tamen ut excuſemus authoritates, quas repugnantes malè uſurpas, ad tuam intentionem probandam; ad *ſecundum principale*, ubi Papam non ſubjacere fraternæ correctioni contendis, deſcendimus, quod illo ſatis poterimus redarguere. Poſtquam enim conſtat, *eum univerſalis Eccleſiæ judicio ſubjacere*, non abſurdum eſt, eum pro ſuis peccatis fraternè corripi poſſe, ut ſi fraternam correctionem ſecundùm Evangelii formam, primò ſecretè inter eum, & fratrem corripientem ſolùm, deinde coram teſtibus factam ſpreverit, poſſit ſua contumacia & perverſitas Eccleſiæ, ut eum judicet intimari. Pro illo enim eſt illud Matth. XVIII. ubi dicit Chriſtus Petro: Si peccaverit in te frater tuus, argue eum, inter te & ipſum ſecretè, quòd, ſi te non audierit, adhibe duos, vel tres teſtes, ut in ore duorum

Scriptura LXX. interpretum teſtatur, ad preces Ieroboam ignem deſcendiſſe de cœlo. Et rurſus precante Elia, ignis miſſus eſt, qui ſacrificia conſumeret. Inde Ambroſius dicit: Quòd Deus non merita perſonarum conſiderat, ſed officia ſacerdotum. I. q. I. Cum ſcriptura. Quod C. vide & gloſſam emendantem.

vel trium ſtet omne verbum. Quòd ſi nec ſic audierit, *Dic Eccleſiæ*, illam ſi ſpreverit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. Si igitur Petro dicit ſervandum hunc ordinem, & quod ſibi non licet de fratre incorrigibili aliter judicare, quàm quod Eccleſia determinat. A fortiori eſt, dum in cauſa fratris non poteſt judicare aut ſentire aliud, quàm Eccleſia, quod in cauſa propria poteſt multò minus judicare. Et illum ordinem, quem Chriſtus ſibi dedit ſervandum contra fratrem tanquam digniorem & ſaniorem, decet, contra eum, fratres obſervare, cùm ſicut nec à judicio Eccleſiæ, ita nec à fraterna corre-

ctio

[*Dic Eccleſiæ*] Ecce quomodo Eccleſiam habet judicem in cauſa fratris! Cur non in cauſa propria, ubi quis non poteſt eſſe judex? Ex hoc habet Papa authoritatem convocandi Concilium, quia debet ſuſcitatos fratrum errores dicere Eccleſiæ. Et ſi quis dicat, dicendum eſſe Eccleſiæ à Papa pertinaciam fratris, denunciatorio modo ad vitandum, & nõ judicatorio ad corrigendum. Dico, ipſum non eſſe rationatũ & præter rationẽ errare. Reſpiciat ille quod ſequitur; Illam ſi ſpreverit: perpendatque illud, eſſe Ethnicum & Publicanum, qui Eccleſiam ſprevit ſemel, non illum, qui Papam bis reprehendentem ſprevit. Ecce, quòd magis delinquit ſemel offendens Eccleſiam, quàm bis Papam. Ecce, quòd Eccleſia ſit judex omnium, quam quiſquis ſpreverit ut Ethnicus, & Publicanus vitandus eſt. Non eſt Ethnicus qui Papam non audit, ſed qui poſt Papam Eccleſiam non audit.

ctione exemptus eſt. Tu verò, *Hæretice pertinaciſſime*, quaſi aliquid incongrui uſurpaverimus *contra cœlum nos aſcendiſſe confingis*. Non ne cœlum à cœlo per antiphraſin quia minime cœlatum ſit, dicitur & per illud veritatem accipimus? Eſtne igitur veritatem dicere, contra cœlum aſcendere, id eſt, veritatem? Dicis *nos aſcendere contra Papam*, ſed quomodo edicito. Sumus ne ſibi contrarii? Dum verba quæ de eo protulimus in factis ſuis vera reperta ſunt, & conformia: Vel ſi verba noſtra falſa arguis; numquid ſibi ſumus contrarii, cujus eo caſu ſollicitamus, honorem videlicet: ut coram Concilio falſitatem ipſam pro ſuo honore deducat, juſtitiæque de nobis requirat ultionem. Super *aſtra cœlorum nos aſcendiſſe canis*, dum reprehenſionem, quam ad ſolos Cardinales ſpectare prætendis, nos fecerimus. Non dum attendiſti Evangelium: Quòd ſi peccat in te frater tuus, quantò magis ſi peccat in Eccleſiam, cujus membra ſumus, & ſic in ea offenſa, nos lædimur, & licet uni membro aliud *defendere*, & pro omnibus aliis pugnare. Frater noſter nonne Papa

[*Defendere*] Quilibet, etiam minor, poteſt contradicere Papæ ſi vellet alienare prædia Eccleſiæ, imò perſequi injuriam Eccleſiæ, ne trahatur in pejorem ſtatum, ut vult Symmachus XII.q.II. Non liceat. Si pro temporalibus non alienandis, quantò magis, pro animabus non ſcandaliſandis. Et quilibet agere tenetur pro Eccleſia.II.q.II. Quapropter V.q V.

eſt, qui & omnium fidelium frater eſt, & nos fideles ſumus. *Papa etiam nonne frater noſter, qui & omnium Epiſcoporum, ratione ordinis, frater eſt, & nos ſumus Epiſcopus.* Si igitur Cardinalibus ſolis correptionem hanc competere aſſeris, & nobis competit, qui ſumus Cardinalis. Et ſi Eccleſia permittit Cardinalibus eligere, corripere tamen Papam neminem prohibet. verùm omnis homo fidelis authoritate Evangelii poſſet hoc, magis tamen competit nobis. quia tanquam fidelis, & tanquam Epiſcopus ſecundùm Evangelium frater ſumus Papæ. Iudicet igitur, qui intelligit, an contra cœlum, an ſuper aſtra cœli aſcenderimus? Si etiam nobis hoc non congrueret. *cùm per tot annos nullus aliorum confratrum noſtrorum Cardinalium murum ſe opponere voluerit pro Chriſto*, cujus fidem uſque ad Spiritum & ſanguinem tenentur defendere. Cùm autem per correptionem noſtram, irreverentiam nos Papæ feciſſe conquereris, non attendis illud *Gregorii* ad

Non nos. Et ſic unus juſtè reſiſtit omnibus XXXI. di. Nicena.

[*Item Gregorius*] II. q. VII. Paulus dicit: Seniorem ne increpaveris, ſed hæc ejus regula, tunc in eo obſervanda eſt, cùm ſenioris, culpa ſuo exemplo non trahit ad interitum corda juniorum: ubi autem ſenior juvenibus exemplum ad interitum præbet, ibi ſtricta increpatione feriendus eſt. Nam ſcriptum eſt: Laqueus juvenum omnes vos. Et rurſum: Male-

ad univerſos Epiſcopos Con ilii Nichacii: *Sicut,* inquit, *laudabile diſcretúmq; eſt, reverentiam & honorem exhibere prioribus. Ita rectitudinis & timoris Dei eſt, ſi qua in eis ſunt, quæ indigent correctione, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum, quod abſit, corpus, morbus invadat, ſi languor non fuerit ſanatus in capite.* Ad quod dictum concurrit aliud ejusdem Gregorii II.q.VII. Admonendi ſunt ſubditi ne plus quàm expedit ſint ſubjecti ne dum ſtudẽt plus quàm neceſſe eſt hominibus ſubjici, compellantur eorum vitia venerari. Vbi etiam

dictus puer centum annorum. *Item Ieronymus* in Can. Transferunter XXIV.q.III. Veteres ſcrutans hiſtorias, inquit, invenire non poſſum, ſcidiſſe Eccleſiam, & de domo Domini populos ſeduxiſſe, præter eos, qui ſacerdotes à Deo poſiti fuerant, & Prophetæ, id eſt ſpeculatores. Iſti ergo vertuntur in laqueum tortuoſum, in omnibus locis ponentes ſcandalum Gregorius in paſtorali C.III. De Sacerdotibus: Dominus per Prophetam dicit, facti ſunt domui Iſrael in offendiculum iniquitatis. Nemo quippe amplius in Eccleſia nocet, quàm qui perversè agens nomen vel ordinem ſanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur.

rubrica idem ſuadet, quòd videlicet ſubditi Prælatorum vitia reprehendere ſtudeant. Nec diſcordat à præmiſsis illud ſextæ Conſtantinopolitanæ Synodi: Cùm læditur fides, parentum reverentia velut inutilis & periculoſa deſpicitur, amor, erga filios fratresque, vitatur. Quia verò ſecundùm præmiſſa conſiliis Chriſti, traditionibusque Chriſtianæ inſtitutionis, ſtatutisque univerſalis Eccleſiæ nos conformavimus, ab Eccleſia nec fide receſsimus, pro quibus etiam corpus & animam noſtram ponere in mortem non trepidamus, earum nempe confeſsionem, uſque ad ſpiritum & ſanguinem, Deo miſerante tenebimus. Ideoque nec, te acclamante, reſipiſcere, ubi non erravimus, nec ad Eccleſiam, in qua ſumus redire neceſſe eſt. Dixeris tibi ipſi miſer, ut reſipiſcas, & redeas, qui te hæreticum eſſe palàm judicas, ubi *virum ſanctum Felicem Papam V. Antipapam, quaſi Eccleſia, quæ eum canonicè creavit*, erraverit, auſus fuiſti pertinaciter nuncupare, & jaculum, quod ad nos dirigis, in te redeat. *Quicunque* aufert privilegium Eccleſiæ hæreticus eſt. Vbi autem deinde: Impoſsibile eſſe noſtram reprehenſionem, Deo teſte, fraternam aliquid juris & æquitatis in ipſum Papam habere arguis, quemadmodum ſit impoſsibile, illum fraternæ correctioni ſubjici, quod ſimile ſic pro-

[*Rubricæ*] ſunt authenticæ, ut dicit Io. an. in glo. ſuper. verb. titulis in procœmio, lib. VI. & allegat ad hoc de pe. di. I. S Hæc autem, & quædam alia.

[*Quicunque*] ut XXI. di. Omnes &c.

probare putas. Quia *agens* ſuperius debeat eſſe patiente quod non ſit hic. Ad quod reſpondemus: *Licet Papa, ut Papa, ſimus inferior, eidem tamen ut criminoſo ſumus ſuperior.* Authoritas enim Evangelij, & Eccleſiæ, quæ ſupra Papam eminet, illique tribuit ſuperioritatem ultra nos, indignitate illa nobis adjuncta, & ſuffragari facit nos eſſe ſuperiorem, ad reprehendendum crimina illius. Et ſic quemadmodum eſt illud, à quo trahitur illa ſimilitudo, ſuperius falſificatum: Ita etiam probatio illius, quod in ſimilitudinem tractum videtur, eſt reſoluta. Præterea, quòd Papa reprehenſibilis de hæreſi, inferior ſit quolibet Clerico Catholico, epiſtola tua ſuperius tuetur per C. Sacerdotes II. q. VII. Idem vult Canon Euſebii: Nos ſequentes. VI. q. I. Et quòd Papa criminoſus non ſit *verè Papa*, ſupe-

[*Agens*] Illud in quantum agens ſemper eſt ſuperius patienti, de ſui conditione, quam vel à ſe retinet, vel aliunde accommodat. Et non rectè agit, quod in agendo non repatitur. Et ſic non recte arguit alios, qui ſe ipſum non emendat. De natura quidem agentis, ſecundùm Philoſophum, eſt in agendo repati. Papa itaque diſcrepat à natura agentis, ſi propriæ actionis, patientiam non reciprocat, id eſt, ſi non paratus eſt reformare & reformari.

[*Verè Papa.*] Tamen ante accuſationem, & pendente accuſatione remanet in officio ſuo, & omnes ſibi obedire tenentur, in illis videlicet, quæ non ſunt contra Evangelium Apoſtolicum, & Eccle-

ſuperius probatum eſt. Trahis contra nos in argumentum, Mariam leprâ percuſſam. Quia fratrem ſuum Moyſen durem populi Iſrael corripuit, ſed illa Moyſen corripuit, eò quòd duxiſſet Æthiopiſſam. Nos verò non arguiſſemus Sixtum IV. *Si Aethiopiſſam, id eſt, Eccleſiam multis deformitatibus denigratam debito modo duxiſſet.* cogimur *autem arguere eum, quia malè ductam, malè negligit, et peſſimè deformat.* Si-

ſiam, ut de accu. olim, & VIII. q. IV. Nonnę ibi tamen dicit Symmachus, quod Clericus ante finem temporis recedens ab Epiſcopo pro dubia ſuſpicione criminum extractus ſit. Lex enim, inquit, Eccleſiaſtica Pontificē, ab aliis accuſatum antequam objecta conſtiterint, exigit non relinqui.

[*cogimur*] Ex zelo fidei, & debito, quo obligantur Eccleſiæ & univerſo populo Chriſtiano, quod non poſſumus non revelare periculum animarum multarum, ne & nos videamur nocere. Quia nocet qui deſtruentibus non reſiſtit. Ieronymus in Can. Sancta, II, q. VII. Et ubi una anima perierit, innumerabilium mors corporum, ſi de Eccleſia homines innocentes, violenter abſtrahantur & interficiantur, huic damno non poteſt comparari. Aug. XXIV. q. III S. habes: Qui autem periculum hujusmodi inducit, & qui permittit, pariter à juſto judice damnantur. Paulus ad Rom. Ad evitandum igitur propriam damnationem, unus debet omnibus reſiſtere. In Can. Nicena XXXI. di.

Similiter & illud II. Regum VI. Vbi Oza, qui arcam tetigit, quàm cùm ſacerdos eſſet, humeris portare potuit, à Domino percuſſus eſt. Per arcam Papam intelligens, quem à nobis ſupportandum dicis, in ſcandalum fidei, & confortationem hæreticorum (quod verum non eſt) contumeliis tactum. Quam quidem percuſsionem Oze, conformans te Canoni *Plerumque* II.q.VII. rectè expoſuiſſes hoc modo, cùm quidem Arca Domini reduceretur de Gabaa in Ieruſalem bobus recalcitrantibus, arca inclinata eſt, cui dum Oza Levita manum adhiberet, à Domino percuſſus eſt. *Arca* igitur, id eſt, *Prælati*: *bobus*, id eſt, *ſubditis recalcitrantibus* inclinatur, dum Prælati compatientes, manſuetè & miſericorditer agunt, & ſe neceſsitatibus eorum accommodant, tribulationibusque eorum ſe *conformant* rigorem *mitigantes*. Cùm ergo hos propterea Oza juſtus nititur manu ſuperba *indiſcretè* arguere, à Domino percu

[*Conformant*] Apoſtolus: Factus ſum infirmis infirmus, & omnibus omnia factus ſum.

[*Mitigantes*] Qui dementem voluerit reducere, & tentatum conſolari blandimentis, non aſperitatibus faciat. XLV. di. Qui ſincera. Et plus erga corrigendos agat benevolentia, quàm ſeveritas, plus cohortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm poteſtas. e. di. C. Licet.

[*Indiſcretè*] Habet enim hoc proprium natura arrogantium, ut humiliter neſciant inferre, quod do ent & recta quæ ſapiunt rectè miniſtrare non poſſunt, XLVI. diſt. Hoc habet. Iuſtus autem arro-

cutitur. Vnde dicit Apoſtolus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto , vos qui ſpirituales eſtis, hujusmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum , ne & tu tenteris. Non autem tangit ſubditus arcam, Prelatum rectè arguens, imò potius corripitur, qui una manu, id eſt, mente tantum tangit arcam inclinatam, id eſt , Prælatum in crimina prolapſum, ad quem, ut erigeretur per correptionem, ambas manus, id eſt, tam mentis , ſeu voluntatis , quàm etiam corporalis operæ, imò totius corporis vires adhibere teneretur, vel potius humeris ſuis portare ad tabernaculum , id eſt , *judicium*. Ponens ſubſequenter modum fraternæ correctionis, quomodo per tria procedit, quod à te minimè addiſcere habuimus , audes literas noſtras falſiſsimas arguere, pro falſitate, quarum , ut facetè loquamur, ***an in te pœnam ignis ſuſcipere audeas, ſcire deſideramus? pro quarum veritate nos ignem non formidabimus***, dum juſtitia dictaverit, ſuſtinere. ***Plura denique in laudem***

---

gans eſt, dum nimis de juſtitia preſumens, in omnibus quærit rigoram, & ſic, quod in ſe juſtè agit , in alios non poteſt rectè transfundere : quia non ſunt capaces rigoris, qui etiam in æquitate deficiunt, &c.

[*Iudicium*] Conſentit etenim ſceleri, qui , dum poteſt illud non perſequitur XXIII. q. IV. Qui poteſt : Facientis verò pœna mulctatur conſentiens ad Ro. Et juſtus ſæpe perit pro impio, de conſe. di. I. In Can. Sixti Papæ.

dem Sixti IV. narrare duxiſti, quæ ſi ut à nobis cognita ſunt, ad ſolem inſpicienda ponerentur, ad maximum illius dedecus pervenirent. Debuit quidem ex debito *officii* facere plura bona, & pauperes de theſauris Eccleſiæ relevare, Eccleſiasque reparare: Sed ut, per unum, cætera, in parte, intelligantur; Stratas & vias publicas urbis reformavit, ut non tantùm reformator urbis, quantum excoriator pauperum proclametur. *Ad hanc enim reformationem tanta fuit ſibi tallia extorta, ut incredibile lucrum inde ſibi, omnibus ſopitis ſumptibus, evenerit.* Nonne hoc ſpolium pauperum licuit ſibi tentare? Vbi ſibi gloriá paraſti de opere ex rapi-

[*officii*] Petrus ad Clementem. Clemens ſi tanquam omnibus præeſſe volueris ſingulos prout valueris, juva, & ſingulos releva, quia & ſingulorum onus ac ſollicitudinem portas, ut VIII. q. I. Clemens &c. Et Ambroſius in Can. Eſt etiam, LXXXVI. diſt. Compatiamur itaque alienis calamitatibus, neceſsitates aliorum quantum poſſumus juvemus, & plus interdum, quàm poſſumus. Gloſſa, de commodis corporis noſtri aliquid obrogemus, ut ſubveniamus aliis. Et Solomon in Proverbiis. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis, & qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur, de panibus enim ſuis dedit pauperi.

vel trium ſtet omne verbum. Quòd ſi nec ſic audierit, *Dic Eccleſiæ*, illam ſi ſpreverit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. Si igitur Petro dicit ſervandum hunc ordinem, & quod ſibi non licet de fratre incorrigibili aliter judicare, quàm quod Eccleſia determinat. A fortiori eſt, dum in cauſa fratris non poteſt judicare aut ſentire aliud, quàm Eccleſia, quod in cauſa propria poteſt multò minus judicare. Et illum ordinem, quem Chriſtus ſibi dedit ſervandum contra fratrem tanquam digniorem & ſaniorem, decet, contra eum, fratres obſervare, cùm ſicut nec à judicio Eccleſiæ, ita nec à fraterna correctio

---

[*Dic Eccleſiæ*] Ecce quomodo Eccleſiam habet judicem in cauſa fratris! Cur non in cauſa propria, ubi quis non poteſt eſſe judex? Ex hoc habet Papa authoritatem convocandi Concilium, quia debet ſuſcitatos fratrum errores dicere Eccleſiæ. Et ſi quis dicat, dicendum eſſe Eccleſiæ à Papa pertinaciam fratris, denunciatorio modo ad vitandum, & nõ judicatorio ad corrigendum. Dico, ipſum non eſſe rationatũ, & præter rationẽ errare. Reſpiciat ille quod ſequitur; Illam ſi ſpreverit: perpendatque illud, eſſe Ethnicum & Publicanum, qui Eccleſiam ſprevit ſemel, non illum, qui Papam bis reprehendentem ſprevit. Ecce, quòd magis delinquit ſemel offendens Eccleſiam, quàm bis Papam. Ecce, quòd Eccleſia ſit judex omnium, quam quisquis ſpreverit ut Ethnicus, & Publicanus vitandus eſt. Non eſt Ethnicus qui Papam non audit, ſed qui poſt Papam Eccleſiam non audit.

ctione exemptus eſt. Tu verò, *Hæretice pertinaciſsime*, quaſi aliquid incongrui uſurpaverimus *contra cœlum nos aſcendiſſe confingis*. Non ne cœlum à cœlo per antiphraſin quia minime cœlatum ſit, dicitur & per illud veritatem accipimus? Eſtne igitur veritatem dicere, contra cœlum aſcendere, id eſt, veritatem? Dicis *nos aſcendere contra Papam*, ſed quomodo edicito. Sumus ne ſibi contrarii? Dum verba quæ de eo profe-rimus in factis ſuis vera reperta ſunt, & conformia: Vel ſi verba noſtra falſa arguis; numquid ſibi ſumus contrarii, cujus eo caſu ſollicitamus, honorem videlicet: ut coram Concilio falſitatem ipſam pro ſuo honore deducat, juſtitiæque de nobis requirat ultionem. Super *aſtra cælorum nos aſcendiſſe canis*, dum reprehenſionem, quam ad ſolos Cardinales ſpectare prætendis, nos fecerimus. Non dum attendiſti Evangelium: Quòd ſi peccat in te frater tuus, quantò magis ſi peccat in Eccleſiam, cujus membra ſumus, & ſic in ea offenſa, nos lædimur, & licet uni membro aliud *defendere*, & pro omnibus aliis pugnare. Frater noſter nonne Papa

[*Defendere*] Quilibet, etiam minor, poteſt contradicere Papæ ſi vellet alienare prædia Eccleſiæ, imò perſequi injuriam Eccleſiæ, ne trahatur in pejorem ſtatum, ut vult Symmachus XII.q.II. Non liceat. Si pro temporalibus non alienandis, quantò magis, pro animabus non ſcandaliſandis. Et quilibet agere tenetur pro Eccleſia. II.q.II. Quapropter V.q.V.

eſt, qui & omnium fidelium frater eſt, & nos fideles ſumus. *Papa etiam nonne frater noſter, qui & omnium Epiſcoporum, ratione ordinis, frater eſt, & nos ſumus Epiſcopus.* Si igitur Cardinalibus ſolis correptionem hanc competere aſſeris, & nobis competit, qui ſumus Cardinalis. Et ſi Eccleſia permittit Cardinalibus eligere, corripere tamen Papam neminem prohibet, verùm omnis homo fidelis authoritate Evangelii poſſet hoc, magis tamen competit nobis, quia tanquam fidelis, & tanquam Epiſcopus ſecundùm Evangelium frater ſumus Papæ. Iudicet igitur, qui intelligit, an contra cœlum, an ſuper aſtra cœli aſcenderimus? Si etiam nobis hoc non congrueret, *cùm per tot annos nullus aliorum confratrum noſtrorum Cardinalium murum ſe opponere voluerit pro Chriſto*, cujus fidem uſque ad Spiritum & ſanguinem tenentur defendere. Cùm autem per correptionem noſtram, irreverentiam nos Papæ feciſſe conquereris, non attendis illud *Gregorii* ad

---

Non nos. Et ſic unus juſtè reſiſtit omnibus XXXI. di. Nicena.

[*Item Gregorius*] II. q. VII. Paulus dicit: Seniorem ne increpaveris, ſed hæc ejus regula, tunc in eo obſervanda eſt, cùm ſenioris culpa ſuo exemplo non trahit ad interitum corda juniorum: ubi autem ſenior juvenibus exemplum ad interitum præbet, ibi ſtricta increpatione feriendus eſt. Nam ſcriptum eſt: Laqueus juvenum omnes vos. Et rurſum: Male-

ad univerſos Epiſcopos Con ilii Nichacii: *Sicut,* inquit, *laudabile diſcretúmq; eſt, reverentiam & honorem exhibere prioribus. Ita rectitudinis & timoris Dei eſt, ſi qua in eis ſunt, quæ indigent correctione, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum, quod abſit, corpus, morbus invadat, ſi languor non fuerit ſanatus in capite.* Ad quod dictum concurrit aliud ejusdem Gregorii II.q.VII. Admonendi ſunt ſubditi ne plus quàm expedit ſint ſubjecti ne dum ſtudẽt plus quàm neceſſe eſt hominibus ſubjici, compellantur eorum vitia venerari. Vbi etiam

dictus puer centum annorum, *Item Ieronymus* in Can. Transferunter XXIV.q.III. Veteres ſcrutans hiſtorias, inquit, invenire non poſſum, ſcidiſſe Eccleſiam, & de domo Domini populos ſeduxiſſe, præter eos, qui ſacerdotes à Deo poſiti fuerant, & Prophetæ, id eſt ſpeculatores. Iſti ergo vertuntur in laqueum tortuoſum, in omnibus locis ponentes ſcandalum Gregorius in paſtorali C.III. De Sacerdotibus: Dominus per Prophetam dicit, facti ſunt domui Iſrael in offendiculum iniquitatis. Nemo quippe amplius in Eccleſia nocet, quàm qui perversè agens nomen vel ordinem ſanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur.

rubrica idem ſuadet, quòd videlicet ſubditi Prælatorum vitia reprehendere ſtudeant. Nec diſcordat à præmiſsis illud ſextæ Conſtantinopolitanæ Synodi: Cùm læditur fides, parentum reverentia velut inutilis & periculoſa deſpicitur, amor, erga filios fratresque, vitatur. Quia verò ſecundùm præmiſſa conſiliis Chriſti, traditionibusque Chriſtianæ inſtitutionis, ſtatutisque univerſalis Eccleſiæ nos conformavimus, ab Eccleſia nec fide receſsimus, pro quibus etiam corpus & animam noſtram ponere in mortem non trepidamus, earum nempe confeſsionem, uſque ad ſpiritum & ſanguinem, Deo miſerante tenebimus. Ideoque nec, te acclamante, reſipiſcere, ubi non erravimus, nec ad Eccleſiam, in qua ſumus redire neceſſe eſt. Dixeris tibi ipſi miſer, ut reſipiſcas, & redeas, qui te hæreticum eſſe palàm judicas, ubi *virum ſanctum Felicem Papam V. Antipapam, quaſi Eccleſia, quæ eum canonicè creavit*, erraverit, auſus fuiſti pertinaciter nuncupare, & jaculum, quod ad nos dirigis, in te redeat. *Quicunque* aufert privilegium Eccleſiæ hæreticus eſt. Vbi autem deinde: Impoſsibile eſſe noſtram reprehenſionem, Deo teſte, fraternam aliquid juris & æquitatis in ipſum Papam habere arguis, quemadmodum ſit impoſsibile, illum fraternæ correctioni ſubjici, quod ſimile ſic pro-

[*Rubricæ*] ſunt authenticæ, ut dicit Io. an. in glo. ſuper. verb. titulis in procemio, lib. VI. & allegat ad hoc de pe. di. I. S Hæc autem, & quædam alia.

[*Quicunque*] ut XXI. di. Omnes &c.

probare putas. Quia *agens* ſuperius debeat eſſe patiente quod non ſit hic. Ad quod reſpondemus: *Licet Papa, ut Papa, ſimus inferior, eidem tamen ut criminoſo ſumus ſuperior.* Authoritas enim Evangelij, & Eccleſiæ, quæ ſupra Papam eminet, illique tribuit ſuperioritatem ultra nos, indignitate illa nobis adjuncta, & ſuffragari facit nos eſſe ſuperiorem, ad reprehendendum crimina illius. Et ſic quemadmodum eſt illud, à quo trahitur illa ſimilitudo, ſuperius falſificatum: Ita etiam probatio illius, quod in ſimilitudinem tractum videtur, eſt reſoluta. Præterea, quòd Papa reprehenſibilis de hæreſi, inferior ſit quolibet Clerico Catholico, epiſtola tua ſuperius tuetur per C. Sacerdotes II. q. VII. Idem vult Canon Euſebii: Nos ſequentes. VI. q. I. Et quòd Papa criminoſus non ſit *verè Papa.* ſupe-

[*Agens*] Illud in quantum agens ſemper eſt ſuperius patienti, de ſui conditione, quam vel à ſe retinet, vel aliunde accommodat. Et non rectè agit, quod in agendo non repatitur. Et ſic non recte arguit alios, qui ſe ipſum non emendat. De natura quidem agentis, ſecundùm Philoſophum, eſt in agendo repati. Papa itaque diſcrepat à natura agentis, ſi propriæ actionis, patientiam non reciprocat, id eſt, ſi non paratus eſt reformare & reformari.

[*Verè Papa.*] Tamen ante accuſationem, & pendente accuſatione remanet in officio ſuo, & omnes ſibi obedire tenentur, in illis videlicet, quæ non ſunt contra Evangelium Apoſtolicum, & Eccle-

ſuperius probatum eſt. Trahis contra nos in argumentum, Mariam leprâ percuſſam. Quia fratrem ſuum Moyſen durem populi Iſrael corripuit, ſed illa Moyſen corripuit, eò quòd duxiſſet Æthiopiſſam. Nos verò non arguiſſemus Sixtum IV. *Si Aethiopiſſam, id eſt, Eccleſiam multis deformitatibus denigratam debito modo duxiſſet.* Cogimur *autem arguere eum, quia malè ductam, malè negligit, et peſſimè deformat.* Si.

ſiam, ut de accu olim, & VIII. q. IV. Nonnę ibi tamen dicit Symmachus, quod Clericus ante finem temporis recedens ab Epiſcopo pro dubia ſuſpicione criminum extractus ſit. Lex enim, inquit, Eccleſiaſtica Pontificē, ab aliis accuſatum antequam objecta conſtiterint, exigit non relinqui.

[*Cogimur*] Ex zelo fidei, & debito, quo obligantur Eccleſiæ & univerſo populo Chriſtiano, quod non poſſumus non revelare periculum animarum, multarum, ne & nos videamur nocere. Quia nocet qui deſtruentibus non reſiſtit. Ieronymus in Can. Sancta, II, q. VII. Et ubi una anima perierit, innumerabilium mors corporum, ſi de Eccleſia homines innocentęs, violenter abſtrahantur & interficiantur, huic damno non poteſt comparari. Aug. XXIV q. III S. habes: Qui autem periculum hujusmodi inducit, & qui permittit, pariter à juſto judice damnantur. Paulus ad Rom. Ad evitandum igitur propriam damnationem, unus debet omnibus reſiſtere. In Can. Nicena XXXI. di.

Similiter & illud II. Regum VI. Vbi Oza, qui arcam tetigit, quàm cùm ſacerdos eſſet, humeris portare potuit, à Domino percuſſus eſt. Per arcam Papam intelligens, quem à nobis ſupportandum dicis, in ſcandalum fidei, & confortationem hæreticorum (quod verum non eſt) contumeliis tactum. Quam quidem percuſsionem Oze, conformans te Canoni *Plerumque* II. q. VII. rectè expoſuiſſes hoc modo, cùm quidem Arca Domini reduceretur de Gabaa in Ieruſalem bobus recalcitrantibus, arca inclinata eſt, cui dum Oza Levita manum adhiberet, à Domino percuſſus eſt. *Arca* igitur, id eſt, *Prælati*: *bobus*, id eſt, *ſubditis recalcitrantibus* inclinatur, dum Prælati compatientes, manſuetè & miſericorditer agunt, & ſe neceſsitatibus eorum accommodant, tribulationibusque eorum ſe *conformant* rigorem *mitigantes*. Cùm ergo hos propterea Oza juſtus nititur manu ſuperba *indiſcretè* arguere, à Domino percu-

[*Conformant*] Apoſtolus: Factus ſum infirmis infirmus, & omnibus omnia factus ſum.

[*Mitigantes*] Qui dementem voluerit reducere, & tentatum conſolari blandimentis, non aſperitatibus faciat. XLV. di. Qui ſincera. Et plus erga corrigendos agat benevolentia, quàm ſeveritas, plus cohortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm poteſtas. e. di. C. Licet.

[*Indiſcretè*] Habet enim hoc proprium natura arrogantium, ut humiliter neſciant inferre, quod docent & recta quæ ſapiunt, rectè miniſtrare non poſſunt, XLVI. diſt. Hoc habet. Iuſtus autem arro-

cutitur. Vnde dicit Apoſtolus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujusmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Non autem tangit ſubditus arcam, Prelatum rectè arguens, imò potius corripitur, qui una manu, id eſt, mente tantùm tangit arcam inclinatam, id eſt, Prælatum in crimina prolapſum, ad quem, ut erigeretur per correptionem, ambas manus, id eſt, tam mentis, ſeu voluntatis, quàm etiam corporalis operæ, imò totius corporis vires adhibere teneretur, vel potius humeris ſuis portare ad tabernaculum, id eſt, *judicium*. Ponens ſubſequenter modum fraternæ correctionis, quomodo per tria procedit, quod à te minimè addiſcere habuimus, audes literas noſtras falſiſsimas arguere, pro falſitate, quarum, ut facetè loquamur, *an in te pœnam ignis ſuſcipere audeas, ſcire deſideramus? pro quarum veritate nos ignem non formidabimus*, dum juſtitia dictaverit, ſuſtinere. *Plura denique in laudem*

gans eſt, dum nimis de juſtitia preſumens, in omnibus quærit rigoram, & ſic, quod in ſe juſtè agit, in alios non poteſt rectè transfundere: quia non ſunt capaces rigoris, qui etiam in æquitate deficiunt, &c.

[*Iudicium*] Conſentit etenim ſceleri, qui, dum poteſt illud non perſequitur XXIII.q.IV. Qui poteſt: Facientis verò pœna mulctatur conſentiens ad Ro. Et juſtus ſæpe perit pro impio, de conſe.di. I. In Can. Sixti Papæ.

dem Sixti IV. narrare duxiſti, quæ ſi ut à nobis cognita ſunt, ad ſolem inſpicienda ponerentur, ad maximum illius dedecus pervenirent. Debuit quidem ex debito *officii* facere plura bona, & pauperes de theſauris Eccleſiæ relevare, Eccleſiasque reparare: Sed ut, per unum, cætera, in parte, intelligantur; Stratas & vias publicas urbis reformavit, ut non tantùm reformator urbis, quantum excoriator pauperum proclametur. *Ad hanc enim reformationem tanta fuit ſibi tallia extorta, ut incredibile lucrum inde ſibi, omnibus ſopitis ſumptibus, evenerit.* Nonne hoc ſpolium pauperum licuit ſibi rentare? Vbi ſibi gloriá paraſti de opere ex rapi-

[*officii*] Petrus ad Clementem. Clemens ſi tanquam omnibus præeſſe volueris ſingulos prout valueris, juva, & ſingulos releva, quia & ſingulorum onus ac ſollicitudinem portas, ut VIII. q. I. Clemens &c. Et Ambroſius in Can. Eſt etiam, LXXXVI. diſt. Compatiamur itaque alienis calamitatibus, neceſsitates aliorum quantum poſſumus juvemus, & plus interdum, quàm poſſumus. Gloſſa, de commodis corporis noſtri aliquid obrogemus, ut ſubveniamus aliis. Et Solomon in Proverbiis. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis, & qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur, de panibus enim ſuis dedit pauperi.

pinis, & ſpoliatione pauperum perpetrato. *Dum autem ſtrata reformavit, magis tenebatur, magiſque neceſſe fuit, ſe ipſum, & ſequentes reformare.* Plura etiam contra Turchum feciſſe commemoras Sixtum IV. cujus penè omnia arma, quæ contra Turchum dicebantur eſſe diſpoſita, Turchus ſibi comparavit quadam vice, ingenti pretio. *Cum quo etiam Turcho, ut ſupra memoravimus, dictus Sixtus contra Chriſticolas fœdera pepigit*; Illumque Chriſticolas invadere nonunquam induxit *nonnunquam etiam ſub ſpecie reſiſtentiæ permiſit. Illa igitur, quæ narras, non nobis ſcientibus, ſed non ſcientibus narranda erant.* Et ſi quibusdam, *quod tamen præter morem ſuum, facit Eleemoſynam, qualem illam eſſe credis, dum unus nepos juſtè veſcitur, alius injuſtè ſpoliatur*: *unus*

[*Reformare*] Albinus dicit: Tria ſunt genera Eleemoſynarum una corporalis, dare egenti quicquid poteris Altera ſpiritualis dimittere à quo læſus fueris. Tertia delinquentem corrigere, & errantes in viam veritatis reducere. Ad hæc tria obligatur ſummus Pontifex, qui pro Chriſto gerit ſolſicitudinem omnium VIII q. I. Clemens &c.

[*Spoliatur*] David ad Hornan. Neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta

unus juſtè paſcitur, alius injuſtè fame torquetur. Non accipit hujusmodi Eleemoſynas Deus. Sed audi illud Propheticum Eccleſiaſt. 34. Panis egentium vita pauperum eſt, qui defraudat illum, vir ſanguinum eſt. Væ populo Chriſtiano, ſi hujus ſceleſtiſsimi, te monente, in exemplum ſuſcipit *Pontificis, imò potius pontifractoris turpiſſima opera.* Vtinam, ut ſperamus, & citò ſuccedat, ordinante Deo! Quatenus læſa Eccleſia vincat, arguta intelligat, deſerta ſecuretur, impugnata obtineat, pulſa prævaleat, preſſa triumphet, juxta dictum Hilarii: *Væ* enim Eccleſiæ ſanctæ Dei ſancti,

gratuita. Idem 2. Regum ultimo, & ibi Hornan dicitur Areuna: Et alibi, Qui refert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui filium victimat in conſpectu patris ſui, Eccleſiaſt. 34.

[*Væ*] Eccleſia habet Væ non condemnationis, ſed compaſsionis; non miſeriæ, ſed miſerationis, dum luget, dolet, & plangit tot pericula animarum, quæ cæci paſtoris ductu, ſtultè confiſi, vel ipſæ cæcæ ceciderunt, in lacum damnationis, & fructum non faciunt filii ejus, ſicut novellæ olivarum, in circuitu menſæ Eccleſiæ, dum ad ea non poſſunt propinquare, cùm jam menſa illa heu! conſtipata ſit, utinam virentibus quinque arboribus ficuum maledictis à Domino, ſed prohdolor! Marcentes in miniſterio appropinquaverunt nimis hiſtriones & aſini. Hinc Eccleſia ſe conqueritur vulneratam quia non habet, qui eam defendat, & denudatam, pallio

ſi Sixtum IV. diutius teneat, qui eam denudat, tradit, inficit, ſcandaliſat, deturpat, conturbat, & negligit. Quæris, quid nobis cum aſino Baalam, commune ſit, bono Angelo moto? Nos verò ut veſanum à maligno ſpiritu agitari blaſphematoriè garris. Oportet hujusmodi audire, qui ſequentes Chriſtum, detgſtantur mala. Nam & Iudæi de Chriſto dicebant, quòd dæmonium habet. Etiam Chriſtus dixit Apoſtolis: Beatos eos eſſe, cùm maledicerent eis homines, & mala de eis dicerent, perſequerenturque eos: quum *merces* eorum eſſet in cœlis. Qui aliunde neſciat, in prologis ſuis ſuper libros Bibliæ, diverſis reperiet, quod detractiones paſſus ſit ſanctiſsimus ille Ieronymus propter veritatem, quam exquiſivit. Quotiens illum invidiæmuli ſui, & honoris indebiti avidi, rauca voce *ſacrilegum falſarium, & corruptorem Sacra*

---

honeſtatis ſublato per cuſtodes murorum. O rem non ſatis conqueribilem! pia mater à filiis opprimitur, liberalis Domina à ſervis ingratiſsimis ſpoliatur.

[*Merces*] Patenter his verbis, inſinuat nobis Dominus: non debere nos appetere de bonis noſtris operibus mercedem laudis. Quia merces bonorum eſt in cœlis non in terris. Si enim ita martyrium fecerimus ut noſtræ ab hominibus reliquię venerentur, perfidiæ magis tormentum eſt, quàm corona victoriæ.

cra Scripturæ appellare non verebantur. Blaſphemiam igitur tuam in nos conjectam, aliter confundere non audemus, quàm verbis Michaelis Archangeli, dicamus: Imperet tibi Deus. Aut verbis Pauli: Percutiet te Deus, paries dealbate. Si verò inſanis, inſaniam tuam compeſcat Divina potentia, rabiemque tuam ſancta juſtitia curet. *Nunquam etiam profectò Sixti IV. maledictio, id eſt, quod non malè, ſed malum de eo dictum eſt, in benedictionem commutetur, niſi ſe* purgaverit. Adducis ſubinde reprehenſionem Pauli factam de Petro, non ut majori, ſed ut æquali. *Ideoque nobis ad Papam majorem non licere. Superius tamen ſufficienter monſtravimus,*

[*purgaverit*] Quod etiam facere tenetur ſub pœna anathematis, poſtquam ab Eccleſia ſibi indicitur: De hæreticis; Cùm, ad abolendam, Et non ſufficit, quem in conſcientia ſua eſſe immunem, niſi & innocentiam ſuam aliis oſtenderit, conſcientiæ enim puritas unicuiq; per ſe eſt neceſſaria, famæ integritas, pro proximis. Crudelis enim eſt, qui fidens conſcientiæ famam ſuam negligit XII. q I. Nolo. Et nullus debet famæ ſuæ prodigus eſſe. Providere enim debemus bona, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus omnibus, & qui ſcandaliſaverit unum ex puſillis iſtis, expedit ei, ut appenſa collo ejus mola aſinariâ mittatur in mare.

quod in reprehenſionis caſu Papa minor eſt imò etiam non Papa. Præterea tamen videamus, quid de hac rep[illegible]ſione loquês Auguſtinus ſentiat. Inquit eni[illegible]alus Petrum reprehendit, quòd non auderet, niſi ſe non imparem ſciret: Hoc non de officio Eccleſiaſticæ dignitatis, ſed de puritate vitæ & ſanctitate converſationis intelligitur. Solus enim Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat. *Item idem Auguſt.* Queritur Pater de malo filio, queritur filius de duro patre, ſervamus honorificentiam patri, quæ debetur à filio, non æquamus filium patri, in honore, ſed præponimus filium patri in veritate, & ſic tribuimus honorem debitum, ut non perdat æquitas meritum. *Hæc ille.* His igitur quaſi ſuperfluis quibusdam propoſitionibus planè demonſtravimus in nobis, ſanè contra aſſertiones tuas apparere veſtigium, quò reprehendere crimina Sixti IV. potuerimus.

Nunc ad *tertium* principale, *ubi Papam ſtatutis Conciliorum non ſubjacere*, per illud Thomæ de pot. Dei q. X. art. IV. & quòd absque licentia ſummi Pontificis non poſsit congregare Concilium, ejus etiam authoritatem à Papa pendere, per dictum Pelagii XVII diſt. probare æſtimas. Verba multiplicare opus non eſt, ſufficienter enim de illis dictum eſt, in præcedentibus, ubi & authoritates illæ explanatæ ſunt. Tamen ubi coram

[*Non Papa.*] Id eſt, non habens authoritatem impediendi reprehenſionem ſuam, quæ fit authoritate Evangelii.

ram Deo & Ieſu Chriſto,ô vir ſine conſcientia, teſtificari te aſſeris, *modernum ſummum Pontificem ſitire reformationem,& pacificum regimen Eccleſiæ.* Quis non te coram Deo & Ieſu Chriſto,tanquam virum damnatum mentiri dicat? cùm conſtet, *neminem magis eo Pontifice eſſe contra reformationem,cui nemo magis deformatus eſt , qui nec per ſe reformationi* intendit , *nec aliis pro ea annuit,volentésque reformationem inducere , notoriè perſequitur,nos videlicet,* Quis autem eo unquam magis Pontificum in ardore litium pro exaltando filio ſuo Ieronymo exæſtuavit? Quis unquam magis, tam fideles , quàm infideles,contra Eccleſiam pauperem, videlicet Chriſtianitatem provocavit? Quis unquam magis eo , novas in dies lites ſuſcitavit? Hunc tu dicis ſitire reformationem , & pacificum regimen? Et [illegible] adducis prævaricationem *Eccleſiæ*; quis, obſecra[illegible]s , magis Sixto IV. prævaricatur, qui *aliis* quoque prævaricandi occaſio eſt? Quis eo

[*Intendit*] Quomodo enim poteſt præſes Eccleſiæ auferre malum de medio ejus,qui in delictum ſimile corruerit? aut qua libertate peccantem corripere, cùm tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe,quæ corripit? Ier.in Can primum di. XXVI.

[*Eccleſiæ*] Id eſt, fidelium , qui ſunt in Eccleſia; ipſa enim non prævaricatur.

[*Aliis*] Qui dum vitam ſuperiorum diſcutiunt,

magis denigratus eſt? Quis eo magis inclinatur ad terrena? Quis eo magis congregat illicitè pecunias? Quis eo magis infidelior? Quis eo magis currit cum furibus? Quis eo magis illicita advertit munera? *Clamat*, inquis, *mundus pro Concilio; ſed quomodo congregabitur?* Interroga Deum, quomodo cœlum & terram verbo creaverit. Inſpiciet Deus neceſsitatem Eccleſiæ, opportunitatem temporis, deſiderium populi, *& ipſe congregabit, qui eſt omnipotens, de cujus tu fortè omnipotentia dubitas*. Dicis: Quomodo Concilium congregabitur, ubi diſperſi ſunt lapides ſanctuarii ejus? Si inſtinctu Spiritus Sancti, unita ſunt vota tantorum hominum, ut jam mundus dicatur clamare pro Concilio. Non difficile erit Spiritui Sancto, ut in antea dirigat, illius enim eſt congregare, ſecundùm quòd petit Pſalmiſta orans: Congreganos de nationibus Deus. Non, enim eſt opus hoc hominum, nec currentis, nec volentis, videlicet homines à finibus terræ congregare, ſed Dei miſerentis. Qui unanimes & unius moris homines facit habitare in domo Eccleſiæ, cum conſenſu. Apud homines verò impoſsibile eſt, ſed Deus omnia poteſt. *Obſcuratum*, inquis, *eſt aurum*; ſed elimabitur. *Mutatus eſt color opti-*

malam, in magnum contemptionis Divinorum præceptorum crimen incurrunt, ut I. q. I. Multi, Capite langueſcente, membra in caſſum vigent. Gloſſ. in paſſ. XIX.

optimus; ſed denuò tingetur, Quæris: *Ubi ſit obedientia Principum*, cùm tamen nullus Principum ſit, ut ſperamus, qui non velit libenter ſanctæ Matri ſuæ obedire Eccleſiæ. Nec mirere, ſummo Pontifici inobedientes, *qui nec Deo, nec Eccleſiæ aliqualiter obedit, & ſubditis ſuis inobedientiæ occaſionem præſtat.* Dicis: *Quis profectus venerit ex Concilio Baſilcenſi?* Vbi iterum blaſphemas Spiritum Sanctum, nominando Antipapam, quem, ut fideliter credimus, *ſuo arbitrio* per Concilium Spiritus Sanctus in Papam

[*Suo arbitrio*] Nec faciat tibi in tam ſanctum virum articulum, quòd ceſſerit. Qui nempe de ſolitudinæ Ripaliæ poſt *ſanctam* de eo, & ferè *miraculoſam* de eo electionem à triginta duobus, ad hoc à Concilio ordinatis, patribus factam, per glorioſum illum & ſanctum Arelatenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, ſanctæ Cæciliæ Preſpyterum, & Cardinalem Ludovicum Alammandi, Eccleſiæ ſanctæ Deifirmiſſimam columnam, authoritate Concilii ſolenniter & imperioſè vocatus, ubi vitam ſolitariam, & pœnitentem agere duxerat, in barba religioſa, & veſtibus fratricellæ adductus eſt, & maximè renuit, tertioque humiliter reſtitit, ubi poſtquam ſibi in virtute ſanctæ obedientiæ mandatum eſſet, & reduceretur ſibi ad opinionem, quatènus hoc ſibi ſaluti & univerſali Eccleſiæ profectui eſſet: Etiam conteſtatum eſſet, ſibi à dicto Arelatenſi, qui antea

digniſsimam erexit. Tantus profectò ex illo Concilio toti Chriſtianitati profectus, tantum in fide populo atque poſſeſsione augmentum prorupiſſet (ſi

duabus electionibus interfuerat Martini V. videlicet, in Concilio Conſtantienſi, & Eugenii IV. in urbe: *hujusmodi electionem tam miraculoſam extitiſſe in convenientia votorum, quod non dubitandum eſſet, quin Spiritus Sanctus eum ſuo voto elegiſſet.* Tunc flexis genibus ille ſanctus vir, qui jam omnem mundanam ſollicitudinem exuerat, jam maximæ ſollicitudinis pondus, trepidus & tremens aſſumpſit, dicens: Fiat voluntas Dei de ſervo ſuo Manſitque ſic, more priorum Pontificum, pro Ecleſia ſancta Dei patiens rebellionis in eum, à quàm pluribus factæ damnabiliter; quamdiu ille Hæreticus Gabriel de Venetijs, pertinaciter ſeſe pro Papa geſsit. Quo mortuo, dum venerabilis Theologiæ magiſter, vocatus Nicolaus V. eligeretur, ne contingeret, diutius impium ſchiſma in Eccleſia Dei protelari in periculum animarũ, curá univerſalis Eccleſię, quam invitus ſumpſerat libenter dimiſit, quòd tamẽ vivente Hęretico, ne veritatem derelinqueret, facere noluit. Volens libenter cum deſpecta Eccleſia & ipſe deſpici. O virum inclytum & digniſsimum S. Petri ſucceſſorem, & verè ſanctiſsimum Domini noſtri Ieſu Chriſti Vicarium, Præſulem que à Spiritu S. electum & firmatum, piiſsimum univerſalis Eccleſiæ patrem, fidei zelatorem maximum, qui clariſsimi Sabaudi-

(ſi ea, quæ in ipſum concluſit fideliter executa,& non per inimicos homines zizaniorum ſatores impedita fuiſſent)quantus, *quantúmque ex nullo unquam Concilio à Chriſti* nativitate. Quæ

genarum ſanguinis vera nobilitas & decus eſt immortali nomine prædicandum. Quis illius devotæ ſenectutis laudem , & gloriam ſatis poterit commendare? *Pet. Trevir.*

[*Nativitate*] Intellige à Chriſtianis habito. Nam ex hoc prorupit ſalus Chriſtianitatis , quod collegerant Pontifices & Phariſæi, ubi in Spiritu S. Cajaphas Prophetavit , dicens : Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, Hoc erat illud admirabile conſilium Sanctæ Trinitatis, ſuper ſalute humani generis , quod Spiritus S. ſuggeſsit Cajaphæ præſidenti in Concilio Iudæorum. Ecce quòd in Concilio Spiritus Sanctus etiam ex malis conſulat,& arbitretur cum authoritate quadam & miraculo, eò quòd ejus ſententia prolata ſtatim placeat, quemadmodum in Nicena Synodo Paphnucius contradixit concluſioni, quæ erat: *Ne Presbyteri & Diaconi, cum uxoribus, quas ante conſecrationem duxerant, dormirent.* Gravem aſſerens legem , quæ peccandi introducat occaſionem. Et ipſe nuptiarum inexpertus illas honorabiles confeſſus eſt. Et ſtatim ſententia ejus omnibus placuit. Plura nempe fuerunt Concilia, ex quibus maximus prorupit profectus, ut Nicenum &c. Sed

omnia, ſi, ut vivaciter reperiuntur fideliter exequerentur & reſumerentur, eò major, quàm tunc temporis, modò inde proveniret profectus, quantò magis Chriſtianitas modò in poſſeſsione, populo, atque obſervantia fideli deficit. Hoc enim apud uniuſcujusque fidelis Chriſtiani conſcientiam relinquimus conteſtatum. Quòd ſi Chriſtianitas tamdiu ſtabit absq; Concilio, *quantum, prochdolor, hactenus ſtetit, tantúmque defecerit, quantum interim, parva portio Chriſtianitatis erit* [reſidua]. *Poſſeſsio jam parva eſt, populus eà*

illa ſuper una potiſsimum cauſa congregata ſunt. *Tot & tanta jam reſtant, quot & quanta nullus capit; fluctuamus enim & neſcimus, erramus & non cognoſcimus; infirmamur, & non ſentimus. Ergo ſic ſine medela perimus, qui nulla medela opus habere credimus.*

[*Reſidua*] Quia ab exteris abſumitur, ut patet in litera. Duo enim imperia amiſit Eccleſia, Trapezũticum, ab antiquo, & ſub hominibus noſtri temporis Græcorum: Latinorum verò maximè diminutum eſt, etiã circa Danubiũ. Et ab interis conſumeretur, ut patet per Canonem; Canones XV. di. qui dicit Chriſtianitas in diverſas ſciſſa eſt hæreſes. Quia non erat Epiſcopis licentia conveniendi in unum. Vtinam corde caperemus, quod heu oculis vidimus, & auribus audimus, omnem fermè erga fi-

eò minor. Obſervantia ferè nulla fidelis. Nonne Græciam interim amiſimus, imperium illud famoſum? Quot autem regna; quot provincias, quot civitates terræ noſtræ Europæ Turchus occupat? Sed heu! quod magis advertendum eſt, quot turpitudines inter Chriſticolas vigent? Quæ horum cauſa eſt? Nonne illa, quia non eſt obeditum Sacroſancto, & verè verè Sacroſancto Concilio Baſileenſi. Quapropter ſicut ordinationes illius ſaluberrimæ, à cunctis in deſpectum Spiritus S. annihilatæ ſunt; Ita Deus annihilari permittit fidem noſtram, fœdera noſtra, poſſeſsiones noſtras, gloriam noſtram, populum noſtrum, & perſonas noſtras. Cùm enim non datur obedientia ſacro Concilio, cui debetur, neceſſe eſt, eam darj Turcho. Parcat autem Deus illis, qui occaſionem inobedientiæ dederunt, multa & maxima bona impediverunt, & violenter oppreſſerunt, maximaque mala ſuper totam Chriſtianitatem induxerunt: Parcat illis Deus. Sed quia per ea oportet ſatisfieri, per quæ peccatur. Igitur nullum poterit Chriſtianitati melius adhiberi remedium, quàm prout Spiritus S in Concilio Conſtantienſi dictavit, ſacri videlicet celebratio Concilii. Hæc enim hæreſes, errores, & ſchiſmata extirpat, exceſſus corrigit, populum pacificat, atque ad unita-

dem vacillationem. Videmus utique in nos deveniſſe fines ſeculorum, in quibus charitas tota refriguit, & iniquitas ſuperabundat. *Petrus Trevir.*

tatem morum atque animorum reducit, ad reſiſtendum perſequentibus Eccleſiam, & recuperandum terras deperditas. Maximum igitur malum eſt ſacro Concilio adſcribere, quod perverſorum induxit malitia ſuperiorum, & ſubditorum imbecillitas in maximam ſui perniciem acceptavit. Iactas te velle conficere tractatum quendam, vide ne feceris, quod cum damnatione vitæ tuæ dudum merita poſſit reprobari. Iudicem enim habebis veritatis Doctorem, qui nullum poterit erroneum impunitum præterire. Deſcendis conſequenter ad Simoniam, *circa quam tangis famoſam illam Canoniſtarum diſtinctionē, qua dicunt: Quædam eſſe prohibita, quia Simoniaca; & quædam Simoniaca, quia prohibita.* Illa autem diſtinctio, quàm ſuperflua ſit, ſequens ratio demonſtrat. Conſtat enim, *quòd humana conſtitutio non alterat delicti ſpeciem*, quòd de ſe & per ſe eſt tale, ex ſuæ intrinſeca conditione naturæ, & quomodo nec alterat, ita nec efficit: Modò illa quę Simoniaca dicuntur. Quia prohibita jure poſitivo, ſi jam talia non ſunt, ex ſuæ intrinſeca conditione naturæ, vel quia non Divino jure prohibita, certè illa Simoniaca non ſunt. Et ſi intelligitur de his, Papam Simoniam committere non poſſe, quia Simonia nō eſt, duo oppoſita affirmantur. *Sed quia Simonia crimen eſt graviſſimum, jure divino prohibitum, etiam nullo exiſtente jure poſitivo*, tam in recipiente temporalia, pro ſpirituali

alibus, prout in Giezi contigit, quam in offerente, prout in Simone Mago: Igitur conſtat Papam committere poſſe hoc crimen, *quod ſacri Canones in tantum deteſtati ſunt, ut ejus comparatione, cætera crimina quaſi pro nihilo habuerint, cujus tanta eſt immanitas, ut hoc ſolùm crimẽ Hæreticum* appellare *conſueverint,* *tan-*

[*Appellare*] I.q.I Eos, ubi dicitur: Tollerabilior eſt Macedonii, & eorum, qui circa ipſum ſunt S. Spiritus impugnatorum hęreſis impia, quàm ſit Simonia. Illi enim creaturam, & ſervum Dei Patris & Filii, Spiritum S delirando, fatentur. Ipſi verò Simoniaci, eundem Spiritum S. efficiunt ſuum ſervum. Et poſt pauca: Nam viceſimus nonus Canon ſanctorum Apoſtolorum, & Actus eorundem, & tertius & IV. liber regnorum, alienum omnino in ſacerdotio pronunciant, qui aliquando dederit vel acceperit, pecuniam in aliquo tempore, ſive ante manus impoſitionem, ſive poſt. Accipere enim eſt, quandocunque accipere. Videas totam illam quæſtionem. Poteſt quis tollerari in beneficio empto, per patrem, ſi illud reſignet, per c.I.c. 1.q.V. Et hoc eſt verum, ſi ignoravit emptionem. Qui per ſe emit, transferat ſe ad aliam Eccleſiam, quod ſi non poteſt, in prima Eccleſia maneat contentus minoribus ordinibus, non accedens ad ſacros ordines ſine diſpenſatione Apoſtolica. Si verò ante emptionem Catholicè ordinatus eſt cum ea, quæ emit, di-

tanquam in veteri & novo Teſtamento maxima deteſtatione reprobatum. Illud quidem præ cæteris cunctis meritò timorem incuteret, quod nunquam reperitur, Dominum Ieſum Chriſtum tanta ſeveritate, tamque diſtricta cenſura juſtitiæ peccatores corripuiſſe, quemadmodum Simoniacos, quos non ſolùm increpavit eloquio, verùm etiam flagello de reſticulis facto propriis manibus verberans eliminavit à templo, apertè demonſtrans, quòd tales negotiatores, non ſicut peccatores cæteri ſint corripiendi, ſed à templo Dei, id eſt, ſancta Eccleſia longiùs projiciendi. Dicis autem certis reſpectibus, Papam Simoniam contrahere non poſſe. Non cum Clericis, quo

miſerit, in ſuo gradu permittitur, niſi primum locum debeat in Eccleſia illa habere, quam extunc retinere non poteſt. Item, ſi quis per patris pecuniam adeptus eſt ordinem, ita tamen, quod Simonia non fuit in ordinante, poſtquam ordini renunciat, poteſt eodem ex una fungi ut I. q. V. c. Præſentium. Si autem ipſe dederit, vel conſcius eſt Simoniæ, tunc diſtinguitur: quia, aut accepit ordinem, vel dignitatem aliquam, vel aliquod beneficium Eccleſiaſticum. Si ordinem, vel prælationem, deponitur, nec debet ſecum diſpenſari, ut I. q. I. Erga. & C. Si quis neque. Et I. q. VII, Si quis omnem, & C. Requiritis. Si verò Eccleſiam, vel præbendam, vel ſimile beneficium, de jure deponitur, ut I. q. I. Presbyter. Sed ex diſpenſatione poſt renuntiationem poteſt in eodem beneficio remanere, ut C. I. I. q. V.

quorum bona ſua eſſe contendis, quantum ad uſum pro ſua neceſsitate, ad quod Clerici abundantes reſpondeant. Rectè autem dicis pro ſua neceſsitate. Sed neſcis, quod tanti ſunt ſibi ab Eccleſia redditus provenientes, quòd præter bona Clericorum magnificè poteſt ſtatum ſuum tenere, qui ſolo deberet victu & amictu contentari. Sed cùm illis non contentus ſit, medietatem redituum primi anni, de quolibet beneficio recipit, vel ſuo nomine recipitur, à dioceſanis, quos in receptionem pallii de hujusmodi, correſpondere oportet. Quod utique modo illicitum eſt, ad uſus vanitatis ſuæ pertingere, quod pauperibus Chriſti ordinatum eſt. Cùm ipſe Papa non Dominus beneficiorum ſit, ſed adminiſtrator, ut de illis vacantibus, non pro libitu, ſicut Dominus rem ſuam donans, ſed idoneis providere teneatur. Nec ut pater familias poteſt dare noviſsimo, ſicut primo, ſed unicuique ſecundùm ſuam virtutem. Et ultra omnia iſta mala, cûm divina lege obligetur, manus ſuas cuſtodire mundas ab omni munere, Beneficia non tribuit, nec ſpirituales gratias largitur, niſi pecuniam accipiat. Ad quod dicis: Quomodo nos diſcernamus utrum ea intentione tribuat ſpiritualia, ut recipiat temporalia? Hoc ſanè modo. Nam ſpiritualia non deportantur, niſi temporalibus dimiſſis. Nec eum temporalia quaſi gratitudinis loco oblata recipere dicas. Cùm hujusmodi oblationem gratitudo moderari haberet offerentis modo, hoc non fit, ſed ponitur taxa de neceſsitate ſolvenda. Alioquin qui nihil dedit, nihil accipit. Sed cùm etiam ex officio tenetur idoneis

pro-

providere, nulla deberet exactio ſpes, imò nec receptio muneris à Papa fieri; quia munera excæcant oculos ſapientum, & pervertunt verba juſtorum: quantò igitur magis injuſtorum perverſiones nutriunt, prout videtur jam per experientiam *Quod, heu! Idiotæ habentes ſolvere beneficia, illis emptis abundant viri, ea meriti, ob paupertatem ſecluſi & deſpecti, mendicant.* O igitur maximam patientiam Dei de malo regimine Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Etiam dicis, *quòd cum Laicis non poſſit Papa committere Simoniam, quorum bona poſſit juſtè recipere, pro Eccleſiæ utilitate.* Reſpondeant his Laici: Tu autem benedixiſti pro Eccleſiæ utilitate, id eſt, non per modum vel pretii *gratiæ ſpiritualis*, vel muneris illiciti, ☞ ſed

[*Gratiæ ſpiritualis*] Qualis cum ſit inæſtimabilis, in nullam heu! æſtimationem deducta eſt, & quod præter injuriam Apoſtolicæ largitatis dixerim, tanta fuit exorbitantia in Partibus Alemanniæ, cujus vehementer pudendum ſit dolendumque. Et quàm vereor eſſe materiam multorum malorum, & vilipendii tam pretioſi theſauri ſanguinis Chriſti, ſanctorumque Martyrum meritorum, ex quibus remiſſio peccatorum reſultat. Fuit multiplicatio indulgentiarum, ita ut ſimplex ruſticus, qui tanta myſteria ponderare neſcit, nauſeam inde haberet, vel ſpretum, vel ludum, plus facilitatem Papæ, ne dicam avaritiam, quàm ſuæ ſanctitatis in fideles

ſpiritualem liberalitatē intuentes. Non erat capella, quaſi in Alemannia, que plenariis remiſsionibus careret, ubique erant capſulæ avaritiæ ſuſpicionem in Laicos ſeminantes, tot fuerunt prorogationes datarum indulgentiarum, & illa erat plenaria ad Eccleſiam erigendam, illa ad hoſpitale ſtruendum, illa ad Turchum expellendum, & una ſemper aliam impediebat, & ſuper veniens omnes priores nitebatur vitiare. Inde factum fuit, quòd ego audierim multos in principio ad eas vehementer devotos, & ſua etiam pro eis conſequendis elargientes, poſtmodum ita inde nauſeatos, ut optâſſent, ſe ſuas, & Papam ſuas, indulgentias rehabere. Ecce, quale vitium & ſcandalum in ſanguinem Ieſu Chriſti, & pretium redemptionis noſtræ, quod ante porcos projectum, & canibus datum eſt, ut laceretur, & rudiſsimis illis agreſtibus ad nauſeam appoſitum ſine modo! Omnia enim ſuis terminis contineri dignum eſt, quos cùm transgreditur, etiam bonum quantumlibet, magis turpitudinis, quàm bonitatis ſortitur ſpeciem. Inde non absque cauſa de menſura loquitur Dominus in Evangelio, ita ut non ſit vitium, bene refertam dare menſuram, dummodò conſideretur menſura. Præterea erant remiſsiones contra bonum Eccleſiaſtici ſtatus, ubi pro parricidio quis facillimè abſolveretur, per idiotam quempiam religioſum. Inde eſt, quòd multi Laici reficerentur, & nihili penderent parricidium, dicentes: Ego remiſsionem cum abſolutione poſſum pecuniâ emere. Item erant diſpenſationes in ſecundo gradu, in quo articulo hactenus Apoſtolica ſedes gravil.

ſima fuit, ita ut nonnunquam Principes cùm magnæ cauſæ ſubeſſent id non poſſent obtinere quoquo ſtudio, jam largiebatur modicâ pecuniâ. Et ſic fuerunt multæ indulgentiæ, ſed, quod timeo, à paucis conſecutæ. Erat etiam Dominus Gentilis de Spoleto legatus in partibus confœderatorum, qui voluit concedere illis Laicis, ut poſſent publicis judiciis vindicare crimina ſacerdotum, & ſacerdotem furem, quaſi Laicum, ad patibulum ſuſpendere, prout eis indulſit eos, poſſe capere & incarcerare. Sed Laici, hoc accepto, cogitaverunt, eſſe illicitum hoc indultum, & eis id accipere, & gladium ſecularem in Chriſtum Domini exercere recuſaverunt. Tamen reformant, puniunt, inſtituunt, & deſtituunt Clerum in ſuis ditionibus, illumque ſub pedibus ſuis habent. Proh! ſcandalum, & ô maxima Cleri ſtrages, cujus inimici Laici ſunt judices. Iam contigit, ut ſecundùm Iſaiam; ſicut populus, ſic ſacerdos ſit. Et utinam pari conditione cenſeretur Sacerdos, cum Laico, ne omnino ſuppeditaretur, cùm indignum ſit eſſe à Deo Sacerdotes, qui tributum dent Laicis more Iudæorum: Revera non potuit illud indultum procedere; quia erat contra jus Divinum. Nolite, inquit Deus, tangere chriſtos meos. Et alibi; Diis non detrahes. David, qui erat à Deo electus in locum reprobi Saul, hunc tamen ſe pertinaciter perſequentem, quia unctum, cùm poſſet interficere noluit, quanquam & ipſe unctus, & in locum illius etiam, à Domino ſubrogatus, ſed ſemper pepercit & ei nocere timuit, cujus jam ipſe ſuperior erat. Dixit enim ſpiritu Prophetico: Quis mit-

mittet manum ſuam in Chriſtum Domini,& innocens erit? quaſi apertè diceret, nullus, etſi etiam unctus atq; ſuperior, etiam ſi aliàs juſtè poſſet ex delicto unctis, tamen, quanquã delinquentibus, omnis homo parcere debet. O maximus error & præſumtio Prælatorum, ſcandalumque indelebile, quod Eccelſiaſtico ſtatui inferunt ſuperiores! Ego iſta nunquam commendabo. Quis jam ignoret Pſeudo chriſtos, & Pſeudo-prophetas, aut quis expectet Antichriſti adventum, quem natum in moribus omniũ cernimus? Cæci Laici credunt, ſe mox, ut pecunias ſuas dederint & confeſsionem ſuam edixerint, ſe conſecutos illas indulgentias, & omniũ peccatorum remiſsionem, & in præſumptione audent peccare; & juxta Apoſtolum rurſus jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis. Hi quàm ſtultè agant, non intelligunt. Cùm dicat Auguſt. Pœnitentiam dare poſſumus, ſecuritatem autem dare non poſſumus; de pœ diſt. VII Si quis, &c. Diſponendum igitur eſt cor, ut veram pœnitentiam & contritionem à Deo percipiat, qua particeps effici mereatur remiſsionis. Errant, errant miſeri, & in præcipitium ſeſe dant, hoc propoſito peccata ſua aggravantes, dum debere falsè putant: Attendant, attendant, quòd actus activorum non ſunt niſi in patiente, bene prædiſpoſito.

☞ ſed voluntarii & neceſſarii ſubſidii, ad Eccleſiæ utilitatem, non ad Papæ vanitatem. Si igitur ſuperius probavimus, illum, qui contrahit crimen in ſede, Papam non eſſe, quomodo aliquis ſedem illam per crimen poterit adipiſci ut ſit Papa? Profectò *minimè*. Dum autem inveſtigas, quomodo potue- ☞ rit

[*Minimè*] Id eſt, non ut debet, & gloſſ. ex Can: Pono minimè, & nonnullo modo: ubi tamen quæro, quomodo. Poteſt enim aliquo modo adipiſci, id eſt, indebitè, & ideò deponitur. Quòd ſi non adipiſceretur, non deponeretur, ſed alius imponeretur. Quod tamen ſecundum practicam hactenus in Eccleſia Dei obſervatam non fit, ſed depoſito illo, qui non debitè adeptus erat imponitur, alter debitè; Quamvis enim non deſit veritas officii, ceſſare tamen debet adminiſtratio officii, quemadmodum collati Simoniacè ordines; ordines eſſe deſinunt, non ut minuatur veritas ſacrificii; ſed ut ceſſet officium adminiſtrandi ut I.q.I. Remiſſionem peccatorum, S. Cùm ergo, in fi. Quia Spiritus Sanctus reprobos ita fugit, ut etiam per illorum miniſterium probos colligat C.q. Epiſcopus ſanctus. Divino verò jure à ſacerdotio alienus eſt Simoniacus: E.q. Eos, id eſt, non dicitur tollerari, quanquã ejus miniſterio Spiritus Sanctus bonos colligat, ut ſupra. Nam quicunque ſtudet pretii donatione ſacrum ordinem percipere, ſacerdos non eſt, ſed inaniter dici tantummodò concupiſcit. Gregorius in Can. quicunque I.q.I. Et characterem habet ſine exe-

executione Glo.in verbo Spiritum, ſuper.c. gratia. E.q. Et presbyter,qui Eccleſiam pecuniâ obtinuit, Eccleſiâ & ſacerdotio ſpoliatur, E. q. Presbyter, & Simoniaca hæreſis eſt,altare,decimas, & Spiritum S,vendere vel emere in dicto C. Presbyter,& ex Concilio Chalcedonenſi. Si quis Epiſcopus,per pecuniam ordinationem fecerit,& ſub pretio redemerit Spiritus Sancti gratiam,quæ vendi non poteſt, ordinaverit per pecuniam Presbyterum, aut Diaconum,aut quemlibet ex his qui cognominantur in Clero,promoverit etiam diſpenſatorem aut defenſorem, vel quemlibet,qui ſubjectus eſt regulæ,pro turpiſsimi ſui lucri commodo is,cui hoc attemptanti probatum fuerit,proprii gradus periculo ſubjacebit,& qui ordinatus eſt,nihil ex hac ordinatione vel promotione, quæ eſt per negotiationem facta,perficiat,ſed ſit alienus à dignitate,vel à ſollicitudine,quam pecuniis acquiſivit. Si quis verò mediator tam turpibus & nefandis datis,vel acceptis extiterit,ſiquidem Clericus fuerit,à proprio gradu decidat,ſi verò Laicus,anathematiſetur. Item ex VIII. Synodo: Qui per pecuniam quenquam conſecraverit,vel ab alio conſecratus eſt, à ſacerdotio ſit alienus. Et Gregorius Nazianzenus: Qui ſtudet domum Dei pretio mercari,in ſacro ordine nulla ratione de cætero permanere, aut revocari poſſe dubium non eſt, talis à communione modis omnibus abſcindatur. Nam Sancti Spiritus donum pretio comparari,quid aliud,quam capitale crimen & Simoniaca hæreſis? Quod,quàm deteſtabiliter in utroque Teſtamento vindicatum ſit, multorum

exemplis facilè apparet. Giezi gratiam ſanitatis Naaman Syro vendidit, mox laqueo ſuſpenſus eandem redemptionis gratiam non obtinuit. Et meritò: quia nemo poteſt retinere, quod vendidit. Simon etiam magus, cûm eandem gratiam Spiritus Sancti emere vellet, damnationis ſuæ ſententiam à Petro audivit: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: Quia donum Dei exiſtimâſti pecuniâ poſsidere. Dominus etiam, ut ementes & vendentes hujus gratiæ expertes oſtenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimiſit, ſingulariter vendentes & ementes, increpans, & flagellans, de templo ejecit In quo venditores & emptores ſuos gratia Spiritus S. conſtat deſtitutos eſſe & vacuos. Quos enim Chriſtus ejecit de templo, numquid Spiritus Chriſti faciet ſibi templum? Et Gregorius Papa: Quisquis per pecuniam ordinatur ad hoc, ut fiat hæreticus, promovetur. Quisquis ergo contra Simoniacam & Neophytorum hæreſin pro officii ſui loco vehementer non exarſerit, cum eo, ſe non dubiter habiturum portionem, qui priùs commiſit hoc piaculare flagitium.

Erit Cathedram emiſſe ſanctam, duplicem viam excogitans pretii, vel promiſsionis, quarum neutram credendam eſſe perſuades, quarumque etiam probationes tibi non ponemus, nec neceſſe eſt hujusmodi à quolibet qui aliàs ea neſcit, *credi*. Sufficit enim pro noſtro propoſito, poſtquam probaverimus coram judicio univerſalis Eccleſiæ. *Aſſimilare nos conaris perinde illi maledicto Chã,* quem patris verenda detexiſſe mentiris, cùm Scriptura teſtetur, eum ejusmodi detecta prodidiſſe. Igitur ſi proditionis & accuſationis differentiam cognoveris, ab hac profectò aſsimilatione ceſſabis. Prodere enim eſt deferre non probanda. Sed *accuſare*

[*Credi*] Quia ſæpe innocens accuſatur.

[*Accuſare*] Et habentur in Can. Plerumque II. q. VII. & ſic dicitur: Quòd etiam malo zelo denuntians audiatur, dummodo ſuam proſequatur, quantò magis, dummodo Eccleſiæ proſequitur injuriam. & eſt Glo. in verbo, zelantibus. II. q. I. Quamvis regulare ſit, per Can. Si qui ſunt vituperatores E. q. VII. Quòd vituperatores, aut accuſatores Epiſcoporum non audiantur, antequam diſcutiatur exiſtimationis ſuſpicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, quà conſcientia, quóve merito, ſi pro Deo, aut pro vana glòria, aut pro inimicitia, vel odio, vel cupiditate accuſare præſumat Et in Canone ſequenti: Quærendum, cujus conditionis, converſationis, & fidei ſit. Hoc tamen

eſt probationem delati criminis in ſe aſſumere. propter quod nullam revera quis maledictionem, imò benedictionem meretur à Deo. Nunc iterū repetis officium tuum, ad quod exordii verba reſpondeant. *Dignitatem noſtram quidem immeriti coram Deo fatemur, ſed vocati, ſed allecti, ſed rogati obtinuimus.* Nec fruſtra occupamus, omnium per illam hominum ſalutem, cum vitæ noſtræ periculo ſollicitantes. Et quo jure capellum Cardinalatus deferamus, ſancta Synodus determinabit. Nec nos in abditis habitare dicas, cùm Baſileę in loco publico univerſalis Eccleſiæ permoremur. Quid autem opus eſt conqueri, injuriam fieri Papæ?

---

intento, verum de accuſatione non probandorū. ut in C. Si quis. circa E. q. III. Neq; enim ſtatim creditur, aut de facili, contra quem prius non fuit publica fama, ſeu qui famam bonam habuit: ut in Can. Cùm in juventute: Extra de præſumpti. Cujus etiā convitium non habeatur pro accuſatione E. q. III. Si quis iratus: Si tamē per ſcripturam probaturum ſe fatetur, ſuſcipitur ejus accuſatio, ut in E. c. Multis igitur modis poteſt capi accuſatio. Refert enim Hieronymus in libro virorum illuſtrium, ut habetur in ultimis V. Can. Nos ſi; E. q. VII. quod beatiſſimus Damaſus Papa à ſubditis de adulterio accuſatus, cum XLII. Epiſcopis ſe expurgavit. Quod utique facere non potuiſſet, ſaltem directè, ſi fuiſſet vera accuſatio, id eſt per legitimas probationes expedita; accuſantes enim probâſſent affirmativam,

pæ? Nonne præter cætera ſatis eſt ad eum dicere in appellatione? Si quid injuſtè de me pati videris juſtè purges,& juſtè de me ulciſceris. Illam profectò niteris inficere appellationem , quaſi nullam, frivolam,& illicitã, blaſphemiisq; diverſis confundere. Quia enim ad Deum interpoſita ſit, nullam eſſe contendis. *Sententiam enim Dei & Papæ unam, & eorum unum conſiſtorium eſſe aſſeveras, quod non ſimpliciter venit concedendum. Papa enim cùm ſit reprehenſibilis, & cum crimine, ſuperius probatur, non eſſe Papam: neque enim tunc eſt dignus tanto officio.* Mox autem ut Papa injuſtam ſententiam

etſi per duos teſtes tantùm, cujus negativam ipſe accuſatus non potuiſſet probaſſe, per centum, ut eſt Theorica Domini Innocentii, ſuper C. Bone: Extra. de elect. cum veritas facti non poſsit probari, niſi dicas, quod ex indirecto ſe purgaverit, vel quòd accuſantes, non plenè probaverint, ſed induxerint ſuſpicionem. Verior igitur eſt illa accuſatio, quæ fit cum inſcriptione accuſatoris cogniti, & ſuper divulgatis criminibus, contra illum, qui famam criminoſi paſſus eſt. Et in hujusmodi non eſt opus inquiſitice, ſed ſtatim auditur, ſi talis ſit, qui audiri debeat, id eſt, de nullo crimine condemnatus. Et talis accuſator, ſi multa habeat capitula, & defecerit in primo, ad ſequentia probanda non admittitur. Ex Conci. Carthag. III. q. X. Placuit.

ſcienter dederit, conſtat eum eſſe reprehenſibilem. Quare ſi tunc eadem eſſet ſententia Dei cum Papa, Deus communicaret crimini Papæ, & fieret reprehenſibilis, & injuſtus, quod eſt falſiſsimum. Quòd autem non communicet injuſtitiæ Deus, Pſalmiſta patenter inſinuat, dicens: Nec *condemnabit* eum, cùm judicabitur illi. *In hoc etiam non eſt una ſententia Dei & Papæ: cùm illa non poteſt eſſe injuſta, iſta verò poteſt. Illa infallibilis, iſta fallibilis. Illa extendens ſe ultra Papam, illa non extendens ſe ultra, vel ad Deum.* Illa quia Dei eſt, qui perſonas non accipit, nulli paſſioni ſubeſt. Iſta poteſt eſſe paſsionata odio vel favore, &c. Sic igitur poſſumus appellare à judice injuſto ad judicē juſtum, & à judice, qui habet dependentem poteſtatem ad judicem, à quo dependet. Ma-

[*condemnabit*] Æterni judicis tribunal illum reum non habet, quem injuſtè judex condemnat, de appell lib. VI. Imò & non ſemper damnat juſtè damnatum à judice. Dicit enim Auguſtinus, de incorrigibilibus non temerè judicandum eſſe, cùm ſic loquitur: Neque enim ſcimus, quid contingat die ſequenti. Haud ante finem vitæ hujus, de aliquo deſperandum eſt. Haud contradici Deo poteſt, ne reſpiciat & det pœnitentiam, & accepto ſacrificio ſpiritus contribulati, cordiſque contriti à reatu quamvis juſtè damnationis, abſolvit damnatum, quem ipſe non damnat. In Can. Corripiantur itaq: XXIV. q. III.

Maximè igitur, cùm agatur, ſuper crimine Papæ, ubi Papa non poteſt eſſe judex, & tamen temerè uſurpat, vel præſumitur velle uſurpare poteſtatem clavium illicitè, ipſe reus contra actorem appellandum venit ad cautelam ad Papam, tanquam à non judice ad Deum, ut rerum omnium judicem. Sic enim Paulus contra inſidias Pontificum Cæſarem *appellavit*. Sed quòd à Papa ad Concilium generale, tanquam judicio inferiori ad ſuperius, & potente errare, ad non potens errare, licitè poſsit appellari, ſatis clarè monſtratum eſt, Nec magnum aliquid te dixiſſe putaverimus, *ubi nos erroneum, ſchiſmaticum, aut hæreticum compellas*, cùm hujusmodi in te ſuperius retorſerimus. Et infra ponis juramentum noſtrum, ex quo infers. Quòd quia juraverimus vocati venire ad Concilium, nobis non licere, præter vocationem, accedere & indicere Concilium ac Eccleſiam ſollicitare, cùm tamen hoc in juramento noſtro non excludatur. Verùm nullam ex reprehenſione noſtra activa in Sixtum IV. *infidelitatem* colligimus, quam ex charitate & fidelita.

[*Appellavit*] Et Suſanna ſe ipſam Deo committens, & ne Deum offenderet, corpus morti exponens ſingulari ad Deum tanta fiducia, quamvis verbum applicationis non expreſſerit ad Deum tamen ab iniquo judicio appellavit. Ille enim dicitur appellâſſe, qui ſe, & ſua, ſuperioris tuitioni ſubmittit, Extra de. appell. ad Audiam.

[*Infidelitatem*] Auguſt. Non vos judicetis male-

litate fecerimus, atteſtante, ſuper eodem, Chriſto, cùm dicit: Qui corripit fratrẽ ſuum, lucratur eum. Nam verò in appellatione noſtra legiſti nos nedũ vocatos, ſed compulſos conſtitutione pœnali ſacræ Synodi, & pœnis juris venire ad Concilium? Si verò in hoc reſidere duxeris, infidelitatem ſub reprehenſione (quod tamen verum non eſt) ſub intelligi, neceſſe eſt tibi oſtendere, quomodo fidelitatis juramenta intelligantur, & ſuper illo adducimus. primò Decretalem Quemadmodũ &c. de Iurejur, ubi habetur, quòd in juramento ſubintelligitur condictio, ut puta in juramento fidelitatis, ſubintelligitur illa: Si is, cui juratur perſeveraverit in eo ſtatu, fama, fide, in quibus eſt, vel eſſe creditur, & debet, Niſi verò illa ſubintelligeretur, ſequeretur: Quod quando Papam contingeret deponi, Epiſcopi qui ſibi jurâſſent etiam poſt depoſitionem ejus, adſtringerentur fidelitate ad eum, & juvamine contra omnem hominem, contra ſe ipſos videlicet & contra Eccleſiam, quod eſt falſiſsimum. Præterea C. Sicut, E. ti. expreſsè cavet illi juramenta non fore ſer-

---

volos, qui crimine alterius judicatis. Magis quippe nocentis eſt is non judicando crimen, quàm ſi fratres veſtros, quos judicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus ulnus habet in corpore, quod velit occultari, cùm timet ſecari; nonne crudeliter à te ſiletur, & miſericorditer judicatur, quantò ergò potiùs debes manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde? V. q. V.

ſervanda,qui fidem non ſervat,id eſt,eam per verba & opera abjicit: vel,qui fidem, id eſt, juramentum non ſervat, Sed conſtat Sixtum IV. juraſſe fidem, Catholicam,ſecundùm traditionem Apoſtolorum, & ſacrorum Conciliorum,maximè octo principalium,nec non Lateranenſis,Lugdunenſis, Viennenſis, Conſtantienſis, & Baſileenſis, obſervare, & illam fidem uſque ad unum apicem imimutilatam ſervare, & uſque ad animam & ſanguinem confirmare,defenſare & prædicare velle. Et infra pollicitus eſt etiam fideliter pro tuitione fidei Catholicæ, extirpatione hæreſium, & errorum, reformatione morum,& pacificatione populi Chriſtiani. Etiam juravit proſequi velle celebrationem Conciliorum generalium. Notorium eſt,eum hujusmodi non ſervare,& eis ſe opponere. Quòd ſi dicis,eum hujusmodi non juraſſe; hoc etiam poterit ſibi in defectum tituli objici,quaſi contumax contra Eccleſiæ conſtitutionem quæ illud juramentum diſpoſuit Papatum poſsideat. Et nihilominus ad præmiſſa, tum ex debito Pontificii , tum ex Eccleſiæ conſtitutione aſtringitur,ad quæ etiam unusquisque Chriſtianus ex fide tenetur.Item in C.fi, Extra. de Hæreticis. A debito fidelitatis,vel homagii hæretico præſtiti,ſe noverit quilibet abſolutum. Etiam in C. Petitio; de jurejur. continetur, quòd is, qui juravit contra aliquem non velle eſſe,in cauſis Eccleſiæ poteſt contra eum eſſe. Et inter alios iſti caſus,qui ſequuntur ſunt,quibus juramentum præſtitum non ligat. Primus eſt: Si cùm juramentum ſervatur,vergat in diſpendium ſalutis æternæ, C. Si ve-

ſi verò; Extra, de jurejurando. Qui autem erroribus & injuſtitiis Sixti IV. à nobis delatis non reſiſtit, met errat per C. II. de Hæreticis. Qui alios, cùm poteſt ab errore non revocat, ſe ipſum errare demonſtrat, etiam cum errante punietur. Quia faciens & conſentiens eâdem pœnâ puniuntur: Paulus ad Rom. & notatur circa C I. de off. & po. in dele. ubi in Glo. quadruplex conſenſus oſtenditur; videlicet negligentiæ, conſilii, cooperationis, & defenſionis. Secundus caſus: Si, cùm juramentum ſervatur, vergat in deteriorem exitum, C. Si aliqui, XXII q IV. Sed experientia docet, Sixtum IV. dietim in pejus proficere: unde Eccleſiæ periculum maximum, poterit ſcandaloſè evenire. Tertius caſus eſt, ſi, cùm juramentum ſervatur, in detrimentum rerum Eccleſiaſticarum vergat, C. II. de Iurejur. C. Si quis de reb. Ecc non alie. Hòc verò detrimentum, quod nedum in rebus, ſed in fide, & in moribus fit, notū eſt orbi, & inter alia à nobis deducitur. Quartus caſus: Si, cùm juramentum ſervatur, contra publicam utilitatem vergat, ut in C. ſi diligenti; Quomodo utilitas publica lædatur, priùs viſum eſt. Cùm itaque turpitudo vitæ ſummi Pontificis, & ejus negligentia atque rebellio, contra ſtatuta Eccleſiæ, nocent utilitati publicæ; per hujusmodi conſtat, nos ſalvo honore, & ſecundùm conſcientiæ & dignitatis debitum, ſingula, quæ in bonum univerſalis Eccleſiæ incepimus, contra quemcunque ſollicitare. Ipſumque Sixtum IV, ideo perjurum, excommunicatum, & anathematiſatum, qui contra juramentum, & fidem illam Synodi Con-

Conſtantienſis ſaluberrimam, & fidelem conſtitutionem, (quæ eum ſe infringentem excommunicat) ſpernit. Vnde legitimè claret, quòd nulliter his diebus interdictum miſerit, in quo poſtquam pro colore iniquitatis ſuæ, quam nobis intulit, mala contra nos non ſpecificans dicit: illas præcipuas inſeruit cauſas, ut propter accuſationem ſuam & Concilii indictionem vinciri deberemus. Quo ad primam cauſam, non attendens ſe reum, nullam in nos poteſtatem poſſe exercere, cùm appellaverimus ad judicium, à quo juſtitiam ipſe meritò habet expectare. Ad ſecundam verò cauſam, juxta eundem Apoſtolum, non conſiderans, ſe nullam habere poteſtatem in deſtructionem Eccleſiæ; id eſt, ſe non poſſe impedire congregationem Concilii, licere tamen ipſi Concilium congregare. Præmiſsis igitur omnibus conſideratis, conſtat eum omni clavium poteſtate, maximè quam contra nos, & omnes pro Concilio laborantes, & nos in hoc ad juſtitiam defendentes, & contra locum univerſalis Eccleſiæ uſurpare præſumunt fore privatum, & pro tam temeraria uſurpatione hujusmodi, eum tanquam hæreticum, tua allegatione convincimus fore deteſtandum. Qui enim privilegium Eccleſiæ ſanctæ Dei, immediatè à Chriſto conceſſum auferre nititur, *hæreticus* eſſe convincitur. Hæreticus verò

[*Hæreticus*] Vnde Nicolaus Papa in Can. Ait Cœleſtinus XXIV. q. I. Non poterat quenquam ejus removere ſententia, qui jam ſe præbuerat ipſe removendum. Et eſt notandum: quòd ſi ſubditus

verò in Catholicos non habet poteſtatem, & *ex-communicatus* alios non poteſt excommunicare: maximè autem nos, qui ab eo appellaverunt ad judicium, cujus authoritate ipſe exiſtit cenſuris alligatus. *Nec obſtat*, ſi dicitur, eum poteſtatem habere ligandi quodcunq;, à Chriſto, dicente. Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c. *Intelligitur enim quodcunque, ligandum & ligabile, ligaveris. Non enim poteſt Eccleſiam ligare, quia non eſt ligabilis.* Eccleſia autem, quæ bis eandem poteſtatem accepit, *Papam poteſt ligare, quia ligabilis eſt, & poteſt ligari*, ut jam oſtendimus. Etiam Papa non

---

ſciat prælatum ſuum occultè eſſe hæreticum, bene poteſt ejus ſententiam occultè non tenere, ſed non in publico, ne degradetur ab Hæretico, cujus hæreſin non poteſt probare. Verùm ubi hæreſin poterit probare, ſententiam nec in publico timeat, nec occulto, ut vult gloſs. XXIV, q I S. Quod autem. Similiter de ſchiſmatico, quòd ſchiſma non eſt ſine hæreſi.

[*Excommunicatus*] Vnde Felix Papa in Can. Achacius. XXIV. q. I. Excommunicatus, alios excommunicare non valet. Et Alexander II. Valeriano Epiſcopo & Martyri in C. Audivimus E. q. e. dicit: Excommunicatus te excommunicare non potuit, & non poteſt dejicere quenquam, jam proſtratus.

non poteſt ligare non liganda. *Nam non poteſt impedire ſui accuſationem, vel Concilii, congregationem.* Quòd autem Canoniſtæ dicunt, *Iuſtas* & injuſtas ſententias ligare; verum eſt, quando

Mm do

[*Iuſtas*] Omnis ſententia judicis, etſi injuſta, ex animo, ordine, vel cauſa ligat. Intellige ſic, quòd ſubditus non debet eam contemnere, ne innocentia redigatur in culpam, & culpa, quæ non erat, ex ipſa tumidæ reprehenſionis ſuperbia fiat, ut dicit Gregor. XI. q. III. C. Sententi. Et Auguſt. ſuper Pſalmum CII. dicit: Qui juſtus eſt, & injuſte maledicitur, præmium meretur; hic etſi, ut dictum eſt, non teneatur ligatus apud Deum, ſententiæ tamen parere debet, ne ex ſuperbia ligetur, qui prius ex puritate conſcientiæ abſolutus tenebatur. Idem eſt, quum contra æquitatem ſententia feratur, veluti quando ſubditi non poſſunt cogi ad malum, ſcientes, obedientiam non eſſe ſervandam Prælatis, in rebus illicitis, ut deducit Can. Si quis Epiſcopus, &; Non enim: Et Si Dominus jubet. Itē Auguſt XI. q. III. Illud planè non dixerim temerè, quòd ſi quiſquam fidelium fuerit anathematiſatus injuſtè, ei potius oberit, qui fecit, quàm ei qui hanc patitur injuriam. Spiritus enim Sanctus habitans in ſanctis, per quem quisque ligatur aut ſolvitur immeritam nulli ingerit pœnam. Per eum quippe diffunditur charitas in cordibus veſtris, quæ non agit perperam. Pax Eccleſiæ dimittit peccata, ab Eccleſiæ pace alienus tenet peccata, non ſecundùm arbitrium

do procedunt à judice, & non tanquam à parte, vel inferiori. Etiam verum eſt, quando illa injuſtitia non pateſcit Papæ, eo enim caſu ſubditus ligatur, quia tenetur ſe excuſare, & injuſtitiam ſuam cum humilitate proponere; nec ſic Papa petenti poterit abſolutionem denegare. *Quòd ſi Papa aliqua paſſione excæcatus nollet informari, vel informatus ſententias injuſtas relaxare, licet ſubdito, à paſſionato judice ad non paſſionatum, videlicet Deum, vel ſacrum Concilium appellare.* Etiam injuſtæ ſententiæ ligant, cùm ſint de mente Papæ, fiant tamen propter circumſtantias rationales, ut ſi excommunicaretur ſubditus gratiâ probandæ obedientiæ, & cauſa eſſet injuſta, ligat ſubditum ſententia, quia tenetur obedire, & humiliare ſe. Secundùm hoc dicit Apoſtolus: Probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint. Nec nocet hujusmodi ſententia ſubdito humili, quia eſt medicinalis, ſuperba autem noceret. Et ſecundùm hoc dicitur in Decretis: Quòd propter excommunicationem homo citius moritur. Etiamſi injuſtitia eſt de mente Papæ, tamen non tendit ad impedimentum juſtitiæ, vel ad impunitatem propriam, vel Ecclе-

---

hominum, ſed ſecundùm Dei. Petra tenet petra dimittit, columba tenet, columba dimittit. Item Salomon: Sicut avis in incertum volans, & paſſer quolibet vadens, ſic maledictum fruſtra prolatum venit ſuper eum, qui miſit illud.

cleſiæ damnum, vel *contra obſervantiam*, & execu tionem Evangelicam tenet ſententia, aliâs non Quia ſententia debet procedere à judice & majore, & debet eſſe *rationabilis*. Hinc omnes & ſinguli, qui hoc vel aliud nominale interdictum contra præ miſſa temerè defenderint, vel tenuerint vivaciſsi mis Doctorum ſententiis atteſtantibus, univerſali Eccleſia infligente, & jure definiente indignationẽ maximam omnipotentis DEI, totiusque triumphantis aulæ cœleſtis, vindictam Eccleſiæ militan-

[*Contra obſervantiam*] Inde Iſid. XI. q III. Si quis prohibet vobis, quod à Domino præceptum eſt, vel rurſum imperat fieri, quod Dominus fieri prohibet, execrabilis ſit omnibus, qui timent Deum.

[*Rationabilis*] Vnde XXIV. q. I. Mirantur: In qua eſt ſententia quæ caret pondere, id eſt, quæ eſt ſine ratione. Et nec apud Deum, nec apud Eccleſiam ejus quenquam graves iniqua ſententia XI. q. III. S. Cùm ergo. Et ſine pondere utique eſt ſententia, quæ non pro peccato mortali, vel incorrigibilitate ponitur. Quòd ſententia non debet leviter, ſed cum pondere, graviſsimi videlicet mortalis peccati, & incorrigibilitatis compenſari, ut definitum eſt in ſacro Concilio Meldenſi, & habetur in Can. Nemo Epiſcop. XI. q. III. Anathema eſt æternæ mortis damnatio, & nonniſi pro mortali debet imponi crimine, & illis, qui aliter non potuerunt corrigi, & ſolenniter fit, dum Chriſti Epiſcopi candelas in terram projiciunt, & conculcant; ut in Can. Debet XI. q. III.

tis, pœnasque univerſalis Eccleſiæ, & juris contra negligentes, & perturbantes Concilia, ac contra fautores hæreſis latas ſe noverint, nullo medio interveniente incurſuros, & ſine ulla declaratione eò ipſo incurrere. Offers te, vir improbiſsime, nobiscum diſputationes inire velle. Neſcis, nos eſſe coram judice, à quo minimè poſſumus retrogradi. Præſumis te hæreticum, periurum, furem, infamem, apoſtatam, excommunicatum, ſchiſmaticum, ab Eccleſia ſeparatum, crimina in nos diſputationis ſaliva conſpuere, qui vitâ ipsâ es indignus. Redi prævaricatè ad cor: Vade ad cellam tuam: Diſputa cum conſcientia tua, quæ eſt ſimilis pellici cauteriatæ. Ora DEUM pro peccatis tuis Deplora peccata tua: Ingemiſce mala tua: Emenda transgreſsiones tuas: Corrige vitam tuam: Reforma actus tuos: Fac pœnitentiam publicam: Fac opus veri Monachi, ne cum Datan & Abiram, quos vivos terra abſorbuit, & tu abſorbearis. Nonne diſputatio veritatis, ipſius argumentoſa inveſtigatio eſt: Sed temerarium eſt & ridiculoſum veritatem patentem, & ab Eccleſia DEI ſancta inventam, probatam, & affirmatam (quaſi illius non eſſet ſtandum ſententiæ) inveſtigare. Hoc enim eſt contra veritatem contendere, quod reprehendit Apoſtolus dicens: Si quis autem videtur contentioſus, hic mos non ſervatur inter nos, neque in Eccleſia. Idem etiam Apoſtolus rogavit Timotheum, ut denuntiaret quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæſtionem magis præſtant, quàm ædificationem Dei,

quæ eſt in fide. Et dum non vis ſtare veritati ap probatæ, ſed ſuper ea, quæris diſputare, non jam videris veritatem velle inveſtigare patentem, ſed eam impugnare ſpiritu quodam levitatis & ſuperbiæ, qui non habitabit in medio domus Dei, quæ eſt Eccleſia. *Igitur cùm hæreticus ſis, & multipliciter deteſtabilis, deteſtamur colloquium tecum habere, quod non propter te, ſed fideles Eccleſiæ agimus, et diſputationem tuam, cùm non verè* diſputationem *prætendas (ne temeritatem tuam impugnantes judicium Eccleſiæ incidamus, quæ cum hæreticis nullā diſputationem vult haberi) ritè refutamus.* Vocamus tamen te ad Eccleſiæ judicium, qua dictante emendabimus quicquid veritate Catholica in nobis poteris reprobare.

[*Diſputationem*] Quia nullum nobis phas eſt inire certamen cum hominibus communionis alienæ XXIV. q. III. Nullum: Et ſunt verba Gelaſii, omnibus Canonum magiſtris atque cuſtodibus.

Sequitur nunc ultima pars, & finis hujus:

Iam vos, ô digniſsimi, fideliſsimi, clariſsimique Eccleſiæ ſanctæ, Dei filii, tam ſpirituali, quàm ſeculari ſtatu notati, per Ieſum Christum, Dominum noſtrum, Sponſamque ejus immaculatam, Matrem noſtram, ſanctam Eccleſiam, & fidem Catholicam, obnixis ex corde ſupplicationum inſtantiis, ſub pœnis univerſalis Eccleſiæ, & iuris exhortamur: Præmiſſa ſalutaria, dignemini inſpicere, & ſecuritate accepta non timere, quid faciat vobis homo. Apponite ſimul omnes manum aratro Eccleſiæ ſanctę Dei, & cùm appoſueritis, nolite retrahere. Nolite cum fragili, & inconſtanti Petro vos calefacere ad prunas Cayphæ, ſed cum converſo confirmati reſiſtite perturbatoribus & deturbatoribus fidei & Eccleſiæ, & Deo magis parete, quàm homini, jam jam compedito cenſuris Eccleſiæ, à quibus vos caveatis. Videte matrem veſtram ſanctam Eccleſiam undique infici, undique perſequi, undique perturbari. Illi, obſecramus, contra omnem hominem aſſiſtentes honorem præbete cunctis diebus vitæ veſtræ. Memores enim eſſe debetis, quot & quanta pericula propter vos poſita ſint in utero ſuo. Nolite contriſtare Spiritum Sanctum. Pulſat Chriſtus ad oſtiū conſcientiæ veſtræ: Clamat intra vos, quum tempus dudum advenit Concilii, & jam unicum relevamen Chriſtianitatis in Concilio eſt. Hujus ergo vocem cùm ſic audieritis aperite ei corda veſtra, & nolite obturare ea, ſed exhortamini invicem in

in verbis ſalutaribus, & ambulate ſecundùm ſcientiam, & doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. *Attendite Apoſtolum ad Galatas dicentem: Licèt nos, vel Angelus de Cœlo evangeliſet vobis, aliter, quàm evangeliſavimus, anathema ſit. Nolite credere omni ſpiritui. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, ex fructibus enim eorum agnoſcetis eos.* Intrate ſinguli in vineam Domini noſtri Ieſu Chriſti, & faciat unusquisque ſecundùm poſſe ſuum, ne ſit otioſus in ea. Intrate templum Dei, & nolite in conſpectu ejus vacui apparere, ſatis erit uni, ſolos caprarum pilos, vel minuta duo afferre Domino. Attendat unusquisque Ezechielem Prophetam, per quem Dominus loquitur dicens: Fili hominis, ſpeculatorem te dedi domui Iſrael, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium morte morieris, non annuntiaveris ei neque locutus fueris ut avertatur à via ſua impia, & vivat ipſe in impietate ſua morietur, ſanguinem autem ejus à manu tua requiram. Si autem tu annuntiaveris impio, & ille non fuerit converſus ab impietate ſua, & à via ſua impia, ipſe quidem in impietate ſua morietur, tu autem animam tuam liberâſti. Advertatis Chriſtum dicentem: Si ſcandaliſaverit te oculus tuus dexter, erue eum. & projice abs te. Et vos potiſsimùm, ô paſtores Dominici gregis, conſiderate

querelam Prophetæ dicentis: *Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Subditos veſtros poſtquam docueritis verbo, jejunos, id eſt, ſine exemplo dimittitis, ideóque deficiunt in ea.* Nonne ſcitis, quòd longà viâ itur ad præceptum, brevius ad exemplum? Vos ergò, hortamur, utinam exhortamur! eſtote ſolliciti tenerarum ovium duces, has ne ſinatis per devia diſcurrere. Ovibus lanas tondetis, & eas his mulgetis in hora, tandem delicatas devoraturi carnes. Sed, heu! à luporum impetu, nemo teneros prohibet agnos Vlulate igitur paſtores, & clamate, & aſpergite vos cinere optimates gregis. Quia completi ſunt dies veſtri, ut interficiamini, & diſsipationes veſtræ & cadetis quaſi vaſa pretioſa. Niſi mundamini inter vos, qui fertis vaſa Domini, & deformemini, in ſpiritu humilitatis veſtræ. Non retrahat vos deinceps à bono malæ conſuetudinis diuturnitas Non inductæ (*NB*) abuſionis generalitas. Non abſorbentis occupationis varietas. Non irrefrænatæ ambitionis cupiditas: non ſecularis prudentia, quæ apud Deum ſtultitia eſt. Nec temporalium experientia, quæ in ſe ipſa mala eſt. Sed abjicientes opera tenebrarum, induamini armis lucis Nemo fallaciter peccata perſuadeat, malè excuſet, damnabiliter defendat, ſed ſufficiat, heu ſufficiat præteritum tempus in transgreſsione mandatorum Dei, & in turpitudine vitæ peractum. Aſſumite opus miniſterii Ieſu Chriſti, & congregamini in nomine Sancto ejus: quemadmodum ipſe eſt, qui glorificari

cari vult, in Concilio ſanctorum. Nolite igitur eſſe ut parvuli fluctuantes, neque circumferamini omni vento doctrinæ, ſed fugite à facie gladii, quum ultor iniquitatis eſt gladius. Et ſcitote eſſe judicium; Quum ecce judex ante januam aſsiſtit. Nonne timentes cenſuras, debetis timere cenſuras Eccleſiæ, quæ gladium verſatilem excommunicationis, & anathematis contra vos impedientes gloriam ejus, & non ſollicitantes opus hoc extendit. Si beneficiis privari timetis; Ecce qui uſque ad ſpiritum & ſanguinem Eccleſiam defendere tenemini, cùm eam jam deſeritis, & hujuſmodi adhæretis hæretico, ab ea reſcindemini, faciem Dei, nunquam niſi cum horrore crudeliſsimo, viſuri. Si *irregularitatem* timetis, ecce, illam non promoventes, hoc opus incurritis. Si *iram Dei* timetis, ecce, vindictam ejus indubiè contra hoc opus facientes, incurritis. Cùm venit tempus ut judicium diriſsimum, in his, qui malè præſunt, fiet, & potentes potenter tormenta patientur, cùm non defendunt religionem Chriſtianam, derelinquunt fidem Catholicam, impugnant Eccleſiam ſanctam Dei. Clamat contra eos ſanguis, qui effuſus eſt per Turchos, propter eorum negligentiam. Clamat contra eos Sacramentum corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti, quod Turchorum pedibus conculcatum eſt. Clamant contra eos oſſa & reliquiæ Sanctorum, & ſacra templa Dei, quæ Turchorum illecebris de honeſtata & prophanata ſunt. Clamant contra eos animæ damnatorum, qui malo eorum exemplo ſeducti

vias rectas deſeruerant. Clamant contra eos animæ hæreticorum; quòd nullus eas errantes ſollicita exhortatione curaverit reducere ad viam veritatis. Quid, modicæ fidei, quid timetis? Vultis, maledicente vobis hæretico eſſe maledicti, & maledictionem Eccleſiæ non curatis. Vultis magis cum hæretico diviti incurrere hæreſin, quàm cum deſolata & paupere Eccleſia pati? *Timetis eum, qui non habet poteſtatem pro hac re vos ligandi,* & ab Eccleſia ligari non formidatis? Vultis complacere homini, & Deum offendere non timetis. Vultis ſalvare corpora, & animas perdere non expaveſcitis. O puſillamines in fide Ieſu Chriſti Principes! Vbi eſt defenſio veſtra, Sacerdotes? ubi eſt converſio veſtra, Doctores? ubi eſt ſcientia veſtra? Timetis, ubi non eſt timor. Vultis vos excuſare, & accuſatis. Oſtendimus vobis viam rectam. Ecce præcedimus vos in ea pugnantes pro fide. Ecce quoad Deum & hominem, animam noſtram, & corpus noſtrum pro veſtra ſecuritate, & ſalute devovimus. Quid magis faciemus vobis? Reſipiſcite & confortamini, & conſolamini, & erudiamini, & quærite ſalutem animarum veſtrarum. Recommittimus vobis Ieſum Chriſtum, ejusque fidem & Eccleſiam. Quòd ſi ea ſpreveritis, ſpernet vos Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Ecce prædicimus vobis, niſi juveritis tribulatam Eccleſiam, & ſatisfeceritis fidei Chriſtianæ, veniet vobis tempus, in quo pœnitebit; ſed locum pœnitentiæ non reperietis: tunc non relevabitur appellatio, neque dabitur

pro-

prorogatio temporis implendi neglecta : ſed ſola mors indiſpenſabilem vindictam malorum ignem offeret ſempiternum, à quo nos præſervare dignetur, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen. Datum ſub ſecreto noſtro in civitate Baſileenſi An. 1483. 18. Septembris.

Sectione VI. *Epiſtolæ aliquot ultrò, citróque miſſæ recitãtur. Mordacia, quæ ſubinde adſperguntur ἐπίθετα, ſervare malui, quàm ab authoris verbis latum unguem recedere* Lector, *qui rem cum re, cauſam cum cauſa conferre didicit, hos, ſine negotio, diſpellet fumos.*

Sequitur ſecunda reſponſio D. Imperatoris ad quandam miſsivam per Craynenſem ſuapte vagis & impertinentibus ſententiis factam, in hoc effectu.

Fridricus Divina favente clementia. Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, venerabili Andreæ Archiepiſcopo Craynenſi, noſtro devoto dilecto. Venerabilis, devote, dilecte. Accipimus te apud Civitatem noſtram Baſileenſem, quatenus ſancta Synodus congregetur, vehemẽter incumbere. Quia verò rem tanti momenti, non ad te pertinere ſed nos plurimum reſpicere noſcatur: Idcirco ſerioſiùs te requirimus, quatenus qua authoritate, cujusve ope, conſilio, vel directione propoſitum tuum ſtabilire contendas, nos facias per tuas literas quantocius certiores. Ex VVienna XXI. Iulii An. LXXXII.

Ad

Ad quam miſsivam territus Craynenſis, quid reſponderet ignoravit, mihi igitur onus impoſuit, quatenus ex mea induſtria, ſi quid poſſem, ſcriberem. Compaſſus itaq; miſero viro, feſtinus hanc edidi Epiſtolam.

Omnia poma, nova & vetera dilecte mi, ſervavi tibi, inquit ſancta Mater Eccleſia, ô Magnificentiſsime Friderice, qui tertius es, hujus nominis, advocatus illius. Poſt humillimam ſiquidem recommendationem inviƈtiſsime Imperator, ego tuæ Majeſtati atque perſonæ meritò plurimis ſum connexus ſerviciis, & maximis reverentiis ex animo obligatus; tamen quia, Paulo teſtante, verbum Dei non eſt alligatum, non ſuccenſebis mihi in rebus nedum particularibus, ſed & univerſalibus, moræ impatientibus, maximè neceſſariis, & ex quibus gloria tua creſcere poterit, aſperius inveham. Cùm enim ardet domus, Dominus dormiens, ne pereat, ſine reverentia, excitandus eſt. A majeſtate tua bis reſponſum accepi, non tamen intentum obtinui literarum mearum. Et jam tertiò cogor, in facto Chriſti & totius Chriſtianitatis literas mittere. Si rectè intuereris faciem totius Chriſtianitatis heu maximè deformem, tum et ipſe judicares, literis opus non eſſe, ſed Concilio. Quod ut apud tuam Imperialem celebretur civitatem Baſileenſem, vero accepiſti, & ultra, quàm vel dici, vel capi poſsit, neceſſa-

ſarium eſt, me vehementer incumbere. Nec te cęcutire dixero, poſtquam rem illam, quaſi magni momenti à te ponderatam fore conſpicio; maxima etenim eſt, & (ſi rectè inſpiciatur) totius fidei, & conſequentis inde ſalutis univerſi Chriſtiani populi, conſervativa, & augmentativa eſt, ad quam tuum quaſi præcipuum, & deinde omnium & ſingulorum Chriſtianorum, ex fidei debito convenire debet auxilium atque favor. Opinionem tuam (illam, qua rem eandem ad me minimè pertinere prætendis) multiplex refellit authoritas, atque ratio. Periculum enim, quod omnibus & ſingulis imminet, omnes & ſinguli habent prævidere. Subtrahendam navim (etſi non rector) quisquis in ea eſt, propellere habet à gurgite, & ſingularis potius cura ſua cum ſalute non advertentium in ea conſervari, quàm remiſſa ſollicitudine cum non curantibus, ab involvente abyſſo, confracta navi ſepeliri. Idem probat authoritas concluſionum præſentibus junctarum. *Rem videlicet hujuſcemodi, ad unumquemque Chriſtianum (maximè cum neceſſitas ingruat) ipſius fidei authoritate pertinere.* Nec ſacri Evangelii authoritas deficit, ubi diſcipuli Ieſum dormientē in periclitante navi, excitaverunt dicentes: Domine ſana nos, perimus. Præterea ejusdem ſacri Evangelii authoritate, maximè mihi Prælato, Archiepiſcopo, & Cardinali, (utique creato) Eccleſiæ Romanæ incumbit, vitia, ſanctam Petri ſedem dehoneſtantia, à me primùm ſecretè, & deinde coram teſtibus (dum adhuc tuæ Ma-

Majeſtatis eram Orator) reprehenſa, non tamen emendata, Eccleſiæ univerſali deferre. Et ſi aliter non potero, ſaltem uſque in mortem proclamare. Subſequenter tua in re hujusmodi plurimùm intereſſe, tecum cognoſco. Maximè enim tuum eſt, ſacra generalia Concilia, (præcipuè in Imperio tuo celebranda) excipere, ſecurare, ſollicitare, tractare, celebrata defendere, & decreta eorum, præ omnibus & contra omnes (etiam cum gladio) exequi, & uſque ad ſanguinis tui effuſionem conſervare teneris, tanquam rectæ fidei, & ſanctorum morum inductiva. Cùm nihil ſit, quo magis populus Chriſtianus in fide atque moribus eruditus proficiat, & ad exterminandum perſecutiones tyrannorum, atque recuperandum terras deperditas (ad quæ tu teneris) in charitate unitus inducatur. Nam vix aliquę hęreſes à principio naſcentis Eccleſię expugnari, & pernicioſæ dubitationis reſolvi, temerariæque opiniones exterminari potuerunt absque ſacris Conciliis: Quorum neglectus (prout ipſa reum experientia atteſtatur) multa ſemper damna & ſcandala, ac perſecutiones plurimas ipſi Chriſtianitati, tam in fide, quàm in poſſeſsione, atque populo induxit. Quot provincias potentes, quot urbes inſignes perdidimus, præter certa regna, & illa duo imperia, quorum alterum Græcorum adhuc noſtro tempore, & noſtra negligentia plangimus amiſſum, quæ nunquam fuiſſent amiſſa, ſi fideles in Spiritu Sancto congregati, morum & animorum unitatem, contra infideles, ad ſanctorum Patrum directionem aſſumpſiſſent. Sed quia ſegre-

ſegregati manent, fideles contra ſe invicem malignantes; *igitur timendum eſt, quòd fides ipſa Catholica, & collectio fidelium (id eſt, Eccleſia) extra Aſiam & Affricam propulſa, & in partem Europæ reſtricta, quotidie intra ſe diviſa, & corrupta, nec ab extra impugnata & diminuta*, niſi per ſacrum generale Concilium Spiritu Sancto authore, fideles in unitatem redeuntes, ut præmittitur ſacrorum, tam morum, quàm animorum, inimicis unanimiter reſiſtant, illóſque perſequantur, & deperditas terras recuperent, tandem in malignitate conſumpta, & in perſecutione exterminata penitùs deleatur. Deinde meum quærens Chriſtum, agnoſce poſitum fundamentum, quo aliud nemo poteſt ponere. Motiva authoritas & reliqua in appellatione, per me interpoſita, & Baſileæ, à Data ipſius, uſque in hunc diem affixa, & item in exhortatione facta Domino Baſileenſi latius deſcribuntur. Nec unquam celebratum fuit Concilium, *ad quòd tam ardua motiva, & tam ponderoſa authoritates acceſſerint*. Quæ omnia pro brevitate præſentium, & ut tua Majeſtas flagrantiſsimum ardorem, quem conceptum in zelo Chriſti, fidei, & Eccleſiæ diutius celare non valeo, conſideret. Sitio enim cum Chriſto ſalutem omnium hominum, & maximè Chriſtianorum veram directionem. Eſt enim mihi maximus de fide timor, ne cadat. *Eſt*

ti-

timor de Clero, ne ob ſuas inſolentias enſe cum jactura fidei à Laicis extinguatur. Opem quam requiris meam, levatis oculis meis in montes a Domino conſpicio, favor à Deo eſt, ab Eccleſia eſt, directio à Chriſto eſt, & ejus Evangelio, atque traditionibus Chriſtianæ inſtitutionis. Ad hujusmodi verò, quos potius requirere videris favores, accedunt *multorum hominum, ne mediocrium tantùm, ſed tam potentia, quàm dignitate ſublimium: Multorum etenim reverendiſſimorum Prælatorum Eccleſiæ Romanæ; nonnullorum Regum & Principum, quorum ſecreti, authentici tamen Oratores, apud me fuerunt.* Nec rem hujusmodi ſanctam aut arduam apud me novam, vel ſine favore crediderìs, quæ antequam urbem exiſſem, *à multis amplexa eſt, et ante quadriennium præviſa. Quam etiam notificatam Italia deſiderat; Germania expectat, Anglia quærit, Gallia cupit, magnificat Hiſpania, humanus approbat omnis homo:* Omnes fideles Chriſti, & Eccleſiæ tam Prælati, quàm Principes cum aviditate amplecterentur; ſed quia in Civitate Imperiali tua geréda eſt, & tua protectione, favoreque tuo indiget; igitur, glorioſiſsime Imperator, in te reſpiciunt, animum tuum nôſſe volunt, expectant te ſolùm, qui ſub umbra alarum tuarũ tranſire iniquitatem ſperant, teque fovente, florere Eccle-

ſiam

ſiam ſanctam, cujus advocatus es, ut maximè jam extenſis alis protectionis tuæ, filios ejus in nationibus diſperſas, quaſi aquila provocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitat) tua vocatione congregare tenearis. Igitur Majeſtatem tuam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum) cujus tu populo imperas) & fidem inviolabilem ac ſanctiſsimam Eccleſiam ejus (tuæ protectioni & conſervationi creditas) obnixis ex corde ſupplicationum inſtantiis requiro: Adjuro te per thronum auguſtalem (in quo ſedes) & per gloriam Cæſareæ Majeſtatis tuæ: & per dilectionem ac fidelitatem (ſi quam habes) ad Chriſtum, ad Eccleſiam, ad fidem, ad imperium ſacrum, ad totam Chriſtianitatem, Admoneo te per obteſtationem noviſsimi judicii Dei, & terrifici tribunalis, atque vindictæ I. ſu Chriſti, cui rationem redditurus es uſq; minimum quadrantem, ſi quid (ex negligentia tua) damni vel ſcandali Eccleſię ſanctę Dei, & fidei Catholicæ, imò toti Chriſtianitati particulariter, ſive univerſaliter evenerit: quatenus ante oculos tuos proponens eundem Dominum Ieſum Chriſtum, ipſiusque fidem & Eccleſiam, Spiritum Sanctum (qui paratus eſt te medio in unitatem reducere omnes, qui in fide, obſervantia, atque animis, per totum terrarum orbem diviſi ſunt) ne ullo eventu conturbaveris. S ●', ſecundum debitum officii tui, armatus brachia tua gladio extenſo, & minanti, pro fide & Eccleſia Ieſu Chriſti, pro imperio ſacro & tota Chriſtianitate, pro æternaliter celebranda nominis tui memoria glorioſa, & animæ tuæ ſalute, contra om-

nem hominem potentiſsimè verſare non deſiſtas, nec diutius differas, favorem præſtare, authoritatem adjicere communicareque cum ope conſilium, jam pronuntiato Concilio. Sed illud (per quod Eccleſia ſancta univerſalis repræſentatur) in tuam protectionem (quemadmodum id in ſuam Divus Sigismundus, celeberrimæ recordationis, prædeceſſor tuus, faciliter recepit) excipias, ut illud (quod ſub eodem, arduis hoc poſcentibus negotiis, fuit inceptum, tandemque interminatis negotiis illis diſperſum) jam jam, præter eadem negotia, finem expectantia, magis arduis urgentibus tam fidei, quàm totius populi Chriſtiani neceſsitatibus, defectibus, ſcandalis atque damnis) ſub pennis tuis recollectum & reſtauratum, cum gloria Chriſti & exaltatione fidei Catholicæ, decore Eccleſiæ, pace unitate, atque diſciplina ſanctorum tam morum, quàm animorum (in populo Chriſtiano) & celebriter recolenda perpetua nominis tui memoria finiatur. Deſiderans enim (in ſalute totius Chriſtianitatis) gloriam tuam, confido in ipſa ſumma & individua Trinitate, Patre, & Filio, & Spiritu S. Deo vero unico, & Omnipotenti, quòd imperſcrutabili ſuo conſilio in miſericordia uberi, ſenectum tuam ea gloria, (ſi tantummodo conſenſeris) adornare præviderit, quam inclytus idem Sigismundus, prædeceſſor tuus (tanquam verus Princeps Chriſti & Eccleſiæ fideliſsimus advocatus) maximis fatigationibus, periculis, itineribus, ſudoribus, miſeriis & expenſis inextinguibili ardore uſq; in mortem quæſivit, ut videlicet expeditis ſub te negotiis illis,

illis,in quibus ipſe fervebat,& illis,quæ jam jam ſe damnabiliter ingerunt, debita conſummatione finitis; tanta ſit inter univerſos Chriſtianos fidei integritas, tanta charitas unionis & pacis, tanquam ſanctorum probatiſsimorum, atq; diviniſsimorum inviolata morum diſciplina, ut Pagani & alii ipſius fidei inimici mirantes dulcedinem converſationis, & vitæ honeſtæ,& conſiderantes jucunditatem unanimitatis,& conſenſus incontaminati, videntesque profeſsionis & operationis æqualitatem, & opera noſtra bona,quaſi quodam ſuavitatis odore tracti,& quadam pulchritudinis & manſuetudinis ſpecie grato intuitu allecti, ipſiusque veritatis & pietatis amoroſa admiratione converſi nobiſcum glorificent Patrem noſtrum, qui eſt in Cœlis. Paulatimque hoc modo (diſponente Deo) perſecutorum noſtrorum furor conquieſcat. Ipſaque Chriſtianitas per arma abſumpta, ſine exercitu & armis dilatetur,redeatq; tandem totus mundus, in unius veri Dei cognitionem & venerationem. Omnisque homo unus in Chriſto efficiatur univerſum per orbem. Sic, ſic, glorioſiſsime Imperator,ſic in te uno omnis ſimùl concurret gloria Auguſti, Conſtantini, Caroli, & omnium Auguſtorum, quos Deus omnipotens ſuâ potentia, ob prodigium, quod poſuit ſuper terram ipſius imperii, videlicet celſitudiné glorificare dignatus eſt. Fiereſq; omnibus illis tantó glorioſior, quantò ſub te Chriſtianus populus, & merito & numero copioſus augeretur, quantò magis id ope tua, àc ſumma providàque prudentia, & probata religione, probabilique

patientia & manſuetudine eveniſſe videretur. Et ut ad principium finis ſe referat, omnes difficultates Chriſtianiſmi, tam novæ, quàm veteres, id eſt, tam olim motæ, quàm etiam noviter incidentes, quaſi divina permiſsione ad tuam gloriam reſervatæ, te imperante ſublatæ, ab omnibus caverentur, quaſi mater Eccleſia omnia poma nova & vetera, tibi dilecto ſuo ad gloriam ſervaverit, juxta verba exordii. Ne igitur dederis alienis gloriam tuam, neque alios accipere honorem tuum patiare. Cùm etenim tua plurimùm in hac re, ut præmiſſum eſt, intereſſe ſapienter cognoſcas, neceſsitatemque ipſius & commoditatem, haud dubium integrè ſapias, requiritur ut ad eam te quemadmodum præmittitur, liberaliter potenterque diſponas. Quod niſi feceris gladium verſatilem à Deo omnipotenti contra te eximi meritò formidabis. Ego verò à re ipſa minimè deſiſtam, *et cùm amplius proficere non potero, ſuſtinebo tandem traditus manibus perturbantium, & deturbantium Eccleſiam (quos infeſto) propter Chriſtum, Deum meum, & ipſius Eccleſiam militantem, fidem atque juſtitiam, vocante Deo, expectatam, pretioſam in conſpectu Domini ſanctorum mortem, ſanguini meo gloriam tuam indelebili macula conſpergens.* Si quidem propter te, sereniſsime Imperator, ſæpe maximis periculis mortem ipſam, quaſi videns, voluntariè fidem meam expoſui, ut jam, cùm adhærere vo-

volueris propter Chriſtum, & cum Chriſto propter Eccleſiam & juſtitiam moriar, non doleo, niſi quòd opus per me in vinea Domini inceptum, imperfectum maneat; & illa fructificare debens, exterminata & depaſta ſterilis permaneat ſine fructu & exilis. Propter quod etiam, fideliſsime Imperator, niſi rem iſtam Concilii in te, mecum ſuſcipias, amorem & fidelitatem (quę alto corde ad tuam Majeſtatem atque perſonam ſemper geſsi, & adhuc geſo) ſine culpa mea [cùm Chriſtus magis diligendus, minuſque dimittendus ſit] non ſine flagitioſo, & penè exitiali dolore à corde meo, [quaſi nociva, & damnabilia] ſeparare compellar, teque inimicum Chriſti, & omnium cultorum ejus gerere. Et quemadmodùm Ambroſius Archiepiſcopus Mediolanenſis ob levem cauſam Theodoſium Imperatorem religioſiſsimum excommunicavit, ita ego propter juſtitiam Dei omnipotentis, divinam contra te vindictam atque potentiam Chriſti, & animadverſionem Eccleſiæ ob res iſtas graviſſimas provocare: Teſtarique coram Deo, & omni Chriſtiano populo, te fore authorem & fotorem, atque reum omnium damnorum, ſcandalorum, perturbationum, & deturpationum fidei Catholicæ & totius Chriſtianitatis; Ac excutere contra te pulveres de pedibus meis, ut ſint indicium ſollicitationis meæ erga te, coram omni creatura in noviſſimo die, cùm tua Majeſtas deſinet. Et quod propter ſimilem dolorem facere minimè poſſem, ad locum mihi deputatum ſecurum, in duorum menſium ſpacio, citraque, congregationem pro Con-

cilio viſurus me reciperem, quod tibi & Majeſtati tuæ, ac toti Imperio in magnum dedecus cederet, redderesque omnibus te nedum odioſum, verùm etiam damnabilem. Quod tu cùm poſſes tantum bonum totius Chriſtianitatis, etiam ſolò tantùm aſſenſu, conſervare, & ad modum prædeceſſoris tui inclyti Sigismundi protectorales litteras pro majore robore in forma neceſſaria deſtinare volueris. Ne patiare glorioſiſsime Imperator tot odia, tot execrationes tot damnationes, in tuam glorioſam ſenectam deſcendere: Sed time Deum, & erit tibi apud Deum, & univerſum mundum gloria ſempiterna, quam tuæ perſonæ Imperativæ Cęſareæ non tantùm deſtinatione Majeſtatis, quantum affectione perſonæ dummodo cum Chriſto potui ſtudioſè ſemper, & opus iſtud, in tua Civitate ſollicitans curavi & adhuc curo adducere, quæ procul dubio tibi aſsiſtenti, ſuccedet, reſiſtenti verò vel negligenti, in confuſionem maximam commutetur, à qua digneris tu te Cæſar & in felicitate jocunda Majeſtatis tuæ omnipotens Deus ad ſalutem totius Chriſtianitatis longævè incolumen conſervare dignetur Amen. Datum Baſileæ in feſto beati Laurentii Martyris, Anno ab humana Nativitate præfati Dn. noſtri Ieſu Chriſti M.CCCC.LXXXII.

Tuæ glorioſiſsimæ Majeſtatis devotus,
Andreas Archiepiſcopus
Craynenſis.

Divo Friderico, glorioſo Cæſari, ſuo
inclyto Domino, &c.

Hu-

Hujus etiam Epiſtolæ meminit *VVurſtiſ.* l.6.pag. 469. eamque *gravem* appellat. Interea, ut idem refert, *Petrus de Kettenheim*, Feldpacenſis Præpoſitus, Craynenſem carcere compeſcendi veniam ab Ampliſsimo Baſileenſium Magiſtratu poſtulat. Sed cùm nihil impetraret, fulmen vibrat, cujus tamen, appellatione ad Papam objecta, nulla habebatur ratio.

Mittitur ab Imperatore Orator ad Baſileam.

Antonius Gratiâ Dei,

Hac itaque præſcripta miſſiva recepta, Dominus Imperator venerabilem fratrem Antonium Gratia DEI ſacræ Theologiæ Doctorem, ordinis fratrum Minorum, cum ſuis imperialibus literis Baſileam deſtinavit: Qui illac veniens, ad diem Mercurii XVIII Decembris menſis conſulatum congregari fecit, ad quem etiam convenerunt Reverendiſsimus in Chriſto pater Dominus Iodocus de Sylinen, Epiſcopus Sedunenſis, & Gratianopolitanus Princeps, Præfectus, & Comes VValeſiæ, & venerabiles viri, Antonius de Rupe Decretorum Doctor, Præpoſitus Monaſterii aquæ mortuæ Cluniacenſis, Emericus de Kemel, fratrum Minorum ordinum, Apoſtolicæ ſedis Oratores & Nuncii. Nec non illuſtris Princeps & Dominus, Dominus Philippus Dux Sabaudiæ, Comes Breyſiæ, & Bagiaci, Generoſus & magnificus Dominus Rodolphus Marchio de Hochberg, Comes in Monaſte-

rio, Dominus in Rötelen, & Suſenburg, &c. Nobiles & generoſi viri, Oſwaldus Comes de Tierſtein, Dominus in Pfeffingen, & Palatinus Eccleſiæ Baſileenſis. Claudius de Thonlonyon, Dominus de Thonlonyon de la Baſtye; Baro de Baurbonanci, & Dominus de Chariplito. Nobilis ſtrenuus & ſpectabilis vir Dominus Guillermus de Rupe forti Miles, utriusque juris Doctor, illuſtriſsimi Principis & Domini, Domini Maximiliani, Auſtriç, Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Ducis Conſiliarius & Orator. Venerabilis Dominus Bartholomæus Archidiaconus Placentinus Honorabilis Bartholomæus Vgelini Italicæ Ligæ Orator, & plures alii Prælati, & diverſarum Facultatum Doctores, Milites quoq; & alii multi numero nobiles, Eccleſiaſtici, Scholaſtici, ſecularesque elegantes viri; coram quibus omnibus conſtitutus dictus frater Antonius Gratia Dei, orationem ſuam exordiendo, tria ex ordine dicturum ſe pollicitus eſt; Primò, quomodo à Pontifice ſummo & Cæſare ad populum Baſileenſem Orator deſtinatus ſit. Secundò, quid eum utriuſque eorum mandato expetere oporteat. Tertiò, quibus rationibus Senatus atque populus Baſileenſis, Papæ & Imperatori, qui ſunt capita religionis Chriſtianæ, teneantur obedire. Quantum ad primum igitur, dixit in effectu.

Ora-

Oratio Gratia-Dei ad Senatum.

Cùm ego de menſe Iunii proximè lapſo, in negotiis cum ſereniſsimi Domini Imperatoris, tum illuſtriſſ. Principis mei Ducis Maximiliani Romæ oratorē agerē, & expeditis eisdem negotiis, dictorū Principum meorum (quorum utriq; poſt Deum, & ſummum Pontificem duntaxat jurejurando aſtrictus ſum,) ſanctiſsimus in Chriſto Pater & Dominus noſter, Dominus Sixtus Papa IV, ut accepit indictionem ſacri Concilii, & conviciationem in ſanctitatem ſuam, à fratre Andrea, tunc Archiepiſcopo Craynenſi factas, mihi ſerioſius injunxit, quatenus unâ cum Venerabilibus Dominis Anthonio Priore mortuæ aquæ hic præſente, & fratre Petro de Kettenheim, præpoſito in Veltpach, ordinis Cluniacenſis, me primum ad conſpectum Illuſtriſsimi Principis Domini Sigismundi Archiducis Auſtriæ, &c. reciperem, exploraturus; ſi, ut vulgò inſonuerat, hujusmodi convitiationis & indictionis ſua celſitudo conſcia. & conſentiens eſſet. Illo expedito ad ſacram Cæſaream Majeſtatem accelerarem, illius favore exinde Baſileam petiturus, ubi collegas meos, illinc à Principe dimiſſos expectare me ordinaveram, ut ſic tres pariter, Apoſtolicas nobis factas commiſsiones cum ordine, decentia, atque ratione, ritè exequeremur. Sed ea ordinatione violata, uti gravi querimonia ſenatorum accepi, dictus Prior Veltpacenſis, animo forte ſer-

viendi Pontifici, quandam chartam, interdictum Eccleſiaſticum prætendens, in civitate hac Baſileenſi affixit. Et quia poſtea dictus frater Andreas, adhuc tunc Archiepiſcopus Craynenſis, novis & phaleratis, in prælibatum Dominum noſtrum Papam, convitiis & criminationibus audacius inſilivit, neceſsitate utique coactus eſt ipſe præſul noſter ſummus, uti ſuam ſanctitatem decuit, tum novos, tum diverſos pro tanti mali novitate & varietate confundenda oratores & nuntios delegare, qui ſuas etiam, ut intelligo commiſsiones in conſilio deduxerunt. Quarequidem ego, poſt me deſtinatis dignioribus Ambaſsiatis ut dignum eſt, cedens, Apoſtolicam commiſsionem mihi factam non intendo deducere, niſi in quantum ad decorem orationis videbitur congruere. Verùm ad mandatum Imperiale declinans ſuaviter & amicè procedam, & tractabo, nolens tamen Oratores Apoſtolicos, in ſuis exequendis mandatis aliqualiter impedire; & hoc ad primum. Quantum ad ſecundum, primò porrexit unum credentiale Breve Apoſtolicum ſub hoc effectu.

Breve Apoſtolicum ad Baſileenſes.

Sixtus Papa IV. Dilectis filiis Magiſtro civium, & Conſulatui civitatis Baſileenſis. Dilecti filii, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius noſter Antonius Gratiâ Dei ordinis Minorum, quædam noſtro nomine vobis refert, cui plenam

nam & efficacem de omnibus credentiam & fidem debebitis adhibere. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub añulo piſcatoris, Kal. Iunii, M.CCCC. LXXXII. Pontificatus noſtri A. XI.

Continuatio Orationis ad Senatum.

Lecto itaque publicè Brevi hujusmodi, ipſe frater Anthonius ita denuò Senatum adorſus inquit in effectu. Ore ſuo, Magnifici Magiſtratus, mihi expreſsit hæc vobis referenda verba, clementiſsimus Pater noſter Dominus Papa: quòd miretur ſanctitas ſua vehementer, quo ſtudio, quovè ingenio inducti, vel qua faſcinatione delirati ſitis vos ſemper Chriſtianiſsimi homines, optimique ab antiquo huculque famati cives, & populus egregius, quos, ubi dilectiſsimos filios ſpecialiter in Apoſtolicis viſceribus recluſos habuit ipſe ſanctiſsimus animarum noſtrarum Pontifex & Cenſor, ut in opprobrium ſanctitatis ſuæ, & totius religionis Chriſtianæ diſturbium, veræque gloriæ & ſalutis maximum detrimentum, in veſtro ſinu foveatis, & conſervetis, hominem tam ſceleſtum, impium, & criminatorem ſupra modum criminoſum, protervum, tumidum, cupidum, elatum, atque de ſuis criminibus damnatum. Eſt profectò, reverende Pater, Princeps illuſtris, generoſi quoque & venerabiles Domini mei, magnificique ac percolendi in hoc egregio cœtu, & conventu viri, dictus frater Andreas, olim Archiepiſcopus Craynenſis, vir adeò ma-

malignus; & plenus furia, maledictus, prophanus, varius, lubricus, fallax, ſtolidus, ignavus, & inſolens, tam quoque ingratus, quòd non ab re mirandum eſt, quo nam pacto homo tam reprobæ conditionis, vos Baſileenſes, homines tantos, ut in tam inſigne flagitium conſpiraveritis, & tot diebus tam crudele nephas foventes tolleraveritis, niſi quadam contecta ſuperſtitione, verbóque, dulcibus multis mendaciis referto circumvenerit, Compatiendum perpol, maximè civitati tam famoſæ, quòd abjectiſſimi cujusdam hominis hypocriſi, & ſpecie bona, egregiè decepta ſit. In tantum, ut ipſa ſimulatæ ſynceritati hypocritæ illius locum dederit quo in tam pium, tam doctum, tamque ſenio, quàm ſanctitate confectum Pontificem noſtrum, vitia tam abominabilia, quàm execrabilia, in eo ipſo deprehenſa, & hoſpitata (quæ ultrix Apoſtolica ſedes de præfati ſummi Pontificis maxima pietate, ſub ſpe emendationis indulſit miſericorditer) crudeliter & mendaciſsime fundere, & ex infecto ſtomacho evomere palàm & publicè infamando auderet ingratiſsimus ille; qui tot in ſe munifica beneficia & pietates à piiſsimo recepit Pontifice: Vt ne parùm quidem hoc ſit, quod non compenſare nec effari quidem ea ſatis poterit; His edictis vocari fecit Craynenſem; quo jam advento, & honorabilem locum aſſecuto, frater Antonius, literam unam Imperialem clauſam in medium exhibuit, & legi fecit, hujusmodi tenoris.

Litera Imperatoris ad Craynenſem.

Fridericus, Divina favente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus; venerabili Andreæ, Archiepiſcopo Craynenſi, devoto noſtro dilecto. Venerabilis devote, dilecte, ex binis literis tuis ad nos delatis plenè intelligere non potuimus, quæ per noſtras à te inſtanter quæſivimus, qua videlicet ratione, & auctoritate ea attemptares, quæ ad te non ſpectant, ſed poſt ſummum Pontificem, nobis tanquam Romano Imperatori, incumbunt. Quamobrem, cùm non ſolùm Pontificem ſummũ, verùm & nos plurimùm offendas, cùm te de Pontificis & noſtra authoritatẽ inſolenter intromittas, ordinemque divini & humani juris, neſcimus qua mente & ſpiritu involvere & confundere præſumas honorabili Domino Antonio Gratia-Dei, artium & ſacræ Theologiæ Doctori, Oratori noſtro devoto, dilecto commiſimus, tibi mentem noſtram circa ſingula clarè exponendam, cui fidem indubiam volumus ut adhibeas, eique ſicut nobis ipſi, tu & complices tui, in his, quæ tibi & eis noſtro nomine injunget, ſine aliqua tergiverſatione, & replicatione pareas & obedias, ſub pœna indignationis noſtræ. Datum VViennæ die XX. menſis Octobris A. Domini &c. LXXXII. Imperii verò noſtri triceſimo primo. Ad mandatum Domini Imperatoris.

Hac lectâ credentiâ miſsivam ad Senatum clauſam aperiri legique fecit, hujusmodi tenoris.

Li-

Litera Imperialis ad Baſileenſes.

Fridericus, Divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, ac Auſtriæ, Styriæ, Karinthiæ, & Carniolæ Dux, &c. Honorabilibus noſtris, & Imperii ſacri fidelibus dilectis, Magiſtro civium & Conſulatui civitatis noſtræ Baſileenſis, honorabiles, fideles, dilecti. Quæ ad ſcripta noſtra reſpondiſtis, necnon expoſitionem oratorum veſtrorum, circa geſta Archiepiſcopi Craynenſis gratanter accepimus. Quum videmus vos fideles noſtros ad nos recurrere in difficultatibus, ut debetis. Singulis itaque à principio medio, & fine matura deliberatione introſpectis ac ponderatis, nihil tamen ex ſcriptis dicti Craynenſis intelligere potuimus, niſi quòd ipſe inconſultè præcipitanterque proceſſerit, & omnia acta ſua, attemptata frivola, vana, & ſuperſtitioſa eſſe planè cognovimus, cùm potiſsimùm pridem pro certis noſtris negotiis ſibi creditis in Romana Curia fuerit, ubi plura proprii capitis ſtoliditate, & præter noſtra mandata molitus eſt, quamobrem à nobis monitus & revocatus, ad nos venire promiſit, rationem villicationis ſuæ redditurus nobis, ut meritò tenebatur, quod (ſuæ promiſſionis & debiti immemor) minimè egit, imò ad vos primùm divertit; Ibique ſine modo, ſine authoritate, ſine fundamento, ſine ordine, ex ſpiritu quodam ſevitatis, malitiæ, & vindictæ, non ex Spiritu Sancto Concilium indicere attemptavit, in ma-

magnum dedecus ſcandalum,& præjudicium, tam ſanctiſsimi Domini noſtri, quàm noſtri, ut Romani Imperatoris, ad quem poſt Pontificem ſummum, divino atque humano jure ſine medio, talis convocatio ſpectat,& non ſine gravi contemptu & læſione authoritatis amborum capitum Chriſtianæ religionis, incurrendo per hoc crimen & pœnam læſæ majeſtatis. Præſertim quia ſolito ſuo ſpiritu furioſo, publice conviciatus criminatusq́ue eſt ſummum Pontificem, & in ſuam ſanctitatem aliósque Eccleſiaſticos, Prælatos, execrabiles & inauditas contumelias intulit, atque ad omnium manus etiam infirmorum hominum legendas, audiendasq́ue transmiſit, non veritus Deum aut juſtitiam ejus. Quid enim profuit plebeculis ea publicare, qui providere de his minimè poſſunt, ſed ſolùm ſcandaliſati ac turbati in periculum propriæ eſſe ſalutis? Nec memor fuit ingratus iſte, & verè petra ſcandali, gratiæ atque clementiæ, & libertatis intuitu noſtri a S.D.N ſibi benignè impenſæ. Oblivioni etiam traditis miniſterio ſuæ ſanctitati,& nobis præſtito, atque Archiepiſcopatus dignitate ab eodem ſuſcepta. Et quod deterius eſt, nobisq́ue moleſtius, vobis ſuggeſsit, ſe non facere omnia ſupra ſcripta, ſine conſenſu noſtro, & eſſe Oratorem noſtrum, quorum utrumque falſiſsimum eſt. Nam & revocatus erat prius à nobis, & de ſuis diffamationibus & maledictis, aut voluntate attemptandi ea, quæ attemptavit, nullam unquam notitiam habuimus, magnamq́ue triſtitiam de S.D.N diffamatione tam ſcelerata accepimus. Nam caſu quo aliquo

quo pacto vera eſſent,quod longè abſit, & nobis minimè conſtat,malæ tamen mentis, maliq́ue animi,& iniquitatis nimiæ fuit, ea hoc modo & ordine publicare. Potuiſſet enim ſtolidus & leviſsimus homo iſte & debuiſſet nobis primûm renunciare, ſi quid menti habebat, quod conduceret Eccleſiæ Catholicæ ſacroſanctæ,& Reipublicæ Chriſtianæ, & nos,qui ſemper ad bona & ſancta opera inclinatiſsimi ſumus,& fuimus, ſanctæq́ue matris Eccleſiæ,& Chriſtianorum utilitati attentè proſpicimus, ut tenemur, feciſſemus ſecundùm rerum exigentiam maturè,& conſultè,ut nos decet,&c.

Illa etiam lectâ literâ tertia Imperialem pergameneam patulam,altius pronunciari fecit,quæ erat extendens ſe ad omnes Principes vaſallos, & civitates atque oppida ſacri Imperii. Quatenus ubicunque ſe recepiſſet Craynenſis, tentus fuiſſet,& teneri debuiſſet ſub cuſtodia. Qua etiam perlecta, frater Antonius convertens ſe ad Craynenſem eiq́ue humanius loqui volens dixit, ſub hoc effectu verborum.

Oratio Gratia-Dei ad Craynenſem.

Quanquam vobis poſſum,quaſi C.M.ſi præſens eſſet, mandare; volo tamen lenius agere, & ante executionem literarum imperalium charitativis verbis vos affari. Profundóque namque vobis corde compatior quem aliquando venerabilem, modò in execrabili miſerabiliq; heu! ſtatu convenio. Sumus religioſi ambo,nec multum à ſe differentium, ſed

ſed illorum ordinum, quorum uterque ad ſummam paupertatem inſtitutus ſit; Quoruincunque (quod familiaris eis videtur) patres, Franciſcus, & Dominicus amantiſsimi in invicē & Chriſti glutino firmius propinquiusque juncti fuere. Novimus etiam & legationibus nos mutuò, & fautores alter alterius ſumus, cùm vos alias prælatus Eccleſiæ, & Principi, mei Orator eſſetis. Inde mulùm doleo. cum oporteat me vobis pro gravi veſtra in ſummum Pontificem, & Dominum Imperatorem offenſa contrariari. Sed fraternè exhortor, vos, bone pater. Recognoſcite tamen errores veſtros, & malè inconſulteq; vos egiſſe. Fateamini pro animæ veſtræ ſalute, conſulo, coram hoc clariſsimo conventu humiliter errata veſtra, & quæ falſiſsimè contra tam benignum & ſanctum patrem, & benefactorem veſtrum ſummum Pontificem, ex corde invido, nugosè compoſuiſtis, & quæ ad circumveniendum, & ſeducendum, devotum ſedi Apoſtolicæ, Baſileenſem populum excogitaveritis, imò quæ de Sereniſsimi Imperatoris, Principis noſtri erga vos favore finxiſtis. Fateamini, inquam, ea & pœniteat vos tantorum malorum, quum revera graviſsima ſunt, & cū ſeveritate ſingulari animadvertenda crimina, & impiiſsimæ, crudelesque offenſæ. Et pro conſequenda venia ſubmittite vos rogo ſatisfactioni ſalutari. Eo profectò modo apud clementiſsimum Deum miſericordiam, & à ſummo Pontifice, Cæſareque extremè offenſis leniorem poteritis emendationem reportare. Et ego per fidem meam vobis polliceor, omnem operam & diligentiam

Oo

poſsibilem exactius adhibiturum (ſi modò mihi morigerus fueritis) quo leniores efficere valeam, in vindicando tam enormia facinora, Papam & Imperatorem.

Ad hæc ille paucis Craynenſis, cujus utique inſipientiæ maximè compatiendum venit, ita jam extra ſe ipſum diſtractus, & in ſe ipſo confuſus, & concluſus, & captus extra ſenſum quædam reſpondet, inter alia dicens;

Reſponſio Craynenſis.

Ego Cæſaris & amantiſsimus, & illi obedientiſſimus ſum, ejusque mandata, & orationem veſtram avide audivi. Vos etiam alias virum dignum & eloquentiſsimum novi. Verùm nihil feci, vel dixi, niſi ad bonum finem. Neque enim ex odio Papæ quicquam incepi, pro quo plura feci, quàm aliquis in mundo hominum. Etiam non credo; me fore hæreticum vel ſchiſmaticum, cùm ea, quæ feci, videantur mihi eſſe pro Eccleſia univerſali, pro qua, & ſide Catholica, vitam, & ſanguinem exponere volo. Neque credo, me Dominum Imperatorem offendiſſe, *qui me novit virum juſtum, & ſæpius Romæ cum Cardinalibus; aliiſque pro reformatione Eccleſiæ, ejúsque ſalubri ſtatu converſatum eſſe.*

His dictis reſpirans, denuò incepit, dicens:

Zelus domus tuæ, ò Deus, comedit me, Concilium

liumque propter bonum Eccleſiæ indixi, quia doleo, tot eſſe provincias, tot regna, totque civitates, in manibus proch dolor! Turchorum. Ego multa de his prædicavi, & tandem pro nullo deſiſtam, quin etiam, quantum in me eſt, faciam Concilium. Paratus enim ſum pro tam ſancto incepto & propoſito meo, meum & ſanguinem fundere, & mori. Poſſum autem id ipſum, & teneor proſequi, quod incepi, authoritate illius decreti Concilii Conſtantienſis, quod incipit; *Frequens conciliorum, &c.* Iam in triginta annis Concilium nullum fuit, *& timendum eſt, Eccleſiam pejore eſſe infectam ſchiſmate, quàm fuerit ante Concilium Conſtantienſe.* Nam & ipſa ſancta & ſaluberrima Acta ſacroſancti Concilii Baſileenſis nondum uſibus hominum ſunt accepta. In quantum autem erraverim, ſubmiſi tamen me alias Majeſtati Cæſareæ, Regi Franciæ, & futuro Concilio, elegique mihi advocatam Vniverſitatem ſtudii Pariſienſis; *Sed non diffamavi ſummum Pontificem, cùm omnia, quæ contra eum dixi & ſcripſi, vera ſunt: & toti orbi nota:* Modò infamia eſt, quãdo quis dicit de aliquo falſa, et nõ probabilia. Quo autem pacto potero ego reprehendi, qui pro veritate, juſtitia, fide, bonóque Eccleſiæ, elegerim meum exponere ſanguinem & mori? His quoque recitatis, ſpiritum reſumpſit, demumque locutus eſt: Ego non decepi Baſileenſes, nec egi contra Cæſarem. Peto autem duorum vel trium dierum

terminum deliberandi, quid ad exacta à vobis poſſim & debeam reſpondere. Ad quæ Frater Antonius Gratia-Dei reſpondit.

Reſponſio ſive Replica Gratia-Dei in reſponſionem Craynenſis.

Intellexi, quem ad Imperatorem geritis bonum animum; ſed in hoc vultis ſtare, quòd velitis Concilium facere, & quòd ſcripta, dictaque veſtra in ſummum Pontificem ſint vera. Per hoc oſtenditis obſtinatum animum, & pertinacem vos eſſe in hæreſi, inceptaque malitia, atque Cæſareæ Majeſtati rebellem. Hinc ego cum Paulo & Ezechieli flecto genua mea, ad Patrem Domini mei Ieſu Chriſti, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, ut det vobis ſecundùm divitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari, per ſpiritum ejus, interiorem hominem Supplico autem devotius ſerioſiusque tibi Deo omnipotenti, quatenus juſtitiam tuam hac die infinita virtute tua oſtendas, meque tu Deus omnipotens confundas, ſi bono zelo, fido animo, ad finem bonum iſte Craynenſis proceſsit. Sin autem, ipſum Craynenſem in oculis omnium hic præſentium, tua inſuperabili fortitudine extermines. Hem Craynenſis! vos convitiatus criminatusque eſtis ſummum Pontificem, inter cætera, illum Diaboli filium hæreticum, per Simoniam electum, & non verum Papam, ignominioſà utiq; injuria, & crudelitate nuncupâſtis. Deberetis perpol maximè vereri, Cardinalem & Archiepiſcopum vos, maximum ve-

verò in cunctis Chriſticolis antiſtitem,& illum patrem quidem doctum, & ſanctum, humillimo & (quod abſtulit ei Eccleſia) vocabulo & nomine, fratrem Franciſcum de Savona, appellare. Nunc hinc cognoſcimini homo ſtolidus, invidia, odio, ambitione & amaritudine plenus. Virtutes itaque & dotes animi mirificos, in dicto ſummo Pontifice, præclaro, ut ajebat, jubare ſplendidius prælucentes, in ſumma inſinuans, dictus prorſus Orator videlicet Antonius Gratia-Dei, quaſi ex ingenti cordis compaſsione & zelo, reductarum virtutum exclamavit. Proch, optime Deus, uſque quò pateris tuum in terris Vicarium ſanctiſsimum, optimumque, à viro dilaniari peſsimo & idiota? Quædam verò de prius dicto decreto Conſtantienſis Concilii, frequens recitando, ſingulisque dictis Craynenſis reſpondendo, inter alia ediſſeruit, Eccleſiam non eſſe ſchiſmaticam, pro eo, quòd Concilium à Baſilea translatum Lauſannam, ibique diſſolutum fuerit. Sed quia inquit, vos Craynenſis non creditis, vos erràſſe. Vt igitur videatis, adhuc eſſe Doctores in Eccleſia ſancta Dei, qui pro veritate certamen etiam ſingulare non refugiant. *Judico me cremandum igne, niſi probavero, vos erràſſe.* Vos enim eſtis ſchiſmaticus & hæreticus. Quòdque incepta veſtra non faciatis ex bono ſpiritu, ex hoc ſatis evidenter apparet, quia contra ſanctorum Patrum decreta ſacróſque Canones Spiritus Sancti inſtinctu editas, ſingula attemptàſtis. Et quamvis fueritis Archiepiſcopus, tamen non potuiſtis indicere Concilium,

cùm id ſolius eſſet Pontificis. Etiam adhuc nihil allegaſtis, vel probaſtis, in aſſertorum ſcriptorumque veſtrorum corroborationem, verificationemque. Ad tertiam pauſam reſponſionis Craynenſis, ubi dilationem poſtulat D. Antonius dixit. Vos deliberandi dilationem tardè indiſcreteque petiviſtis. Nam ex præambulis veſtris recitationibus, & ſermonibus, ſatis de animo & intentione veſtra elicitur, arguitur, & conſtat, auditumque eſt, vos eſſe pertinacem errorum, & rebellem in mandata Cæſaris. Idcirco ego vobis ſub imperialis indignationis, & irremiſsibilis rebellionis pœna præcipio, quatenus una cum veſtris complicibus, à procuratione Concilii, & convitiatione in ſanctiſsimum D. N. Papam, omnimodo deſiſtatis & ceſſetis. Requiro inſuper vos magnificos hujus almæ urbis Senatores, vobisque ſub pœnis in literis Imperialibus comminatis præcipio, quatenus ſecundùm Imperialium literarum continentiam, mentem Domini Imperatoris exequentes, ipſum Craynenſem, ad inſtantiam ſanctiſsimi D. N. Papæ, & ſacræ Cæſareæ Majeſtatis capiatis, compliceſque illius, ſi qui ſint, licentietis, eis ſalvum conductum removendo.

Requiſitio Oratorum Papa ad Senatum Baſileenſem.

His ita expeditis, Reverendiſsimus Pater, Dominus Iodocus Sedunenſis, & Gratianopolitanus Epiſcopus, Antonius, Præpoſitus aquæ mortuæ, & frater Emericus Apoſtolici Oratores, ipſos Senato-

tores requiſiverunt. Quatenus ipſum Craynenſem ad ſuas darent manus. Nam ſummus Pontifex eſſet judex illius In quantum verò petitioni ſuæ non ſatisfacerent, extunc proteſtabantur contra eosdem de ſingulis pœnis & cenſuris, in bullis Apoſtolicis contentis. Ad hæc omnia Senatores deliberantes, tandem petitam dilationem, trium dierum obtinuerunt.

Capitur Craynenſis.

Quo die videlicet Saturni XXI. Decembris convenientes & concordatis in unum Oratoribus, tum Papæ (quibus jam recenti itinere ſuperveniens, generoſus & venerabilis Servicius de Vrſinis, Commendator domus S. Iohañis Ieroſolymitani, novus in hac cauſa Apoſtolicæ ſedis Orator ſe adjunxit) tum Imperatoris, & Senatu, Craynenſis ſolenniter coram omnibus captus eſt. Quam capturam Oratores hinc inde evulgârunt, & gratanter acceptârunt, nomineque tum Papæ, tum Imperatoris laudârunt, ratamque & gratam habuerunt.

Conſilium Oratorum contra Sueſanenſem.

Quibus expletis Dominus Angelus, Epiſcopus Sueſanenſis, & Caminenſis, Orator Papæ, tum poteſtate legati de latere (qui ſe dudum coram Conſulatu, & in civitate Baſileenſi expetendo Craynenſi, multum ambitiosè, inurbaniter, & indiſcretè

tenuerat, ita ut propoſitiones veſpertinas in manè non ita convertere, vel pervertere, ſicut avertere moliebatur, & verba ſua, fuco, quæ nos mendacia vocamus, fulcire, ſive corrumpere conſuevit, in tantùm, ut periculoſiſsimè quid, eo inſtigante, factum fuiſſet. Hic ita, cùm nihil affectati obtineret, contra id, quod pollicitus fuerat (expectare videlicet patienter, & ſe futurum longanimem) extra civitatem recepit, & Baſileenſes diverſis iniquis ſententiis laceſsivit, nec adhuc poſt incarcerationem Craynenſis moleſtare eos deſtitit. Vnde Oratores in ſimul convenientes decreverunt illius legationem, quantum ad Baſileenſes, fore revocandam, vigore cujusdam Brevis Apoſtolici, quod frater Emericus à ſede Apoſtolica acceperat, hujusmodi tenoris,

Breve Apoſtolicum contra Sueſanenſem.

Sixtus Papa IV. Dilecto filio, Emerico de Kemel, ordinis Minorum de Obſervantia. Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm, ob integritatem tuam, quam pluribus in rebus ſumus experti ſpecialem, de te fiduciam ſumamus, tenore præſentium plenam & omnimodam facultatem & poteſtatem tibi concedimus inhibendi Venerabili fratri, Angelo, Epiſcopo Sueſano, Nuncio & Oratori noſtro, cum poteſtate legati de latere à nobis deputato, caſu, quo minus rectè procedere eum animadverteris, quod abſit, ut ulterius in commiſ-

miſsione ſibi per nos facta non procedat, neque de hoc amplius ſe intromittat, juxta mentis noſtræ conceptum, quem tibi aperimus. Mandantes præfato Epiſcopo, ut à te ſic inhibitus, tibi quàm primùm pareat, & ab hujusmodi commiſsione ſe abſtineat; Decernentes irritum & inane, quicquid per eum ſecus contigerit attemptari. Datum Romę apud ſanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris, die XXII. Iulii, M.CCCC.LXXXII. Pontificatus noſtri A. XI.

Inhibitio contra Sueſanum.

Ego itaque Petrus Numagen, Trevirenſis à dictis Dominis Epiſcopo Sedunenſi, Antonio G.D. Antonio Præpoſito aquæ mortuæ, & fratre Emerico juſſus & deſtinatus ſum, quatenus dictum Sueſanenſem conveniam, ne contra civitatem Baſileenſem deinceps procedat, inhibeam, & quo minus id poſsit, ſuam, quantum ad Baſileenſes legationem, officium & jurisdictionem revocem Apoſtolica authoritate, addito mihi, per civitatem, & ex parte ejusdem ſuperintendendi gratia, ornatiſsimo juris Canonici Doctore, Iohanne Bez de Durlach, ordinario in Vniverſitate Baſileenſi. Dictum igitur Sueſanenſem in Rubeaco, & monaſterio fratrum Minorum, die natali Domini, pariter convenimus, quem me facilius audire nolentem, cum ſtomacho adorſus ſum. Pater, inquam, reverendiſsime, nolite nos vexare. Nolo, inquit, ipſe vos vexare. Credo equidem, Notarium meum prope momentum ac-

ceſſurum. Moremini tanto : cùmque more pigeret, exivimus. Aſt tandem ſedente nocte revocati, quod mihi commiſſum fuerat, executus ſum, ut potui fideliter. Supplicat Dominus Angelus: Moremur diem, audituri reſponſum relaturique. Ajo, præter literas Vriæ, & quæ cùm liberalitati, tum ſimplicitati officiunt, & fiduciam fraudant, ſodalium publicorum actuum, cavillas ſive retia vagantium leporum, vel ſubtiliatas exoſorum inſidias, quicquid patens amicúmve referendum ſit, libere: Moramur pro reverentia. Requirimus cedente die, non quod legato libeat, ſed quod nobis liceat referre reſponſum. Legit ille conceptum ſubſcribendum, referendumque illud mihi ſub excommunicationis & falſi pœnis mandans. Factam igitur per me heic executionem reſumo, & officioſi quidpiam ante ſuberrationem debitam injungi non poſſe mihi proteſtor. Ait ille, ſedis Apoſtolicæ nihil dantis negotium eſſe. Iam tamen, inquam, in ejuſdem ſedis negotio non gratis profectus ſum. Surgit inter loquendum ita lætus admodum, vinum jubens porrigi. Bibitque & porrecto bibimus omnes. Dominus Doctor cum Cancellario conſidentes, legatus & ego conſtantes converſamur. Multum ad illum, inquam, collegæ veſtri R. P. dolent, miranturque, quod certificatus de ſecuritate infringibili, & invitatus ad actum illum incarcerationis Craynenſis Domino noſtro Papæ honoriferum, non comparueritis. Illius nempe fuiſſet in vos attentis ſenio, doctrina, tamque dignitatis, quàm authoritatis præſtantia, & incolatus longinquitate au-

auſpitium poſitum, fuiſſetisque in ea re pater, conſilium, atque primus. *Angelus.* Tu mihi accedere, Baſileenſes, contra quos tot ſententias cenſurarũ fulminavi, fide tua conſuleres? *Petrus.* Profecto & ſine periculo R. P. Neque ſunt Baſileenſes quemadmodum rebamini in veſtram cladem ſitibundi, utpote qui obſervantes P. V. quàm citò prohibuerunt, & revera vitam veſtram binies ſuâ operâ redemerunt, quaſi de faucibus hiantium æmulorum. Scitis enim R. P. quem non tutè ceperatis apud Reinfeldam Presbyterum, quia proceſſus veſtros amoviſſet, collectis poſt evaſionem ſuam, quadraginta ferocibus, & in V. P. ſingulari quodam odio ſuccenſis, profectionem veſtram à Reinfelda exploratam, die unâ obſervâſſe, veſtricidarumque incidiſſetis manus in longo proceſſu, niſi reducta juramenta monuiſſent obſervatores, miſſorum civitatis Baſileenſis, ſub comminatione acri prohibentium vocibus obedire. *Angelus.* Color erat ſimulatæ beneficentiæ, atque admodum ſubordinata perculſio. Solent enim ſæpe perſtringi ficto beneficio, in quos non tutè proloco & tempore maleficium exercetur. Et muſcipulâ inſidioſam practicato cibo allectus intrat fatuus mus. *Petrus.* Non ideo, imò ne delictum alienum ex diſſenſione præſenti de ipſis poſsit argumentari. *Angelus.* Non credo perſequentem in perſecutorum giro ſecurum. *Petrus.* Imò veſtrates Itali, de ſociis quidem malè fidunt, noſtrates verò etiam diffidatorum ſuorum fidei ſeſe credunt, & quamvis publica in vos totius communitatis odia citaveritis; ſcio tamen, quòd Baſileenſes, poſt ſecuritatem polliciti-

licitam, nil in P. V. fore egiſſent. *Angelus.* Eſto, ſed non vellem pro auro mundi me illi actui interfuiſſe. *Petrus.* Cur hoc, nonne bonus? *Angelus.* Qui bonus? Baſileenſes pro Imperatore, quod Papa, non faciunt, cùm iſti magis ab univerſis Chriſticolis, quàm illi parendum ſit. *Petrus.* Imò, pro Papa, quod ejus ſollicitatione fecerunt. *Angelus.* Sed nonniſi jubente Imperatore. *Petrus.* Non culpa fit, quod aliter fieri non poteſt, dummodo V. P. in prætorio pro ſede Apoſtolica requireret tradi vinctum Craynenſem, Conſulatus V. P. reſpondit reverenter; ſe inprimis geſta Craynenſis Sereniſsimò Domino Imperatori, cujus ſubeſſent ditioni, inſinuâſſe, qui deinceps voluiſſet ab eis de certis informari. Quapropter miſiſſent ſuam ambaſsiatam, tum ad informandum, tum ad conſulendum Majeſtatem ſuam in hoc negotio, quam in brevi applicaturam crederent. Et quia non liceret ipſis voluntate Domini Imperatoris adhuc incognita, quicquam in hac re ſua, temerè attemptare, ne quaſi ex deludendo Dominus Imperator pro temeritate hujuſmodi ſuam in eos indignationem & vindictam convertere provocetur. Maximè cùm dictus Craynenſis ſe oratorem illius nominaverit. His attentis P. V. humiliter ſupplicarunt, quatenus ad quindenam expectare dignaremini dictæ ambaſsiatæ adventum, quicquid extùnc ipſis pro ſede Apoſtolica liceret, facturi. Miror, quomodo illam potueritis reſponſionem reprobare, cùm tam proba, juſta, & honeſta fuerit, & vix aliam tunc dediſſe potuerint, niſi vel Papam enormiter, vel Imperatorem elegerint

of-

offendiſſe, & ſe mulctandós ſimùl & infamia vel levitate conſilii contemnendos dediſſe. Poſito nempe, quód ratio poſtulandi dilationem defeciſſet, tam brevem tamen, quàm in re ardua ex juris moderamine merebantur, neſcio, quomodo præter diſcretionem denegâſtis. Nullum enim ſedi Apoſtolicæ præjudicium ex ea ſequi potuit, cùm Baſileenſes, ut decuit in negotio, quod contra Dominum Papam geri videbatur, ad ſuum ſuperiorem Dominum, videlicet Imperatorem Apoſtolicæ ſedi non rebellem, ſed devotum recurrerunt conſulendum, multiplex verò comodum ſecuturum erat: Eâ etenim expiratâ, optionem ſine difficultate reportaſſetis, nec fuiſſent lèviter ſpretæ: Taceo tam inaniter ſententiæ fulminatæ, tot ſecordiæ poſitæ, tot oblocutiones, rebelliones, & contumaciæ ſuſcitatæ, tot labores & errores inducti, & mota pericula. Noluiſtis dare quindenam cum debita venia, quæ crebro interim cum injùria pertinaci voluta eſt, & in ſententiis dictandis, cenſurisq; fulminandis V.P. non ad inſtar jurium, quæ deliberationi, ponderationique inſident, diſcreta, ſed ſecundùm fervorem capitis præceps fuit, & immittendo vulneri Baſilienſium, quam dicitis excommunicationis medicinam, non in vultu proceſſus jucunditatem medici conſolantis, ſed furorem quodammodo & rabiem perſequentis inſinuâſtis. *Angelus.* Audio te eſſe Baſileenſem, & ſcio, ſi ſecundùm ingenium tuum judicare deberes, nequaquam me cum Baſileenſibus malè egiſſe diceres. *Petrus.* Revera P.R. Baſileenſis natione non ſum, ſed incolatu, illis tamen non adſtri-

ſtrictus promiſſo vel obſequio, niſi favore quodam incolentis, attamen non favorem, ſed quæ mihi videtur, juſtam opinionem enarro. *Angelus.* Nihil egi, quod mihi à ſede Apoſtolica commiſſum non fuerit, ſicuti hæ bullæ inſinuant. *Petrus.* Bullas legi, nec aliquid illiciti vel præjudicii prætendunt. Mittens enim nuntium, vult eum facultate etiam ſuperabundante potiri, non ut quocunque eventu, ſed ad neceſsitatem utatur, & ex hoc laudo Dominum noſtrum Papam, qui apud ſe dubius de eventu hujus negotii V. P. miſit, ſuperabundante facultate, fulciens, de timore veſtro ad Deum, & conſcientiæ integritate, nec non gravitate, prudentia, & diſcretione, ut non abuteremini, confiſus. Erat enim utile, ſuſpectum malum congruis antidotis prævenire, & conceptam inobedientiam de rebellium pectoribus diſpoſitis armis abrumpere, ac natum ex partu temerario per extenſum gladium verſatilem detruncare. Sed Baſileenſes, nec inobedientes, nec rebelles, ſed ſupplices, ſed obſequentes, ſed auſcultantes uſque huc fuere, velleque in futurum eſſe profeſsi ſunt. Nec audio vos aliquam juſtam moleſtandi Baſileenſes cauſam habere, niſi quod, ut dicitur, appetitu capelli, quem tamen ſedes Apoſtolica negat, de Craynenſi ſeducamini, mala utique impinctio, ſive vera, ſive falſa ſit. *Angelus.* Qui veritate exoſo exprobrare non poſſunt, figmentis nituntur. *Petrus.* Bullæ Apoſtolicæ cavent, & jus ſancit, inferiores, ſe de cauſis ſuperiorum intromittere non debere. Sed conſtat P. V. Baſileenſes à veſtris proceſsibus, tam latis, quàm comminatis ad ſedem Apo-

poſtolicam appellâſſe, & ſic manus veſtræ clauſæ ſunt, & jurisdictio veſtra ad ſedem Apoſtolicam devoluta eſt, Præterea P. V. in publica ſeſsione conſulatus citavit Baſileenſes comparituros Romæ coram Domino Papa ad triceſimum diem audiendi mentem ſanctitatis ſuæ ſuper requiſitione per vos facta. Perſpicuum igitur eſt P. V. omnem à ſe jurisdictionem, quam habuit contra Baſileenſes, abdicâſſe, ſeque omni facultate moleſtandi Baſileenſes denudâſſe. Hinc malè moleſtatis Baſileenſes, cùm ipſi ad citationem V. P. ambaſsiatam notabilem miſerint, defenſuram partem ipſorum & excuſaturam eos prorſus de omni, qua falsò accuſati ſunt inobedientiâ. *Angelus.* Conceſſo, me ipſos, ut dicunt, citâſſe, tamen póſteaquam ibi fuerim, novæ commiſsiones mandatæ ſunt, ut videre poteris, quarum vigore ego procedo. *Petrus.* Emiſſa fortè eſt illa commiſsio, ignorata veſtra citatione, & ſic de ſe intelligitur retractata. Etiam nova commiſsio, novum requirebat proceſſum, ſed conſtat vos priores proceſſus aggravâſſe, quod vitium eſt in jure. *Angelus* Non conferá latius de his: Nolumus enim illa juſtificare Miror tui, quid torpeas in hac patria, cur non pròficiſceris Italiam, ibi poſſes creſcere in virum. *Petrus.* Non conveniunt moribus meis Itali. Invidi ſunt, ſubdoli ad decipiendum, faciles atque de fraude propria aliis malè fidunt. Præterea aſini in Alemania clementius tractantur, quàm Alemanni in Italia. Angelus: hem quid dicis! Parcat tibi Deus: Si probaſſes Italiam alia ſentires. Audio, quia Ignoras mores Italiæ. His altercationibus inter ridem-

dendum peractis, denſantur tenebrę, fit hora tarda. & tempus cœnandi. Invicem igitur ſalutantes digreſsi ſumus cum bona venia. Manè dominus Doctor & ego revertimur: Legatus mandat mihi heſterna, ego heſterna repeto. Ille mandat, at vereri me debere ait, ut canem, quàm ſalarium exquirerem. Ego, inquam, mandata veſtra non timeo; quia non eſtis judex meus; nec delegatus, niſi conſtet, V. P. ſuffultam eſſe ea authoritate, quâ derogare juri meo poſsit: vel dederitis ſalarium officio meo condignum. Nec ordinarius meus eſtis, cui ſimiliter gratis quid agere nullus obligatur. Si quid igitur gratis agendum eſt, à veſtris agatur. Mihi contra eos, qui me jam obligatum habent fidelitate gratis agere quidpiam non licet. Nec compellere me poteſtis, ut gratis quid agam, niſi expreſſam habeatis derogandi juri notarii facultatem: ubi enim V. P. unquam legit, quòd debeat aliquis ſua mercede fruſtrari? Neque enim hactenus illa fuit ſedis Apoſtolicæ liberalitas, ut nihil daret. Num V. P. ſua legatione pro ſede Apoſtolica fungitur gratis? Scio, ſi eſſem ad pedes Sanctiſsimi, ſanctitatem ſuam ita æquam, ita liberalem, nil à me gratis depoſcere. Vobis igitur nec gratis quicquam egero, qui molimini in ſcandalum ſędis Apoſtolicæ, ac turgidè ac procaciter maledicta evomitis in perniciem capitis veſtri, in obedientes filios, ſedis Apoſtolicæ. *Angelus.* Tu mentitis. *Petrus.* Non mentior, neque mentitum me eſſe volo, & videat V. P. ne quenquam publicis mendaciis egregiè convictam contingat, ut dignum eſt argui & caſtigari. Mendaciis enim cun-

act

cta pro ſede Apoſtolica cogitatis in ſcandalum ejus peragere. Non convenit ille mos digno viro. Aſt ſic receſsimus grata referentes Dominis noſtris nũncia.

Reſponſum & anathema; quod in Baſileenſes Sueſanus publicè vibravit, aqua, igni omnibusque commerciis interdixit; habet *VVurſt.* lib. 6. p. 473. Hinc alia ad Papam legatio, & ipſa Cardinalis mors, de qua aliter *Stumpfius* (vide ſup. pag. 97) aliter *VVurſtiſius* l.c. ſecuta. Vtro ſe modo res habeat, noſtrum non eſt definire; ſed nec cauſæ intereſt. Claudimus hanc appendicem Epiſtolâ Craynenſis ad Baſileenſem Epiſcopum deſtinata.

Eccleſia Dei vivi columna, & firmamentum veritatis. 1. Timoth. 3.

Andreas, Dei gratiâ, Archiepiſcopus Craynenſis, ſacroſanctæ R. Eccleſiæ, titulo ſancti Sixti, Presbyter, Cardinalis, Pronunciator ſancti Baſileenſis Concilii, Venerabili Domino Caſparo, Epiſcopo Baſileenſi, fratri cariſsimo in Chriſto Jeſu ſalutem æternam optat.

Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Scripturi ad te quædam, venerabilis frater, pro tua ædificatione, inprimis obteſtamur per cha-

ritatem Chriſti Ieſu audire ea à nobis patienter. Non enim noſtra tibi proponimus negotia, ſed Ieſu Chriſti Domini noſtri, quem, heu! coram multorum oculis proſcriptum conamur, ipſo adjuvante, cum gloria reducere. Nec noſtrum, ſed tuum honorem quærimus, & ſalutem nunciamus. Non ignoras de nobis, recolende frater, quantum apud fideles filios Eccleſiæ Chriſti, & paternitatis tuæ, in quorum tu ab eo adoptionem vocatus es perſeverantes Concilium generale, quod fideliter pronunciavimus, Maii initio uſque huc expectavimus in Spiritu Sancto legitimè congregari. Miramur igitur (cùm te paſtorem deceat intendere ovibus, ne à lupis vel abſumantur, vel diſpergantur & grex tibi à Deo creditus detrimentum patiatur; Et non eas, vel ſolas, vel ſaltem mercenariis; ne tamen tu foris manens ſis hujusmodi; derelinquere (te ab inde nunquam illuc fuiſſe, & ſaltim probaſſe facta noſtra, & mala quidem reprehendiſſe, bona verò, vel ut decuit fortiter aſſumpſiſſe, vel ſaltem humiliter admiſiſſe. An ignoras, te in eandem, quam nos vocati ſumus, operationem vineæ Domini obligari? Cur igitur, poſtquam Concilium, quo illa excolitur, pronunciamus, non properas venire, ſi non ad Concilium, ſaltem cathedram tuam? Miniſtrum Chriſti te geris. Si igitur Dominum quæris Ieſum Chriſtum, non in caſtro reperies, ſed exeundum eſt ad eum extra caſtra; ubi non modo ducitur inter latrones ad crucifigendum, portans humeris ſuis crucem quâ affigatur. Tu igitur accelerans non coactus ut Simon, ſed voluntarius eum adjuva

poſ-

portare illam, ſume imperium ejus, aufer damnum Eccleſiæ ejus, amove ab ea ſcandalum, & quam in tuam curam ſponſam ejus, quaſi tuam, accepiſti, diligenter cura, cum ecce illa quærens dilectum ſuum à cuſtodibus civitatis percuſſa eſt, vulnerata eſt, & corrupta eſt, ſub arbore non malo, ſed mala ſub arbore quercuum violata eſt. Tu igitur ſuſcita eam, unge vulnera illius, ſana plagas ejus, quia infirmata eſt, & deformata nimis, & non eſt in ea ſpecies, neque decor, facies ejus quaſi leproſæ, & à planta pedis, uſque ad verticem capitis non eſt illi ſanitas. Et ſi ſolus eam juvare non poteris, nitere tamen quaſi poſsis ſolus, ut probetur diligentia tua, & caritas cúnctis innoteſcat. Nôſti, frater cariſsime, olim hic inceptum fuiſſe Concilium, ad extirpandum hæreſes, ad armatá, præcipue Huſsitarum Ad uniendum cum Latinis, qui adhuc regnabant, Græcos. Ad corrigendum mores, & pacificandum populum Chriſtianum, quod quidem nondum legitimè, neque ſecundùm locum, neque ſecundùm negotia, ſed heu ſecundùm celebrationem, & malè quidem, jam multis annis in maxima offenſá Dei omnipotentis, in prævaricatione ſaluberrimarum ordinationum univerſalis Eccleſiæ, in incurſione cenſurarum ejusdem, & cum maximo detrimento fidei & Chriſtianitatis damno ceſſavit. Et nunquam in memoria hominum tam opus fuit Concilio, quàm nunc eſt. Fides enim in agone, vel ſaltem mortua eſt, quia opera non habet; hæreſes in dies novæ pullulant, nec antiquæ extirpatæ ſunt, & variæ opiniones, quæ rectæ fidei adverſæ ſunt horatim ſurgunt, mo-

res Chriſtiani nusquam conſpiciuntur: vitia non
corriguntur, ſed defenduntur, commendantur, ex-
tolluntur, vigent opera Diaboli, quibus tamen om-
nes renunciavimus. Opera Chriſti, ubi adhuc ſunt,
deridentur, blaſphemantur, obloquuntur; & bre-
viter, collatis ad invicem operibus noſtris, & Evan-
gelio, traditionibusque Chriſtianæ inſtitutionis
major non reperitur contrarietas. Opera noſtra
fermè omnia contra Evangelium militant. Modica
jam viget religio, nulla quaſi juſtitia, pauca hone-
ſtas, ſed regnat avaritia, ambitio, pompa, libido, la-
ſcivia, & quicquid ſanæ doctrinæ adverſatur. & tan-
ta in utroque ſtatu turpitudo geritur, quantum ſty-
lus non capit. Etenim quaſi omnis vitę clericalis de-
cor periit, & quemadmodum Iſajas conqueritur: Si-
cut populus, ſic ſacerdos eſt. Prælia in populo Chri-
ſtiano non extinguuntur, ſed foventur, & ſuſcitan-
tur. Nemo iniquitati reſiſtit. Omnes quaſi juſti-
tiam expugnare conantur. Nulla charitas, nulla u-
nitas, nullum auxilium fidelium contra infideles
crudeliſsimos hoſtes fidei, ſed Chriſtiani in alter-
utrum conſpirant: Fœdera contra alterutrum cum
inimicis Chriſti pangunt, & contra ſe invicem nu-
triunt & gerunt odia, lites, ſchiſmata, prælia, ſectas,
ſcandala. Breviter, reſpice faciem totius Chriſtiani-
tatis. Intuere ſtatus, ætates, & ſexus. Perquire tem-
pora & perículoſiora non reperies præſentibus,
quæ nuſquam aliter poterunt ſecurari, quâm per ſa-
crum generale Concilium, in quo Spiritus, San-
ctus docet omnia media pacis, honoris, ſalutis, cha-
ritatis, & fidei mentes quoque fidelium unit, ut
tunc

tunc non tantùm in medio duorum vel trium, ſed multorum in nomine ſuo congregatorum ipſe author pacis & gratiæ, atque gloriæ largitor exiſtens Dominus noſter Ieſus Chriſtus donet rem, de quacunque Sancto ingerente Spiritu fuerint concordati. Vides autẽ, bone frater, & obſecramus efficaciter, ut debes cum dolore, cum compaſsione, cum charitate videas, quum Apoſtolicæ tubæ clangor non auditur ad ſalutem, ſed ad avaritiam, & quos omnes timere deberent reprehenſores, cùm ſint plùs omnibus reprehenſibiles ob ſua crimina, cunctos timent Papa, & Cardinales, & qui alios deberent reformare, præ cæteris heu maximè deformati ſunt. Principes dormiunt, Prælati trepidant, omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Sicq; jam alter alterum, advertere & expectare non habet, ne cum dormientibus, qui ſuſcitari non poſſunt, & trepidantibus, qui ad fortitudinem, nimio tremore confuſi, reduci nequeant, in periclitante navi Eccleſiæ pereat Dum igitur adhuc tempus habemus, operemur bonum ad omnes homines, maximè autem domeſticos fidei. Diſsimulat enim adhuc Deus peccata noſtra propter pœnitentiam. Timendum verò eſt bone frater, timendum eſt nobis ut ſi etiam pœnitentiam cum lachrymis quæſierimus, eam non inveniamus, pœnitentiæ locum, cùm amplius non erit locus excuſandi ſe per alterum, quod per ſe facere quisque debuit; Non implendi neglecta prorogatio temporis; non remedium applicationis, ſed ſola mors indiſpenſabilem vindictam malorum inducat ignem ſempiternum, quo-

modo illum à judicio juſti, & in ſæcula viventis Dei effugiemus, ſi tantam ſalutem Chriſtianitatis nobis creditá neglexerimus, qui ſumus miniſtri Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei? Hic jam quęritur, inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur. Sataget igitur unusquisque noſtrum ſatisfacere profeſsioni ſuę & vocationi, qua vocavit nos Chriſtus, cui; inſigniti ſumus charactaere indebili, ferre ſignum martyrii in capitibus noſtris, in militia ſua, cujus nos milites ſumus electi ad pugnandum pro corpore ejus, quod eſt Eccleſia, pro qua conſtituet nos in judicio, rationem reddituros de minimo capillò ejus, & omnibus damnis, & deformitatibus ejus, pro cujus abundantia & decore uſque in mortem certare potentiſsimè tenemur, uſque ad minimum quadrantem, non jota unum, nec unus apex tunc remittetur. Laboremus igitur ſicut fortes milites Chriſti, accipientes, hortante Paulo, armaturam Dei, ut omnibus adverſariis, inimicis, perturbatoribus & deturbatoribus Eccleſiæ ſanctæ Ieſu, qui eam ſanguine ſuo ſanctiſsimo virginem ſpecioſiſsimam, quæ maculam non habuit, neque rugam, conſtituit, & deſponſavit, ut ſit illi ſponſa illibata, & in regnatione filiorum fœcunda. Dans illi ſecundùm diverſa officia miniſtros & diſpenſatores nos, non ſolùm particulariter, ſed cùm neceſſe ſit univerſaliter, omnibus filiis ejus providere, ne in partu ſpirituali deficiant, ne à grato complexu matris devient, vel abſtrahantur ad cædem, imò ne matris terrore ſeu oppreſsione vel abortiatur generatio, vel conceptu fœtus informis ab utero menſtru-

ſtruoſe diſrumpatur, continua ſollicitudine intendere, obviare, & uſque ad ultimum anhelitus ſpiritum, & noviſsimam ſanguinis guttulam reſiſtere poſsimus, & in omnibus ſine culpa perfecti ſtare. Succincti ergo lumbos noſtros in veritate, & induti loricá juſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Evangelii pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, & galeam ſalutis, atque gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, in vigiliis & orationibus, in jejuniis multis, & obſecrationibus, in patientia ſumma, in charitate non ficta, ſub vivificæ crucis, redemptionis noſtræ vexillo, & umbra Sancti Spiritus conveniente, accedamus cum vero corde, in plenitudinem fidei, aſperſi corda, à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeſsionem indeclinabilem, ut omnes, qui ex adverſo noſtrum ſunt, comprimantur, nihil potentes contra nos. Arma enim noſtræ militiæ non carnalia, ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum, in obſequium Chriſti, & in promptu habentes ulciſci inobedientiam, cum noſtra obedientia erga decreta univerſalis Eccleſiæ impleta fuerit. Et ipſa mater Eccleſia per totum terrarum orbem diffuſa in pace ſanctorũ, & unitate Chriſti adjutorio per nos ſollicitata in Spiritu Sancto congregari cœperit & florere. Noſtra enim æmulatione omnes homines nitimur, quaſi pacis Angelus provocare, ut in hoc ſaltem pietatis opus nobiſcum conveniant, Deo adju-

vante efficientes, quatenus expulſis de populo Chriſtiano erroribus ſedatis bellis, & extinctis vitiorum illecebris, ipſo dirigente, fidei unitas animorum concordia, & ſanctorum morum diſciplina, introducta conſervatur. Ad hoc autem provocandum & ſi non ſufficit, Chriſtianos nos eſſe, Prælatos Eccleſiæ & Apoſtolorum ſucceſſores nos eſſe, miniſtros Chriſti nos eſſe, membra corporis ejus nos eſſe, etiam authoritates videlicet Conciliorum Conſtantienſis & Senenſis, & Martini Papæ V. imò & tunc Eugenii IV. ſub quibus illo tempore inceptum, jam jam ad finiendum legitimè Baſileenſe præfatum per nos cum ſuis interminatis propoſitis reſumptum, ſuffragantur. Præterea ex ſuperabundanti coercet præfatæ Synodi Conſtantienſis, quæ jam annis viginti pro Concilio clamat, damnabiliter infracta conſtitutio, cujus in omnes penè ſupereffluunt, non curantes interficiunt, curantes verò cùm ſint medicinales curant: Et ultra hæc pericula, damna & ſcandala Eccleſiæ tam ingentia ſunt, ut iſtis deficientibus, Clero non curante, à laicis, tanquam fidei defenſoribus, & firmiſsimis Eccleſiam conſervantibus Exedris de novo eſſet indicendum, tenendumq; Concilium: Ad hoc etiam provocandum his moti periculis, damnis, ſcandalis, illis freti authoritatibus, & hac conſtitutione inducti nedum, ſed coacti, docti ab Apoſtolo, cùm vires noſtræ ad debitum non ſufficiant: Igitur non in quantum debemus, ſed in quantum valemus corripientes omnem hominē, & docentes omnem hominē, in omni ſapientia, ut exhibeamus omnem ho-

hominem perfectum in Chriſto, non timemus ſuſtinere perſecutiones, minas, terrores, infamationes, ludibria, tormenta pro Eccleſia Chriſti, etiam ab homine talismodi, qui ſuperiori ſede ſcandaloſè tentus, & vicem Chriſti in Eccleſia malè adeptus, mente quoque & moribus corruptus, & nedum circa officii, imò & fidei (NB) profeſsionẽ reprobus, nullam penitùs in Eccleſia poteſtatem habet in deſtructionem, quam tamen habere poterat, in ædificationem. Illud ſolùm reſpicientes, quòd Deus dedit Chriſtum, videlicet ſuper omnem Eccleſiam caput, ex quo totum corpus, per nexus & conjunctiones ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmentum Dei. Horrendè enim & citò apparebit, quum judicium durisſimum in his, qui vel dormiendo vel trepidando, & non fortiter Eccleſiæ Chriſti, & populo Chriſtiano præſul fiet, & potentes juſto Dei judicio potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cujusquam Dominus, nec reverebitur magnitudinem cujusquam. Tu igitur, frater Epiſcope, vide miniſterium, quod accepiſti in Domino, ut illud impleas. Reſpice Chriſtum, reſpice conſcientiam, reſpice officium. Cave iram Dei, cave cenſuras Eccleſię, cave damnationem propriam. Ne diutius differas venire in adjutoriũ Eccleſiæ ſanctæ Dei. Diſce (NB) à filiis tuis, quid agendum tibi ſit, quos tu id docere debuiſti, nec homines magis, quàm Deum timeas. Horum enim violentias ad ultimum effugere, ſaltem per mortem poteris, illius vindictas minimè. Nec timori ullus tibi locus eſt, poſtquam enim filii tui te

patrem & paſtorẽ ſuũ (NB) defendere volunt, ut eis conformatus, hoc ſanctũ opus nobiſcum, Deo adjuvante, perſequaris, eique ſecundùm debitũ tuum auxilium impendas & favorem. Nemo eſt, qui te vel jure, vel violentia tuo Epiſcopatu deſtituere valeat. Cogimur ſic loqui tibi. Videmus enim, ſi rectè videmus, te opus quidem velle hoc ſanctum, & optare, nec credimus, quòd aliter de te audimus. Multi equidem alii quoque, qui poſſunt, volunt, ſed temporalia magis curantes, quàm animam, homines, quàm Chriſtum, redditus quàm Eccleſiam, lanam, quàm oves, non exponunt corpus, ut animam redimant, ut veniant ad Chriſtum, ut defendant Eccleſiam, atq; oves. Charitas enim in eis refriget, & ſuperabundat iniquitas. Perverſo ordine, qui foris eſt homo eorum innovatur, interior corrumpitur de die in diem. Deſcendunt nimis in animalitatem, ſpiritualia verò illis non ſapiunt, non intelligunt, quòd per multas tribulationes introeundum ſit in regnum Cœlorum. Ita vivunt in deliciis, quaſi præter illas nullæ ſint, vel quaſi per illas ad perpetuas veniendum ſit. Sed non ſic introivit in regnum ſuum Chriſtus Dominus noſter, qui etiam docuit volentes venire poſt eum in regnum ſuum, abnegare oportere ſeipſos, & tollere crucem ſuam, & ſequi ſe per viam arctam, per quam utique injerunt ſanctiſsimus Iohannes Baptiſta, Apoſtoli, Prophetæ, Martyres, ſanguinem ſuum pro Teſtamento Dei fundentes. Omnes appetunt triumphum, ſed pauci, & heu pauciſsimi volunt militare cum Chriſto. De his ſatis. Tu verò frater ſapienter conſidera, quòd

quòd tu Concilium incipere debuiſti, quaſi loco Concilii præſidens, nam ex hoc facilius potuiſſes. Sed quare neglexiſti, ne nos impedires in incepto, quemadmodum animo hoc tuo propoſuiſſe accepimus? Igitur illud à nobis intellige; quòd ſi nos à loco iſto univerſali Eccleſiæ, militante, tuo motu, vel aliorum quorumcunque mandato pellere inexcuſabili, inſania per te vel alios, quovis modo præſumpſeris. Nos non pro noſtra, ſed omnipotentis Dei, & totius Chriſtianitatis injuria, adjuti favore ſummæ, & individuæ Trinitatis Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, atque authoritate univerſalis Eccleſiæ, pro cujus cauſa vitam noſtram fidei zelo, & ardore charitatis inextinguibili, in ſpe mercedis æternæ, devovimus, à gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & communicatione amariſsimæ paſsionis ejus, & pretii redemptionis noſtræ, ſanguinis ſui ſanctiſsimi, pro nobis in cruce effuſi, à cœleſti Ieruſalem, & ipſa viſione pacis æternæ, id eſt, triumphante, atque militante Eccleſia excludimus. Declaraturi abinde, te fore inimicum Ieſu Chriſti, perſecutorem Eccleſiæ ſanctæ Dei, & Ethnicum, & Publicanum vitandum excommunicatum, anathematiſatum, omni dignitate denudatũ, & vita ipſa indignum. Conſtituturi te coram Deo, & Domino Ieſu Chriſto, judice vivorum & mortuorum, authorem & cauſam omnium & ſingulorum, quæ abundè contingant, damnorum, ſcandalorum, & periculorum in Eccleſia ſancta Dei. Et ſic per te, vel propter te compul-

ſi

ſi recedentes, ecce pulveres de pedibus noſtris excutiemus, quæ erunt tibi in damnationem, & confuſionem teſtimonium perſecutionis tuæ coram Deo, & omni creatura in noviſsimo die. Poſituri contra te & omnes foventes vel aſsiſtentes tibi anathema Moran atha in virtute Dei. Ecce, frater chariſsime, appoſira eſt tibi vita & mors, ſalus & damnatio, gloria & confuſio, ad quæ volueris porrige manum tuam. Deus autem dirigat cor tuum, & corpus tuum in charitate Dei, & patientia Chriſti, ut cum gloria poſsis apparere & effugere ultionem in die vindictæ Dei.

Se-

Sectio II.

De

GINGISCHANISMO.

[a] Sequitur [b] Gingis-Chaniſmus, qui, a [c] Gingis-Chano dictus, ſuperſtitio eſt longè [d] latéque patens, ex Islamiſmo [e] quidem mutuata & interpolata, eidem tamen, non ſecus [f] ac Judaiſmus Samaritaniſmo, exoſa & infeſta.

[a] Non quidem ordine naturæ (Muhammediſmus enim ut filiam mater præcederet) ſed cognitionis. Multa etenim, ut ſuo loco dicemus, ex Arabum monumentis inſerentur, quæ Muhammediſmo non pœnitendam adferunt lucem. Recludimus autem hac ſectione pleraque Gingischaniſmi arcana, ut, promiſsi memores, univerſam Tamerlanis Hiſtoriam, ὡς ἐν τύπῳ, proponamus.

[b] Vocatur aliâs *Lex Gingischanica*; *Abm. Arabſchia.* pag. 436. *Fundamenta Gingischanica*; *Id.* p. 403.

[c] De quo, poſteriſque ejus, & authoritate, aliquid diximus Sec. XIII. p. 489. & XIV p. 838.

[d] Refert enim *Abm. Arabſch.* p. 403. *Ghagatais,*

teos,ſeu Scythas,Daſtæos, Chatæos, Turcomannos his ſacris fuiſſe imbutos.

[e] *Id.ib. Fundamenta Gingis-Chanica ſe habēt ut Ramiſcientia juris in religione Islamica, qui à via Muhammedis abducebant*: Vt, quid *Ramorum* nomine intelligatur cognoſcas, confer quæ diximus *Anal.* p.1.p.285.288. Quæ, in ſpecie hujus religionis fuerint dogmata, vix aliunde melius colligimus, quam ex eodem *Ahmede Arabschiade.* Ejus igitur araturi vitulâ dicimus. 1. *Gingis-chanicos aliquam & Dei,& providentiæ divinæ habuiſſe notitiam.* Huic ſanè Tamerlanus omnia accepta tulit. *Arab.* p.429. 2. *Templa & Mesgisdas precibus deſtinatas extruxiſſe.* Vnde magna illa Tamerlanici Templi ſtructura, de qua *Arabſch.* p.303. Vidit in India ædem ſplendidè extructam, cui ſimilem Samarkandæ erigi voluit, ex ſolido marmore. Commiſit negotium amico cuidam ſuo, Muhammedi Ghaldo, qui ut votis Tyranni ſatisfacere, nullum non movit lapidem. Nec dubitavit, quin & à poſteris laudem, & à ſpectatoribus admirationem, & à Timuro gratum animum meriturus eſſet: Sed aliter cecidit. Cùm enim *Malcæ Cobræ*, Timuri Conjugis, inſtinctu, Collegium è regione Templi illius Cathedralis, & altitudine ſublimius. & loci naturâ firmius erigeretur, adeò illud indignè Timurus (qui nec ipſe ſecundùm ferre poterat, nec in illis, quæ ſuaſorem eum aut impulſorem habebant, mutationem) tulit, ut Muhammedam Chaldum flagris cædendum, humi raptandum & diſcerpendum im-

immaniſsimis objecerit militibus. Vide p. 305. ubi plura de hoc templo. Non igitur mirari debuiſſet *Pet. Perondinus* c. 23. *Scyticum hunc, impiè profanum, delubris ſæpe peperciſſe, cùm cætera promiſcuè omnia proſterneret.* De ſplendidis eorum ſepulturis, religioſis ſepulchrorum viſitationibus, diebusque feſtis commodior differendi locus erit in ipſa Hiſtoriæ Timuri tractatione.

[*f*] Vnde Tamerlanus, Gingis-chaniſmi fulcrum & columna, à Muhammedanis ignominioſisſimis appellatur Nominibus. *Schah-Manzur* eum Charegh, ſeu *Schiſmaticum, & averſum, à vera religione vocat. Arabſch. p.* 54. Aliâs dicitur. *1. Oppreſſor p.45. 2. Infidelis; Ib. 3. Dæmon. p.47. 4. Portentum, homo aſtutus. p.46. 5. Claudus & luxatus Ghagataus p.48. 6. Vipera. p.69. 7. Aerumna, vel calamitas. p.70. 8. Tyrannus impius, infidelis. p.75.79. 9. Perfidus & doloſus. p.94. 10. Homo truculentus & vaſtator improbus. Ib. 11. Aldighal, id eſt, Antichriſtus, cum quo Gog & Magog. p.163.* Degnal vulgò noſtri, ſed malè, Turcarum Antichriſtum appellant. Vide *Oper. Succ. Camer.* Cent. 3. p. 30. Ipſe viciſsim Timur Muſelmannos graviſsimis ubique ſuppliciis affecit. Cæde eorum in Diarbekra tyrannum delectatum, ſcribit *Arabſch.* p. 93. P. 35. dicitur *frenum ſuis militi-*

litibus laxâſſe in cultores Dei (i.e. Muſelmannos,) *& terras eorum.* P:98. Arce Maredin expugnatâ in templum ſeu Mesgidam, ceu aſylum,ſe Muſelmanni recipiunt, mox tamen oppreſsi necidantur, ipſa verò Mesgida in favillas redigitur. P.94. Maleczalichum *Martyrem* appellat, quòd Timuri manu occubuerit. Plura ſuo ſequentur loco.

II. Ita autem [a] ſuperſtitió hæc, cum ipſo [b] Timuri ſeu Tamerlanis imperio,& crevit,& honorata eſſe cæpit, ut fidem penè ſuperet.

[a] Fateor quidem, me non obſervâſſe, Tamerlanem, vel quenquam ſacra ſua deſerere coegiſſe, vel Muſelmannos tanto odio proſecutum fuiſſe, ut eos tolerare noluerit Quis verò dubitet Regis ad exemplum, magnam partẽ, compoſitũ fuiſſe exercitum? Probabimus poſtea, eos etiam, qui cordis aſſenſum Gingis-Chaniſmo præbere nunquam voluerunt, communem caſtrorum ſortem declinare non potuiſſe. Quis etiam inficietur, multos Muſelmannos metu, ſi non mortis ſaltem infamiæ, religionem Gingis Chaniſmo non adeò diſsimilem, mutâſſe?

[b] Quàm latè brevi tempore, Timurus Imperium ſuum diffuderit, creditu difficile eſt. *Puro ei obſequio* (verba ſunt *Ab. Arab.* p.79.) *devota erat Samarkanda, & Dynaſtia ejus; regna Mavvaranahara* (ita olim dicebatur quicquid erat ultra oxum ad regiones Synarum) *& plaga eorum;*

eorum; Turkeſtan & regiones ejus, quibus vicarium dedit Chodidadum (id eſt, Theodoretum, ſeu Theodorum) *Choraſmia, quam, ex improviſo obrutam, ſuo Imperio ſubjecit; Kaſchgar, quæ in corde* (intimò receſſu) *Chattæorum & Balachſchani, quæ regna, ſuis diſtincta finibus, Samarkandâ longè diſtant. Climata Choraſanæ, & potior pars ditionum Mazandranæ, Reſtumdaræ, Zouleſtanæ, Tabreſtanæ, Rejæ, Gazanæ, Iſtarabadæ, Sultaniæ, & reliquæ regiones illæ, montésq; innacceſſi: Iraka Arabum & Perſarum excelſa; idque ſine ullo adverſario contradicente, aut inhibente, cùm in omnibus iſtis regionibus aut filium haberet, aut nepotem, aut amicum, cui tutò inniteretur.* Unde *Dominus Angulorũ climatum ſeptẽ; Poſſeſſor maris & luti, ſeu terræ; Victor Regum & Principum* appellari conſuevit. *Id.p.* 399. Confer vitam ejus à *Pet. Perondino Praten.* con*ſcriptam* c.4.

III. Hæc verò Timuri Hiſtoria, cùm & [a] memorabilis ſit, & ab [b] Europæis non ſatis exactè deſcripta, pauló fuſius

ex Arabum monumentis, à nobis recenſebitur.

[a] Ahmed. Arabſch. pag. 2. agnoſcit, bellum hoc Scyticum eſſe, *ex maximè admirandis rebus geſtis, in quibus obſtupeſcat cordatus, & caliget in tenebris obſcuritatis ejus, perſpicax & intelligens, deſipiat ſapiens, abjectus ſibi videatur potens, & vilis venerandus.* Et p. 3. *Eſt hæc rerum una maxima, & ſingulare quoddam portentum, quod ne ipſum quidem voluit ſatis deſcribi.* Vnde cum idem author prolixè ſatis & fusè res ejus geſtas enarrâſſet, ſe *guttulam modò ex mari* deguſtandam propinaſſe; p. 448. fatetur.

[b] Hinc querela Clariſſ. D. Golii, præfat. in Ahm. Arabſch. *Fatale illud Timuri nomen, ut quondam totum terrore implevit orbem, ita poſteris admiratione & ſtupore captis, ingens cognoſcendæ tantæ rei deſiderium reliquit. Quæ autem ad nos hactenus de illa pervenere, vix umbræ haberi poſſunt, aut vix aliud, quàm ſomnia & commenta debent; niſi pauca forſan, quæ in Europæ confiniis geſta ſunt. At Orientis populi, quos Scythici illa belli conquaſſavit tempeſtas, proprios caſus & univerſam rem, ut facere cum fide po-*

poterant, ita cum diligentia memoriæ mandârunt, velut ſpectaculum omni populo atque ævo exemplo. Inter Europæos, qui hanc deſcripſerunt Hiſtoriam non poſtremi, meo quidem judicio, cenſendi ſunt; *Petrus Perondinus* Pratenſis & *Schiltbergerus* Bavarus, quorum ille Latino, hic Germanico Idiomate multa habet, quæ ab ipſorum Arabum relatione non longè abeunt. Hic præſertim, qui eo ipſo tempore, quo Timur per orbem fuit graſſatus, bellum Saracenicum contra Bajazethem, ſeu Abi Iezidum fuit ſecutus, qua occaſione remotiſsimas Perſiæ & Arabiæ peragravit regiones, eaſdemque accuratius deſcripſit, quàm ab homine plebejo expectari queat.

[*c*] Atque hic, omnium inſtar, erit *Ahmedus*, filius *Arabſchæ*, qui ut jam antehac monuimus vitam Timuri, & res ejus geſtas prolixis complexus eſt commentariis. Hoc verò tantò melius poterat, quantò plura vel ipſe vidit, vel à præclaris viris accepit. Floruit autem hic author an. H. 814. i.e. a Chr. 1431. & deinceps. Hoc potiſsimum ſcripto & *ſpeculo Ethico*, cujus meminit, p. 58. & alibi, inclaruit. Hiſtoriam Tamerlani ipſi placuiſſe Orienti, non obſcuris ſe teſtibus cognoviſſe, fatetur Clariſſ. *Golius*. Nec dubium eſt, quin ab Arabibus potiſsimum, quorum delitias, quas jam tum communis illa calamitas obliterare videbatur & ampliſsimos recluſit theſauros, magnâ inierit gratiam. Vix enim credò, alium in Arabum Bibliothecis aſſervari authorem, qui Veneres Arabicas ſtudioſius ſectetur, adeò ut

vel unus Ahmedus plus faceſſat negotii genuinum ſenſum eruturo, quàm ipſe Alcoranus: Nec male, Celeb D. *Golii* ſententiâ, ad Arabici ſtudii metam perveniſſe dicitur, & palmam ferre, qui unum hoc ejus ſtadium ritè confecerit. Quàm copioſus eſt verborum ὁμοιοπτώτων apparatus? Quàm artificioſus periphraſtes Veris p. 225. 286. 333. Hyemis p. 308. Diluculi p. 59. amœni tractus, p. 246. 292. mortis impiorum, p. 317. Singularis humanitatis & benevolentiæ Chalili, quam ingenioſè, ipſis ordine Arabum elementis exprimit p. 327? Sicut alibi periphraſibus ſuis inſervire voluit duodecim ſigna Zodiaci. p. 308. Quantò ubique inſtructus verſuum agmine? Nihil penè excidit, quod poëtico condimento non ad uſum revocaverit. Cùm *Schah-Schegbabus*, Schirazi Rex, filiam ſuam Timuri filiò deſponſâſſet, reſque tandem & ſpes fraudulenter decollâſſet; occaſionem hinc de hominum inconſtantia conquerendi nactus, ita luſit. *Cùm delegeris excelſo negotio mediatorem: utique cave tibi ab infortunio ejus. ac contra eum proſpice tibi: Scito enim naturam generis humani fictam eſſe ex dolo, impoſtura, & fraude. Ideoque noli fidere unquam ulli conciliatori: Tu verò ipſe per te ipſum diſpone, nulli committens te. Utique vir ille Mundi eſt & Phœnix ejus, qui nullo nititur viro prorſus in mundo.* Ne metu ſemper rerum fu-

futurarum animum abjiciamus, aut oſcitantius officium faciamus, conſilium carmine ſuppeditat: *Cùm ſolicitùs intuetur vir quod propoſuit ſibi negotium avertet latus à recordatione eorum, quæ ſequi poſſent*: Moriendum omnibus, quàm memorabili poëmate monet? *Vivas in mundo, quamdiu volueris, & aſſequere in eo, quocunque collimaveris, famæ & nominis celebritatem; Filum tamen vitæ ruptioni eſt vicinū, & funis commorationis cōſtrictus morte*, p. 142. Sed & mulierū ſæpe calliditatē & aſtutiam multa orbi intuliſſe mala, facetis pangit verſibus; *Nihil amputavit colla virorum niſi mulieres; Quæ enim excitari poteſt ærumna, cujus illæ ſunt imperitæ? Et quot malorum ignes combuſſerunt præcordia hominum, quibus nulla fuit cauſa, præterquam dolus earum?* p. 58. In locutionibus hyperbolicis, proverbialibus, ſimilibus, diſsimilibus, quibus totus textus luxuriat, quàm nihil vulgare habet author? Id potiſsimùm dat operam, ut, vel ad Hiſtoriam aliquam veterum, ſacram etiam, alludat, vel ritum non ubique obvium, vel inſignem paranomaſiam. Numerum eorum, quos Iſphahanæ Timur occidi juſsit, initurus, inquit pag. 66. *Sextes plures interiiſſe, quàm fuerit populus Jonæ, filius Matthæ*, id eſt, Amitthai, de quo *Hiſt.*

*Orient.*p.77.Sic.p.17 *ait,omnia enſium fulgore ita micuiſſe,non ſecus ac ſi inſtitiſſet hora,* id eſt,*ultimus dies* Eſt enim unum ex 64 nominibus judicium extremum notantibus. Arſchiundum Timur ſupplicio mortis addicturus introducitur; *legere eum juſſiſſe calcem Suratæ Noachi & Saba.*p.73. Cum ſceleſtus quidam Timuri miles in expeditione Syriaca non modò mulieri velum, cuſtodiendæ pudicitiæ adhibitum, avulſiſſet, pag 76. ſed & colaphum inflixiſſet, filiola, quam geſtabat, lactans, gemitu & vagitu dolorem teſtata fuit. Accurrit interim Camelarius Bagdadenſis, quem mater miſericordiâ affectum, filiolam ſuſcepiſſe ſperavit. Ille verò & ludificatus eam fuit, & filium indigniſsimo morus genere interemit, quod ſcelus ſequenti parœmia: *In ea perpetravit idē, quod Judæus ille in ancilla meritis clara;* expreſsit. Alludens ad rem Muhammedis tempore geſtam. Referunt, habuiſſe Iudæum ancillam ἀργυρώνητον, liberalem & beneficam in pauperes: Monitam à Iudæi filio, ut modum teneret, reſpondiſſe: Muslimica ſum. Hoc cognito, Iudæus illam manibus pedibusque truncatam miſere peremit; *Gal.*Sultan *Ahmed.* Adrebighanæ & Irakæ Arabum Rex, animadvertens, ſe exercitui Timuri, quem *torrentem* vocat *inundantem*, eſſe imparem, fugam capeſsit. *Cùm enim,* inquit, *fluvius venit Dei, ceſſat fluvius Iſa; nec reſiſtere poteſt magia*

Pha-

Pharaonis, cum baculo Moſis, p. 82. Inſolentiam militię deſcripturus ait, eam *honeſtatis leges violâſſe, non ſecus atq; populum Temud & Ad.* p. 93. Poſtquam Indorum Elephanti, dolo & aſtu à Timuro eſſent domiti, monet ſcriptor, pag. 137. *legiſſe infideles Suratam auxilii contra ſocios Elephantorum*, Confer. p. 250. ubi contra Romanos, id eſt, *Othmanida*, victos lecta dicitur *Surata auxilii*, In proſopographiis quàm fuſus ſit & verboſus, vel unico diſcamus exemplo. Propudium & retrimentum illud hominis, quod violentas Solimani Chano intulit manus, ita deſcribitur. p. 75. *Mancipium nigrum, ærumnæ quaſi concitandæ deſtinatum, cui Satanæ inſerviebant, & mali Genii milites atq; aſſeclæ ejus erant, quòd veſtis noctis truculenta, ex ſtamine nigredinis illius texta: & radix arboris ad ortum ejus, quaſi eſſent capita Diabolorum, ex grano viſcerum ejus progenita; qui delectetur rugitu ejus: Flamma ignis infernalis, cujus aſpectus gratus lamiis, &c.* *Et*, quod verſu exprimit, *cujus averſentur vultum ipſi Dæmones, uſque adeò, ut dum intuentur eum, reverti petant in gehennam. Abſtuliſſe Deum ex corde ejus miſericordiam, & creâſſe viſcera ejus ad luctuoſum*

malum, 2, Ductor ille Camelorum cujus meminit p.76. deſcribitur, *inclinatus ad corruptionem, formatus ad pravitatē, effectus ad ſævitā, duritiémque, factus ad malitiam & improbitatem, plenus ſordibus, diſtentus noxis, in cujus corde Deus nihil creârit miſericordiæ, quod non evulſerit.* Huc pertinent ſequentes formulæ *Erant autem ibi* (Abſcharæ) *ſicut ſceleratus in menſe Ramadan, & Zindikæus* (Sadducæus, de quibus *Hiſtor. Orient.* p. 169.) *inter Alcoraniſtas*, p.336. locutione proverbiali de rebus aut perſonis diſsimilibus. Vaſtitatem & tyrannidem militiæ Tamerlanicæ graphicè depicturus, pari eam loco habet cum *Ad & Temud*; p.349. Hominem nive quaſi enectum & rigentem ſimilem factum aſſerit Pharaoni, p.311. Loca munita emphaticis quidem inſignit nominibus (vide p.275.) id verò hyperbolicum valde eſt cùm pag. 258. arcem Iſphandiari vocat *rebellem magis* (quo ſæpe author utitur vocabulo, cùm locum expugnatu difficilem exprimit) *ipſo Diabolo, & tenaciorem, ſeu firmiorem manu avari.* Phraſi. p.246. *projecit illud, ſicut projecerunt Judæi librum Dei poſt terga ſua*; alludit ad Alkorani phraſin, qua Muhammed. uſus fuit. Et p.394 ait, ex fuga retractos Elephantis fuiſſe objectos, qui ita illos tractârint, *quemadmodum ultimo die tra-*

tractaturi Cameli ſint eum, qui decimas denegâſſet: Sed & moriendi formulis delectatur peculiaribus. Eleganti paronomaſia obitum deſcribit Pheruz Schahi, Regis Indiæ: *Translatus eſt*, inquit, *ex turba mundi in miſericordiam Dei.* p. 132. Regum Syriæ. *Translati ſunt in domum pacis*, p. 139. Ilderim, Abi Iezidi: *devolutus eſt ad miſericordiam Dei*, p. 268. At de Tamerlano ubi ſermo fuerit, ſtylo verſo, ſcribit: *Delatus eſt ad maledictionē Dei*, p. 266. vel: *perdidit eum Deus*, pag. 264. Iudicium ſuum de Hiſtoriæ hujus authore & ſtylo, Epiſtola valedictoria an. Chr. 1644. vulgavit Amſtelodami *Levinus VVarnerus.*

IV. Antequam verò ipſam Timuri Hiſtoriam aggrediamur, operæ pretium fuerit paulò diligentius expendiſſe. A, Quo ſtatu tum Arabum, tum cæterorum, quos debellavit poſtea Timurus, vicinorum, fuerit [a] Imperium.

[a] Præfert hæc προθεωρία ſectioni ſequenti egregiam facem. Cùm enim ad Muhammedicæ Hiſtoriæ continuationem nulla amplius ad manus ſint nobis monumenta, opportunè hic author τὰ ὑστερήματα ſupplebit. Ergò, ut ab utraque IRAKI faciamus initium, *Babylonicæ* ſeu *Perſicæ* tum

inſidiis petiit, Schirazo ejecit, luminibus privavit, atque ſic id ipſum ſcelus, quod antea *Schegbabus* in patrem, nepos in patruum deſignavit. Cui occaſioni Timur intentus in turbido, pro more, feliciter piſcari perrexit. Occupato enim Mazandranæ regno (eſt illud ad mare Caſpium inter Occidentem & Auſtrum ſitum) Teſtamenti à *Schah. Schegbabo* conſtitutus executor, *Schah.Manzurum* cædis in patruo *Zemabeddino* perpetratæ, accuſat, eandemq; nomine filii *Zeinabeddini*, cujus tutor erat, ulciſci conſtituit. Vocatis igitur in ſubſidium vicinis ſuis *Schah.Manzur*, armis ſe tueri voluit. Illi verò jam ante divortiis diſtracti, obſequi renuentes, ſuorum quisque curam geſsit. Vnde tantùm bis mille cataphracti ad Timuri vim repellendam ei acceſſerunt. Munita itaque urbe præſidio, militibusque, quos ad patientiam & conſtantiam cives excitabant, diſpoſitis, monetur à proceribus, ut ne quid præcipitet, *Pone*, inquiunt, *tuta hæc relinqui munimenta, ita ut nihil extimeſcendum nobis ſit periculi, quæ victoriæ ſpes? Num, ſi vel maximè Timuri aliquot Archiſtrategos, ſuſtuleris è medio, manipulum hunc cataphractorum nubi tam denſa & conſtipata, cum ſucceſſu oppones?* Quòd ſi verò, in fugam converſo exercitu tuo, ipſe quoque (quod conſultiſsimum fuerit) Tu, eadem ſalutem petas, quid nobiſcum agetur? Erimus utique libidini eorum expoſiti, neque pœnitentiam noſtram aliter quàm rapinis incendiis,

diis, captivitate redimere licebit. At *Schah-Manzur* animo obfirmato, manu clavę appoſita, vires ſe periclitaturum cum ſuis repetit, cúm & vincere & vinci utile ſit, illo ſe voti compotem reddi, hoc curis pro aliorum ſalute toties iteratis exolvi. Ne verò temerè quid agere videretur, diſtributis per Caſtella triariis, Tribunos, cæteroſque militiæ Duces ita compellavit: *Negotium nobis eſt cum adverſario non contemnendo, qui, etſi religione à nobis differat, intima tamen quæque noſtra, perinde ut indigena, exploratè habet perſpecta:* Nec proinde tutum erit ab eo in certum nos aliquem locum coarctari, aut pedem cum eo conferendo cominus pugnare; Potiùs illum hinc inde laceſſamus, diu noctuq; inſidiantes averſus, & adverſus adoriamur, pellectoq; ei, in præruptos montes, valles & calles, vias obſtruamus. Vos modò, viri fortes & ingenui (*camporum pardos* Arabs vocat *& belli aquilas*) bono eſtote animo, continuis veſtram excubiis fidem & vigilantiam probantes. Ego mea vos diu præſentia non defraudabo, nec patiar, hoſtem periculosè appropinquare. Si obſidione vos urgeat, repellendæ injuriæ pares eſtis. *Vobis interim Deum, cujus certiſſimum eſt præſidium, propitium precor. Summum autem veſtrum eſto ſolatium, quòd ærumna hæc à Deo Opt. Max. per Prophetam ſuum Moſen definitos non tranſiliet limites. Hæc,*

per

per Deum, tutiſſima fuerit ratio. His in militum animis relictis ſtimulis *Schab-Schegbabus* abitum meditatur, & ecce, urbis porta egreſſurus, à vetulis quibusdã barbaro ei ſermone valedicentibus, convitiis orbruitur: *Ecce,* inquiunt *ſceleſtum hominem! Qui facultatibus nos noſtris ſpoliavit, ſanguiníque imperavit, jam, cùm ejus maximè indigeremus ope, nos deſtituit, & hoſtium unguibus exponit! Utinam ad votum nihil ſuccedat, & qui capeſſat arma habeatur indignus!* Qua lamiarum petulantiâ vehementer commotus, juramento confirmavit, nihil ſibi prius futurum, nihilque antiquius, quàm ut hanc infamiam luculentâ victoriâ dilueret. Concitato itaque curſu, Ducibus in mandatis dat, ut præliandi facerent initium. Sed malè ceſsit. Etenim *Muhammed*, fil. Zeineddini, Dux Choraſanus, Timuro familiariſsimus, cûm potiori Legionis parte in Caſtra ejus tranſit, vix mille apud *Manzurum* relictis, qui tamen pauci hoſtem adeò intrepidè ſunt aggreſsi, ut ſtatione ſua nullus abjerit, uſque dum, ſerâ tandem veſperâ, ſine prælio impoſito, ad latibula quisque ſua redierit Prælii atrocitatem author Arabicus, verbis exprimit valde Emphaticis: *Percuſſa belli ignitabula ignem emiſiſſe, volitâſſe tela velut ſcintillas, & capita enſibus præciſa, ceu demeſſas fruges, falcibus diſperſas*: pag. 56. Obſcura tamen & profunda jam nox

Schab-

Schah. Manzuro aliâ ſuppeditat conſilia. Stratagematibus agere cœpit, & quidem feliciter. Perniciſsimi equi caudæ cacabum æneum alligatum veſti laceræ arctiſsimè involvit; eodemque ſtimulis agitato, & in hoſtium caſtra immiſſo, terrore panico eos ita percuſsit ut in mutua ſævientiũ viſcera (vide p. 57.) una illa nocte hominum decem millia mortem oppetierint. *Schah. Manzur* interea, accipitris inſtar, inſidiatus, fugâ ſalutem quæſituros magno numero cæcidit. Appetente mox die, artib. Schah Manzuri circumventos Temurlanici animadvertunt, ipſe Manzur, etſi à plerisque deſertus, manu quingentorum collecta, hoſtem invadit, & abjecto mortis metu, ingeminatis ſubinde verbis: *Ego ſum Manzur conſtans & Deo fretus*, (*vox Arab. etiam* αὐτάρκη ſignificat, *& præfectum annonæ, penes quem eſt ſingulis ſeptimanis ſtatuere pretium*) animum ſuis addidit. Tandem verò obſervans, ad fugam in caſtris Timuri omnia ſpectare ad locum, quo Timur ſubſtitit conceſsit: Vnde hic elapſus inter ipſas mulierculas latibulum quæſivit veſteque tectus incolumis, earum aliquandiu patrocinio latuit. Etenim, ne quid incommodi illis afferre: *Manzurus*, Arabum ſe lege, *quæ immunitatem mulieribus etiam in acerbiſsimis bellis pollicetur*, tuebantur: *Mulieres*, inquiunt *ſumus, adeóque ſacratæ; Quia verò, qua mente acceſſeris, facilè ſubodoramur, hâc, ut votis tuis ſatisfiat abeundum, & cum adverſariis con-*

confligendum erit. Prodit *Manzurus* in aciem,& equo vectus celerrimo, gladium utrinque vibrat, percutit proſternit, animoque planè excelſo hoſtium tam diu vires atterit, quoad defeſſus pugnando militem prope ſuum deſideravit omnem. Tunc enim confectus vulneribus, ſubſidiiſque deſtitutus, numero, non animo inferiorem ſe agnovit. Duo tantùm, præter Manzurum, ex clade iſta redierunt; quorum illi *TovvaKeli*, *huic Mutar Phachroddini* nomen erat, qui vulneribus acceptis 70. ad ætatis annum 90, pervenit. Hunc Arabes inter celeberrimos Heroes & Athletas, cujus manu forti plures ceciderint, quàm vel numerare liceat, (p.59.) referunt. Cæſus tandem fuit & ipſe quoque *TovvaKelus*: ſed *Mantzurus* ſtupore mentis captus,& ſitis æſtu preſſus,nullam ſibi eluctandi viá reliquam animadvertens, abjectis armis, dimiſsóque equo, occiſorum cadaveribus ſe immiſcuit. Vnde Timur; cùm hominem ſollicitè deſideraret, magno cum ſtudio ad veſperam uſque quæri juſsit, veritús,ne pro more inſidias alicubi ei ſtrueret. Securus delituit Manzurus inter proſtratos ad diluculum uſque: Tunc demum in eum,animam jam agentem,incidit Chagatæus quidam, quem manu apprehēſum inclamavit: *Parce,parce,ſum enim Schah-ManZur*, id ut celes, has à me accipito gemmas. Ignoti invicem ſumus. Quòd ſi clam me ad fratres & amicos meos reduxeris, & acceptam tibi feram vitam meam,& luculentam à me exſpectabis beneficii compenſationem. Quid enim ex mor-

morte mea ad te redeat lucri, aut quis vitam mihi reſtituat? Muneribus igitur hominem placaturus gemmas promit: Sed nihil proficit. Caput enim ei, ut Timurum omni liberet ſolicitudine, abſcidit. Dubitavit Timur, &, an fidem habere poſſet, eos conſulit, qui hominem diſtinctius noverant. Cognitus tandem ex nævo, qui, in vultu ejus extans, narrationi quidem homicidæ fidem fecit, ſed & inexſpectatam mercedem eidem deſtinavit. Timurus enim ob *Manzuri* cædem indignatus, non modò in authorem, ſed univerſam familiam, parentes, filios & nepotes durum ſupplicium ſtatuit; omnesque ad internetionem deleri juſsit. Rem inſuper geſtam ad omnes perſcribi, in templis, conſeſsibus, Mauſoleis legi, atque in exemplum proponi mandavit: Et ne oblivio facilè atrociſsimi hujus belli obreperet, ſcribis etiam & pueris eam commendatam eſſe voluit, p. 62. Monet tamen *Arabſchiades*, alios quosdam authores velle, ipſiusmet Timuri mandato *Schah-Manzurum* interiiſſe, caputque ejus, poſtquam Schirazum ſubjugâſſet, Bagdadenſium Præſidi miſiſſe, ut obſequium faciliùs ab eo, ceterisque obtineret Bagdadenſibus, additâ ſtolâ, regiæ benevolentiæ indicio, quâ acceptâ, non modò illum nummis nomine ejus cudiſſe, publicasque in conventibus preces inſtituiſſe; ſed & chlamyde induta Manzuri caput de muro ſuſpendiſſe. Quæ tamen narratio Arabſchiadæ parùm veriſimilis videtur.

Irakam Arabum tenuit *Ahmed*, filius Scheich Avis. p. 4748. 82. Eidem paruit Adrebigha-

na, quæ Armeniæ majoris & Mediæ partem complectebatur. Timuri adventantis principiis obſtare paratus, inferior exiſtit. Rem geſtam author narrat, pag. 77. Ejus nomine Tunus Collem ſalutis ad tempus tutabatur, p. 83. Tandem in Syriam abiit. Genealogia ejus plenius deſcribitur, p. 89. Ibi enim vocatur *Ahmed Mogitheddinus*, fil. Scheich-Avis, filius Scheichi, fil. Hoſeini, fil. Aabega, fil. Idekan, Præfectus Bagdadi, Adrebighanæ, &, quæ ad eam pertinent, regnorum Ilkan, Idran. Tribuitur ei *magnum juſtitiæ, fortitudinis, bonitatis, eloquentiæ, gratitudinis ſtudium, vultus ſerenus, morum probitas, &c.* p. 90. Præfuit annos 19. amans pauperum, patronus eruditorum & Heroum. Obitus ſui nuntium, juxta authorem, columbam habuit, ſecundùm quietem apparentem. Moriturus ſucceſſorem deſtinavit filium, natu maximum, *Hoſeinum*, Sacra ſua devotiſsimè peregiſſe dicitur ad illud uſque tempus, quo calamitas ipſum Timuri oppreſsit, tunc enim & ipſe illud Alkorani legit: *Cùm venerit terminus eorum, nec horæ illi moram afferent; nec anticipabunt eam.* Laudabili eum vitæ ſemitæ inſtitiſſe ait, ad annum ætatis trigeſimum. Filius *Hoſeinus* (ut idem loquitur) *Ghelaleddinus*, virtutibus clarus, paterna veſtigia per omnia premere propoſuerat; ſed temporis injuria conatum ejus ſufflaminavit, p. 90. Año deinde H. 783. in Syriam miſit Legatos *Alimzeineddinum*, filium Abdallæ Ghelaleddini, fil. Solimanis Neghmoddini Saiphæum, *Scbafæum*; Iudicem Bagdadi

&

&Tabrici; & Dominum *Scherfoddinum* filium *chagi*, (vox Arabica *Equitem Meccanum* notat, cujusmodi, Chriſtianorum Exemplo, Muſelmanni habere ſolent) *Azzeddinum* Hoſeinum, Vaſithæum conſiliarium Regis, alioſque, quo ipſo anno , menſe Giumadi poſteriori, Rex *Ahmed* in fratrem ſuum Hoſeinum irruit, eumque ætatis anno 20. è medio ſuſtulit: Et cùm pollicitis antea dives, regionem & religionem ſibi curæ fore cordique jactaret, jam Imperio admotus adeò durus, iniquus, ſceleſtus omnibus inviſus & exoſus eſſe cœpit, ut Timuri mallent, quàm ejus premi jugo. Fortè minis tantùm Bagdadenſes initio hominem ad officii tramitem revocare in animo habuerant; ſed non ferre poterat Timurus vel jocum, vel moram. Protinus enim feroces ejus, equites pariter & pedites, Bagdadum invadentes, nec oppidanorum telis reprimi poterant, nec Tigridis æſtu. Rex, amiſſa victoriæ ſpe, fugam arripit, urbemque deſerit. Syriam autem petiturum hoſtes inſequuntur, prælióque commiſſo , ex quo multi utrinque deſiderabantur, Chillam (in Babylonia eſt , propè quam veteris Babyloniæ rudera multa, hodieque conſpiciuntur) perfugit, ubi pontem Tigridi inſtratum tranſiit, eoque, ne Tartaris tranſitus pateret, ſublato, evaſit. Equites autem ponte deſtituti, in aquas ſe proripiunt, flumenque tranant; ſed elapſus eſt *Ahmedus*: ad Moſchadæum (*μαρτύριον*, locus, ubi interfectus fuit Ali) Antiſtitis, quod tridui itinere Bagdado diſtat , profectus.

Indiæ Sultanus fuit *Pheruz-Schah*. p. 132. cui

malum. 2, Ductor ille Camelorum cujus meminit p.76. deſcribitur, *inclinatus ad corruptionem, formatus ad pravitatē, effectus ad ſævitā, duritiémque, factus ad malitiam & improbitatem, plenus ſordibus, diſtentus noxis, in cujus corde Deus nihil creârit miſericordiæ, quod non evulſerit.* Huc pertinent ſequentes formulæ. *Erant autem ibi* (Abſcharæ) *ſicut ſceleratus in menſe Ramadan, & Zindikæus* (Sadducæus, de quibus *Hiſtor. Orient.* p. 169.) *inter Alcoraniſtas*, p. 336. locutione proverbiali de rebus aut perſonis diſsimilibus. Vaſtitatem & tyrannidem militiæ Tamerlanicæ graphicè depicturus, pari eam loco habet cum *Ad & Temud*; p. 349. Hominem nive quaſi enectum & rigentem ſimilem factum aſſerit Pharaoni, p. 311. Loca munita emphaticis quidem inſignit nominibus (vide p. 275.) id verò hyperbolicum valde eſt cùm pag. 258. arcem Iſphandiari vocat *rebellem magis* (quo ſæpe author utitur vocabulo, cùm locum expugnatu difficilem exprimit) *ipſo Diabolo, & tenaciorem, ſeu firmiorem manu avari.* Phraſi. p. 246. *projecit illud, ſicut projecerunt Judæi librum Dei poſt terga ſua*; alludit ad Alkorani phraſin, qua Muhammed. uſus fuit. Et p. 394. ait, ex fuga retractos Elephantis fuiſſe objectos, qui ita illos tractârint, *quemadmodum ultimo die tra-*

tractaturi Cameli ſint eum, qui decimas denegâſſet: Sed & moriendi formulis delectatur peculiaribus. Eleganti paronomaſia obitum deſcribit Pheruz Schahi, Regis Indiæ: *Translatus eſt*, inquit, *ex turba mundi in miſericordiam Dei.* p. 132, Regum Syriæ. *Translati ſunt in domum pacis*, p. 139. Ilderim, Abi Iezidi: *devolutus eſt ad miſericordiam Dei*, p. 268. At de Tamerlano ubi ſermo fuerit, ſtylo verſo, ſcribit: *Delatus eſt ad maledictionẽ Dei*, p. 266. vel: *perdidit eum Deus*, pag. 264. Iudicium ſuum de Hiſtoriæ hujus authore & ſtylo, Epiſtola valedictoria an. Chr. 1644. vulgavit Amſtelodami *Levinus VVarnerus.*

IV. Antequam verò ipſam Timuri Hiſtoriam aggrediamur, operæ pretium fuerit paulò diligentius expendiſſe. A, Quo ſtatu tum Arabum, tum cæterorum, quos debellavit poſtea Timurus, vicinorum, fuerit [a] Imperium.

[a] Præfert hæc προθεωρία ſectioni ſequenti egregiam facem. Cùm enim ad Muhammedicæ Hiſtoriç continuationem nulla amplius ad manus ſint nobis monumenta, opportunè hic author τὰ ὑστερήματα ſupplebit. Ergò, ut ab utraque IRAKI faciamus initium, *Babylonicæ* ſeu *Perſicæ* tum

præfuit *Muhammed*, Ben.*Motferi*, Ah.p.42.quem ex-
cepit Filius *Schah.Scheghabus* p.47. aliique Reges
Regumque gnati, quorum poſtremi, numero 17.
ex improviſo à Timuro, ut audiemus, oppreſsi & e-
necti ſunt. De *Muhammede* Motferi filio, cui præter
Irakenos potentes, p.71. Kirmanii quoque parue-
runt, prolixè *Ahmedus*, pag.42. Ejus, judicio, *homo*
fuit præſtantiſsimus, juſtitiæ cultor, habi-
tans in provinciis Jezed, & Aberkavah,
præditus magnâ potentiâ: unde de eo emi-
nus & cominus vel ſpes, vel timor. Fuiſſe au-
tem, refert, ex Chafaghitarum familia latronem A-
rabem, qui itinera inter Iezed & Schirazum adeò
infeſtârit, ut nec pauperi, nec diviti tutò tranſire li-
cuerit. Nomen viri Hamaluk, quem ne quidem ja-
culorum ſtellarum inſtar, advolantium, terrere po-
tuerit ſtrepitus quin magnam regionis illius par-
te mexitio dederit. Accidiſſe verò, ut, cùm loco de-
preſsiore Arabem *Muhammed*, Pater *Scheghabi* ad-
ortus ſuperâſſet, caputque amputatum Sultano ob-
tuliſſet, cæteris eum proceribus prætulerit multa-
que in feudum ei loca aſsignaverit. Numeroſam
quidem habuiſſe prolem, propinquos & nepotes,
eo tamen omnes loco, ut Principibus digna eis de-
lata fuerit reverentia & obſequium. Excelluiſſe
Schah-Motferum, Schah.Mahmudum, & Schah.Sche-
ſchahum, filios, viros eloquentes, & faciendis impe-
ratis promtos. Cùm autem mortis hora fato im-
mutabili Sultano inſtaret, Imperii faſces *Muhammedi*,
cui, quod arridentis ubique fortunæ magni erant,
ſuc-

ſucceſſus, facilior quam aliis ad regnum patuit aditus, commiſiſſe. Atque ſic *Muhammed*, Motferi filius cæteris prælatus, Rex Regnorum Irakæ Perſicæ (Babyloniæ Barbarorũ electus, abſolutum, ſine ulla contradictione, obtinuit Imperium. Symbolum ejus fuit: *O Rex Regum, qui Imperium largiris cui cupis!* Superſtite adhuc illo, mortuus eſt filius, *Schah-Metfer*, vir celebris, qui filium reliquit *Schah-Manzurum*. Orto poſtea inter Schah Scheghahum & patrem diſsidio, hic captus, prehenſus, oculisque orbatus regnum illi reliquit. Laboravit autem *Schah-Scheghabus* bulimiâ: *Unde jejunii domi, forísque impatientiſſimus. Precibus ſæpe apud Deum inſtitit, ut ne quid commune cum Timuro habere cogeretur.* Cùm ad finem vitæ paulatim vergeret, propinquos ſuos & liberos, quos inter regna partiretur, adeſſe juſsit. *Zeinabeddino* filio, Schirazum, Imperii ſedem (p. 44.) quo Legati confluere ſolebant, tradidit: Fratri Sultano *Ahmedo* provincias Kermaniæ: Nepoti ex fratre *Schah-Iabia*, Iezdam: Alteri Nepoti *Schah-Manzuro* Iſphahan. Teſtamenti pergameno inſcripti, & adhibitis, qui magno numero præſentes erant, teſtibus confirmati, executionem commendavit Timuro: quod tamen, ut author loqui amat, *perinde fuit, ac ſi quis turbini committeret ventum.* Gliſcentibus autem, mortuo *Schah-Scheghabo*, inter propinquos litibus, *Schah-Manzur* patrum ſuum *Zeinabbedinum* in-

inſidiis petiit, Schirazo ejecit, luminibus privavit, atque ſic id ipſum ſcelus, quod antea *Schegbabus* in patrem, nepos in patruum deſignavit. Cui occaſioni Timur intentus in turbido, pro more, feliciter piſcari perrexit. Occupato enim Mazandranæ regno (eſt illud ad mare Caſpium inter Occidentem & Auſtrum ſitum) Teſtamenti à *Schah Schegbabo* conſtitutus executor, *Schah-Manzurum* cædis in patruo *Zeinabeddino* perpetratæ, accuſat, eandemq; nomine filii *Zeinabeddini*, cujus tutor erat, ulciſci conſtituit. Vocatis igitur in ſubſidium vicinis ſuis *Schah-Manzur*, armis ſe tueri voluit. Illi verò jam ante divortiis diſtracti, obſequi renuentes, ſuorum quiſque curam geſsit. Vnde tantùm bis mille cataphracti ad Timuri vim repellendam ei acceſſerunt. Munita itaque urbe præſidio, militibusque, quos ad patientiam & conſtantiam cives excitabant, diſpoſitis, monetur à proceribus, ut ne quid præcipitet, *Pone*, inquiunt, *tuta hæc relinqui munimenta, ita ut nihil extimeſcendum nobis ſit periculi, quæ victoriæ ſpes? Num, ſi vel maximè Timuri aliquot Archiſtrategos, ſuſtuleris è medio, manipulum hunc cataphractorum nubi tam denſæ & conſtipatæ, cum ſucceſſu oppones?* Quòd ſi verò, in fugam converſo exercitu tuo, ipſe quoque (quod conſultiſsimum fuerit) Tu, eadem ſalutem petas, quid nobiſcum agetur? Erimus utique libidini eorum expoſiti, neque pœnitentiam noſtram aliter quàm rapinis incendiis,

diis, captivitate redimere licebit. At *Schah-Manzur* animo obfirmato, manu clavę appoſita, vires ſe periclitaturum cum ſuis repetit, cùm & vincere & vinci utile ſit, illo ſe voti compotem reddi, hoc curis pro aliorum ſalute toties iteratis exolvi. Ne verò temerè quid agere videretur, diſtributis per Caſtella triariis, Tribunos, cæteroſque militiæ Duces ita compellavit: *Negotium nobis eſt cum adverſario non contemnendo, qui, etſi religione à nobis differat, intima tamen quæque noſtra, perinde ut indigena, exploratè habet perſpecta:* Nec proinde tutum erit ab eo in certum nos aliquem locum coarctari, aut pedem cum eo conferendo cominus pugnare; Potiùs illum hinc inde laceſſamus, diu noctuq; inſidiantes averſus, & adverſus adoriamur, pellectoq; ei, in præruptos montes, valles & calles, vias obſtruamus. Vos modò, viri fortes & ingenui (*camporum pardos* Arabs vocat *& belli aquilas*) bono eſtote animo, continuis veſtram excubiis fidem & vigilantiam probantes. Ego mea vos diu præſentia non defraudabo, nec patiar, hoſtem periculosè appropinquare. Si obſidione vos urgeat, repellendæ injuriæ pares eſtis. *Vobis interim Deum, cujus certiſſimum eſt præſidium, propitium precor. Summum autem veſtrum eſto ſolatium, quòd ærumna hæc à Deo Opt. Max. per Prophetam ſuum Moſen definitos non tranſiliet limites. Hæc,*

per

per Deum,tutiſſima fuerit ratio. His in militum animis relictis ſtimulis *Schab-Scheghabus* abitum meditatur, & ecce, urbis porta egreſſurus, à vetulis quibusdã barbaro ei ſermone valedicentibus, convitiis orbruitur: *Ecce*, inquiunt *ſceleſtum hominem! Qui facultatibus nos noſtris ſpoliavit, ſanguiníque imperavit, jam, cùm ejus maximè indigeremus ope, nos deſtituit; & hoſtium unguibus exponit! Utinam ad votum nihil ſuccedat, & qui capeſſat arma habeatur indignus!* Qua lamiarum petulantiâ vehementer commotus, juramento confirmavit, nihil ſibi prius futurum, nihilque antiquius, quàm ut hanc infamiam luculentâ victoriâ dilueret. Concitato itaque curſu, Ducibus in mandatis dat, ut præliandi facerent initium. Sed malè ceſsit. Etenim *Muhammed*, fil. Zeineddini, Dux Choraſanus, Timuro familiariſsimus, cûm potiori Legionis parte in Caſtra ejus tranſit, vix mille apud *Manzurum* relictis, qui tamen pauci hoſtem adeò intrepidè ſunt aggreſsi, ut ſtatione ſua nullus abjerit, uſque dum, ſerâ tandem veſperâ, ſine prælio impoſito, ad latibula quisque ſua redierit Prælii atrocitatem author Arabicus, verbis exprimit valde Emphaticis: *Percuſſa belli ignitabula ignem emiſiſſe, volitâſſe tela velut ſcintillas, & capita enſibus præciſa, ceu demeſſas fruges, falcibus diſperſas*: pag. 56. Obſcura tamen & profunda jam nox

Schab-

Schah-Manzuro alià ſuppeditat conſilia. Stratagematibus agere cœpit, & quidem feliciter. Perniciſsimi equi caudæ cacabum æneum alligatum veſti laceræ arctiſsimè involvit; eodemque ſtimulis agitato, & in hoſtium caſtra immiſſo, terrore panico eos ita percuſsit ut in mutua ſævientiū viſcera (vide p. 57.) una illa nocte hominum decem millia mortem oppetierint. *Schah-Manzur* interea, accipitris inſtar, inſidiatus, fugâ ſalutem quæſituros magno numero cæcidit. Appetente mox die, artib. Schah Manzuri circumventos Temurlanici animadvertunt, ipſe Manzur, etſi à plerisque deſertus, manu quingentorum collecta, hoſtem invadit, & abjecto mortis metu, ingeminatis ſubinde verbis: *Ego ſum Manzur conſtans & Deo fretus*, (vox *Arab. etiam* αὐτάρκη ſignificat, *& præfectum annonæ, penes quem eſt ſingulis ſeptimanis ſtatuere pretium*) animum ſuis addidit. Tandem verò obſervans, ad fugam in caſtris Timuri omnia ſpectare ad locum, quo Timur ſubſtitit conceſsit: Vnde hic elapſus inter ipſas mulierculas latibulum quæſivit veſteque tectus incolumis, earum aliquandiu patrocinio latuit. Etenim, ne quid incommodi illis afferre: *Manzurus*, Arabum ſe lege, *quæ immunitatem mulieribus etiam in acerbiſſimis bellis pollicetur*, tuebantur: *Mulieres*, inquiunt *ſumus, adeóque ſacratæ; Quia verò, qua mente acceſſeris, facilè ſubodoramur, hâc, ut votis tuis ſatisfiat abeundum, & cum adverſariis*

con-

confligendum erit. Prodit *Manzurus* in aciem,& equo vectus celerrimo, gladium utrinque vibrat, percutit proſternit , animoque planè excelſo hoſtium tam diu vires atterit, quoad defeſſus pugnando militem prope ſuum deſideravit omnem. Tunc enim confectus vulneribus , ſubſidiiſque deſtitutus, numero , non animo inferiorem ſe agnovit. Duo tantùm , præter Manzurum , ex clade iſta redierunt ; quorum illi *TovvaKeli*, *huic Mutar Phachroddini* nomen erat , qui vulneribus acceptis 70. ad ætatis annum 90, pervenit. Hunc Arabes inter celeberrimos Heroes & Athletas, cujus manu forti plures ceciderint, quàm vel numerare liceat, (p.59.) referunt. Cæſus tandem fuit & ipſe quoque *TovvaKelus*: ſed *Mantzurus* ſtupore mentis captus, & ſitis æſtu preſſus, nullam ſibi eluctandi viã reliquam animadvertens, abjectis armis, dimiſsóque equo, occiſorum cadaveribus ſe immiſcuit. Unde Timur ; cùm hominem ſolicitè deſideraret, magno cum ſtudio ad veſperam uſque quæri juſsit, veritus, ne pro more inſidias alicubi ei ſtrueret. Secutus delituit Manzurus inter proſtratos ad diluculum uſque : Tunc demum in eum, animam jam agentem, incidit Chagatæus quidam, quem manu apprehẽſum inclamavit: *Parce, parce, ſum enim Schah-Manzur*, id ut celes , has à me accipito gemmas. Ignoti invicem ſumus. Quòd ſi clam me ad fratres & amicos meos reduxeris, & acceptam tibi feram vitam meam, & luculentam à me exſpectabis beneficii compenſationem. Quid enim ex mor-

morte mea ad te redeat lucri, aut quis vitam mihi reſtituat? Muneribus igitur hominem placaturus gemmas promit: Sed nihil proficit. Caput enim ei, ut Timurum omni liberet ſolicitudine, abſcidit. Dubitavit Timur, &c, an fidem habere poſſet, eos conſulit, qui hominem diſtinctius noverant. Cognitus tandem ex nævo, qui, in vultu ejus extans, narrationi quidem homicidæ fidem fecit, ſed & inexſpectatam mercedem eidem deſtinavit. Timurus enim ob *Manzuri* cædem indignatus, non modò in authorem, ſed univerſam familiam, parentes, filios & nepotes durum ſupplicium ſtatuit; omnesque ad internetionem deleri juſsit. Rem inſuper geſtam ad omnes perſcribi, in templis, conſeſsibus, Mauſoleis legi, atque in exemplum proponi mandavit: Et ne oblivio facilè atrociſsimi hujus belli obreperet, ſcribis etiam & pueris eam commendatam eſſe voluit, p. 62. Monet tamen *Arabſchiades*, alios quosdam authores velle, ipſiusmet Timuri mandato *Schah-Manzurum* interiiſſe, caputque ejus, poſtquam Schirazum ſubjugâſſet, Bagdadenſium Præſidi miſiſſe, ut obſequium faciliùs ab eo, ceterisque obtineret Bagdadenſibus, additâ ſtolâ, regiæ benevolentiæ indicio, quâ acceptâ, non modò illum numinis nomine ejus cudiſſe, publicasque in conventibus preces inſtituiſſe; ſed & chlamyde induta Manzuri caput de muro ſuſpendiſſe. Quæ tamen narratio Arabſchiadæ parùm veriſimilis videtur.

Irakam Arabum tenuit *Ahmed*, filius Scheich Avis. p. 4748. 82. Eidem paruit Adrebigha-

na,quæ Armeniæ majoris & Mediæ partem complectebatur. Timuri adventantis principiis obſtare paratus,inferior exiſtit.Rem geſtam author narrat,pag.77. Ejus nomine Tunus Collem ſalutis ad tempus tutabatur,p.83. Tandem in Syriam abiit. Genealogia ejus plenius deſcribitur,p.89.Ibi enim vocatur *Ahmed Mogitheddinus*, fil. Scheich. Avis,filius Scheichi, fil.Hoſeini, fil. Akbega, fil. Idekan, Præfectus Bagdadi, Adrebighanæ,&,quæ ad eam pertinent , regnorum Ilkan , Idkan. Tribuitur ei *magnum juſtitiæ,fortitudinis, bonitatis, eloquentiæ, gratitudinis ſtudium, vultus ſerenus,morum probitas,&c.* p.90. Præfuit annos 19.amans pauperum,patronus eruditorum & Heroum.Obitus ſui nuntium,juxta authorem,columbam habuit, ſecundùm quietem apparentem. Moriturus ſucceſſorem deſtinavit filium , natu maximum, *Hoſeinum* , Sacra ſua devotiſsimè peregiſſe dicitur ad illud uſque tempus, quo calamitas ipſum Timuri oppreſsit,tuncenim & ipſe illud Alkorani legit: *Cùm venerit terminus eorum, nec hora illi moram afferent ; nec anticipabunt eam.* Laudabili eum vitæ ſemitæ inſtitiſſe ait,ad annum ætatis trigeſimum. Filius *Hoſeinus* (ut idem loquitur) *Ghelaleddinus*, virtutibus clarus, paterna veſtigia per omnia premere propoſuerat ; ſed temporis injuria conatum ejus ſufflaminavit,p.90. Año deinde H.783.in Syriam miſit Legatos *Alimzeneddinum*, filium Abdallæ Ghelaleddini , fil.Solimanis Neghmoddini Saiphæum, *Schafæum* ; Iudicem Bagdadi

&

& Tabrici; & Dominum *Scherfoddinum* filium *chagi*, (vox Arabica *Equitem Meccanum* notat, cujusmodi, Chriſtianorum Exemplo, Muſelmanni habere ſolent) *Azzeddinum* Hoſeinum, Vaſithæum conſiliarium Regis, aliosque, quo ipſo anno, menſe Giumadi poſteriori, Rex *Ahmed* in fratrem ſuum Hoſeinum irruit, eumque ætatis anno 20. è medio ſuſtulit: Et cùm pollicitis antea dives, regionem & religionem ſibi curæ fore cordique jactaret, jam Imperio admotus adeò durus, iniquus, ſceleſtus omnibus inviſus & exoſus eſſe cœpit, ut Timuri mallent, quàm ejus premi jugo. Fortè minis tantùm Bagdadenſes initio hominem ad officii tramitem revocare in animo habuerant; ſed non ferre poterat Timurus vel jocum, vel moram. Protinus enim feroces ejus, equites pariter & pedites, Bagdadum invadentes, nec oppidanorum telis reprimi poterant, nec Tigridis æſtu. Rex, amiſſa victoriæ ſpe, fugam arripit, urbemque deſerit. Syriam autem petiturum hoſtes inſequuntur, prælióque commiſſo, ex quo multi utrinque deſiderabantur, Chillam (in Babylonia eſt, propè quam veteris Babyloniæ rudera multa, hodieque conſpiciuntur) perfugit, ubi pontem Tigridi inſtratum tranſiit, eoque, ne Tartaris tranſitus pateret, ſublato, evaſit. Equites autem ponte deſtituti, in aquas ſe proripiunt, flumenque tranant; ſed elapſus eſt *Ahmedus*: ad Moſchadæum (*μαρτύριον*, locus, ubi interfectus fuit Ali) Antiſtitis, quod tridui itinere Bagdado diſtat, profectus.

Indiæ Sultanus fuit *Pheruz-Schah*. p. 132. cui

Regni Conſiliarius, *Malu*, ſucceſsit. Exorto tamen inter ipſum & *Scharnech chanum* diſsidio, Timuro in prædam regnum ceſsit.

ÆGYPTUM & SYRIAM adminiſtravit *Barcucus, Malec Taherus*, de quo p.130.& 138. Mortuus eſt eodèm ferè anno, quo Borhaneddinus, Kora Iuſeph, & Muhammed Abulfatah, Gejatheddinus Othmanides. Anni enim unius ſpatio fatum omnes abripuit. SCHAMIÆ ſeu Syriæ Damaſcenæ præfectus erat Seid-Sudun p. 164. quem Halebi Timurus cepit, p.172. captivumq; ſecum abduxit. Mortuus tandem fuit in tentorio Ialbega. Succeſſorem ei Timur conſtituit *Tancari Vardæum* Id p.153. ex *Ibn-Schabana*: Idem refert p.187.

AINTABI Toparcha fuit *Arcmaſchus*, vir fortis & ſtrenuus p.164:

HALEBI *Tamardaſchus*, p.165. Facundus quidem, ſed Timuri partibus addictior pag. 169. unde cùm cæteri Muſelmanni victi, ſuppliciis variis eſſent affecti, ille chlamydem accepit regiam, p.172. Nec longè tamen poſt, à Timuro iterum deficiens, fugâ elabitur, p.157.

GAZAM gubernavit *Aliomar*, Tachani filius, à Timuro captus, Ib. cujus deinde provinciam Timur tradidit *Zeineddino*: Id.p.175. Hamathæ præfuit *Dekmakius*, p.175. Cęſareę, Turkati, Saivaſi provincias adminiſtravit *Ahmedus Abulabbaſus*, *Borhaneddinus*, Iuriſconſultus, qui Timuri Legatos ἀχθομηθῆναι juſsit: p.125 de cujus majoribus, ſtudiis, regione & cæde author noſter quædam commemorat, quæ lucem non pœnitendam Hiſto-

riæ

riæ Orientali afferunt. Videamus extremas lineas Pater (p. 148.) ejus judex Sultani *Artata*, Præſidis Cæſarienſis, & regionum quarundam vicinarum Kermaniæ, inter Duces & Conſiliarios non erat poſtremus Filius verò, *Ahmedus Borhaneddinus*, à puero literarum ſtudiis flagrans, in Ægyptum, celebre ſcientiarum emporium, conceſsit, ubi brevi temporis ſpatio (ingenio enim polluit & judicio) magnos fecit progreſſus. Cùm in Ægypto moratus, mendicabulo cuidam, ad ſarciendam laceram tunicam, ſubſidium erogaret, ſurgentis fortunæ omen accepiſſe dicitur: *Noli*, inquiebat ei, *hic loci ſedem figere: Sultanus aliquando Romæus, ſeu Romanus eris.* Quod hominis vaticinium non aſpernatus, ad altiora paulatim aſpiravit. Salvaſum reverſus parenti gaudio, Proceribus verò delectationi fuit, Crebris egregiæ mentis, & excelſi animi ſpeciminibus editis, non literarum modò, Poëſeos cumprimis, & eloquentiæ fama; ſed & exercitiis nobilitatis celebris, omnium penè animos & oculos in ſe converterat. Sultanus interea mortuus hæredem reliquit filium natu minorem, qui Gadanfari. fil Motferi, Phariduni, Ibn Muijadi Haghi, Chaldæi; Haghi Abrahami, & aliorum, (quos inter primas deferebant *Abul Kadio Borhaneddino*) Procerum curæ committebatur. Quorum nutu, ductu & prudentia res præclarè gerebantur. Defuncto *Abul Kadio*, filius, ſcientia & prudentia politica Patre major, ſurrogatur. Diſtributis autem inter ſe provinciis, Curatores jam jam memorati, cui

Borhaneddino Rempublicam ad mortem uſque Sultani *Muhammedis* adminiſtrarunt: quo humanis exempto communi trium, ad tempus, operares gerebantur, uſque dum tandem, interemptis regni ſociis, ſumma rerum ad unum devoluta fuit *Borhaneddinum*, ad quod vaſtigium evectus, patre, majoribusque vixit honoratior. Nam & Imperium ſolus ille fuit conſecutus, & Sultani axioma. Rebus firmatis Amaſiæ vicarium dedit *Haghium* Chaldæum. Provinciis verò Kermaniæ *Olaleddinum*. Authenticis enim mox annalium ſuffultus monumentis, (pag. 111.) abſolutum ſibi εἰς τὰ πείχωρα, deberi Imperium aſſeruit. Et ne qua atra nubes hanc infuſcaret ſerenitatem, omnes illos, quorum ſuſpecta erat fides, aut à quibus ſeditionis imminebat periculum, in obſequium coëgit, caſtrum TuKat *Scheich-Neghibo* eripuit, eundemque ut contra Tartaros Romanos, gentem numeroſam, arma ſecum ferret, adegit.

Qua etiam in re *Othman*, cognomento *Karoboluc* (qui ex famulitio ejus erat, & numero Turcomanorum) qui Saivaſi tractum, hyeme æquè ac æſtate, peragrabant, ſuam ei ſponte & prolixè obtulit operam. A quo tamen paulò pòſt deſcivit, eundemque (cùm nimia vagatus ſecuritate conſilia ſuorum contemneret) ereptum honeſtis ſatis conditionibꝰ arctiſsimi fœderis vinculo ſibi copulavit. *Neghibus* verò ægrè in conſortium à Borhaneddino aſcitus, in fidem *Karobol uci* ſe dedit, quem verbis graviſsimis, ut caveat ne ſerpentem alat in ſinu, monet. *Borhaneddinum* hominē eſſe ex aſtutia & dolo conſla-

flatum, de quo ſibi, dummodò faverit fortuna, nullam polliceatur humanitatem aut clementiam. Ad calculos & in memoriam revocet Kabaſum & Schamkirum. Hanc fabulam Satanam etiamnum agere. *Ipſe*, inquit, *ei uſuram lucis adime, ne fraudi tibi ſit. Habes praeuntem Ducē Kardaum, Kora-Joſephum, qui Sultanum Ahmedū, fil. Scheich Aviſi d.10. menſis Reghebi a.H.810. vita exuit.* Tot expugnatus rationibus Karobolucus occubuit, & è veſtigio *Borhaneddinum* luce privavit, virum, ut author pag. 155. refert, *doctum, beneficum, liberalem, virtutis, veritatis, & libertatis amantem, humanum, fortem, Poëtam egregium, pauperum & doctorum amantem.* Eundem commemorat, dies ſeptimanæ aliquot, ſecundum, quintum, ſextum doctis, & Alkorani cuſtodibus adeò ſuperſtitiosè conſecraſſe, ut neminem tum, præter illos, admiſerit. Morti vicinum nuntium remiſiſſe omnibus, ut pœnitentia Muhammedica ſe ad triſtem ſubeundam ſortem componeret. Authorem eſſe aliquot librorum, ex quibus *Targhib-alta vich.* Habuiſſe ſecum *Abdolaʒiʒum* Bagdadenſem, *ſeculi illius miraculum, eloquentia Arabica & Perſica conſummatum exemplar.* *Bagdadenſis* dicitur, quòd Bagdadi an ea vixerit. Tot tamen *Borhaneddini* pellectus illicibus, cùm vidiſſet, tantum inter eum & priorem Mœcenatem, *Ahmedum*, fil. Scheich-

Avis,eſſe diſcrimen, *quantum inter mare ſalſum & dulce,tempus matutinum & veſpertinum*,(ſic authoris verba ſonant p.165.)omnem elabendi,inſalutato & impediente ubique hoſpite, quæſivit anſam. Et cùm alia via non pateret,intempeſtam tandem noctem in ſubſidium vocat. Dormiente itaque *Ahmedo*, non modò veſtes ſuas ripæ Tigridis adjecit; ſed & luto extra flumen pedis veſtigia impreſsit: utque meliùs dolus ſuccederet, aquis ſe immergit,& poſtquam moram aliquam ſub illis traxiſſet,alio in loco,feliciſsimus urinator,evaſit.Deſideratum *Abdolazizum* ſolicitè quęrunt,eumque ex tot conjecturis undis obrutum colligunt; paucis tamen diebus pòſt felix ejus apud *Borhaneddinum* adventus rumorem vanum diſpulit, Gratiſſimus Saivaſi fuit hoſpes, literatorum choro mox præfectus; quam Spartam tanta fide exornavit, *ut,conquiſitis ubique viris eruditis; Poëtis cumprimis; Collegium ejus non minori ſuperbierit frequentia & confluxu, quàm ipſum templum Meccanum,p.156*. Hiſtoriam contexuit, qua res Borhaneddini geſtas prolixè fuit complexus. Emphaticis opus verbis p.157. commendatum,reperiri ait *Arabſchiades* in provinciis Kermaniæ,quatuor abſolutum tomis. Mutata verò Borhaneddini fortuna, Kahiram translatus; extremum ibidem ſuum diem obiit.*Borhaneddinus* defunctus nullum reliquit filium Imperio aptum: Qua occaſione Karobolucus ipſe, Saivaſo inſidiatur,

tur. Sed deluſit corvum hiantem, ipſa ſubditorum, à quibus aures & animum patulas impetrare non poterat, mens abalienata, & novi Imperatoris impatiens; unde bello rem confecturus arcta eos obſidione urget, opem obſeſsi implorant Tartarorum, qui victi primo conflictu, majori poſtea redierunt numero. Imparem ergò ſe animadvertens Karobolucus pacem quærit & reconciliationem, Timuro deinceps, qui Adrebighanam tum depopulabatur, militaturus, eumque in regionem illam magis exacerbaturus, Proceres interea Saivaſi, cui faſces traderent, dubii, conſultant. Sultanus Ægypti occurrit: *Ibn-Karmanus* Abi Iezid, fil. Othmani, qui &(p. 149.) *Ilderim Bajezidus*, cui, cùm ceteris anteferretur, per legatum carmine patrocinium deferunt. Acceptaturus delatum honorem ad Saivaſanos mox properat, iisque filium ſuum natu maximum Amir *Solimanum* Vicarium relinquit, quatuor adjunctis Ducibus; *IaKub* nempe, fil. Vranis, *Hamza*, fil. Beghar, *Kab-Ali*, *Motſi*, *DaVadaro*: Bajazidus autem cum reliquo exercitu Arzanghanum, unde Tahartanus aufugit, conceſsit, magnisque auctus ſpoliis (quicquid enim Tahartanus in ſuo gazophylacio reliquerat, mancipia etiam & mulieres avexit) Stanbolan (ſicut vocant etiamnum Turcæ Conſtantinopolin) obſidione cincturus. Inſtant interea Karobolucus, & Tahartanus, ut in Saivaſanos Timur moveret, omnia vaſtaret. Mutatis ergò caſtris Arzanghanum perveniunt, depopulantes omnia & diripientes. Copiæ Muſelmannorum Syro-Ægyptiacæ diſsidiis inteſtinis (pag. 160.) la-

ceratæ paulatim animo ad reſiſtendum abjecto diffluunt. Propiùs itaque Timur uccedens, urbémque Saivaſum arctè premens, aliam, Præſidem loci, Amir *Solimanum*, fil. *Ab Iezidi*, fil. Moradi, fil. Vrchani, fil. Othmani excutere coëgit quercum. Periculum itaque, in quo verſabatur, Patri Conſtantinopolin tum oppugnanti exponit: Spe autem ſuppetiarum fruſtratus copias contrahit; Ducesque per mœnia diſtributos ut fortiter hoſti reſiſterent, hortatur, ſe interim abiturum, brevique militem auxiliarem miſſurum, pollicitus. Non multò póſt, cùm non ſine diſcrimine Solimanus evaſiſſet, urbs deditione capitur. Præſidiariis Timur fidem quidem dat, nullum ſe effuſurum ſanguinem, quos tamen æquivocationibus, pro more, deceptos horrendis ſuppliciis excruciavit. Concatenatos enim illos & vinculis conſtrictos, vivos defodi juſsit: quo crudelitatis genere interfectos foveæ abſumpſerunt 3000. Cætera, ſpoliando, diripiendo, vaſtando, ita expilavit, ut celeberrima munitiſsima (p. 162.) ſalubritate aëris, & quæ incolarum inſuper frequentia, honeſtaque vivendi ratione commendatiſsima urbs, Syriæ, Adrebighanæ, & Romæ limitanea, ſplendorem omnem, veterisque ſtatus veſtigia penè amiſerit.

Reæ. Rex fuit Ghaucar, de quo *Arabſch*. p. 79. *Erat*, inquit, *Reæ Rex ſummi Imperii Muhammed Ghaucar pro arbitrio ſuo imperans in illis pagis atq; regionibus. Liberalis fuit, ſtrenuus, & regius princeps, cui omnes obe-*

die-

dicbant: ipſe nihilominus blandè cum Timuro agebat, cujus quædam obſervavit, ejúsque robur & potentiam timuit.

SCHIRHANUM poſſedit *Abu Iſaac*, qui ad tempus Timuro reſtitit, p. 162. Poſtea tamen, aliorum exemplo, obſequium Barbaro detulit, p. 70. maſculè interea ſe opponente præfecto arcis Schirghani, p. 73. IEZDAM *Schach-jahia*, pag. 62. tenuit.

LURI [quæ *regio* vocatur *habitata, ubi multa commoda, fruges copioſæ*, pag. 81.] arcem Birugherd dictam, occupavit *Azzeddinus* Abbaſsides. Locus erat valde munitus, Hamadano vicinus, & oppoſitus IRAKÆ Arabum, Adrebighanæ inſtar p. 81.

KERMANIÆ Reges erant 1. *Schah-Schegbahus*, p. 47. 2. Frater ejus *Ahmed*, pag. 44. Tutor ejus ipſe deſtinatus erat Timur, à quo tamen varias filiis ejus inſidias per *Idacu* Vicarium ſuum (ſolitum enim fuiſſe Timurum ea deſignare per alios, quorum libenter ipſe declinâſſet, invidiam, obſervat *Arabs*. p. 76.) fuiſſe ſtructas, prolixè commemorat *Ahmed* noſter. Duos habuit filios, *Sultanum Muhdi*, & *Solimanum chan*, quorum hic corporis & animi dotibus (de quibus pag. 74.) adeò fuit inſignis, ut eum omnium ora, mentes, & oculi, annum demum agentem ſextum, obſervarent. De utroque Timuri inſtinctu & mandatu (pag. 75.) è medio tollendo, nulla habita deſertæ & derelictæ matris ratione, *Idacu* ſeriò cogitavit. Et cum nemo ad tam crudele pa-

patrandum facinus, paratus eſſet portentum tandem quoddam, & monſtrum hominis, (cujus nequitiam author p.75. graphicè depingit) ſuam offert operam, qui Solimanum Chan ophtalmia laborantem, & in gremio nutricis ſecurè dormientem, transfodit. Ejusdem *Idacu* meminimus alibi.

Diarbekra ceſsit *Iſa*, qui cùm obſervaret, omnia ſua territoria prædæ & direptioni Timuri patere, obſequium ei defert, & animum parendi promptiſsimũ (p.93.94.) Veritus autem, ne ex improviſo opprimeretur, copias ſuas coilegit; easdemque ut fortiter rem agerent, hortatus fuit. *Arcem,* inquit, *Maredin Timuro ne dedatis, quòd ſi vel morte illam mea vindicare velit, præſtat me vitam, quàm vos munimentum veſtrum amittere. Neque enim vos, ſecuritatis licèt fiducia ſtipatos, ſalvos præſtare velim: dimiſſi ex arce, & vitæ jacturã facietis, & fortunarum.* Abiturus igitur ad Timurum Vicarium dedit nepotem, ex fratre Malekzalecho, Ahmedum Schehabbedinum, & Alexandrum Malek. Seidum, filium Malekzalechi Martyris: quem vix Timur oculis uſurpatum comprehendi, & ad arcis deditionem compelli voluit. Negat Rex, penès ſe eſſe loci deditionem. Admovet propiùs Timurus, & nî arce exirent, mortem Regi minatur: ſed cùm ne ſic ſuccederet (pag.93.) ſecuritatem centum argenti Tumanis (valet autem quæque ſexaginta millia, *Ib.*) præter λύτρον, quod jam ante obtulerunt,

runt; licetur. Vinculis interea Regem conſtrictum in arctiſsimam tradit cuſtodiam. Poſtquam autem exercitum ſuum, pedites pariter & equites opima iterum præda (nam ultrò citróque currendo quicquid inter Ferduſum & Resmel; Neſibin & Mauzilam antiquam obvium erat, invaſit) ſaginâſſet, ſicque ad pugnam accendiſſet, citato curſu [p. 95.] Maredinam urbem per ſaltus, per prærupta viarum & inhoſpita tesqua, adoritur. Rumore ad Caſtellanos delato, telis in urbem conjectis tantam edunt ſtragem, ut devulneratis & occiſis plateæ fuerint ſtratæ. Tanto namque fervore pugnabant, ut ad martyrium uſque defendere parati fuerint. Duravit prælium ab aurora ad crepuſculum veſpertinum. Vrbem Barbari occupant, diruunt, incolas inhumaniſsimè tractant. Arce verò ut potiretur per literas, præſidiariis miſſas, ſecuritatem promittit. Ipſe interim exercitu ſuo quinque dierum obſidione eos ita urſit, ut obſeſsi tandem patrocinium ejus ſupplici voce implorârint. Spondet incruenta trophæa, ſed ingreſſus arcem, promiſcua cæde graſſatur, ſuperſtitibus in captivitatem delatis. Multi in Mesgidis aſylum quærebant, & tutum ſeceſſum: ſed nulla loci religio. In eos etiam, qui, pro more Muſelmannico, incurvando & geniculando ſua peregerunt ſacra, quorum numerabantur bis mille, mortis ſupplicio fuit animadverſum. Tandem, igni in ipſum conjecto templum, Timur fugit, & vicina caſtella Arghiſum & Aunjkum, cui Muhammed Mazirus, filius *Kora*, Præfectus, Turcomanus [differunt *Turcomani* à *Turcis*, ut Arabes Scenitæ à reliquis

quis Arabibus: Arabes tamen Scenitæ planitiem amant, Turcomani montes, ubi ſua habent Mapalia) imperavit, conditionibus in poteſtatem redigit, an. Heg. 796. poſt feſtum Ramadan: Qui in præſidiis locati erant milites, trucidabantur; Mazirus Samarkandam ablegatus, *Iſa* verò, *Malec-Taberus* Sultaniam delatus, & cum aliis regni ſui magnatibus, *RoKnoddino*, *Azzeddino*, Turcomano, *Iſtabuga*, *Beiaddino* (omni rerum domeſticarum denegato commercio) in ſqualidum compactus fuit carcerem. Cùm integro *Taberum* hæc calamitas premeret anno, Diſtam Timurus abiit, atque Kaphghakam: Ex quo tempore *Reginæ Majoris* juſſu melius *Taberus* Sultaniæ haberi, tractarique cæpit. Redux paulò pòſt Diſtâ menſe Schiaban an. H. 798. Sultaniam, poſt dierum moram 13. Hamadanum proficiſcitur, magnoque cum honore & ſplendore *Malec-Taberum* Sultaniâ evocavit, atq; in amplexum ejus Timurus ruens, veniá illatæ injuriæ rogavit. *Amicus es* (his blanditiis affatur captivum) *Dei, & elatus potentiâ, ſicut* (*pag.* 100.) *Abi Becer & Ali.* Cumque ſex dies hoſpitalitatis officia ei præſtitiſſet, chlamyde regia donâſſet, ſplendida munera, centum equos, decem mulos, ſexaginta millia denariorum Kebkæorum, ſex camelos, uniones aliaque pretioſa ei κειμήλια obtuliſſet, diplomatibus tandem quinquaginta ſex eum munit, præſidemque ab Edeſſa, ad extremos uſque fines Diarbekræ, Adrebighanæ, & Armeniæ hac lege conſtituit, ut omnes ei cæteri parerent judices, tributa & vectigalia

lia ſolverent, ingratiis aut injuſſu ejus nihil efferrent: Verbo, ut ab ejus nutu omnes penderent. Sed fraudulenta deprehenditur Timuri benevolentia. Retia erant & plagæ, quas Tyrannus tetendit *Tabero*, quem vel diſſidiis, cum vicinis, implicitum, vel aliâs coarctatum, tutelam Chanicam implorare, inque ſinum ſuum effundere omnia cogere, hac ratione voluit. Incidit hæc *Taberi* καταστροφὴ in annum Heg. 797. menſis Ramadan diē 23. Suum igitur Magiſtratum ingreſſus Sultaniam venit, magnificè exceptus, honoribus, & muneribus ubique auctus. Cumque fama reſtitutorum *Taberi* honorum apud domeſticos ejus percrebuiſſet & amicos, magna illi delibuti lętitia, in occurſum ei properant, eumque feſtivis acclamationibus, *Malec. Zalecho* urbis & provinciæ vicario, præeunte, ſalutant. Felici hac ratione auſpicio ad ſuos reverſus, Collegium [*Madreſam*] Heſameddini intrat, Patrem ſuum, cæterosque Majores defunctos viſitaturus. Vbi tanta *eum religio inceſſit, ut ſponte Imperio abiens Mecianis ſuperſtitionibus, quod reliquum erat vitæ, conſecrare (p. 101.) conſtitueri*t. Sed cùm magno ei molimine ſubditi reſtitiſſent, omnique honorum & reverentiæ nectare permulſiſſent, faſces recipit, & ad munia poſtliminio regia obeunda redit. Gratulaturi reſtituto Regi celeberrimi Poëtæ carminibus certabant; Haſenus, Badereddinus fil. Tifur; Hoſeinus, Roknoddinus fil. Alazfar: Zadereddinus Iuriſconſultus, fil. Tahereddini, Haniſæus, Samarkandæus, Olaleddinus, fil.

fil. Zeineddini, Haznæus, qui poſtremus, *Taberi* judicio, non modò palmam cæteris, ſed & premium 5000. aureorum nummorum præripuit.

Distæ, quæ & Kaphghaka dicitur, & Diſt-Birka [ſignificat autem *Diſt* Perſicè *ſolitudinem*, *deſrrtum Ber Ka*, benedictionem notans, Epitheton eſt p. 104.] imperavit *TouKtamiſchus* Princeps, ex Sultanorum illorum numero, qui aperto ſe Marte Timuro oppoſuerunt. Idem, etiam primus Islamiſmi leges ſuſcepit, rationesque, pro eo militantes, admiſit, cùm Idololatrę ante Diſtæi eſſent, talesque porrò etiá nonnulli vivere pergerent. Cùm Timuri adventus inſtaret, *Aba Iezidum*, magnum regni ſui lumen & columen, quid facto eſſet opus, rogavit? Præſtat, reſpondet *Iezidus*, fugam nos capeſſere, & abditos quærere receſſus, quàm aliam quamcunq; inire rationem. Ego verò, regeſsit Rex, turpi fugâ elapſus deſeram meos ſubditos, & calamitati exponam? Hoc, quo prætextu, excuſabo, potentiſsimo rerum omnium Domino, die ultimi judicii. Neque verò tutum fuerit, bello tyrannum laceſſere, obſequio & obſervantia ejus mitigabo animum: Quòd ſi mihi meosque me reſtituerit, votorum meorum ſummam conſequar: Sin autem mihi vel mortem intulerit, vel captivum me tenuerit, age imperet, cui libuerit. Dimiſſo igitur exercitu, quaſi tranquillè cum ſuis victurus, in mandatis ubique dedit, ut orationes nomine Timuri haberentur [p 105] idemque aureis & argenteis numinis, retento ſigno ejus, imprimeretur: Ipſe interim magno inſtructus apparatu munera pretioſiſsima conquirit. Et quia con-

conſuetudo obtinuit, ut mancipia Ghatæo, id eſt, Scytæ illi donata, honoris & dignitatis ergò, novem ſemper incederent; Ibrahimus eundem obſervaturus morem ex uno quoque genere novem συζύγους eſſe voluit, Mamlucis exceptis, quorum ordo octenis claudebatur. Miratus Timur cauſam differentiæ; Hi octo, quærit, numero pares, mihi tradantur? Vbi nonus Mamlucus? Ego, reſpondit *Ibrahimus*, homo abjectus, locum illum ſuppleo. Quo lenocinio Timuri pectus ita ſibi conciliavit, ut filium eum ſuum & vicarium nuncuparit; ſtolâ regiâ ornarit, ipſeque cum exercitu ſuo numeroſiſſimo in Tartariam receſſerit. Ipſam verò Timuro invadendi Diſtam conſilium ſuggeſsiſſe ſcribunt *Idacu* Turcam, ex nobiliſsima Turcarum (nam & illi Dialectis & tribubus ſuis, more Arabum, diſtinguuntur) tribu Kumkumat ortum. Vir fuit magno apud *TouKtamiſchum* loco, ſed perpetuo in timore, ne hominis, cætera rigidi, favore excideret. Nec multum abfuit, quin & gratiam Regis, & vitam ipſam perderet. Hos ictus ut everberaret, generoſiſsimum ex Regis ſtabulo equum ſubduxit, quo ad Timurum vectus Diſtam ei opulentiſsimam, faciendis itineribus tutiſsimam, & fertiliſsimam regionem [cujus topographiam accuratam habet author p. 108. 109.] expugnandam reſtare, & ſuaſit, & perſuaſit. Eò ergò Timurus delatus [p. 112] *TouKtamiſchum* arma cum ſuis arripere coëgit. Convocatis itaque regni Proceribus negotium exponit, ſerióque, an vires ſuas conferre, inſultantique hoſti

opponere vellent,explorat.Largi ad unum omnes pollicitis, operam promittunt, multum jaculandi arte & felicitate, quà ipſos etiam Thoali filios, celebres ubique,ob *εὐστοχίαν*,ſuperabât,freti. Nec exigua felicis ſucceſſûs affulſiſſet ſpes, niſi tota Actavæorum tribus,cum Duce,in caſtra hoſtium ſeceſſiſſet. Id enim(prout ſuos ubique habuit corycæos p.115)poſtquam Timuro innotuiſſet,prælium exarſit adeò crudum, & ululatum, ut omnia ſurſum, deorſumque ferri viderentur. Cùm triduum integrum *TouKtamiſchi* exercitus Timuri impetum ſuſtinuiſſet,tergis tandem verſis,omnes Diſtæ regiones,rapinæ & libidini ejus patuerunt. Multum hac præda ditatus SamarKandam rediit,magno honore Idacu conſilii authorem, afficiens. Qui tamen non multò pòſt ita igeniosè Timuro impoſuit,ut eum,irâ ſuccenſum,ipſius vitæ tædium ceperit:qua de re *Arabſch.*p.116.& deinceps. Relicto igitur Timuro reconciliationem quærit cum *TouKtamiſcho*, ſed repulſam paſſus, ſubditorum animos ſolicitat, magnóque eos numero ad obſequium pellicit. Irritatus hinc *TouKtamiſchus* exercitum conſcribit,pedemque cum Idacu quinquies & decies, variante belli alea,confert. Rem tribuum Diſtæ non parùm, labefactârunt toties iteratæ clades. Vnde factum ut gladio alii perirent,cæteri ſolo patriæ relicto vel Chriſtianorum ſacris accederent, vel à Muſelmannis in carceres compingerentur. Hæc fata, præter cæteros,ſuſtinet cohors Korabagdana,p.120.Alios à via regia ſemel exorbitantes vel frigus conſumpſit,vel mare arenoſum abſorpſit. Decimo quinto

præ-

prælio Idacũ inferior exiſtens, & cum 500. viris, familiaribus ſuis mari arenoſo obrutus delitekens, Diſtam Birkam: *TouKtamiſcho* quietam, & à turbis liberatam reliquit. Elapſo verò ſpatio ſemeſtri, cùm nihil ab Idacu periculi imminere videretur, *TouKtamiſchus*, nullo firmatus præſidio, opprimitur, prælioque, quod ordine decimum ſextum erat, ſuperatur, Diſtamque univerſam Præfecto *Idacu* cedit, cujus deinde nutu omnia moderabantur, p. 122. *TouKtamiſchi* liberi ad Gelaleddinum ſe receperunt: Karim Bardæus in Ruſsiam abiit, Kubal & reliqui fratres Sagnakum. Tanta verò *Idacu* polluit authoritate, ut nemo vel mutire contra placita ejus ſuſtinuerit. Vicarios deſignavit *Kublig. Timur chan* fratrem *Reſchadi BeK chan*: *Veladum-chan*; fil. Kublig-Timur; poſtea fratrem ejus *Timur-chan*, cujus tempore, gliſcentibus ubique diſcordiis, & inteſtinis bellis graſſantibus, Idacu fortuna labaſcere & Mandrabuli more progredi cæpit. Vitam ei ademit Timurus, pag. 123. Mira de hoc homine, ejus fortitudine, ſtrategematis, pugnandi felicitate, ἀϛυχίας eruditione, amore literarum, literatorum, & pauperum; πολυτεκνίας (nam 20. liberorum, quorũ ſinguli regio erant digni axiomate pater erat) officio Antiſtitis, quo Diſtę in congregationibus per annos 20. fungebatur, commemorari, monet *Arab.* p. 123.

ROMANAS, ſeu RUMANAS regiones (hoc nomine Arabes univerſam ditionem Imperii, tam Orientis, quàm Occidentis comprehendunt. Et ſpeciatim de Orientis ditione dici, Græciamque

ceratæ paulatim animo ad reſiſtendum abjecto diffluunt. Propiùs itaque Timur uccedens, urbémque Saivaſum arctè premens, aliam, Præſidem loci, Amir *Solimanum*, fil. *Ab Iezidi*, fil. Moradi, fil. Vrchani, fil. Othmani excutere coëgit quercum. Periculum itaque, in quo verſabatur, Patri Conſtantinopolin tum oppugnanti exponit: Spe autem ſuppetiarum fruſtratus copias contrahit; Ducesque per mœnia diſtributos ut fortiter hoſti reſiſterent, hortatur, ſe interim abiturum, breviqúe militem auxiliarem miſſurum, pollicitus. Non multò póſt, cùm non ſine diſcrimine Solimanus evaſiſſet, urbs deditione capitur. Præſidiariis Timur fidem quidem dat, nullum ſe effuſurum ſanguinem, quos tamen æquivocationibus, pro more, deceptos horrendis ſuppliciis excruciavit. Concatenatos enim illos & vinculis conſtrictos, vivos defodi juſsit: quo crudelitatis genere interfectos foveæ abſumpſerunt 3000. Cætera, ſpoliando, diripiendo, vaſtando, ita expilavit, ut celeberrima munitiſsima (p.162.) ſalubritate aëris, & quæ incolarum inſuper frequentia, honeſtaque vivendi ratione commendatiſsima urbs, Syriæ, Adrebighanæ, & Romæ limitanea, ſplendorem omnem, veterisque ſtatus veſtigia penè amiſerit.

Reæ Rex fuit Ghaucar, de quo *Arabſch.* p.79. *Erat*, inquit, *Reæ Rex ſummi Imperii Muhammed Ghaucar pro arbitrio ſuo imperans in illis pagis atq; regionibus. Liberalis fuit, ſtrenuus, & regius princeps; cui omnes obedie-*

dicbant: ipſe nihilominus blandè cum Timuro agebat, cujus quædam obſervavit, ejúsque robur & potentiam timuit.

Schirhanum poſſedit *Abu Iſaac*, qui ad tempus Timuro reſtitit, p. 162. Poſtea tamen, aliorum exemplo, obſequium Barbaro detulit, p. 70. maſculè interea ſe opponente præfecto arcis Schirghani, p. 73. Iezdam *Schach-jahia*, pag. 62. tenuit.

Luri [quæ *regio* vocatur *habitata, ubi multa commoda, fruges copioſæ*, pag. 81.] arcem Birugherd dictam, occupavit *Azzeddinus* Abbaſsides. Locus erat valde munitus, Hamadano vicinus, & oppoſitus Irakæ Arabum, Adrebighanæ inſtar p. 81.

Kermaniæ Reges erant 1. *Schah-Schegbahus*, p. 47. 2. Frater ejus *Ahmed*, pag. 44. Tutor ejus ipſe deſtinatus erat Timur, à quo tamen varias filiis ejus inſidias per *Idacu* Vicarium ſuum (ſolitum enim fuiſſe Timurum ea deſignare per alios, quorum libenter ipſe declinâſſet, invidiam, obſervat *Arabs*, p. 76.) fuiſſe ſtructas, prolixè commemorat *Ahmed* noſter. Duos habuit filios, *Sultanum Muhdi*, & *Solimanum Chan*, quorum hic corporis & animi dotibus (de quibus pag. 74.) adeò fuit inſignis, ut eum omnium ora, mentes, & oculi, annum demum agentem ſextum, obſervarent. De utroque Timuri inſtinctu & mandatu (pag. 75.) è medio tollendo, nulla habita deſertæ & derelictæ matris ratione, *Idacu* ſeriò cogitavit. Et cum nemo ad tam crudele pa-

runt; licetur. Vinculis interea Regem conſtrictum in arctiſsimam tradit cuſtodiam. Poſtquam autem exercitum ſuum, pedites pariter & equites opima iterum præda (nam ultrò citróque currendo quicquid inter Ferduſum & Resmel; Neſibin & Mauzilam antiquam obvium erat, invaſit) ſaginâſſet, ſicque ad pugnam accendiſſet, citato curſu [p.95.] Maredinam urbem per ſaltus, per prerupta viarum & inhoſpita tesqua, adoritur. Rumore ad Caſtellanos delato, telis in urbem conjectis tantam edunt ſtragem, ut devulneratis & occiſis plateæ fuerint ſtratæ. Tanto namque fervore pugnabant, ut ad martyrium uſque defendere parati fuerint. Duravit prælium ab aurora ad crepuſculum veſpertinum. Vrbem Barbari occupant, diruunt, incolas inhumaniſsimè tractant. Arce verò ut potiretur per literas, præſidiariis miſſas, ſecuritatem promittit. Ipſe interim exercitu ſuo quinque dierum obſidione eos ita urſit, ut obſeſsi tandem patrocinium ejus ſupplici voce implorârint. Spondet incruenta trophæa, ſed ingreſſus arcem, promiſcua cæde graſſatur, ſuperſtitibus in captivitatem delatis. Multi in Mesgidis aſylum quærebant, & tutum ſeceſſum: ſed nulla loci religio. In eos etiam, qui, pro more Muſelmannico, incurvando & geniculando ſua peregerunt ſacra, quorum numerabantur bis mille, mortis ſupplicio fuit animadverſum. Tandem, igni in ipſum conjecto templum, Timur fugit, & vicina caſtella Arghiſum & Aunjkum, cui Muhammed Mazirus, filius *Kora*, Præfectus, Turcomanus [differunt *Turcomani* à *Turcis*, ut Arabes Scenitæ à reli-

quis

quis Arabibus: Arabes tamen Scenitæ planitiem amant, Turcomani montes, ubi ſua habent Mapalia) imperavit, conditionibus in poteſtatem redigit, an. Heg. 796. poſt feſtum Ramadan: Qui in præſidiis locati erant milites, trucidabantur; Mazirus Samarkandam ablegatus, *Iſa* verò, *Malec-Taberus* Sultaniam delatus, & cum aliis regni ſui magnatibus, *RoKnoddino*, *Azzeddino*, Turcomano, *Iſtabuga*, *Beiaddino* (omni rerum domeſticarum denegato commercio) in ſqualidum compactus fuit carcerem. Cùm integro *Taberum* hæc calamitas premeret anno, Diſtam Timurus abiit, atque Kaphgha Kain: Ex quo tempore *Reginæ Majoris* juſſu melius *Taberus* Sultaniæ haberi, tractarique cæpit. Redux paulò pòſt Diſtâ menſe Schiaban an. H. 798. Sultaniam, poſt dierum moram 13. Hamadanum proficiſcitur, magnoque cum honore & ſplendore *Malec-Taberum* Sultaniâ evocavit, atq; in amplexum ejus Timurus ruens, veniá illatæ injuriæ rogavit. *Amicus es* (his blanditiis affatur captivum) *Dei, & elatus potentiâ, ſicut (pag. 100.) Abi Becer & Ali.* Cumque ſex dies hoſpitalitatis officia ei præſtitiſſet, chlamyde regia donâſſet, ſplendida munera, centum equos, decem mulos, ſexaginta millia denariorum Kebkæorum, ſex camelos, uniones aliaque pretioſa ei κειμήλια obtuliſſet, diplomatibus tandem quinquaginta ſex eum munit, præſidemque ab Edeſſa, ad extremos uſque fines Diarbekræ, Adrebighanæ, & Armeniæ hac lege conſtituit, ut omnes ei cæteri parerent judices, tributa & vectiga-

lia

lia ſolverent, ingratiis aut injuſſu ejus nihil efferrent: Verbo, ut ab ejus nutu omnes penderent. Sed fraudulenta deprehenditur Timuri benevolentia. Retia erant & plagæ, quas Tyrannus tetendit *Tabero*, quem vel diſſidiis, cum vicinis, implicitum, vel aliâs coarctatum, tutelam Chanicam implorare, inque ſinum ſuum effundere omnia cogere, hac ratione voluit. Incidit hæc *Taberi* καταστροφὴ in annum Heg. 797. menſis Ramadan diē 23. Suum igitur Magiſtratum ingreſſus Sultaniam venit, magnificè exceptus, honoribus, & muneribus ubique auctus. Cumque fama reſtitutorum *Taberi* bonorum apud domeſticos ejus percrebuiſſet & amicos, magna illi delibuti lętitia, in occurſum ei properant, eumque feſtivis acclamationibus, *Malec. Zalecho* urbis & provinciæ vicario, præeunte, ſalutant. Felici hac ratione auſpicio ad ſuos reverſus, Collegium [*Madreſam*] Heſameddini intrat, Patrem ſuum, cæterosque Majores defunctos viſitaturus. Vbi tanta *eum religio inceſſit, ut ſponte Imperio abiens Meccanis ſuperſtitionibus, quod reliquum erat vitæ, conſecrare (p. 101.) conſtituerit.* Sed cùm magno ei molimine ſubditi reſtitiſſent, omnique honorum & reverentiæ nectare permulſiſſent, faſces recipit, & ad munia poſtliminio regia obeunda redit. Gratulaturi reſtituto Regi celeberrimi Poëtæ carminibus certabant; Haſenus, Badereddinus fil. Tifur; Hoſeinus, Roknoddinus fil. Alazfar: Zadereddinus Iuriſconſultus, fil. Tahereddini, Haniſæus, Samarkandæus, Olaleddinus, fil.

fil. Zeineddini, Haznæus, qui poſtremus, *Taberi* judicio, non modò palmam cæteris, ſed & premium 5000. aureorum nummorum præripuit.

Distæ, quæ & Kaphghaka dicitur, & Diſt-Birka [ſignificat autem *Diſt* Perſicè *ſolitudinem*, *deſertum Ber Ka*, benedictionem notans, Epitheton eſt p. 104.] imperavit *TouKtamiſchus* Princeps, ex Sultanorum illorum numero, qui aperto ſe Marte Timuro oppoſuerunt. Idem, etiam primus Iſlamiſmi leges ſuſcepit, rationesque, pro eo militantes, admiſit, cùm Idololatrę ante Diſtæi eſſent, talesque porrò etiá nonnulli vivere pergerent. Cùm Timuri adventus inſtaret, *Aba Iezidum*, magnum regni ſui lumen & columen, quid facto eſſet opus, rogavit? Præſtat, reſpondet *Iezidus*, fugam nos capeſſere, & abditos quærere receſſus, quàm aliam quamcunq; inire rationem. Ego verò, regeſsit Rex, turpi fugâ elapſus deſeram meos ſubditos, & calamitati exponam? Hoc, quo prætextu, excuſatio, potentiſsimo rerum omnium Domino, die ultimi judicii. Neque verò tutum fuerit, bello tyrannum laceſſere, obſequio & obſervantia ejus mitigabo animum: Quòd ſi mihi meosque me reſtituerit, votorum meorum ſummam conſequar: Sin autem mihi vel mortem intulerit, vel captivum me tenuerit, age imperet, cui libuerit. Dimiſſo igitur exercitu, quaſi tranquillè cum ſuis victurus, in mandatis ubique dedit, ut orationes nomine Timuri haberentur [p 105] idemque aureis & argenteis nummis, retento ſigno ejus, imprimeretur: Ipſe interim magno inſtructus apparatu munera pretioſiſsima conquirit. Et quia con-

conſuetudo obtinuit, ut mancipia Ghatæo, id eſt, Scytæ illi donata, honoris & dignitatis ergò, novem ſemper incederent; Ibrahimus eundem obſervaturus morem ex uno quoque genere novem σύζυγες eſſe voluit, Mamlucis exceptis, quorum ordo octenis claudebatur. Miratus Timur cauſam differentiæ; Hi octo, quærit, numero pares, mihi tradantur? Vbi nonus Mamlucus? Ego, reſpondit *Ibrahimus*, homo abjectus, locum illum ſuppleo. Quo lenocinio Timuri pectus ita ſibi conciliavit, ut filium eum ſuum & vicarium nuncuparit; ſtolâ regiâ ornarit, ipſeque cum exercitu ſuo numeroſiſſimo in Tartariam receſſerit. Ipſam verò Timuro invadendi Diſtam conſilium ſuggeſsiſſe ſcribunt *Idacu* Turcam, ex nobiliſsima Turcarum (nam & illi Dialectis & tribubus ſuis, more Arabum, diſtinguuntur) tribu Kumkumat ortum. Vir fuit magno apud *TouKtamiſchum* loco, ſed perpetuo in timore, ne hominis, cætera rigidi, favore excideret. Nec multum abfuit, quin & gratiam Regis, & vitam ipſam perderet. Hos ictus ut everberaret, generoſiſsimum ex Regis ſtabulo equum ſubduxit, quo ad Timurum vectus Diſtam ei opulentiſsimam, faciendis itineribus tutiſsimam, & fertiliſsimam regionem [cujus topographiam accuratam habet author p. 108. 109.] expugnandam reſtare, & ſuaſit, & perſuaſit. Eò ergò Timurus delatus [p. 112] *TouKtamiſchum* arma cum ſuis arripere coëgit. Convocatis itaque regni Proceribus negotium exponit, ſerióque, an vires ſuas conferre, inſultantique hoſti

opponere vellent,explorat.Largi ad unum omnes pollicitis, operam promittunt, multum jaculandi arte & felicitate, quâ ipſos etiam Thoali filios, celebres ubique,ob ἀϛοχίαν,ſuperabát,freti. Nec exigua felicis ſucceſſûs affulſiſſet ſpes, niſi tota Actavæorum tribus,cum Duce,in caſtra hoſtium receſſiſſet. Id enim(prout ſuos ubique habuit corycæos p.115)poſtquam Timuro innotuiſſet,prælium exarſit adeò crudum, & ululatum, ut omnia ſurſum, deorſumque ferri viderentur. Cùm triduum integrum *TouKtamiſchi* exercitus Timuri impetum ſuſtinuiſſet,tergis tandem verſis,omnes Diſtæ regiones,rapinæ & libidini ejus patuerunt. Multum hac præda ditatus SamarKandam rediit,magno honore Idacu conſilii authorem, afficiens. Qui tamen non multò pòſt ita igenioſè Timuro impoſuit,ut eum,irâ ſuccenſum,ipſius vitæ tædium ceperit: qua de re *Arabſch*.p.116.& deinceps. Relicto igitur Timuro reconciliationem quærit cum *TouKtamiſcho*, ſed repulſam paſſus, ſubditorum animos ſolicitat, magnóque eos numero ad obſequium pellicit. Irritatus hinc *TouKtamiſchus* exercitum conſcribit,pedemque cum Idacu quinquies & decies, variante belli alea,confert. Rem tribuum Diſtæ non parùm, labefactârunt toties iteratæ clades. Vnde factum ut gladio alii perirent,cæteri ſolo patriæ relicto vel Chriſtianorum ſacris accederent, vel à Muſelmannis in carceres compingerentur. Hæc fata, præter cæteros,ſuſtinet cohors Korabagdana,p.120.Alios à via regia ſemel exorbitantes vel frigus conſumpſit,vel mare arenoſum abſorpſit. Decimo quinto

præ-

prælio Idacū inferior exiſtens, & cum 500. viris, familiaribus ſuis mari arenoſo obrutus deliteſcens, Diſtam Birkam: *Touktamiſcho* quietam, & à turbis liberatam reliquit. Elapſo verò ſpatio ſemeſtri, cùm nihil ab Idacu periculi imminere videretur, *Touktamiſchus*, nullo firmatus præſidio, opprimitur, prælioque, quod ordine decimum ſextum erat, ſuperatur, Diſtamque univerſam Præfecto *Idacu* cedit, cujus deinde nutu omnia moderabantur, p. 122. *Touktamiſchi* liberi ad Gelaleddinum ſe receperunt: Karim Bardæus in Ruſsiam abiit, Kubal & reliqui fratres Sagnakum. Tanta verò *Idacu* polluit authoritate, ut nemo vel mutire contra placita ejus ſuſtinuerit. Vicarios deſignavit *Kublig. Timur chan* fratrem *Reſchadi Bek Chan*: *Veladum-Chan*; fil. Kublig-Timur; poſtea fratrem ejus *Timur-Chan*, cujus tempore, gliſcentibus ubique diſcordiis, & inteſtinis bellis graſſantibus, Idacu fortuna labaſcere & Mandrabuli more progredi cæpit. Vitam ei ademit Timurus, pag. 123. Mira de hoc homine, ejus fortitudine, ſtrategematis, pugnandi felicitate, εὐστοχίας eruditione, amore literarum, literatorum, & pauperum; πολυτεκνίας (nam 20. liberorum, quorū ſinguli regio erant digni axiomate pater erat) officio Antiſtitis, quo Diſtę in congregationibus per annos 20. fungebatur, commemorari, monet *Arab.* p. 123.

Romanas, ſeu Rumanas regiones (hoc nomine Arabes univerſam ditionem Imperii, tam Orientis, quàm Occidentis comprehendunt. Et ſpeciatim de Orientis ditione dici, Græciamque

tum Aſiaticam, tum Europæã denotare, quo Conſtantinus ſedem Imperii tranſtulit; jam alibi ex *D. Lud. de Dieu* Comment. in C.16. Marci, p.240. monuimus: Eam magna jam parte occupârant Turcæ, ut dictum eſt: Occidentis tamen Imperium ſæpe, ad differentiam Orientis, Romaniæ Francicæ nomen obtinuit: omnes enim Europæos, Græcis exceptis, poſt Bullionæi expeditionem Franci dicti fuerunt) adminiſtravit *Abi Iezidus*; quem *Bajazethem* vulgò appellant: fil. Moradi, fil. Vrchani, fil. Othmani, p.125. De obſidione ejus Conſtantinopolitana, rebusque inter ipſum & Timurum geſtis, ſuo loco dicemus. Heic tamen intactam præterire non poſſumus Hiſtoriam, qua juſtitiæ ſtudium hominis, author noſter commendat. Refert enim *Arabſch.* p.245. militem, ſiti preſſum, à muliere quadam potum petiiſſe. Negaſſe mulierem ſtomachosè, quidquam ſecum eſſe, quo ſitim ejus compeſceret; faceſſeret illinc, & moleſtus eſſe deſineret. Militem autem, cùm ſcutellam vidiſſet ligneam lacte repletam, ex ea bibiſſe. Atqui hoc; exprobaſſe mulierculam; filii mei alimentum eſſe debebat. Querenti igitur de militis audacia, *Othmanidem* benevolas mulieri præbuiſſe aures. Militem vocatum, metu ſupplicii, factum pernegâſſe. Ego autem, dixiſſe Othmanidem, rei veritatem facile explorabo. Ipſe tibi, ſi veſtigia abſorpti lactis in militis ventre extiterint, pretium reddam; ſin minus, Talionis lege, tecum agam. Verè; reſpondiiſſe mulierem; lac meũ bibit: Neque tamen tam rigidum exigo experimentum. Stat, inquit Rex, ſententia, à qua me juſti-

tiæ

triæ amor, ne latum quidem unguem diſcedere ſinit. Gladio itaque accerſito, militem διχοτομεῖ, cumque lactis hauſti indubitata apparerent indicia oſtendi illud, & proclamari juſsit: *Hæc eſt merces ejus, qui ſub Imperio Regis juſti, Ibn-Othmani, quicquam, quod ei non debetur, aufert.* Mortuus eſt exeunte hyeme Ak-Schahari, ubi & nepos Timuri, Sultan *Muhammed*, diem ſuum clauſit. Vt domum eum ſecum in provinciam Mavaranaharæá transferret, compedibus (p.268,) vinctum caveæ ferreæ incluſit, eodem ſupplicii exemplo, quo Cæſar in *Schaburum*, ſeu *Saporem* animadvertit. Vocatur ab authore *bellator felix, Martyr.* Habuit Sultanus *Abi Iezidus*, filios quinque, Amir (p.254.) *Solimanum*, natu maximum, *Iſa Muſtapha, Muhammed*, & *Muſa*, qui natu fuit minimus. Amir *Solimanus* prælio Tamerlanico interfuit: Fugâ poſtea elapſus Adrianopolin rediit, potentia atque divitiis cæteris longe ſuperior, regni clavum tenens, p.254. *Muhammed* & *Muſa* arcem occupabant Charſchanam, ſitu munitiſsimam, de qua p.254.

Iſa in quodam delituit loco munito, ad mortẽ uſque, à fratre *Solimano* illatam, pag.255. Quod etiam fatum paulò pòſt ſubierunt *Moſes* & *Muhammed*: Ib. quo poſteriore regnante, religio Chriſtiana & Iudaica deliramentis Muhammedicis permutabantur. *ib.* Obiit autem a.H.814 ſucceſſore relicto filio *Morado*, qui, ſuperſtite adhuc ſcriptore noſtro, id eſt, a.H.840. ad gubernacula ſedit.

Amir *Iſphandiar*, filius Abi Iezidi. Hic quoque regnum adeptus Romæum, ſolus imperavit, hæreditario quodam odio in Othmanidas flagrans. Multa ei paruerunt oppida, caſtella, vici, pagi, ex quibus urbs Sainub, vulgò *Amoris Inſula* dicta, & promontorium eminentiſsimum, omniumque ore decantatum. *Iſphandiari* aſylum fuit, & gazophylacium, Cognita tamen humanitate, quâ Timurus liberos Ben Karman, Tartaros, Karobolucum, Tahartanum, Præſidem Arzenghan, Amir Iacobum, filium Aliſchah, Præfectum Cermian, cæterosque omnes, qui obſequio ejus anticipârunt irruptionem, excepiſſet, hic quoque muneribus, & devotione tyranni animum ita mitigavit, ut loco ipſum ſuo confirmârit. Eandem etiam gratiam fecit cæteris ſponte parata facientibus, hac tamen lege, ut monetis ſuis inſculperent nomen *Muhammed-Chan*, & magni Ducis, *Timur-cur-chan*: qua quidem ratione ſecuritatem redemerunt. Obiit *Iſphandiar* a. H. 843. Vltimus eorum, qui Timuro ſponte ceſſerunt, & acceſſerunt, ſucceſſore dato filio Ibraim-Beck, inter quem & fratrē Kaſem Beck lites variæ fuerunt exortæ: Vnde hic ad Moradum, filium Othmani deſcivit, p. 260.

V. B. Sed & [a] Religionis & literaturę [b] Arabicæ præmittenda eſt cognitio.

[a] De hac igitur in genere tenendum eſt. A. *Iſlamiſmum quidem graviter fuiſſe vexatum*; Morte enim, vel exilio mulctabantur, qui Scythicum excutiebant Imperium. Hinc reverſi ad ſuos, ſacrorum ſæpe

pe ſuorum erant obliti. Cùm Segiſtanam Timur civibus ſuis evacuâſſet, pauci quidam mortis ſupplicium evaſerunt, redeuntes autem diem Veneris pro more religionis celebraturi, à Keramanis termini illius monendi erant, p. 35.

B. *Eundem tamen ſua habuiſſe incrementa*: Deſertum Diſta, provincia amplisſima, (de qua prolixè p. 108, 109.) Islamiſmum amplectitur, auſpice & impulſore *TouKtamiſcho*, pag. 104. Fuit & alia urbs Sara, ſub Diſta, quam *Birach Chan* magnificè extructam, & Muhammedicis deliriis addictam, regni ſui ſedem conſtituit. *Ex quo tempore*, ait, *auth*. p. 110. *facta illa fuit receptaculum omnis felicitatis & benedictionis*. Sequebatur autem potisſimùm inſtituta Hanifæorum: Vnde & Diſtæ Rex ex omnibus undique locis, ſectæ illius Doctores convocavit peritisſimos, quos, ut gentem ſuam illis dogmatibus imbuerēt, magnis muneribus affecit. Vt autem Leges Muhammedis, & Prophetarum, quos author vocat, eò avidius imbiberentur, cætera ſapientiæ ſtudia fuerunt interdicta. Palmam reliquis Doctoribus, ſub BirKa-chan, poſteaq; ſub VsbeKo, & GhanibeKo-chan, præripuerunt Kotboddinus Razæus, Saldeddinus Taphtaſanæus, Geladdinus, Hapheteddinus Bazazæus, Ahmed Chagnadæus. Præterea etiam *Romani*, i. e. *Turcæ*, Othmanici imperii ſubditi vocantur *Reda-lislam*, *auxilium, veſtis*, id eſt, flos, *Muſelmannorum*, ab Abi Iezido, p. 273.

In *ſpecie* verò tene; [a] AlKoranum fuiſſe Mu-

hammedanis, regulam faciendorum & omittendorum: vide Epiſt. *MaleK-Taheri* p.230. & Amiranſchahi p.145. Vbi prolixiùs in laudes ejus excurrit. Borhaneddinus, Saivaſi Princeps, collegia certis diebus, cum AlKorani Interpretibus, inſtituit, p.155. iisdemque ſolis tum, cæteris poſthabitis curis, vacavit.

[b] *Authores Meccæ honorificam ſemper feciſſe mentionem. Arabſch.* p.110. vocat Meccam *nobilem.*

[c] *In commendando ſuo Pſeudo-Propheta eosdem valde fuiſſe hyperbolicos.* Quo ipſum loco habuerint, patet ex epiſtola, quam Amiranſchah, Timuri filium, ſcripſiſſe volunt, parenti, apud Indos graſſanti, p.142.143. *Vocatur ibi Dominus Prophetarum. & ſigillum Apoſtolorum: Electorum electiſſimus, miſſus ex miſericordia ad creaturas, &c.* Majeſtatem ejus, atque dignitatem, quibus, faſcinatum Muhammedis mancipium, exaggerat modis? *Et,* inquit, *Orientis patent anguli & Occidentis; aſſurgunt ei manifeſta & occulta illius: aperti ſunt theſauri ejus: offerunt ſe ei abdita & recondita ejus. Cujus exercitus ſunt Angeli venerabiles, & in quem credunt homines & Diaboli: Volucres, & beſtiæ & reptilia.* In jactandis ejus victoriis, quas crepat ampullas? *Et Imperatores & Reges faſces ei libenter, magno Dei munere, detuliſſe,* ſcribit p.143. Hinc ad miracula, de

de quibus tamen Muhammedani parùm ſunt ſoliciti, tranſiturus, enarrat: 1. *Una eum nocte ex Fano Meccano translatum eſſe in templum Hiereſolymitanum*, quod Extimum vocat. *Vectũ autem* Borako *generoſo*, (jumentum eſt, inquit Giggæus, Muhammedis, ob pernicitatem *fulgur* appellatum, quod ſupra aſinum, infra mulum erat. De hoc mira fabulantur, ut etiam illi cœlum non denegent. Inde Hiſpanorum Bortico) *cujus beneficio ad ſeptem cœli domicilia pertigerit. Magnos, & ad finem mundi duraturos ei decretos honores. Propter eum homines & natos, & renatos. Non eſſe creaturam Muhammede præſtantiorem aut honoratiorem. Ei omnia, vocationem præcedentia, eandémque ſequentia, remiſſa eſſe peccata. 2. Placenta hordeacea, & aqua ex digitis ejus deſtillante, ingentis turbæ & famem ſedâſſe, & ſitim. 3. In gratiam ejus ipſam ſciſſam fuiſſe lunam. 4. Arbores, ad eum profecturas, gradu compoſito inceſſiſſe. 5. Credidiſſe ei reptilia, & fide ſe devoviſſe ei lapides.* Claudit epiphonemate nugarum ſeriem. *Num iniri poſſit numerus miraculorum ejus, & comprehendi dignitates ejus?* Neque

verò parcus eſt in laudibus ſucceſſorum, quorum meminit, p. 144. 145.

[d] *Iurisjurandi magnam apud Muhammedanos fuiſſe religionem*, vel unico probemus exemplo. Cùm *Alladadus* Samarkandam abire vellet, militiam priùs ſuam juramento adegit, ne tumultuaretur. Poſtquam verò longiorem opinione moram traxiſſet, ipſique, ubi locorum degeret, cum ignariſsimis juxta ignorarent, veriti, ne Mogolenſium prædæ ceſsiſſet, ſtationem quidam deſerendam ſuadent: Alii verò ſibi, per jusjurandum, non licere, contendentes, *Conſtricti*, inquiunt, *ſumus, fune juramenti, nec operæ pretium eſt nos fieri de populo ſiniſtræ, propter dextram*, id eſt, damnatis, ad ſiniſtram collocatis accenſeri, propter perjurium dexterâ commiſſum, p. 341. Iuramenta autem præſtituri, manum Alkorano imponebant: Ita *Alladadus* Chodidado ſe juramenti vinculo obſtrinxit, p. 347.

[e] De ipſis Regibus & Principibus conſtat, eos vel officio Antiſtitum fuiſſe functos: ut *Idacu*, pag. 123. vel rerum mundanarum pertæſos, eremiticam meditatos vitam, ut *Taberus* p. 101.

[f] De *Decreto Dei* ſentiebant, *omnia eo gubernari*. Unde A. *Phalangibus ſe immiſſuri milites, Providentiæ divinæ ſe maximè commendant.* Schah-walius cum Timuro pugnaturus, dicitur *ſe dedidiſſe providentiæ & decreto ſummi Dei*: *Arabſch.* pag. 49. Aliâs auxilii divini præſentia animum ſuis addebant, Ita *Tunus* p. 84. Confer p. 163.

B. *Ca-*

B. *Calamitates & ærumnas fortiter ſuſtinent.* De Isphahanenſibus internecioni ubiq; deſtinatis, ſcribit p. 65. *Cùm viderent, nec precibus, nec muneribus eum expugnari poſſe, munierunt ſe præſidiis patientiæ, indutáque lorica ſeriæ cogitationis, exceperunt tela decretorum Dei, è latibulis, ſeu abditis receſſibus fatorum. Clypeo deditæ Deo mentis, expectârunt fatales ictus è gladiis mortis.* Oladdinus Poëticè *Tabero* reditum gratulaturus, inter alia, inquit: *Ne Triſteris, quod decrevit Deus, erit*, p. 103.

2. *Quod cuique, fato, deſtinatum eſt, in alium exundare non poſſe.* Schah-walius vires ſuas cum aliis regibus conjuncturus, non *religioni duxit hanc aliis etiam commendare militiam, cùm fieri non poſſit, quin decreto divino ſuus ſemper certus ſit exitus.* Vide Arabſch. p. 49.

3. *Terminum vitæ eſſe fatalem.* Author, Schah-Scheghabi mortem exhibiturus, ait: *Cùm attigiſſet eum fatum, & ſtrator mortis complicâſſet ſpei omnis aulæum, &c.* Hoc autem mortalitatis fatum omnibus eſſe commune, carmine exprimit, p. 142.

4. *Decretum Dei inferre neceſſitatem coactionis.* *Is-Kander ſeu Alexander Ghalalæus* præcipiti voce, indignum mortis ſupplicium, decreti Dei neceſsitate excuſat: vide 72. *Arab.*

[g] *Mœchos & ſcortatores vitâ privabant.* Exemplum

plum eſſe voluit Sultan *Taberus* in matre ſua,& *Tuni* fratre,p.68.

[b] *Vitam pro regione & religione Principes eorum profundere erant parati*, gloriæ pruritu, id quod Iſa, Rex Diarbecrę,ſuo cõdocefacit exemplo,p.94. Vide & Epiſt. *Malec-Taberi*,p.128. Conſultius exiſtimantes pro patria gloriosè obire, quàm vitam hoſtiũ damnis & ludibriis reſervare. Hoc κέλδυσμα fuit Tuni,magni illius belli Ducis,p.84.

6. *Peregrinationibus religioſis ſuperſtitioſè fungebantur*; ut *Atzemeddinus*, filius Abdolmeliki, fil. Senis venerandi Borhaneddini, qui ab itinere rediit a.H. 814.quo author Hiſtoriæ Timur vixit,p.110. ſed & aliorum defunctorum ſepulcra religiosè viſitabant.De *Tahero* vide p.101.

7. Pro Patria & religione occumbentes *Martyres* vocant. De *Umma* Turcomanno, ejusque duobus filiis,infenſiſsimis & feliciſsimis Timuri oppugnatoribus, per inſidias tandem circumventis & oppreſsis,ſentit Arabſch.p.51.*eos Martyres factos in via Dei*.Id ipſum etiam repetit *Malek-Taberus* in ſua ad Timurum epiſtola,p.128. Sepulchra eorum Martyria. Hoſeini fit mentio p.182. Martyris etiam axioma tribuitur *Ilderim Abijezido* p.268.

[b] Etſi,quod & in *Analectis* noſtris P.1. p.306. monuimus, Arabum ſtudia ab anno potiſsimùm 640.ad 1250 floruerint; Certum tamen eſt, ne quidem ſeculo XV.fontes illos literaturæ Arabicæ exſiccatos planè fuiſſe. Nam, ex Arabſchiade noſtro diſcimus A.*Inter ipſos Reges & Principes non paucos literarum & literatorum fuiſſe amantiſsimos*. I. De Schah-

Schah-Scheghaho Mediæ & Perſidis Rege, commemorat *Arabſch.* p.41. *habitum eum fuiſſe virum doctum, excellentem, qui magna ſolertia evolverit* Keſchafum (comment. eſt in Alkoranum de quo Hiſt. P.2. p.462.) *authorémque eſſe egregiorum carminum, & literaturâ inſignium.* Subjicit quosdam ejus, de Amore, verſus Perſicos & Arabicos.

II. De *Borhaneddino* Cæſariæ & Saivaſi Principe repeti poſſunt, quæ *ſuprà* p.629. recitavimus.

B. *Nullum ſtudiorum fuiſſe genus, quod à viris inter Muhammedanos magnis non ſatis fuerit excultum.* Hinc idem nobis *Arabſch.* tot profert Muhammedologos potiùs quàm Theologos, cujusmodi eſt: a. *Mula Abdolghabàr*, filius Olama, Naamoddinus, Hanifæus. Parentem habuit, inter eruditos Samarkandenos, celeberrimum. Comes fuit Tamerlanicæ expeditionis. Ejus crebræ, cum Syris & aliis de religione extant συζητήσεις. Vide pag. 170, & deinc. colloquio maximè illo inclaruit, quod cum cæteris Alisequis ſociis ſuis, contra Iezidæos; cujusmodi Halebenſes erant & Damaſceni; habuit, de quo ſuo loco, p.204. Vocatur *antiſtes & doctor Timuri, vir eruditus, beneficus, Theologus perfectus, Diſputator & fundamentorum fidei Confirmator.* Pater ejus Samarkandæ in doctrina de *Ramis* i.e. ea Theolgiæ parte, quæ ſcientiam Iuris (vide *Anal.* P.1. p.285.) ſpectat, Phœnix ſecu-

li

li fuiſſe dicitur. Vnde & Mavaranaharēſes multa ab eo in doctrina Legum, & deciſione quæſtionum mutuârũt. Statuiſſe fertur, *nullam in vita æterna fore viſionem*. Monet occaſione hac, author: *Nullum diſcrimen inter populum Traditionis, & Mutazalitas eſſe in ramis fidei; fundamentis verò ejusdem multum variare: Multas enim utrinque agitari quæſtiones. in quibus hi graviter errent.* Tectorium eſt, quo objecta Muhammedanis in ipſa religionis diſſidia, incruſtare fruſtra *Ahmed* conatur.

b. *Moſes Scharfoddinus*, celebris Schafæus. Floruit Halebi, de quo p. 176. 177. &, alibi.

c. *Hammameddinus*, Iſphahanenſis, vitæ innocentiæ celeberrimus. Vocatur *columna Iſlamiſmi* p. 63. Ei vim fatidicam tribuunt. Ajunt enim, Iſphahanenſibus prædixiſſe, tum demum Timurum Iſphahanum oppugnaturum, cùm ad plures ille abiiſſet. Neque verò vanum fuiſſe augurium. Idem quippe dies & Hamameddino & Iſphahano fatalis erat. Cætera etiam ſtudia floruiſſe Muſelmannorum, hinc patet, quia mentio fit. I. *Academiarum celeberrimarum*. *Sara* (de qua author p. 110.) *vocatur Conventus ſcientiæ, fodina felicitatis; quæ omnibus doctis, eloquentibus, benéque moratis præbuerit domicilium.* Id. p. 111. Ibidem occurrunt nomina celeberrimorum quorundam Hanifæorum, & Schafæorum Saræ habitantium

tium. Vrbs fuit maxima, ſed quæ 63. originis ſuæ anno iterum à Timuro, cum aliis urbibus Diſtæ Sami-huk, Hagh-Torchan, &c. fuit devaſtata, pag 116. *Borhaneddinus* in Ægyptum, ſtudiorum cauſâ, conceſsit, p. 149. Vnde & ipſe magnam conſecutus fuit eruditionem, & eruditos, præſertim *Abdalazizum*, liberaliſsimè tractavit.

II. *Virorum Eruditorum.* Habemus a. *Hiſtoricos.* Vixit Arabſchiades a. H. 840. i e. circa a. Ch. 1436. Eſt idem author *ſpeculi.* *Ethici. Borhaneddini* res geſtas, & συγχρονισμοὺς ſcripſit *Abdolazizus*, quas commendat author pag. 157 ubi & alius meminit Chronici, Ex Hiſtoria, filii *Schabana* bellum deſumſit Tamerlani Syriacum, p. 173. De præclaro opere Hiſtorico *Vallieddini Malecitæ*, p. 399.

b. *Politicos.* Politicos Aphoriſmos ἀνασκευαστικῶς & κατασκευαστικῶς, conſcripſiſſe fertur magnus Muhammediſmi propagator *Idacu*, p. 123. Eidem tribuitur liber *Suna*, i. e. de lege Muhammedanorum ἀγράφῳ. *Ib.*

c. *Poëtas.* Poëtico ſtudio excelluit *Borhaneddinus*, p. 149. *Abdolazizus*, Bagdado ab eo accerſitus, p. 156. Certamen Poëtarum, *Tabero* gratulantium, habes p. 102 & 103.

d. *Muſicos* Kotobus Mauzolita, oſtentum & miraculum ſui ſeculi, eo nomine vocatur. Mira de eo tradit author, quaſi *Muſicâ ſuâ dolorem facilè quemvis & mœrorem abſterſerit, cujus proinde arti meritò adſtupuerint multi.* Timurus

rus tamen, his parum delectatus exercitiis, fertur, accepta filii Amiranſchah Epiſtola, dixiſſe: *Kotobus pervertit mentem Amiranſchah; ſicut corrupit Abdolkadius* (quo cum Kotobus frequens habuit exercitium(*Ahmedum fil. Scheich Avis*. Vide p. 147.

VI. Reſtat, ut, ipſam tandem rei aciem invadentes, Hiſtoriam Timuri proponamus. Et ne quid curioſus Lector deſideret, longa primò ſerie ab ovo incunabula ejus & res arceſſemus geſtas: Breviter deinde, & καθ' ἀνακεφαλαίωσιν, proſopographiam ejus ſubjiciemus.

Arabſchiadem ſecuti, qui hac præit Methodo gemina.

VII. Tria autem potiſſimùm in prolixiori illa ſpectabimus proſopographia. 1. [a] Nomen, 2. [b] Majores, Parentes, & [c] Patriam. 3. [d] Nativitatem, [e] Educationem, totiúsque adeò vitæ curſum, bellis, cædibus, rapinis mirabilem pariter & execrabilem.

[a] Nomen ejus, ut ex accurata *Arabſch*, obſervatione p. 3. colligimus, eſt *Timur*, quod & *Temur*, & *Temerlenc* aliâs, voce *ferrum* Turcis ſignificante, expri-

primitur. Hoc autem variæ pronuntiationis fato voces urgeri peregrinas, Arabicè prolatas, non incongruo ſimili illuſtrat author, p. 3.4.

[b] Avus ejus fuit *Abzaus*, pater *Taragæus*; Id. ib. qui juxta quosdam, bubulcus, juxta alios, erro aut cerdo fuit pauperculus, p. 4 Nonnulli tamen ſplendidiores ejus parenti tribuunt natales. *Ferunt*, inquit *Arabſch*. p. 8. *alii, patrem ejus fuiſſe centurionem Hoſeini Regis. Quæ* ἐναντιοφανῆ *conciliari poteſt diverſo temporis reſpectu, ac permutatione ſtatus. Veriſſimum enim, Patrem ejus Taragæum è Magnatibus regni fuiſſe.* Honoratam, ſaltem ejus familiam, fuiſſe, ex Perſicis monumentis author confirmat. *Ib. Suntque Turcis familiæ & propagines ferè reſpondentes tribubus Arabum. Una earum tribuum dicitur Arlat, ſecunda Gielaber, tertia Kavoghin, quarta Barlaas. Timurus autem fuit ex quartæ familiæ liberis, &c.* Aviæ alicubi ſuæ meminit, ſed ἀνωνύμως. *Avia mea augurii & vaticinii gnara ſomnium vidit, quod & expoſuit, nimirum, apparuiſſe ſibi ex filiis & nepotibus quendam, qui pervagatus regiones ſubjugârit ſibi homines, Dominus eſſet fortunæ, cui ſe ſubmitterent Reges: atque hunc ſe eſſe, dicebat cœ-*

taneis ſuis, & appropinquâſſe commodum rei potiundæ tempus. Id. p.9.

[c] Quæ vocatur *Choghet Ilgar*, pagus ditionis Kaſch adeò obſcurus, ut, egregio Arabiſmo ſcripſerit author; *removiſſe illum Deum ab omni cognitione.* Kaſch autem urbs eſt Mavaranaharæ, ſeu ultra fluvialis (id enim Arabicæ voces notant) de qua *Ibn Haukal*: *Kaſch civitas ultra fluvium Gihun, magnitudine circiter trium paraſangarum. Regio fertilis, cujus fructus prius, quàm alii quicunque in terris Mavaranaharæ, matureſcunt. Civitas peſti obnoxia & in imo ſita, duobus magnis fluminibus alluitur, quorum alterum nominatur Alkaſarin, alterum Ashur, ad urbis ſeptentrionem decurrens*: Auctor Alazizi: *ſuburbanum habet magnificentius Samarkandæ ſuburbanis.* Et quia crebra Mavaranaharæ deinceps fiet mentio, quid ſit, qui limites & termini ejus, paulò accuratiùs ex Arabum ſcriptis expendamus. *Arabſchiad.* Hiſt. Timur. p.26. *Quod ultra Oxum, ſeu Jihun, id eſt, Gihon eſt, orientem verſus, vocatur Turan: quod verò citra eſt, ad hanc partem ſeptentrionem verſus dicitur Iran. Cúmque Caicaus, & Afraſiabus regiones inter ſe ſorte dividerent, ceſſit Afra-*

fraſiabo Turan, Caicauſo autem, filio Kaikobad Iran. Atque hinc eſt, quòd Turani nomine veniat tota regio Mavaranahara. IaKuthus, in Moſtarek, apud Abulfed Clim. 26. *Turan nomen eſt totius Mavaranaharæ,* h.e. regionū Alhaitelah. Confinia Mawaralneharæ; *nobis nota, ab Occaſu Chovvarezmia, ab Auſtro fluvio Gihon (à Balachſchan ad fines Chovvarezmiæ) terminantur: Gihon enim, ut plurimum ab ortu in occaſum fluit: licèt ſint in eo diverticula, quæ modò in Orientem, modò in Septentrionem feruntur. Quibus limitibus Mavvaralnahara ab Ortu & Septentrione claudatur, nobis incompertum eſt.*

[d] Prodigia & prodromi futuræ indolis traduntur in ipſa ejus nativitate apparuiſſe, minimè obſcura. *Ferunt,* inquit, *nocte, qua natus fuit, apparuiſſe rem quandam, caſsidi ſimilem, quæ volare videbatur per aëris circumfuſi ſpatium; & poſtquam in patentem campum decidiſſet, diſsiliiſſe, & per terram fuiſſe diffuſam. Volitâſſe hinc inde prunas, velut ac favillas, quæ agros repleverint & urbes.* Idem etiam ἐκτρωμα, cum in lucē ederetur, *atro ſanguine plenas dicitur habuiſſe ma-*

nus: ſacerdotes, & augures hac de re conſultos, diverſa tuliſſe judicia. Alli ſatellitem, latronem alii, tertii lanium; nonnulli carnificem his characteribus portendi contendebant.

[e] Ordine quidem, ex præſcripto Methodi Logicæ, omnia ætatum intervalla percurrenda eſſent; quia verò tantam ἀκρίβειαν, quæ minutiſsima quæque perſequatur, à nullo expectare poſſumus, nobis quoque potiſsima perſtrinxiſſe ſatis erit. De educatione ejus variant Scriptores. Author *chronici Perſici*, cujus modò meminimus, refert, *eum evaſiſſe in juvenem induſtrium, validum, gravem, prudentem, bene moratum, familiarem coævis filiis conſiliariorum, & qui familiariter ſit uſus junioribus Principibus: Arabs.* p. 8. Alii verò, eum patris ingenium ſecutum, ex furto & rapinis vixiſſe, commemorant. Vnde claudicatio, luxatum femur, & percuſſa ſcapula, quæ ei mala à paſtore, cujus pecus ablatum in humeros conjecit, fuêre inflicta, p. 8. Robuſtum autem fuiſſe & lacertoſum, conſtanter tradunt.

Matureſcente ætate in maturitatem etiam erupit malitia ejus & nequitia. Adoleſcentiam enim ſuam toleravit. 1. *Furtis*, quibus non ſine vitæ diſcrimine erat addictus. Cùm enim rapinis inhians à via abertaſſet, fame & ſiti tantùm non fuit eneçtus. Quæ ipſum calamitas per aliquot urſit ſeptimanas, p. 6. 2. *Curâ equorum*, quam impendit Hoſeino. Poſtquam enim, ut modò commemoravimus,

mus, Timur aliquandiu aberrâſſet, in equos tandem incidit regios, eorumque præfectum, qui humaniſsimè palabundum excepit. Cumque animadvertiſſet, ſolo Timurum aſpectu equos generoſos ab inertibus diſcernere præclarè de eo Hipparchus ſentiens, Hoſeino eum de optima commendavit nota. Vnde factum, ut mortuo non tantùm Hipparcho ſucceſſerit, ſed & *Hoſeino* affinitate, elocata Timuro in uxorem ſorore germana, junctus fuerit. Paulò aliter Hiſtoriam narrant alii. Læſum nempe & transfoſſum abactorem gemino telo, adductum fuiſſe Regi Harjæ, *Hoſeino*, qui crucis eum ſupplicio tollendum decreverit, Precibus autem filii *Gejatteddini* patrem expugnatum, vitæ quidem veniam feciſſe, hoc tamen, in filii animo, relicto ſtimulo, fore, ut Ghagatæus ille, latro, & vomica mali, magnas in regno ejus daturus eſſet turbas: quòd parvi fecit oraculum *Gejatteddinus*, exiſtimans, ita *Timurum* mutilatum & viribus exhauſtum eſſe, ut morti jam vicinus, exiguam longioris vitæ ſpem relinqueret. Medicorum interim curâ vulnus ſanatur, ipſeque in famulitio regio primas tenet. Vnde, Segiſtanæ cuidam Proregi obedientiæ jugum excuſſuro, Timurum *Hoſeinus* opponit, qui magna felicitate rebellem vicit; ipſe tamen mox victor ſibi homagium præſtari voluit. *3. Rebellione & regionis immodica affectatione*, quæ diu in tam calido & callido pectore latere non potuit. Magna, ipſam imò Monarchiam, initio ſtatim blandientis fortunæ hominem meditatum fuiſſe, hinc patet,

quòd hoſpitibus, exploratis priùs eorum nominibus, certas quasdã nominis ſui reliquerit teſſeras, & μνημόσυνα, quibus deinceps benevolentiam Imperatoris facilè obtinerent. Vnde factum, ut, cùm fama, ad ſumma Timurum aſſurgere, percrebuiſſet, ſturnatim, oblatis teſſeris, advolârint, magnis, pro merito, ab eo beneficiis affecti, p. 35.

Propius nunc, quibus initiis Tyranni conſtiterit Imperium, inſpiciamus.

Conjugii capiſtro conſtrictus, occaſionem mox uxori præbuit, primum ei exprobrandi ſtatum, quod ita ægrè tulit, ut, ferro in corpus adacto, luminis eam uſura privarit. *Ex quo tempore*, inquit *Arabs*, p. 7. *non potuit non deficere, rebellare, animo ſuperbiore iniquitatem exercere, quo ad res ejus eò pervenit, ut attingeret terminum ſuum: Socios conſiliorum habuit 40 homines nullius fidei, aut religionis, qui obſervantes, & corporis infirmitatem obſtare, & rem anguſtam domi, ampullas ejus & ſeſquipedalia, de adeundo regno, & excitandis bellis inteſtinis verba, initio ridebant, hominem mente ſua exceſſiſſe rati. Ita verò in fatis fuiſſe, ut gradibus ad tantam graſſaretur gloriam*, author agnoſcit, Scriptor *Almontacheb*, ſeu *Eclogarum* Perſicus aliter hæc Tamerlanici Imperii incunabula tradit. Ait, Timurum,

rum, narrato Aviæ ſomnio, coævos ita ſuos compellaſſe: *Dexteram date, vos auxilio mihi futuros, brachio, dorſo, ala & manu veſtra; neque receſſuros à me unquam. Cùmque ei operam juramento addixiſſent*, ne curam abjeciſſe videretur rerum ſacrarum, conatibus ſuis colore eum quæſiviſſe, ex auſpicato initio, & religioſo, cum viro inter ſuos magno, colloquio. *Fuit*, ſcribit *Arabs*. p. 5. 6. *in urbe Kaſch ſenex quidam, nomine Schemſcheddin Fachuraus, columen illius regionis, quem cæteri in Eccleſiaſticis & Politicis in ſubſidium vocabant. Cúmque Timurus, homo miſer & impotens inter gloriam voto conceptam, & miſeriam præſentem, non haberet niſi veſtem goſſypinam, vendidit illam, ejusq́ pretio capellam emtam ſeni memorato* (omnem enim in illo ſpem ſuam collocabat) *obtulit*. Alligato autem ad alteram funis extremitatem capellæ collo, alteri ſuam ipſius implicans cervicem, progreditur paulatim, palmæ ramo innixus, donec ad ſenem illum, quem uſui futurum ſperaverat, penetravit. Quia verò cum cæteris pauperibus religioſis occupatus meditationibus, ſtupebat, erectus tam diu ſtetit, quoad actores illi ad ſe redeuntes loqui ceſsârunt. Primùm autem atque in ſenem defixit oculos, oſculatum accurrit, manus, & inclinato

corpore, ejus ſe pedibus applicuit. Tum,meditatus parùm ſenex,caput ſuſtulit ad conventũ, inquiens: *Hic quidem vir, liberaliter expenſa ſupellectili ſua ac facultate, noſtram; petendo id, quod non vel unius culicis alæ pretio æſtimat Deus; deſiderat operam. Opitulemur igitur illi, neque prohibeamus, aut repellamus eum. Et juverunt ipſum precibus, quæ petitioni reſponderant, &c.* Meminit ejusdem religioſi, author *Hiſtoriæ Perſicæ*. Ejus Timurtantum tribuerat precibus, ut omnia ei tulerit accepta. *Quicquid*, inquiebat, *conſecutus fuero Imperii, & quæcunque expugnavero munimenta firma, debeo illud precibus ſenis Schemſchoddini Facburæi, & auſpiciis Zeinoddini Chovafæi; neque ullam obtinebo benedictionem, niſi per Scidum Barkæ: Arabſch.* pag. 10. Incidit initium novi Imperii in illud intervallum, quod eſt ab anno Hegiræ 760. & 770. *Muhammed, Abu Abdalla*, filius Muhammedis, Muhammedis nepos, Bocharenſis, civis Damaſcenus, ſcribit: *Timurum, Hoſeinum Regem occidiſſe, menſe Schiaban, an. Heg. 771. atque ab eo tempore regno fuiſſe potitum, quod abſolutum obtinuerit per annos 36.* Imperii autem limites hoc ferè ordine ampliavit. Initium fecit à tractibus Segeſtanæ: Id quod ipſe apud *Arabſch.* p. 10. monet,

oc-

occaſione rebellionis illius, cujus modò meminimus. Quanquam ſint, qui velint, *Hoſeino* jam mortuo, Timurum fugâ ſe ſubduxiſſe, & in Mavaranahara, familiarium ope, Imperio ſuo initia quæſiviſſe, fruſtra renitente, & pro Musliminis certante Sultani defuncti filio, *id*. p. 12. Plena periculi erant prima ejus molimina. Fugientem enim inſequebantur ad *Oxum* uſque, ſeu *Bactrum*, fluvium rapidiſſimum qui *Gihon* in ſacris literis, in textu verò Arabico *Ghihun* dicitur, ubi nulla moræ ſpes. Vitæ ergò conſulturus ſuæ, ſuorumque, jubet in flumen præcipitare equos, freniſque & jubis inniſos, ad deſignatum emergere locum. Parent illicò omnes, & de ſua quisque ſolicitus vita, quid cum cæteris agatur, parùm moratur: Qui ad locum condictum non compareret, eum undis abreptum proclamaturos. Sed, nemine deſiderato, enatant omnes, *Arab*. p. 13. In tuto utcunque collocatis, non tam ſedes deerat, quàm belli promovendi nervus. Aurem igitur ſuis de Nachſchabo (de qua *Abulfeda* Clim. 26. p. m. 44. ex Edit. Grav.) urbe Abu Tarabi probè munita, muróque cincta occupanda, quæ præſidium futurum eſſet, aſylum, & refugium, vellicat. Satrapam ejus, ſive judicem Moſen, hominem eſſe opulentum, cujus aucti divitiis facilius deinceps propoſitum perſequerentur. Notam ſibi viam facilem. Neque verò hic obſequi detrectant, ſed urbem noctu ingreſſi, Palatium Principis (qui in horto ſuburbano erat) ſpoliant, obvios quosque trucidant, ſicque cives in ſe irritant. Vnde parvus illè Timuri manipulus, abjecto penè animo, deſperare cæpit:

Redeuntes tamen ad ſe, tot Timuri κελεύσμασι
efferati,conferto agmine portis erumpunt , illæ ſi-
que caſtra ſua repetunt. Et quia Timuri ille exerci-
tus trecentis vix conſtabat militibus , non operæ
pretium fuit viſum Regi,magno ei conatu reſiſtere,
quo tamen contemptu aliud nihil obtinuit , quàm
munitiſsimi caſtelli , rapinis & ſpoliis ſuis recon-
dendis deſtinati,jacturam. Vnde eleganter Scripto-
ris Arabici contra hoſtium contemtum parœmiæ :
*Neque deſpicito ſtatum hoſtis atque ipſius
dolum, cúm aliquando vulpes humi ſternat
Leonem; & fieri ſoleat , ut culex ſauciat o-
culum Leonis : Nonnunquam etiam vincia-
tur à pedite Schahus,ſeu Imperator.* p.15.16.
Sed ad inſtitutum. Magno Timurus dominandi
pruritu,cuilibet occaſioni erat intentus.Non vi tan-
tùm,& dolo,ſed & juſtitiæ propagandæ prætextu
Imperium dilatabat. Præerant Dynaſtiæ Balach-
ſchan duo fratres,ad quos jure hæreditario abſolu-
tum ſpectabat dominium , ſed cùm hæc iis abolita
vellet,aut deminuta privilegia Sultanus , operam
ſuam Tamerlanus iis obtulit,&,poſtquá ipſius de-
diti arbitrio,obſides filios tradidiſſent,regnum eo-
rum ſtabilivit,p.16.Mogolenſium poſtea conſecu-
tus familiaritatem & affinitatem audacior evaſit,
p.17.Vitæ prodigus & ſtrategematum artificioſus
inventor. Anguſtiis incluſus montium adeò præ-
cipitum, ut , *Adagio Arabico, naſum dicerentur
habere in cœlo,nates in mari*; & ab inſequen-
te

te hoſte ad culmen penè propulſi, vitàm ſuam milites plerique deſperârant: Timurus verò equis deſcendere, & paſtum eos mittere jubens hoſtem mox tranſeuntem ingenioſè deluſit. Suos enim, qui nocturno defatigati itinere, paululum quieſcerent, arbitratus, ſecurus ille periculi, abiit. Humo verò Tamerlanici ſurgentes, & à tergo hoſtes invadentes, mucronibus ſuis adverſus infixis, magnam ſtragem ediderunt: p. 17. 18. Rex, audito acceptæ cladis rumore, Balchum fugit: Timurus verò redactis in poteſtatem ditionibus Mavaranaharæ, ordine jam & cum Imperio agens arces & munimenta occupavit. Samarkandæ tum, Proregis nomine, præerat quidam *Ali Schir*, quos inter facile convenit, ut diviſis, & diſtributis inter ſe provinciis, ipſi imperarent. Atque ſic iterum audentior factus Timur, *Ali Schiro* relicto, Balachſchanum contendit, p. 19. Cujus duo Principes, non modò muneribus eum variis afficiunt & honoribus; ſed & arma, contra Balchi regem cum eo ſociant. Fuit is *Hoſeinus* qui armis primò, loci opportunitate fiſus; blanditiis poſtea, cùm non ſuccederet, calamitatem averruncare voluit. Obſides igitur ſiſtit filios, quibus adeò non movetur Timur, ut, inſpectantibus parentibus, cervicem eis gladio præcidi juſſerit: Ipſe Rex deſertus à ſuis, equo deſcendens Timuro ſupplicat, quem, honorificè Balachſchani Principibus dimiſsis, Samarkandam, ſedem ab eo tempore Imperii conſtitutam, abduxit & trucidavit. Accidit hoc anno Heg. 771. m. Schabano. Regno verò vicarium dedit *Sebur Gatemaſch* ex familia Gingis-

Chan-

Chan,adeò præclara ; ut ne Timur quidem,flagellum totius orbis, eam obſcurare potuerit. *Id.*p.20. Ipſe tamen Chan, cæterique, qui in authoritate videbantur conſtituti,vix quicquam præter nomen obtinebant,planè ſe habentes, ut Chalifæ ad Sultanos, eo tempore, quo Arabum Majeſtas decrevit; Timur enim, *Magnus* vulgò *Princeps* appellabatur. Quemadmodum autem *Ali Schir* SamarKandam fidei ſuæ commiſſam,pro virili,defendit; ita & Timur,ejus in conſiliis,frequenter fuit uſus opera, p. 21. Victo Hoſeino *TouKtamiſchan*, Sultan deſerti & Tartarorum, affini, & vicino vindicias paraturus copias colligit,& ad decernendum cum Timuro in Anzar properat. Adeò verò felici Marte pugnavit *TouKtamiſchan*, ut exercitum Timuri velut in pulverem (ſic loquitur *Arabs.*) redegerit. Acceſsit interea *Seid BarKa* (quem alii ex Africa, tonſorem Ægypti, uſurpatione poſtea Seidum SamarKandæ; alii Meccenſem; alii Medinenſem fuiſſe volunt; id conſtanter aſſerunt, fuiſſe illum, ex primis Mavaranaharæ proceribus,pag.22.23.) qui,cùm Timurum, ſortem ſuam, & diſsipatum exercitum deplorare audiret, bono eum eſſe animo juſsit, arreptoque manipulo lapidum (friabilium fortè, aut pulveris: vox tamen Arabica lapidē notat) equum conſcendit, eodemque excuſſo,& in hoſtium vultus diffla to,voce elata,clamavit,*Baghiphagdi*, ad cujus exemplum Timur, à cæteris progrediebatur. Vnde diſtractæ Timuri copiæ, ad ſe redierunt; hoſtium verò animi fracti, & in fugam converſi ampliſsima Timurò ſpolia, reliquerunt. Timurus ex

præ-

prælio Samarkandam reverſus, rebusque Turkiſtanæ, & fluminis Choghendæ compoſitis, *Said Barkæ* maximum honorem, & omnium eorum, quæ ſubjugaverat, Imperium detulit. Cumque, ut liberè, quid vellet, petere juſſus eſſet, feudum ſibi ſuiſque concedi flagitavit *Andacbu* in ditionibus Choraſanę, quod ei, filiisque & nepotibus deinceps ejus fuit deſtinatum. Ib. 23. Socium hunc vel Monarcham potiùs, cùm ferre vix amplius poſſet *Ali Schir*, eruperunt tandem ſimultatum ſcintillæ, in apertas diſcordiarum flammas, non tamen præter votum Timuri. Inſidiis enim illum circumventum occidit, ſicque univerſo illo regno ſolus fuit potitus, proceribus ad ſubmittendos faſces ubique celeri gradu approperantibus, iis etiam, à quibus ob ſummam contumaciam nihil tale exſpectare poterat. Et quia magnum ſibi creari animadverterat periculum, à quibusdam Samarkandæ volonibus, qui, in duas abeuntes ſectas, luctatores erant, gladiatores, pugiles, & circumforanei. Hi, ut ipſi contrariis ſcindebantur ſtudiis, ita non exiguum Timuro incutiebant terrorem. Diſcedente ipſo, & nonnihil ab urbe Samarkanda remoto, res turbabant publicas: Nam vel Vicarium officio moverunt, vel eundem ad ſua pertractum caſtra, adverſæ oppoſuerunt parti. Vnde gravia reverſo, ex itineribus Timuro, ſemper faceſſebant negotia; quæ aſſerendo, negando: aſtruendo, deſtruendo: donando, largiendo; (in omnes enim ſe vertit partes, ne tenera imperii principia hinc incommodi quid paterentur) componere ſtuduerat. Sed minimè par illis ho-

bet ſeptem Taumana. Taumanum autem ſignificat, quod excedit decem hominum, ad pugnam aptorum millia. Inter celebriores Mavaranaharæ urbes eſt Samarkanda, cujus mœnia olim, ut vulgò æſtimant, XII. paraſangarum erant; imperante Rege Geladdino, ipſo Gingis-Chano priori. Ipſe ego vidi ad extremitatem muri Occaſum verſus, oppidum extructum à Timuro, nomine Damaſci, itinere dimidii diei Samarkanda diſtans, ubi homines ad hodiernum uſque diem veterem Samarkandam ſuffodiunt, indéque argenteos & aureos nummos charactere Cufico ſignatos eruunt. Abulfeda Clim. 26. ex Ibn Haukal: *Samarkanda civitas in Auſtrali parte vallis Alsogd (quæ oppidum eſt Alsogd) nonnihil ſupra vallem exſurgit, magna fovea, circa murum ducta. Fluvius in urbem tabulis plumbeis per foveam immittitur, éſtque is antiquus fluvius forum interfluens in loco dicto Raſoltak.* Idem: *Vidi ſupra Samarkandæ portam, quæ appellatur porta* Kaſch, *ferream laminam cum inſcriptione; quam cives characterem eſſe ferunt Regis Arabiæ felicis* (Cuficum ſine dubio)

bio) *& portam à Tobai Rege Arabiæ felicis ædificatam,&c.* Sed è diverticulo in viam. Subjugatâ jam Mavaranaharâ, de cæteris quoque addendis regnis, quâ vi, quâ dolo, seriò cogitavit. Et quia latere ipſum minimè potuit, Mogolenſium amicitiâ non parùm ſe juvari, blanditiis eos demulſit, muneribusque ita ſibi devinxit, ut ne Rex *Kamereddinus* quidem filiam ei ſuam denegârit. Quâ ductâ, metus Timuro omnis facilè fuit excuſſus. Triplicis enim affinitatis, viciniæ, atque religionis vinculo (uterque quippe Gingischanica ſacra & amplectebatur ipſe, & ſubditis ſuis commendabat, p.27.) conjuncti, mutuis certabant officiis. Vnde ſecurus ubique à Mogolenſibus Timur, Chorazmiam, ab Occidente vicinam, & religione differentem (utpote Islamiſmo deditam, & innutritam) infeſtat. *Clima hoc*, ut rectè obſervat *Abulfeda* Clim. *25. à Choraſana & Mavvaranahara ſeparatur, deſertis undique incinctum. Clauditur ab Occidente, parte terræ Turcarum, ab Auſtro Choraſana, ab ortu plaga Mavvaranaharæ, à Septentrione aliis Turcarum regionibus. Ipſa regio Chovvarazmia, ſita eſt ad extremum fluvii Ghihon decurſum: nec alia ultra ad hunc fluvium habitatio eſt, defluente Gichon in lacum Chovvarezmiæ: Chovvarezmia utrique fluminis lateri adjacet.* Chowarezmia *Ptolomæo* Choraſmia ap-

appellatur. *Urbes regnũ hoc*, ſcribit *Arabs.* p. 28. *continet magnas, Dynaſtias amplas. Metropolis eſt Corcangh* (*Abulfeda*) quam Arabes *Gorghan* nuncupant. *Arabs.* l. cit. Geminam tamen hoc nomine urbem *Abulfeda* oſtendit in deſcriptione generali, p. m. 12. Inclyta eſt *Gorghan*, & quòd ſedes Imperii, & quòd bonarum literarum emporium fuit. Metropolis, inquit *Ahmed* p. 28. *Collegium eſt hominum præſtantiorum, quo itinera ſua inſtituunt viri eruditi, ſedémq; figunt politiora ingenia, Poëtæ; eodémque veluti reſtinguendæ ſitis ergo confluunt literatores ac magnates: Ibidémque receptaculum ſectæ MutaZalitarũ* (de quibus conſulatur *Hiſt. noſtra Orient.* pag. 349.) *& ſcaturigo magnæ multitudinis hominum ſtudioſorum tum vera, tum falſa aſſerentium. Regis nomen erat* Hoſeinus, *religione Zufæus vanitati dogmatum immerſus. Urbes Mavaranabaræ propinquæ admodum ſunt, omnes è latere crudo, & in ſuperficie terræ cocto, ſunt extructæ. Incolæ autem ChovareZmiæ humanitate ſimiles ſunt Samarkandæis; quibus tamen præſtant verecundiâ, morúmque elegantiâ. Poëſi admodùm deditì & Philologiæ. Unde iis quædam admiranda*

tribuuntur in diſciplinis nobilioribus , & præclaris operibus, præſertim in ſcientia Muſica & tonorum , in qua ſuum ſtudium ponunt proceres æquè ac vulgus. Atque huic regno non ſemel moleſtus fuit Timurus. Cùm primò pedem inferret, aberat ab urbe *Hoſeinus*, quam aucupatus opportunitatem Timur, vaſtando & depopulãdo vicinis regionibus, moleſtus direptionibus, & rapinis onuſtus ad ſuos rediit. *Id.* p.28. Reverſus verò ad Chorazmios exercitu inſtructiori, cùm neq; tum domi Regem eſſe cognoviſſet, vi Metropolin adoriri, arctaq; obſidione pag.29 premere cæpit. Prodiit interea Mercator quidam, vir magnus, authoritate apud Regem pollens, nomine *Haſenus Saurbegh*, qui obſidionem, cæteraque urbi ingruentia mala, λύτρῳ redimenda ſuaſit. Hâc enim ſi bellua placari poſſet offa, magno Regis compendio futurum Placent Timuro conditiones: ſed ita eas flagellat, ut tantum exegerit argenti, quantum ducenti muli portarent: Haſenus licitando inſtitit, ut quartam petitæ ſummæ partem Timur acceperit, effrenæque ſuę militiæ ſpolia interdixerit. *Gejatheddinum*, Hariæ Regem, cujus beneficio ſuſpendii antea ſupplicium evitavit, compellat, donaque ſibi & mancipia mitti petit; niſi, ad quod afferendum paratus ſit & accinctus, maturare velit exitium ſuum. Miratus Rex hominis ingratitudinem, per legatos in memoriam ei revocat ſtatum priſtinum. *Nonne* (verba repeto *Arabſch.* p.30.) *fuiſti fa-*

famulus meus? Nonne beneficiis te ornavi? Nonne extendi latam beneficentiæ meæ laciniam in te? Tu verò impoſtor fuiſti, homicida, transfuga, contortorum operum patrator, idq́ ab eo tempore, quo te eripui à fuſtibus & cruce. Quòd ſi homo eſſe nolis, qui benefacere nôrit, vel canem imitare. Sed ſurdo fabulam. Trajecto enim Oxo irruptionem facit: *Gejatheddinus* interim, homo mentis & conſilii expers, ſubditos ſuos cum armentis & gregibus ad ſe vocat, eosdemque in hortis Mariæ, foſſa circumductis, impetum hoſtis ſuſtinere jubet; ipſe verò in arcem ſe recepit. Quàm hic conatus fuerit puerilis, eventus probavit. Hac enim ratione urbs incolarum multitudine & diſcordiis in eas redacta fuit anguſtias, ut ne quidem opus fuerit velitationibus, aut incurſionibus. Morbis enim & fame ita urgebantur, ut omnium ordinum homines fato conceſſerint nec pauci, nec infimi. Coactus itaque Rex fidem & ſecuritatem Timuri implorat, beneficiorumq́ue in eum antea collatorum monet, quorum Tyrannus memor, pacem Regi obtulit. Arcem, ipſo comite Rege, Timur ingreſſus, in diſcrimen vitæ incurrit. Aderat enim Dux quidam Hariæ, qui ut patriam Timuri tyrannide liberaret, vim, homini crudeli illaturus, dixit. *Quid ſi in claudum hunc irruam? Vitáque meâ Muslimos redimam? Hoc ſi unum obtinuero, ſatis mihi fu-*

erit. Reſtitit tamen Rex,& prolixa oratione providentiæ divinæ fata ἀμετάθετα, teſtatus, in eo rum quæ à patre antea acceperat(vid *ſup.*661.)memoriam rediit: *id.* p.31.32. Diximus jam alias, Timurum viris magnis, multum ſemper detuliſſe, eorumque ſuffragia, ad inſtitutum perſequendum, magna animi devotione ſolicitâſſe. Memorabile occurrit exemplum in *Scheich Zineddino* Chovaſio, quod, quia *anal.* noſtris P.1.p.243.inſeruimus, hoc loco repetere nihil attinet. Progreſſuri igitur in ipſa Timuri Hiſtoria, eum, in Choraſanam redeuntem, inſequemur. Cùm ultionem Segiſtanæ pararet, incolæ deditione eam, quàm armis, amoliri maluerunt. Nec reſpuit, homo verſipellis, & ſubdolus, amicitiam. Patrocinium iis ſuum largè pollicetur, hac tamen lege, ut ſua comportarent arma; quo facto, & rigidiſsimo juramenti ſcrutinio, an ſatisfeciſſent, explorato, inermes eos, omnibusque ſubſidiis exutos, obruit, atque ſic, ut injuriam antea illatam vindicaret, ad internecionem cædit. Patrata cæde ulteriùs movet, ad urbem Sobzowar, (cui *Hoſcinus* tum præerat, *Raphidiſmi Sectator*) properans. Sed, cum muneribus delinitum Timurum ſibi conciliâſſet, ſalvum & incolume retinuit imperium, p.35. Aluit urbs iſta civem, cui nomen *Muhammed, Sarbedal*: Erat is ex Muhammedis familia oriundus, homo aſtutus & callidus, qui Sarbedalitarum, id eſt, *vafritiæ magiſtrorum* τάγματι originem dedit: Celebris alioquin famâ, & virtutum ſtudio. Hunc adduci ſibi voluit Timur, ut cujus potiſsimùm videndi,

di, & compellandi cauſâ eò acceſsiſſet. Imperatis illicò paret *Seid Muhammed*, & à Timuro ulnarum amplexu honorificè exceptus, propius accedere jubetur. Cæduntur ſermones, & inter cæteros: *Tu verò ô Domine mi*, inquit *Timur* *dicito mihi, quâ facilimè ratione Choraſanam citeriorem & ulteriorem in ditionem meam redigere queam? Quid facto erit opus, ut difficili huic negotio optatum portum inveniam?* Ad quæ *Seid Muhammed*: O Princeps noſter, & Imperator! Ego homuncio ſum, pauper & abjectus, etſi ſurculus ſtirpis propheticæ. Vnde hæc mihi præſtantia? Superbio quidem nomine *Scherifi* (ὄπι Θέιον eſt ſolis Muhammedis poſteris tributum: vide *Anal*. P. 1. p. 314. *Zonar*. t. 3. p. 204) impotentem interim me fateor & imbecillem, rebusque tantis minimè parem. De regnis & Regibus conſulere non eſt cujusvis; *Similis enim, cui cum Regibus negotium eſt, mihi videtur homini natanti inter duorum marium confluxum, aut conſidenti inter duorum marium concurſum. Quid? quòd ne lingua quidem impunè hic peccare licet? Nam, qui Dialecto, vel Idiomate ſuo excedit, ſolœciſmum committit*. His ſe excuſare voluit ambagibus Muhammed. Inſtitit verò Timur, & ut judicium, ſubigendi Choraſanam, *Muhammedis*, neceſſa-

rium ſibi eſſe oſtenderet, ita ipſum affatur: *Niſi ex ipſa Phyſiognomia exploratè haberem perſpectũ, & certiſſimo augurio meo, tuo me cõſilio ſubjugare poſſe regna, ne verbo quidem te compellâſſem. Meæ verò rationes Phyſiognomonicæ planè ſunt Ajaſiacæ, & concluſiones omnes Apodicticæ.* Muhammed; ubi nulla amplius tergiverſandi rima patuit; aperiam, inquit, mentem tibi meam, ubi de obſequio certus fuero. Imò, reſpondit Timur, eo huc nomine acceſsi, ut tuo judicio ſtarem, ſemitamque abs te monſtratam calcarem. Age, ſi regna hæc absque moleſtia & labore tua eſſe cupis, *Choghiam Alim, Ibn. Moujad*, Tuſæum, verticem hujus peripheriæ ad te accerſito. Quòd ſi ille faverit tibi extrinſecus; intrinſecus nemo erit, qui tecum non ſtet; ſin minus, nihil aliorum juvabit favor. Omnes ergò nervos intende, ut ne præſentiam ſibi tuam deneget. Eſt enim vir conſtans, ſincerus, à cujus nutu cæteri dependent omnes, cujusque conſilio reliqui ſtantque caduntque. *Choghia* hic *Ali*, vir ſpectabilis, gravis & Aliſequus, non modò nummos ſuos duodecim Antiſtitum nomine ſignavit; ſed & eorum nominibus conciones (p.38.) habuit. *Voca igitur*; ſic ſuadet Timuro *Seid Muhammed*; *Choghiam Alim. Si præſentem ſe tibi ſtiterit, omnem honorem & obſervantiam ipſi deferto. Ita enim hominem devincies, & alta mente beneficia*

tua

tua ſervabit repoſta. Ipſum, quaſi Regem regnorum, omni obſequii & reverentia cultu excipito. Nam hoc vel maximè in commodum tuum redundabit, & authoritatis incrementum. Egreſſus poſtea *Seid Muhammed* Choghiam Alim per nuntium monuit, præſtò eſſe Timurum, cui ad votum hactenus omnia ſucceſſerint: Suadere igitur, ut vocatus, compareat: Ita enim & Imperio, & facultatibus ſuis iri conſultum. Parat illicò *Choghia* Legato Timuri munera, nummosque aureos & argenteos (*Arab.* denarios & drachmas) utriusque, Timuri & Legati, nominibus inſignit, orationesque, ſervato more majorum, in præcipuis urbis templis pro utroq; decernit. Accedens interea; cùm ad mandata excipiēda *Ghoghia* cōſediſſet; Timuri Legatus, epiſtolâ delenifica prorſus, humaniſsimè & aperto eum pectore ad ſe invitat. Dicto obediens *Choghia*, omnem rumpit moram, ſpeque pleniſsimus ad Timurum ſe confert. Nunciatur Timuro, eſſe in procinctu *Choghiam Alim*; qui gaudio onuſtus, quaſi novum conſecutus eſſet regnum, obviam ei militiæ ſuæ Duces, ut dignè hoſpitem exciperent, mittit. Ingreſſum *Choghiam* Timur non modò donis regiis, & theſauris Perſicis (*Arab.* Coſraicis) ornat, ſed & ſummo honore eum affectum, ut muneribus priſtinis in adminiſtratione fungeretur dimittit. Hoc exemplo reliqui Choraſanæ Duces & Præfecti, Nobiles & Proceres moti, è veſtigio, Timurum ſalutatum, accelerant, quos inter *Amir*, ſeu Dux *Muhammed*, Iudex vel Satrapa

Baverdi, & Satrapa Sarchaſæ; diffuſumq; tremendum eius nomen per omnes regiones effecit, ut Imperii novi poteſtas Mazandranam uſq;, Kilam, Provincias Reæ & Irakæ, penetrarit. Vnde omnes, remoti atq; propinqui, fama inſoliti hoſpitis territi fuerũt: præ cęteris verò *Schab-Schegbabus*. Atq; hanc nominis celebritatem brevi temporis ſpatio, biennio vix, poſt internecionem Regis Hoſeini, elapſo, fuit conſecutus. *Arabſch*. p. 39. Cùm ſic Choraſanæ parietes arderent, ſuam rem agi vicinus, cujus modò meminimus, *Schab-Schegbabus*, facilè animadvertit. Fuit Rex Schirazi & Irakæ Barbarorum (id eſt, Perſidis & Mediæ) cui Timur, ut morem ſibi gereret, ſe, res ſuas, & mancipia fidei ſuæ committeret, ſcripto aurem vellicavit. Verba Epiſtolæ ſunt: *Utique Deus omnipotens me vobis Regem conſtituit, & Judicibus injuſtis, atque tyrannis, hominum Regibus; evexit, & juvit me contra hoſtes & adverſarios meos, quod & tu utique vidiſti & audiviſti. Quòd ſi obſequens geſſeris morem, bene tecum agetur; ſin, equidem ſcito, tria, quocunque venio, me comitari, deſolationem, ſterilitatem & peſtem, quorum omnium malorum culpa in te redundabit, tibiq; imputabitur.* *Schab-Schegbabum* Timur hâc Epiſtolâ ita concuſsit, ut omnem reconciliationis viam, ipſa etiam filiâ Timuri filio elocata, quæſiverit. Et quanquam nuptiis aliquid interceſſerit, ſive perfidiæ, ſive humanæ infir-

firmitatis ; quod *authori* Hiſtoriæ θρηνῳδίαν expreſsit ; amicitiæ nihilominus jura ad obitum uſque *Schabi* ſtudioſè obſervata fuiſſe, idem teſtatur, p. 41. Eo verò (cujus eruditionem, majores & ſucceſſores enumerat, p. 41. 42.) mortuo, & Imperio diſsidiis inteſtinis implicato, via Timuro, nova moliendi, ut ſupra monuimus, ſtrata fuit. Duxit poſtea Timur tertiùm copias ſuas in Chorazmios ; & cùm, abſente Rege, Vicarium iis, ſeu Præfectum nomine ſuo deſignare conſtituiſſet, maſculè ei *Hoſeinus* reſtitit. Periculo enim, quod creari hinc Timuro poſſet, ſi reverſus ſuo tempore Sultanus Vicarium haberet peregrinum, ad animum ei revocato, ſibi hanc provinciam tradi petiit. *Hoſeinum*, inquit, *Zufæum Vicarium tuũ eſſe jubeto*, & quo illud commodo tuo fiat, honoris & dignitatis augmento, luculenter experieris. Annuit votis ejus Timur, & convaſatis ſupellectilibus, caſtra mutavit. Voluit hac ratione *Hoſeinus* in gratiam redire cum Sultano, quem filios ejus, homo temerarius & audax, quòd pellicem regiam è medio ſuſtuliſſet, graviter offendit. Quid nî (hanc ſecum ſubduxerat rationem) magnam merear Sultani benevolentiam, qui tanta cum facultatum mearum jactura, tertiùm jam prædonem hunc à finibus abegi ? Sed decollavit ſpes, Sultanus, re geſta poſt reditum cognita, & *Hoſeinum* & filium interfici, Leoniq;, quem domi ſuæ alebat, ut in prædam uterque cederet & cibum, objici, theſauros autẽ eorum ſuis inferri juſsit gazophylaciis. Succeſsit ei filius ipſius *Ioſephus Zuphi*. Timur, qui

Baverdi,& Satrapa Sarchaſæ; diffuſumq; tremendum eius nomen per omnes regiones effecit, ut Imperii novi poteſtas Mazandranam uſq;, Kilam, Provincias Reæ & Irakæ, penetrarit. Vnde omnes, remoti atq; propinqui, fama inſoliti hoſpitis territi fuerũt: præ cęteris verò *Schab-Schegbabus*. Atq; hanc nominis celebritatem brevi temporis ſpatio, biennio vix, poſt internecionem Regis Hoſeini, elapſo, fuit conſecutus. *Arabſch.* p. 39. Cùm ſic Choraſanæ parietes arderent, ſuam rem agi vicinus, cujus modò meminimus, *Schab-Schegbabus*, facilè animadvertit. Fuit Rex Schirazi & Irakæ Barbarorum (id eſt, Perſidis & Mediæ) cui Timur, ut morem ſibi gereret, ſe, res ſuas, & mancipia fidei ſuæ committeret, ſcripto aurem vellicavit. Verba Epiſtolæ ſunt: *Utique Deus omnipotens me vobis Regem conſtituit, & Judicibus injuſtis, atque tyrannis, hominum Regibus; evexit, & juvit me contra hoſtes & adverſarios meos, quod & tu utique vidiſti & audiviſti. Quòd ſi obſequens geſſeris morem, bene tecum agetur; ſin, equidem ſcito, tria, quocunque venio, me comitari, deſolationem, ſterilitatem & peſtem, quorum omnium malorum culpa in te redundabit, tibiq; imputabitur.* *Schab-Schegbabum* Timur hâc Epiſtolâ ita concuſſit, ut omnem reconciliationis viam, ipſa etiam filiâ Timuri filio elocata, quæſiverit. Et quanquam nuptiis aliquid interceſſerit, ſive perfidiæ, ſive humanæ infir-

firmitatis; quod *authori* Hiſtoriæ *Θρηνῳδίαν* expreſsit; amicitiæ nihilominus jura ad obitum uſque *Schabi* ſtudiosè obſervata fuiſſe, idem teſtatur, p. 41. Eo verò (cujus eruditionem, majores & ſucceſſores enumerat, p. 41. 42.) mortuo, & Imperio diſsidiis inteſtinis implicato, via Timuro, nova moliendi, ut ſupra monuimus, ſtrata fuit. Duxit poſtea Timur tertiùm copias ſuas in Chorazmios; & cùm, abſente Rege, Vicarium iis, ſeu Præfectum nomine ſuo deſignare conſtituiſſet, maſculè ei *Hoſeinus* reſtitit. Periculo enim, quod creari hinc Timuro poſſet, ſi reverſus ſuo tempore Sultanus Vicarium haberet peregrinum, ad animum ei revocato, ſibi hanc provinciam tradi petiit. *Hoſeinum*, inquit, *Zufæum Vicarium tuũ eſſe jubeto*, & quo illud commodo tuo fiat, honoris & dignitatis augmento, luculenter experieris. Annuit votis ejus Timur, & convaſatis ſupellectilibus, caſtra mutavit. Voluit hac ratione *Hoſeinus* in gratiam redire cum Sultano, quem filios ejus, homo temerarius & audax, quòd pellicem regiam è medio ſuſtuliſſet, graviter offendit. Quid nî (hanc ſecum ſubduxerat rationem) magnam merear Sultani benevolentiam, qui tanta cum facultatum mearum jactura, tertiùm jam prædonem hunc à finibus abegi? Sed decollavit ſpes, Sultanus, re geſta poſt reditum cognita, & *Hoſeinum* & filium interfici, Leoniq;, quem domi ſuæ alebat, ut in prædam uterque cederet & cibum, objici, theſauros autẽ eorum ſuis inferri juſsit gazophylaciis. Succeſsit ei filius ipſius *Ioſephus Zuphi*. Timur, qui

jam antea fœdere & affinitate *Hoſeino* erat junctus, (p.46.) Regis tyrannide comperta, equites in Chorazmios emittit, urbem eorum capit, Regem occidit, munimenta omniaq; ædificia diruit, Vicarium iis relinquit, cætera Samarkandam deportat. Symbolum devaſtatæ Chorazmiæ authori eſt vox Arabica *Adab, dolorem* ſeu *tormentum* ſignificans, id eſt DCCLXXIII. quemadmodum æra dirutæ Damaſci vocula *Charab*, id eſt, *devaſtatio*: Incidit enim in annum DCCCIII Interea dum Chorazmii Timurum occupant, ad ditionum Mezandranarum (quæ propè mare Caſpium ſunt) Regulos *Schah-vvalium, A Kandrum*, ſeu Alexandrum Ghalilæum, *Arſchiundum*, & *Ibrahimum Komaum* ſuos mittit caduceatores, per quos coram Majeſtate ipſius comparere urgentur. Morem protinus geſſerunt *Ibrahimus, Arſchiundus*, & *AlKander, Schahvvali* verò parere recuſans ſtomachoſiùs Legatis reſpondet, vicinorum confiſus auxilio. Imploraverat enim *Schahvvalius* opem *Schah-Schegbabi* IraKæ Perſicæ, & Kermaniæ Sultaniæ Principis, *Ahmedis*, fil. Scheich-Aviſi, Babyloniæ Arabicæ & Adrebighanæ Domini, quibus ille, quid Timur vellet, quidque reſponderit non modò prolixè, ſignificat, ſed etiam quantum eorum omnium, ut hanc à ſe amoliantur, calamitatem, trito illo Arabum verſiculo: *Cujus vicino barba raditur, aquam affundat ille barbæ ſuæ*, quod Latini dicunt: *Nam tua res agitur paries cùm proximus ardet*, referat, exponit. *Schah-Schegbabus* muneribus Timurum deli-

linitum, amicum habere maluit, quàm belli incertam periclitari fortunam. Nullo ergò loco apud ipſum fuit *Schabvvalii* claſsicum. Sultanus verò *Ahmed* magno Timurum deſpicatui habens; *Claudus hic & luxatus Ghagataus*, inquit, *quid tentet? Quid animum ei addat, ut credat ſubacturum ſe utramque Irakam ſeu Babyloniam? Eſt ſanè inter eum & regiones has nodus duriſsimus*, & (Arabica vox notat *Spinæ genus*, cujus nodi adeò ſunt duri, ut nullo ferri acumine tornari poſsint) *cedere planè neſcius. Nonne videt, multum inter ſe differre loca ſitu? Neque enim eadem ratio eſt Choraſanæ & Babyloniæ. Si conſtitutum habeat nos invadere, utique ſuam accelerat mortem, & votorum ſuorum eventu planè excidet. Gens utique ſumus, cui fortitudo, robur, numeroſus exercitus, apparatus bellicus, Imperium & auxilium blandiuntur. Excelſo virium animo, & renuere obſequium aſſueto, ita ut de nobis ceciniſſe videatur celebris ille Poëta Almotenabbi: Nos populus ſumus formoſus in habitu hominum, at ſupra aves, quibus formæ ſunt Camelinæ*: Struthio camelos intelligere videtur author. Hoc faſtuoſo judicio ita ſe ſorices prodiderunt, ut collegerit hinc *Schabvvali*, neutrum mente ſatis eſſe ſana; illius tamen, qui Timurum bel-

bello tentandum voluit ſuffragium propterea prætulit, quod magno illud ſuo , utut alea ceciderit, compendio futurum exiſtimarit. Si enim (ita verſipellis ille ratiocinabatur) victricia noſtra fuerint arma, nullo negotio & hos fatuos de faſtigio dejiciam; ſin ſecus, in eoſdem redundabit, quicquid fato divino illis eſt deſtinatum. Providentia itaque divina fretus manus cum Timuro conſeruit, fortiterque aliquandiu, dum cominus & eminus, punctim & cæſim exercitus uterque pugnaret, obſtitit; Tandem verò deſperata victoria, fugam capeſsit, & cùm Irakam repetere non poſſet, Ream, ut extra telorum ictum & jactum ſecurus degeret, concedit, Rex verò *Muhammed Ghaucur*, Dominus quidem regionis illius, ſed qui à Timuro, quem reverenter obſervabat, in nonnullis dependebat, *Schahwalium* occidit, caputque ejus Timuro obtulit. Conſtitiſſe autem hanc, Mazandranæ provinciæ expugnationem magno, vel ex eo patet, quòd inclytus ille Heros *Abubecer* (de cujus fortitudine alibi diximus) dubiam ei ſæpe reddiderit victoriam, p.49. & deinc. Mazádreno regno pacato, & Timurlanicæ ditionis facto, Irakam *Schah Manzuro* eripuit, (vide ſup.p.625.) ſedemque ſibi, ſuoque exercitui *Schirazum* (p.62.) elegit, ubi ſecuros omnes, qui ſponte ſe ſubjicerent, eſſe juſsit. Moniti plerique, vel territi potiùs, aliorum exemplo, faſces tyranno deferunt, quos inter *Ahmed* Sultanus Kermaniæ , & *Schah-Iahia*, Iezdæ Princeps (vide *ſupra* p.635.) reſtitit tamen *Abu Iſaac*, Sultanus Schirghani. Cæterùm omnes illos, qui dicto ejus audientes erant , benigne

gnè tractavit, fideque publica iis cavit, ut illecebris hujusmodi contumaces & refractarios facilius flecteret. Schirazo autem ſecuritate munito, & vicariis ubique conſtitutis, *Isphahanum* abiens, magnis Zeinabeddinum beneficiis affecit, p. 62. Erat Isphahani *Hammamedelinus*, vir, inter Muhammedanos, magnus, qui externæ vitę converſatione ſanctimoniæ haud vulgaris ſpeciem præ ſe ferebat. Cùm Isphahanenſes Timurum ſuis quoque imminere finibus illi ſignificâſſent, reſpondiſſe dicitur: *Quamdiu ſuperſtes fuero, non eſt, quòd hominis timeatis impetum: ubi verò fatis aliquando conceſſero, cavete vobis.* Accidiſſe autem, ut eo ipſo die, quo Isphahanum Timur pervenit. Senex ille è vita abierit. Atq; dehinc urbem memoratam, magnis antea incrementis auctam, paulatim authoritate, & potentia fuiſſe minutam. Redemiſſe quidem pacem magna pecuniæ ſumma Isphahanenſes: ſed adeò indignè vicinos ruricolas habitos, ut querelis apud Ducem ſuum depoſitis, faſsi ſint, malle ſe mori, quàm hac tyrannide, quæ nec mulieribus parceret, nec liberis, licentius dehinc premi, p. 64. Paratum ſe Dux exhibet jugo opportunè excutiendo. Monet igitur, ut raucum tympani pulſum veſpertinum diligenter attendant, & hoſti ſecum hoſpitanti ejiciendo præclaram operam navent. Succedit conatus, ita ut præſidiariorum ceciderint 6000. mox tamen ad aures Timuri rebellionis nomine hæc perlata, bilem ei movent, uſque adeò, ut, ferus planè & efferatus, totam illam regionem

nem libidini militum expoſuerit. Non juvabat juventus, non ſenectus, non literæ ſecuritatis, non eruditio, non data fides; omnes promiſcuè ad cædem (p.65.) rapiebantur, agri vaſtabantur, ſementis conculcabatur, opes auferebantur, &c. Vrbs ipſa intelligens, non jam diſceptandi aut exprobrandi tempus eſſe, ad quævis ſupplicia, fato immutabili ſibi decreta, (Emphatica admodùm ſunt authoris verba p.65.) ſe accingit ſubeunda, quæ tanta immanitate iis inflixit, ut cæſorum numerus ſexies æquârit populum Ionæ, filii Matha, vel Amithai, id eſt, Ninivitas. Vnde de alia ineunda ratione quidam ſolicitus, Ducem Timuri compellat, eumque, ut cæteris parcatur, rogat. Nihil conſilii reſtabat, niſi ut, Ducis mandatu, infantes in collibus quibusdam agminatim collocati, tranſiturum Tamerlanum ad miſericordiam inflecterent. Morem gerunt Iſphahanenſes, Infantesque ſuos magno numero viam, quam Timurus declinare vix poterat, inſidere jubent. Tyrannus, Duce comite, advolat, cumque turbam innocentium oculis jam Dux uſurparet; Reſpice, inquit, ô Domine miſerabilem hunc manipulum oculis miſericordiæ. Et quid illi, quærit Timurus, miſeri & abjecti? Vides, reſpondit Dux, tenellos infantes, miſericordia dignos? eorum quippe ſunt parentum orphani, qui tuo occubuerunt juſſu. Opem nunc & clementiam regiam ſupplices implorant. Aſpice impuberem hunc gregem, infirmum, orbum, pauperem, attritum: Ei, quod flebili vultu [ut vitę uſuram benignè concedas] ſolicitat, quàm fuerit facilè annuere? Timurus verò ne

re-

reſponſo quidem Ducem ſuum dignum arbitratus, fræno in miſellos obliquè laxato cum toto exercitu irruit, omnesque ad unum equorum ungulis, vultum, quaſi neminem oculis haberet objectum, avertens, contrivit: quo deſignato facinore Samarkandam cum ampliſsimis ſpoliis, rediit, pag. 66 67. Recenſuit hactenus *Arabſchiades* rerum geſtarum compendium: omnia enim referre, negat ſui eſſe vel inſtituti, vel facultatis. Catalogum brevem pertexit p. 77. & ad bella, quæ Mogolis & Getis intulit, properat. Reverſus SamarKandam, nepotem ſuum Sultanum *Muhammedem*, filium Gehankir (ſignificat hæc vox *Captorem mundi*, quæ omnibus Mogolorum & Indorum regibus tribuitur) cum Duce *Seiphoddino*, ad extremas Imperii ſui oras, regionem, quæ ultra Sihunem ſita, in Orientem protenditur, ablegat. Occaſione hac in vicinas etiam terras Mogolorum, Ghetarum, & Chatæorum diei itinere à Mavaranahara diſsitas excurrit, loca non pauca occupata, caſtellis novis munit. In remotiſsima regione *Iſchharah* nuncupata, munimentum extruxerunt rapinis & ſpoliis aſſervandis commodũ. Filiam etiam ſuam *Reginam alteram* nomine. Mogolorum & Getharum Rex Timuro elocavit, & ad nutum ejus, quod, quàm truculentus ubiq; & crudelis in Muſelmannos fuiſſet, perciperet, ſe totum finxit, pag. 68. Ex his, quæ de Timuro hactenus in medium attulimus, patet. Tyrannum ſtabiliendi regni, & obtinendæ Monarchiæ varias iniiſſe rationes. Quod blanditiis potuit, armis tentare noluit. ne initia Imperii vacillarent. Firmatis verò rebus,

&

& ſolidiori loco poſitis, data occaſione, quid monſtri aleret,aut quæ curæ eum vexarent,palàm fecit. Luculentum occurrit exemplum in Regibus, quorum ſupra jam meminimus, & Principibus Choraſanæ,Perſiæ,ſeu Itakæ Barbarorum, Mazandranæ *Alexandro Ghalilæo, Arſchiundo Pharſe Kuhæo, Ibrahimo Komæo*, Sultano *Ahmedo*, fratre Schah Scheghahi, *Schach-Iahia*, nepote ejus,aliiſque. Omnes illi ſponte colla jugo ſubdiderunt Tamerlanico, ita tamen ut aliqua retinerent Regiæ dignitatis veſtigia. Cùm verò iidem aliquando in Timuri tentorio eſſent congregati, nutu non nemo *Schach-Iahiæ* indicavit, jam hominis peſtilentiſsimi è medio tollendi præclaram affulgere ſpem: Anſam igitur hanc, qua vix melior exſpectanda, arripiendam: ſolum jam eſſe Timurum, præſidio omni deſtitutum. Placuit conſilium nonnullis; aliis non: Obluctante, præ cæteris, Sultano *Ahmedo*. Niſi inſtituti (ita minabatur) vos veſtri pœniteat, aperiam illud Timuro. Ipſi ergò ſententiis diſtracti, animum mutant. Timur interim conjectura, quid molirentur, aſſecutus, ad tempus illud alta tenuit mente reconditum. Paulò pòſt tamen, opportunitatem nactus, familiam illam Iràkæ exterioris, ſeu Barbaricæ Sultanicam, quæ 17. conſtabat capitibus, ad ſe, veſte rubra indutum, vocari, & ad unum omnes cædi juſsit. Vt omnes ſine diſcrimine necaret, fecit perpetuus metus. Vidit, unquam ſe priùs tutò regnaturum, quàm Perſarum vires planè attriviſſet. *Perſarum enim regio*; (ut ſcribit *Arabſch*.p.71.) *non deſtitue-*

tuebatur magnis Principibus, qui hæreditario jure regnum conſequebantur, & Principatum à ſuis Majoribus. Regna ipſa finibus ſunt amplis, & procul diffuſis. Civitates multæ, pagi frequentes, pedes montium firmi; juga alta; arces, velut virgines ſacræ, inacceſſæ, cryptæ & fodinæ earum minimè manifeſtæ. Reges (Coſræ) earum velut aquilæ, & auctoritas eorum, tanquam remiges accipitrum (prop. *avium vulnerantium*) *pennæ, in conſpectum omnium excreverat. Raptores earum velut pardi cum impetu inſultabant, doli vafrorum & verſipellium volonum vincebant, & Draconum inſtar per certaminis ſpatia conſpicui erant, & inſtar immanium Elephantorum in mari conflictus feriendo truculenti erant.* Obicem igitur orienti Imperio periculoſiſsimum (vide pag. 71.) ut removeret, univerſæ ſtirpi regiæ interitum attulit. Nec melius fuit fatum reliquorum, Mazandrani regni, Principum, *Iskandri Ghalilæi*; *Arſchiundi*, & *Ibrahimi*, quibus tamen, ne fidem violâſſe videretur, ad tempus pepercit. Poſtquam autem, lætitiæ dediti, Iskander bene potus à Timuro rogaretur: *Ec quosnam, ſi fortè præmatura mihi mors meos conatus inverteret, poſteros meos*

habituros credis adverſarios? Reſpondiſſe fertur: Primus ego, conjunctis cum Arſchiundo, & Ibrahimo viribus in ſceleſtiſsimos & nequiſsimos filios tuos involabo; ſi quis meis elapſus fuerit unguibus, eum excipient dentes Ibrahimi Leonis; qui ne his quidem ceſſerit in prædam, retia ei parata ſunt Arſchiundi. Timurus initio quidem hæc parrheſiaſtæ verba devorat, vindictam, quòd *Ibrahimus*, & *Arſchiundus* abeſſent, commodiori opportunitati reſervat, Redit interim *IsKander* ad ſe, &, crimen faſſus, turpiſsimus helluo, eorum, quæ ad ambas ingurgitatus aures eructavit, culpam in Providentiam Dei rejicit. *Non*, inquit, *mutari poteſt, quod Deus decrevit, cui proinde adverſari non licet. Propterea non mihi imputanda culpa: Deus enim, qui proferre jubet omnia, loqui me illa juſsit.* Timurus verò, *Ibrahimo* & *IsKandro* fugâ elapſis, Arſchiundum comprehenſum mortis ſupplicio affecit. Quò delatus fuerit *IsKander*, nemini innotuerat. *Komæus* verò latebris occultus, in lecto ſuo obiit. Supererat præfectus caſtelli *Schab-Abulfatah*, qui rebellionem contra Timurum excitaturus, famam ſpargit, vivere adhuc *Schab-Manzurum*. Aluit hæc ſpes *Koudranum*, Sultani Abu Ishaki in Sirghan, pag.69. Vicarium; qui eum, an tandem ex caverna aliqua eſſet proditurus, avidè expectavit: Timurus interea arcem obſidio-

dione diuturna cingit, ſed vano ſucceſſu. Vnde Schirazi, Iezdæ, Kermaniæ, Abrakuæ militem, adjunctis Segiſtanæ cohortibus, objicit. Egregia verò præſidiariorum virtus impedivit, quo minùs decennalis eam obſidio frangere potuerit, aut ad deditionem cogere. Tandem verò, cùm rumore ubique de Schah Manzuri morte invaleſcente, Koudranus, ſociorum ſe deſtitui, vidiſſet auxilio, & Abulfatah crebris ei ſollicitationibus Timuri benevolentiam, vitæque ſecuritatem polliceretur, arce abiens, arbitrio eam & poteſtati Timuri committit. Idácu, Timuri nomine Kermaniæ præſes, has ægrè ferens pacis conditiones, nulla vel datæ fidei, vel Interceſsionis Abulfatahi habita ratione, Koudranum vita privati quá Timurus temeritatem, niſi fugâ ſalutem quæſiviſſet, gravi, dubio procul, ſupplicio multáſſet. Victis & pacatis [p. 77.] Barbaris, in Arabiam movet, & Irakæ Arabum jam vicinus, ejus etiam regni [p. 78.] expugnandi opportunitatem quærit; Nec multis opus fuit ambagibus. Sultan *Ahmed*, Bagdadi Regulus, mandatis Timuri exacerbatus militem, quo ductu *Sabtanæi*, à finibus hoſtem ſuis abigeret, conſcribit. Fit conflictus prope Sultaniam, ubi Timur & numero, & viribus fortior, victor evádit, magnoque ſatis compendio hac vice acquieſcens ad ſuos redit. *Sabtanæum* ex prælio reducem Sultan *Ahmed*, non modò ſtola muliebri indutum ludibrio, & publico ſpectaculo exponit; ſed etiam flagellis cæſum & dedolatum in exemplum per urbem, circumduci juſsit. Timurus autem Samarkandâ egreſſus, fines luſtrat, urbes &

metropoles extruit, magnificaque eis nomina imponit: Et cùm pacis ſtudiis maximè intentus videretur, hortis, viridariis, palatiis erigendis occupatus, ad arma ſe ex improviſo convertit (p. 80.) *Lurumq;* (Provincia eſt inter Septentrionem & Occidentem, hominibus & frugibus abundatiſsima, p. 81.) aggreditur, arcemque Birugherd deditione capit: Præſidem ejus, univerſa ſubjugata regione in poteſtatem ſuam redigit. Samarkandam devehit, variisque cruciatuum tormentis & moleſtiis, juramento tandem devinctum ſucceſſorem, (hac lege, ut de equis ei & Camelis proſpiceret) deſignat, p. 81. Ipſe verò felici rerum ſucceſſu elatus, tam amplis pomæriis minimè contentus, ultra tendit, Hamadanum bello tentaturus. Nec difficile fuiſſet populo ſecuro [p. 81.] & animum adimere, & vires, niſi *Mogthaba*, magnus, & Regibus ipſis honoratus vir, pecunia quietem, corporumque & bonorum ſecuritatem redemiſſet: Quo tamen *Hamadanæorum* λύτρῳ pellectus potiùs, quàm ſatiatus Timur, denuo inſtat, & aliis mox muneribus placandus, *Mogthabæ* verò, abjectam & planè miſeram præ ſe ferentis, fortunam, interventu mitigatus, propoſito ſuo cedit. Cumq; ad aures Sultani *Ahmedis* fil. Scheich. Avis perveniſſet, quam ejus vicini *Luri & Hamadani* Retuli fortunæ ſubiiſſent aleam, ad fugam ſe cum ſuis compoſuit, Syriamque, translatis antea pretioſiſsimis cum filio Sultano *Tahero*, & uxore, ſuppellectilibus in *collem ſalutis* [locus eſt munitiſsimus, quem prolixè deſcribit author, pag. 84.] ceu aſylum de-

delegit a. H. 795. p. 88 Ipſe verò Timurus, expilatà Tebriza, exercitū Colli *Negba*, ſeu *ſalutis* opponens, Bagdadum properat, eandemque omnibus facultatibus exhaurit. Tunus, qui *Collem ſalutis*, Ahmedis nomine, defenderat, via erat conſilio magnus, manuq; ſtrenuus, qui 300. præſidiariis, Timuri exercitui ea faceſſebat negotia, ut in ſubſidium laborantium 40000. Timurus mittere neceſſe habuerit, triarios plerosque & famoſos Martis pullos. Quatuor Spartam hanc committit Ducibus, quorum primus erat *Kublag-Timur*. Magno hi impetu rem actūri, victoriæ tandem palmam Tuno, qui, animum ſuis cohortibus additurus, eas, ut honeſtam mortem, quæ parata videretur, turpi vitæ [p. 84.] præferrent, cedunt. Duorum Ducum, quos inter *Kublag-Timur* impendio ſtetit jactura. Atque hæc clades Timurum ita affecit, ut tetrico torvóque vultu indignationem maximam præ ſe tulerit. Adeò moræ & repulſæ fuit impatiens. Factum tamen, ut cùm, loci inacceſsi naturâ, referre pedem cogeretur, obſidionem, per integrum, ut ſcribunt, duodecennium, vicarii auſpiciis continuârit; ſpe deditionis vel nulla vel exigua: niſi peſsimam, pro tot rebus præclarè geſtis, gratiam Tunus à ſuis deportâſſet. Erant, præter alios, in *Arce* vel *colle ſalutis*, Tuni frater, homo laſcivus, & Sultani Taheri mater, qui, Muhammedanis etiam illicito, congreſſu *Taheri*, filii Ahmedis iram in ſe concitârunt, ut utrumque, poſtquam ſcelus innotuiſſet, vitâ privârit. *Tunus* interea, rerum harum planè ignarus, officium facturus, arce erumpit, hoſtemq; quærit. Rediturq

fores præſidiarii obſtruunt, ingreſſuq; prohibent. Probavit ſupplicium, cùm de muro quid accidiſſet, prolixè ei narraretur incrementa benedictionis divinæ, pro juſtitiæ ſtudio precatus, ingreſſum ſolicitat, quem tamen non impetravit. Vnde querula ei excidit vox: *Eſt utique frater meus, Dæmon meus! Si deliquit, pœnas utiq; dedit. Ego verò, qui fœdere vobis ſum devinctus, qui commune vobiſcum oppugno inimicũ, cur luam? Aut ubi tutò omnium expoſitus injuriæ degam?* Illi verò ſpem omnem reditus ei præcidentes, abire eum juſſerunt *Tunus*, teſſerâ fractâ, fortunam novercantem, ſeculi infelicitatem, hominum ingratitudinem deplorans, quicquid habuit ſubſidii decoxit, arceque, quæ una ſolatium ejus erat, ejectus, Marandam tandem urbem, quæ & ipſa Timuro paret, concedit. Loci præfectus, de adventu ejus monitus, terretur. Didicerat enim antè, homini ſtrategematis multa præclarè ſucceſsiſſe. Poſtquam verò ſolum illum, omni comitatu nudatum, adeſſe cognoviſſet aditum patefacit: Vix intromiſſus ad capitis ſupplicium rapitur, quod tamen vindictæ ſtudium Timuro adeò non placuit, ut non modò caput ei oblatum lachrymis irrigârit; ſed & in judicem ipſum mortis ſupplicio animadverterit. Amiſſo autem Duce ſuo, Tiro tam ſtrenuo, tamque forti, res obſeſſorum Arcis in pejus vergunt; ita ut Sultan ſalutem deſperaret, arxque ipſa in fidem Timuri, modò à cæde & ſanguine abſtineret, accipi deſiderârit: occupatæ his conditionibus arci

Scheich

Scheich *Ibrahimum* Schirwani judicem præfecit, p. 89. Bagdadum, qua ratione *Ahmedi* fuerit ereptum ex p. 91. alibi diximus. Diarbecra etiam expugnata, exauctoratis prioribus Præfectis, atque Præſidiariis, alios ſubornat: Tekritum, arcem obedientiæ jugum excuſſuram, valida manu, in ordinem redegit, p. 92. Præfectum contra datam fidem, ruinâ muri interemit, mulieres & infantes captivitate multat; omnia proterit, expilat, & caſtra ſua die 21. menſis Sapher anno Hegiræ 796. *Mauzolæ* (urbs eſt veteri Ninive directè oppoſita) locavit, quâ, prædis, direptionibus & depopulationibus exhauſtâ *Raſ-ainum* (urbs eſt in media Meſopotamia ad fluvium Chaboram, ita dicta, quòd plus, quàm trecenti fontes ibi confluant, qui omnes in fluvium Chaboram, hic verò in Euphratem delabitur; *Gol.*) ſeceſsit, indeque ſpoliis onuſtus Roham migravit, quam ingreſſus die Solis, decimo menſis Rabii prioris, ſceleribus, nequitia & oppreſsionibus implevit. Reverſus deinde, quinque dierum ſpatio, itinere dierum duodecim prædatum cum harpyis ſuis excurrit, Diarbecram infeſtat, Muſelmannos ad necem promiſcuè rapit, quibus incommodis cùm urgeri ſuos videret Rex, obſequio cæteros declinare ſtuduit Timuri ictus. p. 83. Quo verò cum ſucceſſu, jam alibi prolixiùs narravimus. *Diarbecrâ* igitur (p. 103.) & *IraKa* utraq; in poteſtatem Timuri redacta, *Ibrahimo* Imperii claves tradente, & obſequii jugum ſponte ſubeunte, deſertum *Kaphgha-Kum*, ipſo illo Ibrahimo, Sultano Schirwani, ex familia Coſroæ Anuſcherwani orto, ductore pa 104. pe

tit: Erant illius loci incolæ Muſelmanni, Rex ipſe *TouKtamiſchus*, religionis ejusdem obſervantiſſimus. Cùm,ut ſupra diximus, hic quoque Rex Timuro ſceptra ſua,& Diſtam Imperium ſubmiſiſſet, Adrebighanam mox Tyrannus ſuam fecit. Obedientia autem à *Tahero* Præſidis Adrebighanæ filio facile obtenta, Edeſſam contendit,eamque expilat: Sed ne ulterius graſſarentur ejus milites, *Othmanus*, Eques Meccanus, fil SeKſchaKi, pactus cum illo, λύτρῳ vaſtitatem averruncavit. Nec literis modò & Legatis *Ahmedum Abulabbaſum*, *Borhaneddinum*, Iurisconſultum, Præfectum Cæſarienſem, ſed & minis urget, fulminibusque terret, ut nomine *Muhammed-Chan*, aut *Siur Gathemeſch Chan*, ſuoq; item. & orationes habere,& nummos cudi ſuis imperarent. Sed in partes diviſos & diſcerptos Legatos illos *BarKuKo*, *Abiſaid*, *Malec-Tahero* miſit, & *Abi Iezido*, filio Moradi, filii Orchani filii Othman, Præſidi regionum Romanarum, iisdemque tum Timuri poſtulata, tum reſponſum ſuum,& ſupplicium, quo Legatos affecit, communicat. Exponit deinde virium infirmitatem, hoſtium atrocitatem, truculentiam, victorias rapinas (graphicè hæc omnia deſcribuntur p.126.) quas niſi & ipſi velint experiri, neceſſe omnino habeant fœdere arcto coaleſcere, hoſtique tam terribili συμφερτῇ ἀρετῇ ſe opponere *Abu Iezidus* Othmanides *Abulabbaſi* factum admiratus, non modò probat illud; ſed etiam (p.127.) ſi vindicare fortè vellet Legatorum cædem, operam ſuam offert. Novo præſidio munitus *Abulabbaſus*

Ti-

Timuro audacter reſpondit. Geminam hac de re Epiſtolam exhibet author p. 128. 129. quarum illa, Timuri nempe, ita habet: *Dicito: ô Deus! Creator cœli & terræ ſciens arcanum & teſtimonium. Tu judicabis inter ſervos tuos id quod controvertunt. Scitote, nos Exercitum eſſe Dei, creatum ex ira ejus, dominantes omni illi, cui indignatio ejus incumbit, nõ parcentes quærenti, nec miſerantes flentem. Abſtulit enim utique cordibus veſtris miſericordiam. Væh autem & uſque væh, qui non parent mandatis noſtris! Vaſtavimus enim regiones, perdidimus homines, manifeſtã in terra exercuimus corruptionem. Corda noſtra montium inſtar ſunt, & numerus noſter arenam æquat. Equi noſtri ſunt velociſſimi, & haſta noſtræ veluti paſſeres. Regnum noſtrum non quæretur, nec vicinus noſter contemnitur. Quòd ſi receperitis conditionem meam, & ratum habebitis Imperium noſtrum, eadem planè noſtra & veſtra ratio erit: Sin autem reſtiteritis, & in deſideriis veſtris exceſſeritis, id verò invituperium vobis cedet. Munimenta nos veſtra non impedient, nec exercitus repellet,*

vel retrudet. Etiam qui, nulla nobis faceſſentes negotia, quieti ſubſiſtunt, exaudientur. Vos enim edictis illicita, & perdidiſtis cœtus. Pollicemini igitur vobis oppreſſionem & timorem, quin imò diem, quo retributionem accipietis contemptam. Exiſtimatis quidem, infideles nos eſſe. At verò conſtitutum & exploratè perſpectum habemus, vos eſſe ſceleratos. Propterea Deus, à quo Imperia; diſponentia, & judicia adminiſtrantia; pendent, dominium nobis in vos concedit. *Magnus apud vos, nobis eſt parvus; & potens veſter, apud nos debilis. Occupavimus enim jam orbem, verſus Orientem & Occidentem, omnémque irâ commoti navim aveximus. Hanc ad vos mittimus Epiſtolam: Vos reſponſum maturate, antequam detecto velamine nullus vobis remaneat ſuperſtes, & præco internecionem denunciet, &c.* Reſponſum quod Olaleddino, fil. Phadlallahi, Kadæo, ſeu Iuriſconſulto quidam (id tamen authori pag 129. non probatur) tribuunt, tale eſt: *In nomine Dei miſeratoris miſericordis: Dicito, ô Deus! Poſſeſſor regni; Qui regna donas; regnum aufers à quocunque volueris; qui extollis & de-*

deprimis, quemcunque volueris; in cujus manu bonum eſt. Tu omnium rerum gubernator. Literas à Majeſtate IlChanica miſſas; à Porta magna, excelſa Soltani, quarum tenor talis eſt, accepimus. Creati de indignatione Dei, Dominium habemus in omnes illos, quibus im̃inet ira ejus, non parcentes querulis nec miſeriam exercentes in lachrymantibus. *Ita eſt: Abſtulit Deus cordibus veſtris miſericordiam. Atque hæc macula maxima; hoc turpiſſimum, quod ipſi vobis vindicatis, meritò cenſeatur; quod & abundè vobis ſufficit in teſtimonium exhortationis; ſi ullam adhuc velitis admittere; ad emendationem. Dicito, ô vos (phraſis eſt Alkorani) infideles, non ego dolo, quod vos colitis. Ubiq; in omnium ſcriptis obvii eſtis, ſceleribus infames, & infideles; quos ipſa tandem maledictio Dei manet, &c. Nos autem verè fideles, non disjungit nævus aliquis, nec locum apud nos controverſia habet Alkorani, qui ad nos delapſus miſericordia nos proſequitur æterna. Natamus enim in piſcina explicationis ejus, & mari præſtantia prohibitionum, & conceſſionum ejus, quaſi immerſi, reficimur. Vobis*

bis autem & pellibus veſtris ignis creatus eſt,qui incendetur, cùm cœli fuerint ſciſſi. Dilemmate deinde Timuri minas contemnit. Aut enim (ita Muhammedicus author ſibi blanditur) victoria potitos, cujus ſpem equitatus Arabicus faceret maximam, voti ſe ſummam conſecuturos; aut in via Dei, i.e. pro religione occiſos, non mortuos, ſed vivos, à Deo ſuſtentatum iri: Vt tantum numero ſuo deferant, & multitudini, minimè eſſe neceſſum. Facilè enim Dei, qui patientes juvet, providentiâ, plures à paucioribus ſuperari. Non terreri lanionem, numeroſo grege nec igni incendendo magnum ſemper requiri cumulum. In utramque ſe paratos fortunam, & vivere feliciter, & occumbere pro martyrii axiomate glorioſè. Faceſſere igitur eos, & ſpem omnem obedientiæ ultroneæ, tanquam rei Duce fidelium [*Amiralmumenin*] & Vicario Domini Creaturarum [*chalifah rabbalemin*] indignæ jubet abjicere. Hanc epiſtolam lingua etiam Tartarorum, Hilcæa, ſcriptam, & à Naziroddine Tuſæo adornatam in antiquo quodam, & exeſo exemplari ſe vidiſſe monet author, pag. 131. Timur repulſæ impatientiſsimus difficulter ignominiam illatam & Toparcharum Syriæ reſponſum concoxit: diſsimulare tamẽ ad tempus, quod videret. Muſelmannorum vires non planè contemnendas, omnia fuit coactus p. 132. Felici enim facta excurſione, & opimis reverſi ſpoliis, Muſelmanni, animos receperunt. Ib. Timurus interea, cùm rumor de mortuo Rege Indię *Pheruz-Schab* ad eum deferretur (p.

123. curam, ad illud quoque ſubigendum regnum, ſuam contulit. Conatibus ejus contentio, inter ipſos Proceres oborta, ſavit. Nam quia nullum *Pheruz-Schab* reliquit hæredem, illico, poſt obitum ejus, partium ſtudia gliſcebant, & cùm ſuis quisque inhiaret commodis, factum inde, ut aliis quidem proſperè res ſuccederent, cæterorum ad incitas paulatim redigerentur. Vnde in ſucceſſorē uno animo & voce eligendum conſenſerunt. Nomen illi fuit *Malu*. Noluit tamē aſſenſum præbere *Scharnechchan*, Præfectus Multanenſis, qui igni diſcordiæ inter Indos excitato commodam voti protiundi *Timuro* præbuit occaſionem. Nec mora. Vrbi enim Multan, exercitum numeroſiſsimum, Scytha, quo arcta eam premeret obſidione, admovit; Sed nec *Scharrech chāno* vires deerant, aut copiæ præſidiariæ. Nam præter veteranos ſuos Indos belli famâ celebres (p. 133.) Elephantorum 800. agmine, vel fortiſsimo hoſti tremendus videri poterat: Atque his ille ſubſidiis *Timuri* impetum per triennium continuum ſuſtinuit. Nam, primùm atque fama, *Timurum* in procinctu eſſe, emanâſſet, contractis per gentem ſuam copiis, jam, quaſi neminem haberet parem, turget. Militem igitur præſto eſſe, munera ei offerri, Elephantos totius regni ad ſe vocari omnes, turres illis inſterni, urbemque probè muniri jubet. *Timurus* curſu, quo vel aves (p. 134.) anticiparet, perniciſsimo advolat. Cumq; dato ſigno Elephanti (quorum quisque turrim geſtabat ex ſcutis conſtructam, & animoſis bellatoribus munitam) Indicis gladiis, naribus alligatis, in equites irru-

ruptionem facere, &, pro more, pericula contemnere, obvia quæque proſternere, monerentur; *Timurus* de inteſtinis certior factus dividiis, ſtrategemate prælio initium dedit. Elephantorum enim inſultus, ut reprimeret, triſulcos parat ſtimulos ferreos, quibus hinc inde disjectis Elephanti fortiter ſuos infigentes pedes graviter vulnerarentur. Vnde ingenti furore, quo ſtimulabantur, maximam ſuis ipſi cladem infligunt, equos pariter & equites proculcantes. Cæteri interea, qui in inſidiis, latebant, prorumpentes, hoſtem ab ùtroque latere invadunt, ſtragemque cruentam edunt. Alii tamen, alio *Timurum* uſum ſtrategemate, ferunt. Volunt: Nullos Indiam alere Camelos. In mandatis igitur dediſſe, ut quingenti arundinibus; lino & goſſypio obductis, oleôque illitis; onuſti parati eſſent, atque, ubi conflictus fervor inſtaret, ſarcinæ illæ incenſæ; Camelos æſtu ignis percitos, ad inſulſum clamorem, & ſaltationem tumultuariam provocarent: Nec defuit ſucceſſus: Elephanti enim theatricis illis excitati ſaltibus inſeſſores excutiunt, tantumque efficiunt, ut, fractis viribus, eminus & cominus, jaculis & gladiis, tam diu utrinque pugnaretur, donec tandem Indi in fugam converſi præclaram Timuro victoriam ceſsiſſent. *Timuro* in India occupato, atque ulterius ſua hinc inde pomœria, numeroſiſsimi exercitus beneficio (de quo p.138.) dilatanti, nuntius ex Syria, ad plures abiiſſe *Ahmedum Borbaneddinum*; Saivaſæum. Iuris Conſultum, & *Barkukum, Abi Seidum* Malec. Taherum, affertur. Vicario itaque apud Indos relicto, diſceſſum maturat, con-

convaſatisque ſpoliis & ſupellectilibus, aſcitis inſuper in comitatum Indorum Ducibus, Elephantis, & copiis, Samarkanda, circa annum Hegiræ 802. eo animo in Syriam deſcendit, ut omne ſemen regium (p. 140.) extirparet, injuriamque Legatis ſuis à *Borbaneddino* illatam (quanquam hoc ſuum inſtitutum diſsimulaverat) vindicaret. Accipit interea à filio *Amiran Schabo* Epiſtolam, in cujus, vel authores, vel fautores, cùm graviter, eodem Hegiræ anno, animadvertiſſet, die 2. Ghiumadi poſterioris, *Tephliſum* urbem occupat, indeque regionem *Carighæam* ingreſſus, cæde & devaſtatione omnia replet. Et quia Bagdado laxis habenis inſidiari credebatur, Sultan *Ahmed* fugâ ſubductus, ad Kura-Iuſephum conceſsit. Timurus autem, ut lento procedens itinere, irruptionis ſuſpicionem minuit; ita & duobus illis Regibus in præcordia rediit virtus. Poſtquam igitur hominem, regione *Carighæa* non egreſſurum autumarent, *urbem pacis* (ſic *Bagdadum* appellant: vide *Anal.* P. 1. p. 297.) die quodam repetunt, mox tamen de exitu Timuri moniti, domiciliis ſuis deſertis vitæ ſecuritatem apud Romanos quærunt. Mortuo *Borhaneddino*, cùm ipſe non haberet filium gubernaculis Reipublicæ aptum, Saiwaſæi *Abi Iezidum* eligunt, qui (p. 159.) Conſtantinopolin expugnaturus, filium *Solimanum* Vicarium deſignat, cui tamen mox urbs, impulſoribus *Tabartano* & *Karoboluco* fuit erepta, & à Timuro graviſsimè, contra datam fidem [p. 161.] multatis præſidiariis, capta. Saivaſo itaque potitus, copiis, locuſtarum inſtar, diffuſis, Syriam [p. 162.] petit. Crebeſcen-

ſcente fama, Syriæ cæteriſque vicinis Toparchis Iſlamiſmi [p. 165.] hyperaſpiſtis, & defenſoribus auris, ut de repellenda nube, in commune conſulerent, vellicatur: *Saidi Sudun*, Damaſci & Syriæ Præfectus, cum Vicariis ſeu Satrapis reliquis a. H 803. menſe Zaphar, Halebum abit, quod cùm Timur reſciviſſet, caſtellum 13. dierum ſpatio occupat: à ſævitia tamen majori ibi abſtinens in urbem Malatiam, quam funditus evertit, furorem ſuum effudit. Inde ad caſtellum Romanorum [in Chronico fil. *Schabana*, *Muſelmannorum caſtellum* vocatur; vide *Arabſch.* pag. 173. ubi hæc paulò aliter] cui *Muhammed*, fil. Muſa, fil. Schabari, Chriſtianus præerat, profectus, caſtra metatur. Sed poſtquam, ne longa quidem & lenta obſidione [adeò quippe editus & præceps erat locus, ut ipſe, ubi primum oculis eum uſurpare cœpit, dixiſſe feratur Timurus: *Hunc utique locum Deus, cúm exſtrueret, ſibi reſervavit, atque elegit*, p. 164.] ad deditionem cogere poſſet, Aintabum ſeceſsit. *Arcemaſchus*, loci Vicarius, vir magnus, prælio inferior, fugam capeſſit, vulneratusque Halebum ſe recipit. Timur verò Aintabi [p. 165.] moratus, legatum mittit, qui graviſsimis minis Syriæ Præſides arma deponere, imperata facere, conſuetis orationibus *Mahmudi-Chan*, & *Timurcurcan* homagium præſtare, *Atlamiſchum* tandem, qui neptim ejus ex ſorore duxerat, & antè jam in Syriam abierat [pag. 165.] reddere, juſsit. *Seidi Sudun* verò, animo intrepido, ad reſiſtendum facem prælaturus; capitis ſupplicio in Legatum ani-

animadvertit: Et ne præcipitarent, ſua, quid maximè expediret, contulerunt conſilia. Viſum quibusdam fuit, erronis conatum, regionum adytis probè munitis, contemnere, limites infeſtantes manipulos reprimere, tela irruptionibus eorum objicere. Alii aliter ſenſerunt. Tripolitanus Princeps, Scheich *Muijadus* Chazekæus, vir prudens, oratione perpolita & vibrante, in animum ſociis revocat magnas Timuri vires, ſtrategemata, inopinatas, quibus torrentis inſtar, omnia abripiat, invaſiones: operam igitur dent, ut conſideratè agant. Inſidiis facilius, quàm acie veteratorem opprimi. Munimentis extra urbem erectis, ibidemque tutò collocatis, majorem felicis ſucceſſus ſpem affulſuram, quàm in aperto Martis campo, vires ab initio ſtatim ſuas periclitaturis. Sed reſtitit *Tamardaſchus*, Halebenſis præfectus. Animum ſuis addit, & ut ne prædam *avémque* (ita loqui amat *author* p. 168.) *caveæ incluſam dimittant*, hortatur. In Deo ſpem collocent & fiduciam, fortiterq; tũ ἀριστείαν ſuam, quâ toto orbe eſſent celebres, tum micantes acinaces in ſubſidium vocent. Et ſanè eâ Præſes loci cauſam hanc egit facundiâ, ut obſequentem quidem facilè habuerit credulam plebem; ſed magno ſuo incommodo. Ipſe enim *Tamardaſchus*, Timuro, quem palàm impugnabat, clàm haud obſcurè favit, adeò ut ſummam ei rerum ſuarum libenter committeret. Succedit nihilominus *Tamardaſchi* conſilium. Vrbem cives vallant, portas & plateas claudunt atque coarctant, ſtationarios di-

ſponunt,illis tantùm,quibus in occurſum ejus ruerent,portis apertis. *Timurus* Aintabo Halebum feſtinat,ibique, ſeptimanæ interſtitio eò delatus, die 8.Iovis, qui nonus erat Rabii prioris,caſtra ponit. Cúmque excurſionibus Timurum Syri adventantem exciperent,primá aciem is duorum millium emittit quibus trecentos Syri oppoſuerunt.Fuſis verò illis,& diſsipatis,ſequenti die Veneris, ſuccenturiantur 5000.quibus cum alia mox pedem, tanto impetu contulit turma,ut tandem flumina ſanguine eorum manârint, duobus tantùm (p.170.) ex Muſelmannis deſideratis. Die Sabbathi, cùm defeſsi adhuc eſſent Muſelmanni pugnando, prælium recruduit: Hoc enim Timuro,qui innumera militũ inſtructus copia præter negatam victoriæ laudem, nihil magnoperè deſideravit, reſtaurare & facile fuit,& feliciter ceſsit. Dextera enim ala, quam *Tamardaſchus* ducebat,in fugam data, cæteros è veſtigio terror invaſit, quo perculſi ad urbem, qua patuit,properant, vulnerati ubique, gladiis & lanceis ita transfoſsi, ut & atria ſanguine inde maderent. Portam urbis ingreſſuri mutuis agminatim conciderunt calcationibus, unde & ſtratorum cadavera, quæ ipſam transcederunt portam,omnes ejus oppleverunt rimas. Cumque egreſſu omnes prohiberentur, Mamluci Antiochená erumpentes portá, Damaſcum contendunt, ibique fortunam ſuam & acceptam cladem laceris tecti veſtibus exponunt. Vrbis Præfecto unicum remanebat ſuffugium, caſtellum,quod tamen deditionem per *Tamardaſchum* Timurò ſpontè offert. Acceptat eam victor,urbem ma-

magnifico ingreſſu territum, expilat, Syriæque Toparchas adventantes, torvo ſuſcipit vultu. *Seid Sudun*, *&* *Scheich Ali* Chazekæum carceri mancipat. Nec meliorem experiuntur ſortem *Tunbegæus*, Othmanides Zafadi præfectus, & *Omar*, filius Tachani; Azæ Præſes; quibus (bonis eorum & impedimentis, vel fiſco additis, vel prædæ expoſitis) compedes impegit. *Tamardaſchus* verò, ſuæ perfidiæ præmium conſecutus, dignitatis ſtolâ induitur. Crevit hinc Tamerlani terror, quem, inauditâ laceſsitus, in victores ſævitiâ, auxit. Vt enim propinqui ſui *Baridæi*, quem legatum in Syriam miſerat (pag. 173.) ulciſcéretur cædem, quieſcere priùs noluit, quàm capitibus truncatorum Palæſtras vel hyppodromos extruxiſſet. Prolixius hanc belli Syriaci telam ex Chronico filii *Schachana* author noſter pertexit p. 175 Summa eſt: Tamerlanum (hac author utitur ſcriptione) die Iovis, qui 5. erat Rabii prioris, Halebi ſua collocáſſe caſtra. *Tamardaſchum*, loci Præſidem copiarum Syriacarum Seídi Suduni Damaſceni; Scheich Chazekæi Tripolitani, Dekmaki Hamathenſis, Toparcharum, & Zafadi munitum fuiſſe præſidio. Sententias autem de hoc belli fulmine vel declinando, vel everberando variáſſe, ita, ut alii intra urbis mœnia propugnaculis ſe defendere, alii prodire in campum mallent. *Tamardaſchum* autem, Mokarrum Seiphæum, cùm diſsidere proceres animadvertiſſet, Halebenſibus, ut quamcunque ipſi vellent, ſequerentur ſententiam, feciſſe optionem, quibus conſultius fuit viſum, fixis in campo tentoriis, hoſtem ex

pectare,quàm intra muros deliteſcere. Acceſsit interea Legatus Tamerlani, quem, ne auditum quidem, Damaſci Toparcha morte mulctavit. Prima, die Veneris ſecuta,velitatio levis fuit. Alterá verò mox Tamerlangus Muſelmannos ita urſit, ut in fugam dati urbem peterent. At quia tanto conſervandæ vitæ deſiderio tenebantur, ut alter alterum antevertere, & ingreſſum eripere ſtudio habuerit; non pauci vel calcitratibus ſuorum, vel hoſtium inſequentium impetu ceciderunt. Halebo,vi occupato,Toparchæ,& primores populi in Caſtellum, quo ſuas ante opes devexerant,ſecedunt: quod tamen ipſum etiam die 24. Rabii prioris, ſpe promiſſæ amneſtiæ in poteſtatem ſe Timuri dedidit. Timurus ſecundo ſtatim die,inquit ſcriptor pag.176. caſtellum aſcendit, & cùm,appetente veſperá ſapientes & judices loci quæſiviſſet, ipſi nos in conſpectum ejus prodiimus.Integram prius horam ſtando fatigari nos voluit,quàm ſedere juſsiſſet. In mandatis autem illi, qui familiam inter ſapientes, quos comites ſuos eſſe voluit, ducebat, (nomen ei erat *Moula Abdolghabbar*,filius *Olama*,Naamoddinus,Hanifæus,cujus parens inter eruditos Samarkandenſes eminebat (dedit, ut quæſtionem proponeret, quá quidem Samarkandæ, Bocharæ, Harathæ, & cæterarum à ſe expugnatarum provinciarum, Doctorum explorare ſolitus eſſet acumen: ex quibus tamen nullus hactenus ſatis feciſſet.Neque inſidioſo conatui prætextus deerat. Nam; quaſi magnum præ ſe ferret in literas, & literatos amorem,ſtudio inveſtigandi res abſtruſas & vetuſtate obſoletas, hoc

hoc fieri, præfatur. Nos verò, ait *author*, didiceramus, doctos Timurum quæſtionibus vexare periculoſis, ut occaſionem captaret eos vel occidendi, vel ſuppliciis variis torquendi. Id quod ex dubiis & flexiloquis ejus problematibus facilè erat colligere. Sit ſpecimen præſens ζήτημα. Heri, inquit Abdolghabbar, Timuri nomine, & veſtratium, & noſtratium non pauci occubuerunt, utri jam ſunt Martyres? Obſtupuerunt omnes, nec incertam de veteratoris μεθοδεία famam, ſuo jam malo, eſſe ſparſam, experiuntur. Occurrit tandem reſponſum, quod ad ſimilem planè quæſtionem ab Arabe Muhammedi objectam, ipſe Pſeudopropheta Muhammed dediſſe fertur. Eum nempe Martyris axiomate cenſendum dignum, qui verbum Dei ſtabiliat, id eſt, pro Deo, & veritate ejus extrema quæque pati paratus ſit. Quæ obliqua reſponſione vitam ſuam docti redemerunt omnes. Crebris totus dies terebatur quæſtionibus, quibus Muſelmanni, ne hærere viderentur, quaſi in Schola aut Academia diſceptarent, ſuas è veſtigio applicuerunt ſolutiones. Maluit tamen *Scharphoddinus* Iuriſconſultus locum cedere *Abdolghabbaro*. *Vos*, inquiebat, *ſilete, & reſpondendi vicem illi, qui quid loquatur, intelligit, relinquite*. Vltima Samarkandenſis Doctoris quæſtio erat (p. 278.) de Antiſtitibus & Chalifis Muhammedicis. *Quid*, quærit, *de Ali, Muavia, & Jezido*, (nam ipſe Schajius erat, ſeu Aliſequus) *ſentitis?* Vt ſcopulum evi-

tarent, & in nullius offenſam incurrerent, communi conſilio reſponſum reddendum decernunt. *Alemeddinus* tamen Kafzæus Melcita, cùm vix quæſtio erupiſſet ἔρχ🙰 ὀδόντων, omnes patrocinio dignos eſſe voluit; At *Abdolghabbar* ira ſuccenſus; *Ab Ali*, inquit, *veritas ſtat: Muavia autem iniquus eſt, & Jezidus ſceleſtus. Vos verò Halebitæ cum Damaſcenis facitis, qui, Jezidæi, Hoſcinum interfeciſtis.* Veniam igitur Alemeddinus reſponſi rogaturus ex authore quodam verba mutuavit. *Me*, (ſit ne *Haphetus* Chowarazmius, filius Schachana, an alius, qui ſui ipſius toties facit mentionem, obſcurum, illud tamen veriſimile eſt: propterea verò ejus ſubinde retineo verba, quòd ad certitudinem tum ipſius Hiſtoriæ, tum Synchroniſmorum haud parùm faciant.) *verò Samarkandenſis vocavit egregiè eruditum, & Scharpheddinum virum diſertum. Roganti Tamerlango, quot annos eſſem natus, reſpondi, natalem meum incidere in an. Heg. 749. jam me agere annum 54. Cùm idem ex Scharphoddino quæreret; uno, inquit, anno illo ſum major. Tu ergo, ait Tamerlangus, ad ætatem accedis filiorum meorum. Ipſemet autem ego annos habeo 75.* Ordinaria inſtante precum, poſt Solis occaſum, dici conſuetarum, hora, non Antiſtitis, modò officio

ficio fungebatur *Abdolghabbar*, ſed & *Tamerlangus*, qui latus meum claudens, ordinariis precantium γονυκλισίαις, & incurvationibus devotionē ſuam probabat. Peracto hoc, feliciter ſatis, die diſceſſum eſt. Mox tamen ſequenti, cùm pœnitheret Scytham clementiæ, perfidè Caſtrum Halebenſe expoliat, ſupellectilia, opes avehit, ſuoq́ue adeò more frænum militibus laxat. Rethulit authori noſtro quidam, *nullam unquam urbem à Tamerlango occupatam majorem victoris inſolentiam fuiſſe expertam. Muſelmannos variis ſuppliciorum generibus affectos, & compedibus conſtrictos,* Poſtquam autem ſuæ in Caſtello Timur libidini ſatisfeciſſet, in urbem deſcendens, publicas Toparcharum ædes hoſpitium ſuum deligit. Vbi, Mogolenſium ad exemplum, ſplendido inſtructo convivio, Reges & Præſides ſervilia præſtare coëgit opera: Totus hilaritati deditus genio ſuo indulſit, Muſelmannis interim calamitatibus ubique preſsis, in carcerem detruſis, ad internecionem raptis, templis, ſcholis, domiciliis eorum incendio deſtinatis, & ſolo adæquatis, ad finem uſque Rabii prioris. Repetiit non multò pòſt quæſtionē de Ali & Muavia amicus meus *Scharphoddinus*, cui ego: *Non dubitandum, quìn veritas faciat cum Ali. Neque enim Muaviam ad Chalifarum ordinem pertinere, ipſo Muhammedis teſtimonio (qui Chalefatum 30. annorum ſpatio,*

quod in Ali deſinit, terminat) *facilè*, (*pag.* 179.)*convincitur*. Edic ergò, inquit Tamerlangus, liberè: *Alim veritatem ſecutum; Muaviam autem eſſe iniquum*: Aſſerto ſic veritatis patrocinio pro Ali, Theologos Halebi conſtituit, iisdemque *Scharphoddinum*, & authorem hujus hiſtoriæ, lauto deſignato ſalario, præeſſe voluit. Seriò omnibus injunxit, ut ne ab iis vel latum unguem recederent. Noluit in Caſtellum eos transferri, ſed in Collegio Sultanico morari. Executioni mox mandantur Imperatoris juſſa. At *Muſa*, filius Haghi, Tagæus, Halebenſis judicii præfectus, è Caſtello eos in urbem traducturus, ajebat: *Timeo vobis, conſuetudinis Tyranni memor*. Quid deinceps Hiſtorico noſtro evenerit, *Arabſchiades* commemorat *Profectus*, inquit, *autem Tamerlangus die* 1. *Rabii poſterioris Halebo, in agrum ſe convertit, Damaſco vicinum, ſapientésque poſtridie accerſi jubet, Accedimus ipſum, & cùm capitibus ubique truncari audiremus Muſelmannos, quid hoc ſibi vellet, anxiè ſciſcitabamur? Agit*, inquiunt, *Timurus pro more. Quocunque enim terrarum victor penetrat, trophæa ejusmodi à Muſelmannis exigit. Advenas excipit* Mula Omar, *unus Sapientum ejus, ex quo, quid nos vellet Tamerlangus, quærebamus. In conſilium re-*

ſpon-

ſpondet, vos de cæde Præſidis Damaſceni, qui Legatum ejus è medio ſuſtulit, adhibebit. At capita, regeſſi, *Muſelmannis abſciſſa ſunt, eíque oblata nobis non conſultis, cùm tamen juramento ſecuritatem nobis promiſerit. Redit Omarus ad Timurum, fruſtum carnis elixæ devorantem, quem ſuæ, procul dubio, pœnituit perfidiæ. Unde & offa injecta eos demulcet, & factum excuſat. Ingratiis ſuis Muſelmannorum Principes eſſe plexos, ſuffeciſſe cæſorum capita. Atque ſic in caſtellum reverſi ſumus Halebenſe,* Tamerlangus *verò Damaſcum contendit. Halebi bene nobiſcum agebatur, ubi haud vulgarem Ducis Muſa eramus experti affectum. Varii mox aures noſtras feriũt rumores, quibusdã Sultanum Muſelmannorum,* Malec-Nazirum, *inſignem de Tamerlango deportâſſe victoriam prope Damaſcum; aliis contrarium aſſerentibus. Fluctuabamus diu inter ſpem & metum, uſque dum tandem conſtans nobis fama fugam Sultani in Aegyptum, & Damaſci occupationem confirmaret. Damaſci ſpoliis & incendiis truculentius ſeviit, quàm Halebi. Tripolim non fuit*

ingreſſus, opibus inde avectis contentus. Neque verò Palæſtinam tranſit, ſed recto itinere agrum Halebenſem repetiit, vicinaque loca, ferro, igni, prædis devaſtavit & expilavit. *Me autem cum ſociis dimittendum Imperatoris juſſu ſignificat* Azzodinus, *Dux Tamerlangi minimè poſtremus, promittens, ſe ad Martyrium* Hoſeini *nos comitaturum, ibidémque nobiſcum, dum univerſus tranſierit exercitus, moraturum.* Scharphoddinus *Juriſconſultus à latere meo unquam avellebatur: Cæteri etiam, à nobis quæſiti, ſe adjungebant, ut ad 2000. numerus excreſceret. Mauſoleum Hoſeini ſalvi & incolumes ſalutantes, ignem vidimus ardentem, & cùm elapſo triduo, nemo ſupereſſet; nec ſedem ibi figere ob fœtorem, & ſterilitatem loci, nec commodè iter per inhoſpita illa teſqua facere potuimus.* Redimus ad Hiſtoriæ ſeriem. Non difficile erat Damaſcenis ominari, propter vicinum malum, gravia ſe paſſuros incommoda, quæ *Iſtanbugæus* Davadarus, & *Abdul Kazarus* Halebo venientes, iis annunciàrunt. Suadet igitur, ut, omni ruptâ morâ, *Damaſco*, niſi mori malint, exeant: locum alii monitis dare parati; cæteri verò ira ſucçenſi, extrema quæque nunciis iſtis minabantur. Dignos eſſe, ajebant, qui lapidibus obruti ad plures abe-

abeant, ut qui tanti infortunii ſuaſores eſſent, authores & fabri (pag 183., Halebenſium Præſidum exemplo, parùm ſe moveri. Neque enim tam excelſo animo, nec tam forti milite, nec Ducibus ad pugnandum adeò idoneis fuiſſe inſtructos. Ceſſent igitur eodem utroſque metiri pede. Fato ſingulari Ægyptios hactenus Muſelmannis preſsis ſubſidio fuiſſe, homines ad arma planè natos. Purgant ſe nuncii, & animo curarum pleno, ſalutiſque ipſorum ſitientiſsimo monuiſſe ſe, prætendunt. Non eminus audita, vel rumore ἀδἐσπότῳ vulgata, ſed certa, & oculus ſuis uſurpata, ſe commemorare. Dolendum, tot capitum excidium opportuno & tempeſtivo ſeceſſu, non prohiberi. Relinquunt aculeos, in Damaſcenis, quibus ſauciati animi eorum, de alia excutienda quercû ſeriò cogitant. Fugâ itaque arreptâ, alii (p. 184.) in loca ſancta, id eſt, Palæſtinam, ſecedunt, alii in Ægyptum; alii invios quærunt anfractus, & latebras, loca natura munita. Sultanus interim exercitu in agrum Damaſcenum educto, plebis animos non levi liberavit anxietate. Cæteri verò, qui prudentia & rerum præteritarum diligenti examine, futura averruncari pericula didicerant, parùm Sultani adventu afficiebantur, id potiùs operam dantes, ut ſuæ quiſque conſulat ſaluti. Timurus diſpoſitis Halebi rebus, & in arcem; cui vicarium fortitudine, & magnanimitate ſibi probatum, *Muſam* Taganæum (pag. 185.) præfecit, pleriſque translatis, in Syriam movet. Hamatham, (qua tamen expoliata, lento pede ultra progrediebatur) per-

pervenit die 24.Rabii poſterioris an. Heg 803. Id quod marmoreæ Timurus inſculpi voluit tabulæ. Extat illa in templi Cathedralis Nuræi latere orientali, in pariete anteriori, Perſicè, quæ, ex verſione *Arabſch.* ſic habet: *Programmatis hujus cauſa, quòd, felici Dei auſpicio, occupatis regionibus & regnis, pomœria noſtra Irakam extenderimus & Bagdadum. Prætereuntes autem Aegypti Sultanum, miſſo Legato, variis eum devincire voluimus donis & muneribus. Quia verò Legatum noſtrum, præter decorum (noſtrum enim erat propoſitum vicinos conſtringere amore, juſtitiamque ab utroque confirmare extremo) occidit, & paulò pòſt Turcomannos quosdam, cum aliis noſtratibus cepit, prehenſosq́; Aegypti Sultano Barkuko tradidit, qui in carcerem eos conjectos indignè tractavit; hinc neceſſitate adacti eos, qui à nobis dependent, è manibus adverſariorum noſtrorum liberavimus. Incidit autem adventus noſter Hamatham, in diem 20. menſis Rabii poſterioris, an. Heg. 803.* Hamatha Emiſſam proficiſcitur, quam, nemine reſiſtente, occupatam *Seid Chaledin* tradidit. Res civicas *Omari*, filii Rovaſi, qui muneribus eum ſibi devinxit, & ſpontaneo obſequi, fidei com-

commiſit: Imperium verò totius regionis humeris *Schamſchoddini*, filii Haddadi, qui, ſecuritate ubique denunciata, juri dicendo operam dedit, impoſuit. Succeſſoribus itaque Gazæ [p. 187.] Zafadi, & alibi relictis, Heliopolin contendit, cujus incolæ, patrocinium Timuri ſupplices rogantes, parùm profecerant. Vaſtationibus enim & direptionibus Tartaricos ille torrens omnia inundabat, donec exercitus Muſelmannorum Ægyptius ad prælium ferociſsimum Scytham, propè Damaſcum, pellexit, quo tanta [vide p. 188 & 189.] utrinque animi magnitudine fuit decertatum, ut in ejus deſcriptione omnes *Arabſch.* Arabum effuderit veneres & delicias. Diſceſſum tandem, & Muſelmanni quidem domi ſe continebant; Timurus verò latera Damaſci occidentalia petebat. Sultanus interea urbem & arcem, munitam, armis, commeatu, cæteriſque ſubſidiis abundè inſtruxit. Et quia ſalutem ſuam periclitari viderunt, cautè utrinque acturi, vallis ſe ſepiebant ac foſsis. Sultanus poſtea in campum, quem cæteri ſequebantur proceres, belliaſeam expertùri, denuò prodit. Nec catervatim tantùm imbellis juventa, noctes in montanis cryptis inſomnes tranſigens, firmis clamavit lateribus: *O Deus! O miſericors! juva Dominum noſtrum, Imperatorem noſtrum*: Sed & cæteri prælio immixti, auxilium divinum; diu noctuque implorârunt. Et quanquam Martyrium eo tempore, [ut ſcribit author [celeberrimus Iuriscunſultus *Borhaneddinus* Tadecæus, ſecta Melcita, Syriæ præſes

ſes ſubierit, manumque *Iſa Scharphoddinus* Melcita, gladii ictu amiſerit; non tamen Muſelmanni infeliciter pugnárunt, cædibus & rapinis hoſtem infeſtantes. Marte impari valdè dimicabatur. Decem millibus die quodam [pag. 190.] Barbaris in acie ſtantibus, Syri 500. & poſtea alii, duce Sanbaco, trecenti, arma, ſcutum & tela tractare aſſueti, oppoſiti, cladem ad fluvium, retro tabernaculum Ialbega, denuntiant. Cumque canes & lupos Scythicos Muſelmanni vidiſſent, ſpe non contemnendæ; ex præjudiciis tamen potiùs, quàm certis conceptæ judiciis, freti, dicebant: *Hoc ipſum eſt, quod promiſit nobis Deus & Apoſtolus ejus.* Pugnæ aliâ jacta, Muſelmannis auſpicatè (vide pag. 191.) cadit. Acceſsit Sultani *Hoſeini*, juvenis audacis, Timuri ex ſorore Nepotis, inopinatum transfugium. Hic, quaſi ira contra avunculum ſuum æſtuaret, in Muſelmannorum tranſit caſtra, quo ejus adventu gaviſi, multa de eo ſibi pollicebantur. Veſtes proinde mox mutant, pilos, quos ſpiſſos aluit, ne forte cognoſceretur, detondent. Timurus, moleſtum Nepotis diſceſſum ſimulans, frendet, ſpumat, lento & præpoſtero inceſſu, commotionem præ ſe fert. Sed dolo atq; aſtu *Hoſeinum* egiſſe, eventus probavit. Hac enim ratione Muſelmannorum conatus & ſtudia ei patuerunt. Reſcivit in Ægyptiorum caſtris & gravia gliſcere diſsidia, & ad fugam omnia ſpectare. Habebant quidem (p. 192.) *Atabecum* (i. e. patrem magnum, vide Lexic. Arab. *Golii.*) Ducem *Baſchabekum*, cui cæteri obſequium debebant; Sed cùm

cùm imperare quisque vellet, ſummusque belli moderator à cæteris parùm differret, ita omnia diſſipata erant, ut Deus denuo linguas confudiſſe crederetur Derelicto itaque exercitu, Kahiram Duces redierunt; alii aliò delapſi, ſi qui ſupereſſent, ſomno oppreſsi, calamitatis minimè erant immunes. Reliqui de mœnibus proſpicientes, lætum avidè de Sultano nuntium exſpectabant. Cùm autem nocte quadam, locum nonnulli excelſum, rerum eventum exploraturi conſcendiſſent, ecce Sultani tentoriis ignis conſpiciebatur injectus, de cujus authore nihil certi conſtiterat: compertis autem, ſuis omnes domiciliis exceſsiſſe, ipſumque etiam Sultanum fugâ ſalutem quæſiviſſe, dolores, moleſtiæ, & anxietates creverunt. Timurus, cognito rerum ſtatu ad quietem ſe componit, gratiasque Deo pro felici rerum ſucceſſu agit. *Laus*, inquit, *ſit Deo! Conſecuti nempe ſumus votorum noſtrorum ſummam.* Vallis igitur probè circumſeptus, ſuos in omnes limites diffundit, ut fugientes inſequerentur, & ad ſupplicium raperent. Sultanus fuga ſervatur. Copiæ verò hinc atque illinc diſperſæ tandem ad urbem, apparatu bellico ſatis firmam, appropinquant, cujus tradendæ, per integrum biduum, exiguam Muſelmañi ſpem faciebant, poſt nubila Phœbum exſpectantes. Tandem verò proceres, *Mahmudus* Mahiaddinus, fil. Azzi, *Haniſaus*, ſummus Iurisconſultus, pater Schahabboddini; *Ibrahim*, Takioddinus, filius Mophlehi, Henbelita, Neapolitanus: *Muhammed* Nazereddinus, fil. Abialtaib Secreta-

tarius: *Ahmedus* Schahaboddinus, filius Schahidi Veziri: *Schahaboddinus* Hebunęus, Schafæus: *Ibrahim* Sahahaboddinus, filius Kuſchę, Hanifæus, omnes Iuriſconſulti, (*Oladdinus* enim filius Abibeka, judex Schafæus, cum Sultano aufugerat, *Borhaneddinus* verò, Thedelita martyrio occubuerat) de Sultani fuga certiores redditi conveniunt, atque ad, Timurum ſecuritatem, quam communi ante conſilio deliberaverant, petituri, egrediuntur. Fugato Sultani exercitû *Valieddinus*, filius Chalduni ſupremus judex, Melkita, & Procerum eminentiſsimus, perpetuus Sultani Comes, in Timuricum incidit militem. Ille verò, quaſi cladem Sultani ignoraret, in Collegio Adelitico ſubſtitit, cæteriſque poſtea Magnatibus immixtus, conſilium eorum approbavit: cumque, per omnia, cæteris ſe moribus, ſimilem non præberet, quaſi umbra, quæ ad illos non ſpectaret, habitus eſt. Vbi cibo, ſeu carnibus (à quibus alii religione abſtinebant, alii metu mortis veſcebantur,) Timur eos tentâſſet, *Ibn Chaldun* qui ab epulis non abhorruit, Imperatorem ita fuit affatus: *Meâ utique præſentiâ multi jam Reges inclyti facti ſunt. Vitam reddidi Hiſtoriis meis diebus eorum mortuis. Ex Regibus Arabicis vidi N. & N. Fui hic & illic: Peragravi Orientem & Occidentem: Converſatus ſum cum Principibus & Vicariis: Gratia autem Deo, qui vitam meam eò uſque extendit, ut ipſe Regem atq; Sultanum axio-*

axiomate tali digniſſimum, cujus cibi participatione non interitus modo declinetur, ſed & honores accedant & dignitates; viderim. Quo quidem hominis ſermone Timurus ita fuit delectatus, ut gaudio penè exilierit. Vnde & multa Tyrannus de Regibus Occidenris, rebusque eorum geſtis, in quibus Hiſtoriis Timurus (p 198. plura de hac re, vide p. 400.) erat verſatiſsimus, quæſivit. Quodam die, cùm Polyhiſtori illi aſsiderent, *zadroddinus* Manavæus, qui fugientem ſequebatur Sultanum, captivus adducitur, qui tamen mox Collegis ſuis conſpectis, iis ſe adjungit, ſupremúmque, ſine venia, locum occupat, qua audacia ita commotus fuit Tamerlanes, ut ſuæ eum ſeveritatis exemplum extare voluerit. Iuſſu igitur ejus *zadroddinum*, canis inſtar, proſternunt, proſtratum veſtibus ſpoliant, convitiis obruunt, in carcerem conjiciunt, & variis tormentis excruciant. Cæteros verò Legatos ſtolis indutos, honoribusque ornatos ſpe ſecuritatis, dimittit, & loco quemque ſuo reſtituit; hac tamen lege, ut Sultani & reliquorum Principum opes, facultates, pecora, Mamlucos, quod & ſine mora præſtiterunt, afferrent. Arx ad obſidionem, auſpice *Azdaro*, ſuſtinendam parata, ſubſidium expectat à Sultano. Timurus dimiſſorum Legatorum ſpe fretus, non multum de negotio laborans, urbis deditionem, eorundem opera, ſollicitat. Cumque, contra Imperatoris edictum, moleſti quidam eſſe pergerent, patibulo eos affigi juſsit: qua juſtitiæ ἐνδείξει ita incolarum expugnati fue-

runt animi,ut civitatis ei portam minorem aperuerint. Eam,poſtquam loca vicina devaſtâſſet, ingreſſus eſt (p.201.) die Veneris,quo cœtus frequenter in Cathedrali Ommiadarum erant congregati: Et quia *Hanifæi* primas ibi tenuerunt *Sehafæi* poſteriores, prolixum nomine illorum ſermonem Mahjoddinus Hanifæus habuit. Diſceptatum etiam fuit inter *Rahmanum Abdolghabbarum*, filium Abdolghabbari Chowarazmium, Mutazalitam; & Doctores Syriæ: *Ibrahimo TaKioddino*, filio Moſlehi, Henbelita præeunte; de *Ali* & *MuaVia*, *Iezido* & *Hoſeino* Martyre. Variis Syri,ut deducerentur ad abſurdum, urgebantur rationibus,quibus oppoſitæ reſponſiones non æquè feliciter omnes ſucceſſerunt. Probatæ ſunt aliæ, aliæ rejectæ. Donec tandem *Muhammed Naziroddinus*, filius Abi Tajibi, Secretarius nodum ſolvit: *Ego*,inquit, *& familia mea adhærebamus* (vel conjuncti eramus) *Omaro & Othmano. Quidam meorum ex proceribus fuit illius ſeculi, præſens plerisque illis conflictibus: Vir veritatis ſtudioſus. Ipſe eſt, qui cùm in caput mactati incideret Hoſeini, lotum illud & purgatum, oſculo & honore exceptum aromatibus condivit. Unde, magno Dei munere* Abi Tajibus, *id eſt*, Conditor, *dicitur. Hodierno autem die familia noſtra, tot agitata calamitatibus, eorum amplectitur fidem, qui* traditioni & conſen-

ſenſui *innituntur*, id eſt, Muhammedis, & ſociorum ejus religionem profitentur (vide Specim. POCOK. pag. 20. & 211.) *Itane*, inquit, *nulla alia nomenclaturæ veſtræ ratio ſit? Hac ipſa de cauſa filii Tajibi nuncupemini? Id verò, reſpondet, apud omnes, cominus & eminus, in confeſſo eſſe, exiſtimo. Sum enim* Muhammed, *filius* Omari, *filii* Muhammed, *filii* Abulkaſemi, *fil.* Abdolmonhem, *fil.* Muhammed, *fil.* Abi Tajib, Omaritæ, Othmanitæ. Conciliavit ſibi hoc reſponſo Secretarius, ſuisque Collegis, magnum apud *Ramabnum* favorem atq; benevolentiam. Honoris etiam gratiâ quærebat ex illis, uter excelſior eſſet gradus, *ſcientiæ an familiæ?* Reſponſum à *Schamſoddino* Henbelita maximè expectavit. Sed, cùm haud obſcurè, quod vellet, conjecturaret, primas, *ſcientiæ deferendas*, uno ore & animo regerunt. Hinc enim ſequebatur, *Abubecrum*: ſcientiâ majorum atq; celebriorem, imò in Islamiſmo ipſo priorem; *Ali* anteponendum. Quâ παῤῥησίᾳ pro Abibecro, *Schamſoddinus* ſpem penè vitæ, quàm Martyrio mutare (pag. 203.) paratus erat, amiſit: Abire tandem à ſe juſſum, Timur acceſſu deinceps prohiberi voluit. Sed ad Arcis obſidionem redeundum. Vidit Timur, non ſtertendum, aut compreſsis manibus ſtandum. Munimentum igitur è regione arcis, quod ligno, lapidibus & quisquiliis repletum, altitudine

arcem æquabat, extruxit. *Ghehan-Schah*, cui obſidio demandata erat, juſſa exequitur, obſeſſosque ita coarctat, ut conditionibus ſe dedere die obſidionis 43. tandem fuerint coacti. Militiæ laude, inter obſeſſos, florebant *Schahaboddinus zardacaſchus* Damaſcenus, & alius, ei cognominis, Ahmedus Halebenſis. Operà interea artificum, textorum inprimis ſerici, uſus, multa Timurus tentoria paravit: Quorũ duo ad tumulum uxorum *Muhammedis* [p. 206.] in porta illa parva conſtituit, multisque in arce atrocitatis relictis documentis [p. 210] ſpoliis probè onuſtus, diſceſsit. Ferunt autem, Sultanum, fugæ ſuæ rationem per epiſtolam redditurũ, timiditatis ſuſpicione repulſa, reſtaurandi belli minas intentáſſe. Lecta epiſtola, in nomen ejus, qui illam attulit, Timur inquiſivit. Et cùm *Beiſacum* appellari ſe dixiſſet: Quid hoc, inquit, nominis, aut quæ ejus ſignificatio? Neſcio, ait *Beiſacus*. Ignoras, regerit Timurus, nomen tuum & provinciam hanc ſuſcipere audes? Niſi Regum me omnium conſuetudo Legatos violare prohiberet, pœnam temeritate hac dignam poſcerem. Apage, tuosque, ut in loca ſe tuta recipiant, mone; brevi illis adero, omnia proſtraturus, dirututus, & ſolo adæquaturus.. Damaſci tam inuſitatis ſuppliciis, ſqualidis carceribus, frequentibus exiliis, latrociniis & direptionibus [quibus deportandis aut avehendis non erant pares: vide p. 116.] toto triduo in Muſelmannos & confœderatos (p. 213. 214.) ita ſæviit, *ut jurârit non nemo, per Deum, eſſe hæc prodigia, inſtantis ultimi judi-*

dicii certiſſima ſigna. Incendiis maximè graſ-ſatis, quidquid auferre non poterant, deleverunt. Cùm ignem Choraſani, templo *Cathedrali Ommiodarum* [p. 215.] injeciſſent, permiſſu Dei, flammæ adeò latè à vento fuerant disjectæ, ut, quicquid ferè reliquum erat, periret, majori longè incommodo, totiusque regionis detrimento [pag. 216.] quàm ſi alterum tantum Timurus abſtuliſſet. Suppliciis his Ægyptus & vicinæ regiones territæ, trepidare cæperunt. Nam ne ipſi illi, quibus cum familiariter antea verſabantur Theologi ejus, ab exquiſitiſsimis Tartarorum cruciatibus erant liberi. *Mahioddinum* enim, filium Azzi, Haniſæum, ejusque filium *Abulabbaſum Schahaboddinum*, indigniſsimè tractârunt. Et poſtquam cauteriis, potu ſalſo, ignibus lentis, gypſo, ſatisfuiſſent excruciati, Tebrizum abierunt, ibidemque ad tempus, cùm, malè habiti, ſubſtitiſſent, in Ægyptum reverſi ſunt: *Schamſoddinus*, Neapolitanus Henbelita, & *Zadroddinus Manavæus*, Schafæus, in fluvio Tarab ſubmerſi perierunt. *Ahmed Schobaboddinus* Damaſci variâ jactatus fortunâ, obiit. *Naziroddinus*, filius Abi Tajibi, tormentis, quibus multifariam excarnificabatur [debili enim & infirmo fuit corpore] ſuccubuit (p. 219.) Martyrioque affectus in Madreſa, ſeu *Collegio Coruſiaco* fuit ſepultus. Eodem martyrii elogio ornantur *Takioddinus*, fil. Moflehi, & *Borhaneddinus*, fil. Kauſchæ., cujus diſceſſu res Damaſcenorum valdè reddebantur perplexæ; ſepultura ei fuit aſsignata in *Zalechino*. *Abdolmalecum*, filium Takviti, Timurus, Syriâ egreſſus, comitem ſibi aſcivit, Præſidemque Syrami

(locus eſt ultra Sihun) cui tamen non diu præfuit: deſignavit: *Ahmedum*, cognomento *Ghalbagæum*, urbis Ian*K*abala, ſi, qui locus Samar*K*anda 15. dies diſtat, Vicarium eſſe voluit; hominem & ſanguinis conjunctione & fide in Timurum ſingulari, (pag. 219.220.) commendatum. Quicquid verò Damaſcus aluit peritorum artificum ex textoribus, ſcenopegis, arculariis, lapicidis, ſartoribus &c. inter militiæ Duces, ut Samar*K*andam transportarent, diviſit: *Ghomaleddinum* verò, Medicorum Principem, & *Ahmedum Schahaboddinum* Zardakaſchæum, qui in arce fuit, & exercitum Timuri valde attrivit, captum, irâ ſuccenſus ita alloquebatur: *Tu es qui mihi, meisque magna intuliſti mala? Quod ſi uno te ictu vita privarem, haud equidem Talionis lege tecum agerem:* Lenta igitur morte ne ſenii quidem (cernuus enim jam erat, annos natus 90.) habita ratione in ipſum animadverſurus, ut probris omnium pateret, catena eum, cujus pondus ſeptem & dimidiæ erat librarum Damaſcenarum, ſupra genua injecta, conſtrinxit, qua mole ferrea ad mortem uſque Timuri diſcruciabatur: tunc enim, compede ſolutus, diem obiit. Expugnata Damaſco, Emiſsá (p.222.) repetit, quam, quia *Chaledo* tradidit, inviolatam quidem, & licentiæ militaris expertem eſſe juſsit: Vicinos tamen pagos & vicos, ipſam etiam Hamatham, latronum libidini & direptionibus expoſuit. Adductis autem, quæ in Halebenſi reliquerat arce, Euphratem trajicit, Edeſſam ſpoliat, indeque Legatos ſuos Mare-

di-

dinam ad *Taberum* mittit. Et quanquam literis eum deleniſicis ad ſe invitârit; parere tamen, antè ictus, renuit: Ne verò animum Scythæ exulceraret, muneribus eum demulcet, & mancipiis, Legationemque *Muhammedi* ben Chazbek, ut abſentiam ejus excuſaret, defert. Timurus pœnitentiâ ductus, quòd antea tam ſe facilem *Tabero* præbuiſſet, in iram & candeſcentiam convertitur, exitiumq; Maredinenſibus minatur. Aquâ igitur Maredinenſi ſuperata, ad obſidionem mox ſe accingunt. At incolæ, præmoniti, dubio procul, urbem deſerentes, in arcem munitiſsimam, & ad expugnandum difficilimam; (quam prolixè deſcribit p. 223. 224.) ſe, ſuaque recipiunt. Videt Timurus, ſuos hic conatus; nec enim locus vel baliſtis [pag. 224.] admovendis favebat, vel committendo prælio; eſſe irritos, urbem funditus evertit, ædificia, templa, mœnia deſtruit, Bagdadum deſcendit, quibusdam: Duce *Alladado*; Samarkandam deſtinatis ſarcinis & impedimentis. Samarkandâ, longum emenſi iter (quod κατ᾽ κώμας καὶ πόλεις deſcribit author p. 225.) ingrediuntur, die 13. menſe Muharamo, a. Heg. 813. *Feſtū Ramadani in ipſo celebrabant itinere.* Cum iisdem ſarcinis & ἀκροθινίοις Syriacis Samarkandam migrabat *Ahmedus Schahaboddinus*, filius Schahidi Vaziri; cæteriq;, quorum ſupra meminimus, Syriæ artifices. Percrebreſcente fama, Timurum [qui, Maredinâ reverſus Nezibin, Mauzilam, aliaque loca graviſsimè afflixit] Bagdadum tendere, Sultan *Ahmedus*, fil. Scheich Avis, diutius

Bagdadi moras nectere, minus tutum ratus, Imperii habenas vicario *Pharigho* demandat, ipſeque ſecedit. Timurus interim, conſiliorum Sultani conſcius, auſpiciis ſummorum Ducum, *Zadab Ruſtami, Ghalib Islamai, Scheich Nureddini*, [quorum primus, qui dignitate anteibat, ſpe adminiſtrandæ totius illius occupatæ provinciæ, erat ſuffultus] Bagdadenſibus exercitum, 20000. conſtantem veteranis opponit: qui poſtquam *Pharighum* ad deditionem invitâſſent ſpontaneam, ipſi verò cunctatione ſua, copiis Tamerlanicis; ubi, fame & ferro aut occiſorum, aut vulneratorum indies crevit numerus; non uno modò moleſti fuiſſent, urbem tandem ita urſerunt, *ut ipſo die oblationibus Muhammedicis* (inciderat enim obſidio in menſem *Haram* p. 228.) *ſacro*, quo Muſelmani, victimarum inſtar, jugulabantur, ad deditionem ſubacti ceſſerint. Cæde urbs adeò fuit repleta, ut non modò Tigris ſanguine rubuerit detruncatorum, ſed & capita ſtruendis palæſtris fuerint adhibita. Præter Bagdadenſes [quorum numerabantur 90000.] cæteros quoq;, quos & Syria advexit, morte multavit: Plurimos Tigris abſorpſit, & abſorſit ipſum etiam [p. 224.] *Pharigum*. Navienim elapſurus teloruin imbre utrinque ita obruitur, ut everſa illa fundum petierit. Rem ita fuiſſe geſtam authori noſtro *Ahmedus Tagboddinus*, Naamanæus, Iurisconſultus Hanifæus, Præſes Bagdadenſis, qui mortuus poſtea fuit Damaſci a. H. 834. narravit. Atque ſic urbs ampliſsima, *Pacis civitas* [p. 224.] dicta & omnibus elogiis [p.

230.

230.] major, devaſtata planè fuit, expilata, & incolis ſuis nudata. Qua auctus præda *Timurus* Turcas [digni enim ſunt, qui hoc veniant nomine] ſuos, Korabagum in hyberna, ut inſidias inde Romanis ſeu Romæis ſtruerent, deduxit: Belli ſui contra Romanos [Turcas] ſuſcepti cauſam Tyrannus prætendit juſtam, *Sultanum Ahmedum*, & *Kora Iuſephum* quos tanquam apertos hoſtes, peſtilentiſsimas belli faces, & pacis publicæ turbatores expellere jubet, aut, ſi quando in eos incidunt, interficere. Cogitent, quàm dura omnes preſſerit ſors, qui contradixerint. Moram igitur rumpant, & ſine verborum vel ambagibus, vel antilogiis ſatisfaciant; ſin, extrema quæque exſpectent. Negotium Timuro potiſsimùm fuit cum filio *Othmani*, viro ſtrenuo, forti, & moræ impatientiſsimo: *qui, præter juſtitiæ, (p. 231.) & religionis nomen magnum, quod acquiſiverat, firmis etiam præſidiis munitus erat.* Is Kermaniâ occupatâ, Regem Sultanum *Oladdinum* interfecit duósque ejus filios in vincula dedit. Regna poſtea Hinſcha & Zaruchan ditioni ſuæ addidit. Cùm verò & operam Timuro, contra Othmanidem *Iacob Aliſcha*, judex Provinciarum Kermaniæ (qui, transfuga, compendioſam Timuro viam per Chriſtianorum territoria, in Arzanghanos monſtravit) obtuliſſet & Timuri inſuper literæ advolâſſent, eas, Othmanides, indignatus, ita excepit: *His me ineptiis Timurus terreat? Itáne me eodem loco habeat cum Regibus Bar-*

barorum, aut Tartarorum. Diſtaorum? Militiam meam Indis aut Babyloniis, quos inteſtina peſſundederunt diſsidia, confert? Aut Muslimica mea agmina Syrorum puſillanimitate metitur? Ignorare me, ſibi blanditur, varias illas artes, fraudes, & diverticula, quibus regni ſui (p.232.) dilatavit fines? Barbarorum Reges fraudulenter circumvenit, & cùm hoſpitium ei petitum denegarent, viribus tandem ita crevit, ut data, penè ſingulos, occaſione, trucidârit. Touktamiſcho-Chan multum incommodavit militum perfidia, & bellandi imperitia, utpote quibus, præter ſagittas, nulla ſuppetebant arma. Indos devicit ſtrategematibus, mortuo præſertim Sultano Indorum, res eorum confuſæ erant, & perplexæ, gliſcentibus ubique ſimultatibus, & Magnatibus paulatim extinctis. Nec dubium, quin, ſi maſculè ſuas conjunxiſſent vires, felicius pugnâſſent. Ad hæc, magno ſe omnes ferri ſtudio belli hujus gerendi, tum quòd naturæ ſtimulo excitentur, tum etiam, quòd lege ſua docti ſint, cœleſtia hac ratione commutari cum caducis, opes & facultates, fluxas

& vietas cum æternis (pag.234.) Paradiſi gaudiis: Prodigos eſſe ſua vita, & ad Imperatoris juſſa pronos atq; promtos. Epiſtolam Othmanides hac claudit formula. *Quòd ſi;* ſcribit; *promiſſorum tuorum memor non acceſſeris, damnentur uxores tuæ triplicis divortii: Sin autem advenientem te fugero, eidem ſupplicio meas mulctatas velim Auguſtas.* Malè hæc clauſula Timurum uſsit. Quòd mulierum mentionem, à qua Scythæ, *authore* noſtro teſte, ita abhorrent, ut ne quidem voces *Imra, mulier,* aut *Ontha, fæmella* exprimant. Vnde recentem fœtum indicaturi, dicere ſolent: Nata huic eſt vel *Machaddera* (mulier, propriè in ſuo penetrali perpetuò ſedens, vide p.235.) vel *Moſtara*, [abſcondita] vel tale quid. Commercii hujus Epiſtolici p.238. compendium ex alio etiam monumento *author* depromſit. Amolitur Timurus ſuſpicionem illatæ Abijezido injuriæ. *Scripto*, inquit, *planè amicabili, rogavi illum, ut fomites & faces belli,* Ahmedum Ghelaireum, & Kora Juſeph *Turcomanum, qui vaſtando & diripiendo latè fuerint graſſati, regni finibus ejiceret: Monuiſſe etiam, ut, aliorum exemplo, ſaperet, & inſtantem procellam obſequio everberaret: Utq; honorificè ſatis eum tra-*

cta-

ctarem nomen ejus nomini meo adjunxi, quaſi affinitate me aut ſanguine attingeret, cùm Abijezidus in quadam Epiſtola, nomen meum Tahartano, quem in famulorum numero habeo, ſubjecerit: Nupero inſuper ad me reſponſo, nomen ſuum aureis ſcriptum literis meo præpoſuit. Hinc mihi arma imperat invito. Cùm igitur oleum Othmanides igni affudiſſet, movet Timurus, ſuoque, ne temerarius videretur, nepoti Sultano *Muhammedi*, filio Gehan Kir, in mandatis dat, ut Ducis *Seiphoddini* copias auxiliares Samarkanda mitteret: Ipſe interim Romanorum petiturus fines, arci *Camach* [de cujus ſitu fusè ſcribit, p.236.] aquis, Euphrate præſertim ſatis munitæ, imminet, eamque cingi jubet. Torrente autem, qui alterum arcis latus claudebat, obſtante, arboribus opplere, voraginem, terræque barathrum æquare molitur: Quod, cùm obſeſsi animadverterent, igni injecto [nullum enim hinc arci præruptæ, petræque innixæ extimeſcendum erat periculum] conatum repreſſerunt. Timurus: cùm non ſuccederet, nihilo tepidior aut ſegnior lapides colligi, & in torrentis fauces, ingeri mandat. Vnde factum, ut, cùm facilem exiccatus lapidibusque refertus alveus præberet tranſitum, turmatim tranſeuntes ſcalas arci applicuerint, obſeſſosque ad ultroneam deditionem adegerint. Accidit hoc a. H.804. Arcem autem, (quæ dimidii diei itinere Arzanghano, diſtat, & inter munitiſsimas

totius orbis arces relata, nullius hactenus ceſsit virtuti, 238.) occupatam Timurus *Schamſi* curæ commiſit, & ad Othmanidem, qui tum temporis Conſtantinopolin (*Iſtanbul* vocatur p. 240.) obſidione dura diuturnaque preſsit, oppugnandum, propiùs acceſsit. Nec multum abfuit, quin ad incitas eorum res redactæ, durum Turcarum jugum minarentur. Sparſo autem, de Timuri irruptione, rumore, militiam mox ſuam, [de qua p. 240.] obſidione ſoluta; in ſubſidium vocatis, tum Tartaris 18000, hominibus opulentis quidem ex re pecuaria, ſed ſimplicibus [p. 240.] tum aliis in itinere ubique obviis; ad quærendum hoſtem deſtinat. Timurus de Tartarorum copiis certus, verbis eos in caſtra ſua pellecturus, aut ad abjicienda arma ſolicitaturus, blandis, Duci eorũ *Tadelo* verbis exprobrat: *Quid ejusdẽ familiæ, ſanguinis, regionis homines in mutua ſævire viſcera juvet? Ipſi,* ait, *dignitatẽ veſtram, majorumq́ veſtrorum æſtimate. Quòd alii axiomate gaudent Regio, virtuti ſuæ debent, vobis naturâ tam felicibus eſſe contigit. Majores veſtri Turani Reges erant: Nonnulli tamen in has translati oras cum authoritate tanta præerant, ut Romanorum Rex maximus, ne ad minimum veſtratem accederet: Quòd ſi conſtitutum fuerit, his deinceps immorari regionibus,*

ipſi

ipſi videritis, nonne conſultum eſſet inducta ſerenitate quietè agere? Quod tum fiet, cùm, expugnato Othmani filio, omnibus in ordinem redactis, unum quemque veſtrum ad honorē & meritis congrua evexero faſtigia. Agite igitur, magnam præ vobis ferte fidem, conſtantiam & integritatem, eamq́, Abi Jezido ad momentum uſque conflictus probate, quo inſtante, deſertis ejus caſtris, ad me tranſite ◡ : Nec decollavit ſpes. Nam & Timuri blanditiæ, & dominandi pruritus cæterorum facilè elicuerunt aſſenſum, *Ibnothman*, ne irruptionē Timur faceret, in regionem Romanam, veritus, extra limites in finibus *Saivaſi* hoſtem expectare decrevit. Timurus poſtquam comperiſſet, *Abi Iezidum* loca aſpera cum ſuis quęſiviſſe & in acceſſa, ipſe quoque in viam ſe conjicit, tramitem regiam & amæniſsimos quosque tractus ſectatus, territorium *Abi Iezidi* infeſtat & devaſtat: Quod adeò ægrè *Othmanides*, qui inter malleum hærebat & incudem, tulit, ut quo ſe verteret, vix haberet. Nam, & manere, & regredi periculoſum erat. Cùm autem Timurus ad Ankaram [urbs eſt ad Euphratem, cujus etiam *Aſvadus*, filius Iaafedi in carmine ſuo meminit, pag. 248.] perveniſſet, & ad cruentum, copiis utrinque magno numero collectis, prælium res ſpectâſſet, Tartari militis Othmanici flos, robur & fulcrum [tertiam quippe exercitûs ejus, juxta quosdam, par-

partem conſtituebant] è veſtigio reſilientes Timuro accedunt. *Solimanus*, Othmanidæ filius natu maximus, Tartarorum transfugium videns, ingentem fratri hinc imminere calamitatem facilè conjecit. Fugam igitur, cum cęteris agminibus, capeſſens, patremque mediis immixtum hoſtibus deſerens, Beruſam, cum ſuis, ſecedit. *Othmanides*, exiguo peditum loricatorum firmatus præſidio, turpem fugam declinaturus, extrema tentat, & 5000 qui ſupererant Timuro opponit. Conatu non magis felici, ne dicam temerario, quàm ſi quis, ut loquitur *Arabſch.* *crebro hauriret æquor, aut Kirato* (*p.* 249.) *ponderaret montes.* Perſarum enim & Tartarorum telis undiquaque petiti, herbam tandem porrexerunt. Secuta immanis laniena: Ipſe Othmanides captus, aviculæ inſtar, caveæ includitur. Geſtum eſt hoc prælium an. Heg. 804 d. Mercurii, 27. Dulhaggia uno prope miliari ab Ankara. *Solimanus* (p. 251.) Beruſam, Othmanidæ aſylum, abiit, collectósque, quos ibi habuit, theſauros, Adrana (Adrianopolin) tranſtulit, quo poſtea loco honoribus auctus, & divitiis vixit nemini ſecundus. Vide pag. 254. Timurus verò & ipſe caſtra Beruſæ metatus, quicquid chari aut rari ibidem *Othmanides* reliquerat, Ducum ſuorum direptioni expoſuit. *Othmanides* jucundum quotidie Timuro ſpectaculum præbere debuit. Hic quodam, quem (p. 256.) lætitiæ totum dedit, & lauticiis, ad ſe compeditum vocat. Tremulus acceſsit, & trepidus, vinculis irretitus: bono tamen animo eſſe juſſus, frontem expor-

porrigit. Mulierum mox nomenclaturam, literis ad Timurum expreſſam (quod Chagatæis,& Turcarum tribubus piaculo eſſe ſolet, p.257.) ſplendido Auguſtarum,& pellicum apparatu & aſpectu,in memoriam revocant: unde animo non parùm diſcruciari cœpit. Hoc enim ſpectaculo Timurus ulciſci ſimul voluit injuriam,ab Ibn Othman, *Tabartani* uxori illatam. Sed & Oladdini,Kermaniæ Præſidis, (quem poſt captivitatis calamitatem, *Othmanides* interfecerat) filios, *Muhammedem* & *Alim*, *Beruſam* deductus, & in carcerem compactos Tamerlanus vinculis non modò ſolvit; verùm etiam magnis honoribus affecit. Quid cum *Isphandi iro*, filio *Abi Iezidi*, factum ſit, ſuo diximus loco. Expilatis autem & exhauſtis Romanorum, Othmanidæ cumprimis, theſauris, hyberna Timurus diſpoſuit [pag. 260.] in provinciis Montaſcha; diſperſis, & diffuſis hinc inde militibus, qui uſque adeò crudeles fuerunt, ut nullum nequitiæ, atrocitatis, aut licentiæ genus intermiſerint: qua de re prolixè & graphicè author, p.260.61. Ezmiro poſtea, munimento in ipſo mari excitato, eòque expugnatu difficili, admotis variis machinis bellicis die 24 Gjumadi poſterioris, aut Canun prioris, ſecundùm Romanos, a.H.805. potitur. Primores loci internecioni devovit, mulieres captivas abduxit, ſtratorum cadavera, lapidum vice in extruendis templis, inſervire voluit, capita verò Phari aut lucernæ: Inſatiabili tandem prædandi libidini [p.261 omnibus, quæ in arce recondebantur, ablatis; ſatisfecit. Dum autem Romanorum ille fines turbat, extremi ejus Mogolen-

lenſium & Ghatæorum limites, *Argun Schabi* admi-niſtrationem concutiunt, nec multum abfuit, quin Imperii ejus pertæſi, ſolo patrio exceſsiſſent; quos in obedientiæ orbitam magnis Arabum, Adrebig-hançorum & Indorum viribus redigere neceſſe habuit. *Oladdino* primum, poſtea, cùm vivis hic ereptus eſſet, *Alladado*; revocato Samarkandam [vide pag. 264. 265. 266.] *Argunſchabo*; negotium commendavit. Propterea autem *Alladado* lampadem Timurus tradidit, ut hoſtibus eum objiceret. Verebatur enim, ne (tanta ejus fuit authoritas) fraudi ſibi aliquando eſſet. Acceſſerunt variæ calumniæ & accuſationes, quaſi Syriacis prædis immane quantum res ejus creviſſent. Sed excidit ſpe Timurus. Nam & mortuo Tyranno ſuperſtes adhuc fuit, & fortitudine, atque dexteritate ſua extremis illis provinciis frænum injecit. Magnam hominis ſolertiam, & eruditionem commendat epiſtola, quâ rerum geſtarum Timurum pleniſsimè reddit certiorem. Deſcribit locorum illorum [p. 256.] ſitum, urbes, vicos, caſtella, itinera, tranſitus, deſerta, flumina: deſignat itinera diurna, hoſpitia, diverſos limites, &c. Quam quidem τοπογραφίαν accuratiſsimis expreſſam typis & figuris, Timuro apud Romanos adhuc ſubſiſtenti, obtulit. Quod & animum Timuro addidit, ut præſidiis eum novis firmaret, miſſis Ducibus *Birdi-BecKo*, *TanKeri-Birdi* & aliis, quibus, ut ab authoritate *Alladadi* dependerent, & arcem cui nomen *Baſch chamra*, extruerent, agriculturam, & quæ ad eam ſpectant, incolis commendarent, &c. [p. 306. 307.] ſeriò injunxit. Rebus tan-

dem in Romanorum finibus ubique ad votum compoſitis,ipſoque in itinere,ineunte vere, *Ildérim Abi Iezido* mortuo,impedimenta convaſavit, Imperatoresque Tartarorum ad ſe compellatos bono animo eſſe juſsit.Promiſsis ſe ſtare, gratiamque pro beneficio collato referre eſſe paratum: obſtare autem loci,in quo eſſent,anguſtiam, & vaſtitatem; ſequerentur modò Saivaſum,ſedem commodiorem, nulli dubitantes,quin officii præſtiti habituri ſint memorem. Prolixa & delenifica oratione ita eos demulſit, ut relicta patria,cujus plenè poſsidendæ luculentam ante ſpem fecerat, Tyranno unanimiter ſe itineris comites adjungerent. Saivaſum ubi Timurus pervenit, Principes Tartarorum atque Duces in magnifico conſeſſu ſplendidè excipit, magnam benevolentiam præ ſe fert, monet interim, conſideratè agant,ſalutiq; ſuæ conſulant. Romanorum quidem urbes,arces,munimenta, magno Dei munere,ſe occupâſſe præſagire tamen ſibi animum, fore,ut ſi redirent ab *Abi Iezidi* poſteris multa expectarent incommoda: Perfidiæ notam inuſtam (hoc enim loco ab iſtis haberi) variis cruciatibus, & tormentis eluendam; quibus propulſandis periculis remotiorem tum,minimè parem ſe fateri. Aliam igitur, fraudulentam planè & captioſam. [de qua p.271.272.] ineant rationem. Eam ratam habentes Tartari, arma ad Timuri Imperium abjiciunt. Tartarorum, ita inermium, vires attrivit, ſpem reditus præcidit, variiſque & fallacibus lactatos promiſsis,ulterius ſequi coëgit. Referunt (pag. 273.) Timuro conſilium hoc, ipſum *Abi Iezidum*

ſug.

ſuggeſsiſſe. Poſtquam enim, prælio victus, vidiſſet, nullam libertatis reſtitutionem ſperandam, præter alia duo monita, hoc etiam tertium Timuro volunt, inſinuâſſe: Ne Tartaros domi ſuæ relinqueret, homines perfidia, motibus, devaſtationibus infames ubique & notos: neque ſanguinis ſibi blandiatur affinitate aut cognatione. Plus ex regionibus illorum extimeſcendum mali, quàm ab ipſis Chriſtianis. Prima νουθεσία erat, *ne Romanos* (Turcas Othmanici Imperii ſubditos) *occideret: Eſſe enim illos Islamiſmi decus: Hoc illibatum relinqueret*, quo ſic & ipſe, Muſelmannus habitus, conatibus majorem ſucceſſum conciliaret. Tertiâ ſuadet, ut munimentis Muſelmannorum, religionis aſylis, & bellatorum refugiis parceret: humanitate ea facilius & honeſtis conditionibus, quàm vi occupari. Relicto ergo *Koraboluco* Vicario & Adminiſtratore Othmanicarũ regionum, *Schamſchoddino* curam tradit arcis *Kamach*: Ipſe verò ulterius progreſſus [pag. 275.] *Caraghum* petit, Chriſtianorum regionem, montium, cavernarum, præcipitiorum præſidio ita firmatam & circumſeptam, ut nullam; niſi poſt longam obſidionem; urbem occuparit. Cùm ab antri cujusdam [porta enim ejus in medio eminentiſsimi erat ſcopuli] aditu prohiberetur, neque vel telis, vel quibuscunque armis, obſeſsis incommodare poſſet, ad aſtum iterum & artem confugit. Capſis fabrefactis, catenis arctè colligatis, manipulo volonum, vitæ prodigorum, repleto, ipſum penè aërem inſidet: Succedit ſtrata-

gema portæ antri appropinquat,cominus pugnat, tantóque rem impetu agit, ut ne natura quidem amplius loci conatum ejus impedire valuerit. Nam & antro potitur,& optimos quosque Duces trucidat,cætera avehit. Magnam hinc nominis famam conſecutus fuit *Lobraſabus*, (vox hæc Perſis & Turcis *multum* ſignificat) audaciſsimus Martis pullus. Durior reſtabat nodus,quem *Bir-Muhammed*, cognomento Kanber [de quo vide p.279.] tandem ſecuit. Inter cæteras editas arces, non minùs pronunciatione,quàm ſitu prodigioſum & acceſſu difficile erat,*Calcurcitum*, quod *Adesdum*, *aſpice*, *recede* (p.277.) explicant. Portam munimenti junxerunt ponte,quo ſublato,omnis ad eos intercipiebatur acceſſus. Rupto autem pontis fune Kanberus, qui,majori fortitudine,dicam an temeritate? humi repens ad pontem acceſsit ſolus, inſatiabilique vincendi deſiderio effecit, ut ne hic orbis vertex Timuri Imperium declinârit, qua de re prolixè pag. 280.281. Dictos autem Timur Chriſtianos [Nazaræos, pro more, vocat] captivitate pleroſque multat, *Bir-Muhammedem*, 18. vulneribus ſaucium, gratiis actis, Tebrizum ablegat, Ducibusque ſuis & Vicariis ut Medici nihil eorum, quæ priſtinæ hominem reſtituerent [p.282.] ſanitati,intermitterent, ſeriò injunxit: obductis vulneribus, recuperatisq; viribus,ad ſe illum redire inter ſumos Duces eſſe jubet. Expugnatis itaque duobus Caragheorum præſidiis firmiſsimis,nihil ſibi ad Timuri ſuſtinendos impetus,reſtare ſpei videntes precibus & ſupplicationibus res ſuas per *Scheich Ibrahimum*

Schir-

Schirwani præſidem, tyranno commendant. *Ibrahimus*, Muhammedicis licet imbutus delitiis, hoc [p.283.] officii Chriſtianis non denegat, ſed oratione terſa, polita, & probè exaſciata Timurum, cujus non modò geſta, ſed & clementiam in devictos magnificè extollit, movet, ut accepto λύτρῳ Charaghæos mitteret & hyberna ſua a. H. 806. Korabagæ ſtatueret. Appetente vere Timurus, latiſsimè jam terrarum Dominator, ad ſuos redire conſtituit. Iter ingreſſus, ad obſequium ſuum ubique omnia habuit parata. Reges, Principes, Duces, vel ipſi, vel per Legatos in occurſum ejus properant, dona offerunt, quibus parendi προθυμίαν deinceps etiam curæ eſſe cupit. Cùm ad Ghihonem perveniret, in promtu jam erant naves, quibus flumen trajiceret. Navibus feliciter ad oram appulſis, incolæ Samarkandenſes magna cum lætitia tantum hoſpitem a. H. 807. excipiunt. Comites ejus ex variis aſciti nationibus, in 72. Sectas [prævalentibus tamen *Kadræis & Morghis* [de quibus videat. *Analect.* P. 1. p. 286.] diſtrahebantur. Sua enim quemque ſponte vivere permiſit. Pacatis itaque ſuis ubique rebus [p 288.] Tartaros ne moleſti eſſent, in extremas regni oras ablegavit, alios quidem *Caſchgarum*, locum, qui Chatæos ab Indis dividit alios *Aſa-culum*, quod Mogolenſium fines à Timuri regno diſterminat In Turceſtaniam verò & ad Chatæos, copias deſtinavit Irakæas, Indicas, Choraſanicas. *Semakam*, filium Tekriti, quem ex Syria adduxit, Siramum, Samarkandiæ civitatem, tradidit. *Ialbega* Ian.

Kitalaſum, locum, quatuor diebus Siramo diſtantem; utramque Tuceſtaniæ, ultra Sihun provinciam, ſed arctis limitibus incluſam, eo tantùm fine, ut pateret omnibus, remotiſsimos etiam, & apud Tyros, Arabes, Barbaros honoratiſsimos judices, præſtantiſsimósq; viros, ſuo parere Imperio. Quod reliquum erat temporis, Reipublicæ adminiſtrandæ [p.290.] impendebat. Nam, ut rectè omnia haberent, diligenti inquiſitione id dedit operam, ut probata per univerſum regnum à judicibus inſtituta adminiſtratione, tranquillam quisque & quietam ageret vitam. *Proceres, & cæteros honore dignos omnes magno loco habuit, literas & literatos amavit, in nequitiam & ſcelera graviter animadvertit, ſcortatoribus patibulo, furibus verò crucibus addictis. Præcæteris verò curæ fuit, ſuperſtitionis (p.291.) Gingis-Chanicæ fundamenta religiosè obſervare, eadémq; Majeſtatis ſuæ baſin agnoſcere.* Vltimum potentiſsimi Regis ſpecimen extare voluit nepotis ſui *Vlugbeci*, filii Schahrochi [p.291.] nuptias, Locum ſolennitati aſsignat, milliari Samarkandâ diſsitum, aëris ſuavitate, aquarum dulcedine, aliisque, quibus & oculi paſci, & cæteri ſenſus hominum demulceri queunt, ita commendatum, ut, *particulam Paradiſi*, tractum illum vocitet author, p.292. Eò ut paratiori animo Samarkandenſes ornamenta ſua, conferrent, quicquid moleſtum eſſe, aut tyrannidis, ſpeciem præ ſe fer-

ferre poterat, ut ſunt cenſus, tributa, &c. remittit, de jure ſuo cedit, omnémque benevolentiam largiſſimè pollicetur. Reges Sultanos, Duces, ſuum quemque in Campis illis Elyſiis occupare juſsit locum, ordinatis ubique pretioſiſsimis & variegatis tentoriis. Inferiora cæteri, belli forique Antiſtites, qui omnes tamen apparatu ſplendido certare, & alter alterum antecellere ſtuduerunt, occupârunt ſpatia. Tentoria, pretio ſatis æſtimari nō poterant, *niſi ab eo*, ut loquitur *author*, *qui arcana novit*: Auro, argento, gemmis, aliiſque pretioſiſsimis [de quibus diſtinctè p. 294.] micabant omnia, tentoria cumprimis, tecta, ſcalæ, portæ, cervicalia, vela, & reliqua ſupellectilia, ingenioſiſsimè contexta, & fabrefacta. Iucundiſsimum ſpectatu celebrabatur velum ex *Abi Iezidi*, ſpoliis depromtum. Varietas typorum & figurarum, quæ quicquid ferè terrarum orbis capit, exprimebant, opus πολυποίκιλον, & decem cubitos ferreos longum, uſque adeo commendavit, ut inter mundi miracula referretur. Incolæ inſuper ut ne quid deeſſet, ſua, pro facultatibus, obtulerunt dona. Mechanici magnam aliquot ſpeciminibus [de quibus pag. 296.] probârunt Principi ſuo & induſtriam & defenderunt famā. Samarkandam enim, nec dum optimorum & ingenioſiſsimorum gymnaſium amiſiſſe nomen, tam luculenta demonſtrâſſe occaſione, eorum non parùm intererat. Lætitiæ igitur effusè dediti, curarumque vacui nihil deſiderari patiebantur, quò ſolennitatis tam auguſtæ memoriam æternitati conſecrarent. Tantam

certè magnificentiam, dignitatem, ſplendorem Timur oſtentâſſe perhibetur quantam nec Anteceſſores ejus [p. 300.] exhibere, nec ſucceſſores ſperare potuiſſent. Hujus φαντασίας teſtes habuit omnium regionum Legatos, Syros, Ægyptios, Chatæos, Indos, Perſas, Daſtæos, Sindæos Francos, alióſque & animo & corpore remotos, qui auguſtiſsimas illas nuptias, & præſentia ſua, & præclaris muneribus condecorârunt. Atque ſic Timurus, vocatis ad ſe Regibus, Principibus, Sultanis, cæteriſque militiæ Præfectis, ſuam liberaliſsimè declaravit munificentiam, cumque donis eos affectos, lauto excepiſſet convivio, finem facit epulo nuptiali: nec longè pòſt, cùm crapulam edormiviſſet, ad exercitum (p. 302.) rediit, clementiori deinceps moderamine uſus. Odium tamen in *Alladadum* conceptum, ſopiri non poterat; ſed cùm, ut ſupra commemoravimus, felicius Chatæorum provinciam opinione Timuri adminiſtrâſſet, nulláque fraude hominis è medio tollendi ſpes ſupereſſet, exercitum præſtò, & ad quadriennij bellum paratum atque inſtructum eſſe jubet: Non hyemis ſævitia animum mutare poterat, aut itineris tædium. Sed paratis, quæ impedimenta veherent, quingentis carris ferratis, menſe Regheb iter ingreditur, flumenque, non obſtante frigore pertinaciſsimo, Sihun trajicit. Mox tamen inclementia aëris, ventorum procellis (de quibus graphicè author p. 310. 311.) nivis conglobatæ montibus, ipſius denique glaciei, quæ faucibus ſermonem intercepit, rigore, ita fuerunt attriti. ut numeroſus ille exercitus, naribus & auribus mu-

mutilatus, maximam partem (p. 312.) perierit. *Alladadus*, Timurum SamarKandâ diſceſsiſſe monitus, in ſe fabam cudendam facilè prævidit. Auxit metum inſolens poſtulatum, quo commeatum ſibi parari, & nocte, quam Iſchbaræ tranſacturus eſſet, centum onerareis camelos, farina onuſtos, in promtu haberi juſsit. Vidit *Alladadus*, per injuriam temporis, quo exſiccata, aut glacie potius conſtricta omnia erant flumina, imperari, quæ impetratu difficilia eſſent. Opem tamen procerum implorat, ut ad promovendum curſum moletrinarum ſua conferrent ſubſidia. Cedunt monitis, graviterque, operarum induſtriâ, molis fluenta reſtituta cupiunt: ſed gelu ita vexabantur, ut deſiſtere tandem coacti, ſupplici voce, ut ab hac ſe moleſtia magnâ pecuniæ ſummâ redimere poſſent, rogarunt: utrinque tandem conventum, jugum hoc δυσβάςακτον abjiciendum, *Alladado* conſilium hoc ſine dubio (nec enim, quàm indignè Timurus *Muhammedem Ghaldum* tractâſſet, vitam ei & fortunas ademiſſet, liberos & familiam in carcerem detruſiſſet, latuerat) magnum tyranni qui X. tantum dierum itinere aberat, odium conciliâſſet, niſi mors inopinata & ipſi, & aliis tranquilliorem deinceps lucis uſuram conceſsiſſet. Poſtquam enim Anzaræ Timurus (pag. 313.) medicamentis frigoris incommoda propulſare conſtituiſſet, viſcera ipſius, totumq; adeò corpus ita afficiuntur, ut medicorum ars ad vitæ producendum terminum nihil conferre potuerit. Mortuus igitur, ſeu, ut loquitur *author*, ad *maledictionum Dei*

tranſlatus eſt Timurus die Mercurii 17.M.Schiaban: an. Heg. 807. Vitam ejus, religionem & res geſtas carmine comprehendit prolixo Idem, pag. 307 & deinc. Cùm die 23. m. Ramadani, anni memorati *Saadadus*, Indakanæ præfectus, & ex illorum Ducum, qui Baſch-Chamram, novum munimentum incoluerunt, numero, Alladado Timuri obitum ſignificâſſet, magna eum curâ exoneravit. Timurus autem è vita abiturus, ex familia ſua ſecum habuit neminem, præter Sultanum *Chalilum*, filium Amiranſchah, nepotem ſuum, & Sultanum Hoſeinum, nepotem ex ſorore, quorum ille rerum mox ſummâ potitus thronum conſcendit. Cæteri omnes aliis jam provinciis præerant. *Schahrochius* Hirathæ & Choraſanæ; *Bir Omar*, Perſiæ & locis vicinis. Socium fœderis, adeòque ſucceſſorem deſignaverat Sultanum *Muhammedem*, cui præmatura morte erepto, fratrem ſuffecit *Birum Muhammedem*, qui tamen Kindebarę tum (locus eſt inter fines Choraſanæ & Indiæ) ſubſtiterat; Unde Sultan *Chalilus*, quòd nullus alius Metropoli Samarkandæ vicinior eſſet, Imperii axioma obtinet. Magnos *ἀτρωτὶ & ἀναιματὶ* conſecutus honores, manſuetudine & clementia illos tuebatur, & quanquam ſatis ſe omnibus præbuerit facilem, ad reditum tamen ſe accincturus, oſſaque Timuri Samarkandam maturè tranſlaturus, ad omnem fortunæ excipiendum ictum ſe paravit. Nihil, tenaciſsimo urgente frigore; quòd omnes in obſequii & officii tramite tenebat, extimeſcendum fuiſſet, niſi regni initia *Barnadekus*

qui-

quidam perfide turbâſſet. Operam is Sultano ſuam offert; & ut recte omnia haberent, præiturum ſe, viam ſtraturum, Samarkandæ cuncta diſpoſiturum, ſubditorum animos conciliaturum, pollicetur. Placet Sultano conſilium, inſtituto licet ſuo peſsimum. Nam cùm ad Sihunem fluvium omnia, quibus tranſitum maturaret, parata eſſent, ipſe poſtquàm cum ſuis trajeciſſet dejecto ponte (pag. 330. *Chalilum* reditu prohibet, ipſeque Samarkandam tandem, apertè rebellis, revertitur. *Chalilus* paulò pòſt ſecutus, & eodem delatus, ab incolis non modò in occurſum magno numero prodeuntibus, honorificè excipitur, ſed & muneribus regiis afficitur. Samarkandenſes luctum ſuum teſtaturi, & oſsibus exequias paraturi, atrati incedunt. Diſsimulat ad tempus *Chalilus* injuriam à *Barnadeko* illatam; quam, firmato Imperio, in ipſo, totaque ejus familia [pag. 331.] graviter fuit ultus. Timuro capulum ex hebeno fabricatum, proceres capitibus efferebant. Funus, cujus comites Reges erant, Principes, Duces, lugubribus amicti, in Sultani *Muhammedis*, nepotis ſui collegio, ubi & ipſe ſepultus jam erat, deponunt. *Chalilus*, pro Gentis ſuperſtitione, ***in defuncti ſolatium,*** [ut *author* p. 332. loqui amat] ***lectiones, preces, eleemoſynas, &c. multas decernit atque conſtituit.*** Supellectilia & arma ejus, auro, argento, gemmiſque micantia, ad monumentum vel ſuſpendit, vel diſperſit. Candelabris cumprimis ex ſolido auro & argento conflatis, pondere æquè ac pretio magnis, ſerico phrygioni-

co

co inſtratis, locum decoravit. Et poſtquam aliquandiu, Lectoribus, famulis, & Ianitoribus ad gymnaſium ordinatis, cadaver ſubſtitiſſet, aliud chalybeum ei à Schirazæo quodam, artis ſuæ pertiſsimo, conficitur feretrum, in quo reconditus, terræque mandatus fuit. *Defunctum divinis penè honoribus* (quod & inferius pag. 436. confirmat) *proſequebantur*. Vota nonnulli nuncupabant, alii precibus ad eum conceptis neceſſaria dari flagitabant: Reges (p. 333. confer 435.) tranſeuntes, vel reverentiæ ergò genua terræ inclinabant, vel de jumentis, ſi quibus inſederunt, ſaliebant. *Chalilo* ſucceſſori, non modò Poëtæ carminibus ſuis læti bundi gratulabantur; ſed & cæteri omnes, à quibus facili, manſueto & liberali regimine nihil non obtinuit ad votum ſe & nutum præbebant: Vnus tamen & alter obedientię jugum excuſſurus (p. 335.) rebellionem meditabatur, quorum Princeps fuit *Chodidadus Hoſeinæus*, Mavaranaharæ, Sihanæ, & Turceſtaniæ Præfectus: Hunc *Nureddinus* (Timuri familiariſsimus, vir magno conſilio, & prudentia, quem in propoſito *Chodidadus* confirmavit) & alii ſequebatur; de quibus p. 336. *Alladadus* etiam, Provinciæ ſuæ adminiſtrandæ pertæſus, & convocatis familiaribus ſuis, quid expediret, quærit: Vnanimiter omnes, ut *Iſchbara* relictá, Samarkandam rediret, eòdemque militem ſuum, ſuccenturiatis aliis, transferret, ſuadent. Placet conſenſus, quem & ſtrategis ſuis, totiq; militiæ aperit, ſollicitè rogans, ut ne interea tumultuarentur, ſed fidem ſuam, conſtan-

ſtantiam & obedientiam probarent; certò perſuaſi, fore ut hac ſua opera commoda loci, iis parùm accepti inſtitueretur mutatio. Cùm ſanctè parata ſe facturos ſpopondiſſent, Iſchbara die 17. menſis Ramadani abit, Iraκæis, quibus primas detulit, quóſque prætoriam (p.338.) cohortem eſſe voluit, plurimum confiſus. Non longè à diſceſſu literas à *Chalilo* Sultano accipit, quibus & de ſucceſsione eum certiorem reddit, & ut domi maneat, Spartam commiſſam exornet, militiæque præſit, ſeriò hortatur. Hinc dubius mox eſſe, atque inter ſacrum hærere cæpit & ſaxum *Alladadus*, conſultius ne eſſet remeare, an inſtitutum iter proſequi? Redit tamen animus, cùm Legatus *Chodidadi* inopinatus, maturare eum adventum, ad ſe juſsiſſet. Nullus reſtabat metus, nulla tergiverſatio, nulla mora, niſi quam Sihun injicere potuiſſet. Feliciter tamen, eo ſuperato, utriq; conveniunt, vires & conſilia conjungunt, mutuóque aſpectu recreati, fluvium *Cogbindam* tranſeunt, irruptionemque in fines Samarκandæ, nemine quicquam tale cogitante, faciunt. Primum violentiæ ſpecimen editum eſt in *Teizeκ*, ubi Timuri armenta direpta abactaque fuerunt. Atque ſic iterum Samarκandæ belli alea fuit jacta. Cùm autem milites *Alladad* Iſchbaræ relictos Mogolenſium terreret invaſio, ipſi quoque in partes abierunt diverſas. Alii quidem fœderis, & fidei datæ memores. perjurii notam adverſati. literas aut legatos *Alladadi* expectare ſtatuerunt. Alii verò exitum ex Iſchbarenſi captivitate (Coloniç enim erant, quibus cum, ut authoris utar verbis p.336. *non melius conve-*

gema portæ antri appropinquat,cominus pugnat, tantóque rem impetu agit, ut ne natura quidem amplius loci conatum ejus impedire valuerit. Nam & antro potitur,& optimos quosque Duces trucidat,cætera avehit. Magnam hinc nominis famam conſecutus fuit *Lobraſabus*, (vox hæc Perſis & Turcis *multum* ſignificat) audaciſsimus Martis pullus. Durior reſtabat nodus,quem *Bir-Muhammed*, cognomento Kanber [de quo vide p.279.] tandem ſecuit. Inter cæteras editas arces, non minùs pronunciatione,quàm ſitu prodigioſum & acceſſu difficile erat,*Calcurcitum*, quod *Adesdum*, *aſpice*, *recede* (p.277.) explicant. Portam munimenti junxerunt ponte,quo ſublato,omnis ad eos intercipiebatur acceſſus. Rupto autem pontis fune Kanberus, qui,majori fortitudine,dicam an temeritate? humi repens ad pontem acceſsit ſolus, inſatiabilique vincendi deſiderio effecit, ut ne hic orbis vertex Timuri Imperium declinârit, qua de re prolixè pag. 280.281. Dictos autem Timur Chriſtianos [Nazaræos, pro more, vocat] captivitate pleroſque multat, *Bir-Muhammedem*, 18. vulneribus ſaucium, gratiis actis, Tebrizum ablegat, Ducibusque ſuis & Vicariis ut Medici nihil eorum, quæ priſtinæ hominem reſtituerent [p.282.] ſanitati, intermitterent, ſeriò injunxit: obductis vulneribus, recuperatisq; viribus,ad ſe illum redire inter ſummos Duces eſſe jubet. Expugnatis itaque duobus Carагheorum præſidiis firmiſsimis,nihil ſibi ad Timuri ſuſtinendos impetus,reſtare ſpei videntes precibus & ſupplicationibus res ſuas per *Scheich Ibrahimum*

Schir-

Schirwani præſidem, tyranno commendant. *Ibrahimus*, Muhammedicis licet imbutus delitiis, hoc [p. 283.] officii Chriſtianis non denegat, ſed oratione terſa, polita, & probè exaſciata Timurum, cujus non modò geſta, ſed & clementiam in devictos magnificè extollit, movet, ut accepto λύτρῳ Charaghæos mitteret & hyberna ſua a. H. 806. Korabagæ ſtatueret. Appetente vere Timurus, latiſsimè jam terrarum Dominator, ad ſuos redire conſtituit. Iter ingreſſus, ad obſequium ſuum ubique omnia habuit parata. Reges, Principes, Duces, vel ipſi, vel per Legatos in occurſum ejus properant, dona offerunt, quibus parendi προθυμίαν deinceps etiam curæ eſſe cupit. Cùm ad Ghihonem perveniret, in promtu jam erant naves, quibus flumen trajiceret. Navibus feliciter ad oram appulſis, incolæ Samarkandenſes magna cum lætitia tantum hoſpitem a. H. 807. excipiunt. Comites ejus ex variis aſciti nationibus, in 72. Sectas [prævalentibus tamen *Kadræis & Morghis* [de quibus videat. *analect.* P. 1. p. 286.] diſtrahebantur. Sua enim quemque ſponte vivere permiſit. Pacatis itaque ſuis ubique rebus [p 288.] Tartaros ne moleſti eſſent, in extremas regni oras ablegavit, alios quidem *Caſchgarum*, locum, qui Chatæos ab Indis dividit alios *Aſa-culum*, quod Mogolenſium fines à Timuri regno diſterminat In Turceſtaniam verò & ad Chatæos, copias deſtinavit Irakæas, Indicas, Choraſanicas. *Semakam*, filium Tekriti, quem ex Syria adduxit, Siranum, Samarkandiæ civitatem, tradidit. *Ialbegæ* Ian.

Kitalaſum, locum, quatuor diebus Siramo diſtantem; utramque Tuceſtaniæ, ultra Sihun provinciam, ſed arctis limitibus incluſam, eo tantùm fine, ut pateret omnibus, remotiſsimos etiam, & apud hyros, Arabes, Barbaros honoratiſsimos judices, præſtantiſsimósq; viros, ſuo parere Imperio. Quod reliquum erat temporis, Reipublicæ adminiſtrandæ [p.290.] impendebat. Nam, ut rectè omnia haberent, diligenti inquiſitione id dedit operam, ut probata per univerſum regnum à judicibus inſtituta adminiſtratione, tranquillam quisque & quietam ageret vitam. *Proceres, & cæteros honore dignos omnes magno loco habuit, literas & literatos amavit, in nequitiam & ſcelera graviter animadvertit, ſcortatoribus patibulo, furibus verò crucibus addictis. Præcæteris verò cura fuit, ſuperſtitionis (p.291.) Gingis-Chanicæ fundamenta religiosè obſervare, eadémq; Majeſtatis ſuæ baſin agnoſcere.* Vltimum potentiſsimi Regis ſpecimen extare voluit nepotis ſui *Vlugbeci*, filii Schahrochi [p.291.] nuptias, Locum ſolennitati aſsignat, milliari Samarkandâ diſsitum, aëris ſuavitate, aquarum dulcedine, aliisque, quibus & oculi paſci, & cæteri ſenſus hominum demulceri queunt, ita commendatum, ut, *particulam Paradiſi*, tractum illum vocitet author, p.292. Eò ut paratiori animo Samarkandenſes ornamenta ſua, conferrent, quicquid moleſtum eſſe, aut tyrannidis, ſpeciem præ ſe fer-

ferre poterat, ut ſunt cenſus, tributa, &c. remittit, de jure ſuo cedit, omnémque benevolentiam largiſsimè pollicetur. Reges Sultanos, Duces, ſuum quemque in Campis illis Elyſiis occupare juſsit locum, ordinatis ubique pretioſiſsimis & variegatis tentoriis. Inferiora cæteri, belli forique Antiſtites, qui omnes tamen apparatu ſplendido certare, & alter alterum antecellere ſtuduerunt, occupârunt ſpatia. Tentoria, pretio ſatis æſtimari nō poterant, *niſi ab eo*, ut loquitur *author*, *qui arcana novit*: Auro, argento, gemmis, aliiſque pretioſiſsimis [de quibus diſtinctè p. 294.] micabant omnia, tentoria cumprimis, tecta, ſcalæ, portæ, cervicalia, vela, & reliqua ſupellectilia, ingenioſiſsimè contexta, & fabrefacta. Iucundiſsimum ſpectatu celebrabatur velum ex *Abi Iezidi*, ſpoliis depromtum. Varietas typorum & figurarum, quæ quicquid ferè terrarum orbis capit, exprimebant, opus πολυποίκιλον, & decem cubitos ferreos longum, uſque adeo commendavit, ut inter mundi miracula referretur. Incolæ inſuper ut ne quid deeſſet, ſua, pro facultatibus, obtulerunt dona. Mechanici magnam aliquot ſpeciminibus [de quibus pag. 296.] probârunt Principi ſuo & induſtriam & defenderunt famā. Samarkandam enim, nec dum optimorum & ingenioſiſsimorum gymnaſium amiſiſse nomen, tam luculenta demonſtrâſſe occaſione, eorum non parùm intererat. Lætitiæ igitur effusè dediti, curarumque vacui nihil deſiderari patiebantur, quò ſolennitatis tam auguſtæ memoriam æternitati conſecrarent. Tantam

certè magnificentiam, dignitatem, ſplendorem Timur oſtentâſſe perhibetur quantam nec Anteceſſores ejus [p. 300.] exhibere, nec ſucceſſores ſperare potuiſſent. Hujus φαντασίας teſtes habuit omnium regionum Legatos, Syros, Ægyptios, Chatæos, Indos, Perſas, Daſtæos, Sindæos Francos, alióſque & animo & corpore remotos, qui auguſtiſsimas illas nuptias, & præſentia ſua, & præclaris muneribus condecorârunt. Atque ſic Timurus, vocatis ad ſe Regibus, Principibus, Sultanis, cæteriſque militiæ Præfectis, ſuam liberaliſsimè declaravit munificentiam, cumque donis eos affectos, lauto excepiſſet convivio, finem facit epulo nuptiali: nec longè pòſt, cùm crapulam edormiviſſet, ad exercitum (p. 302.) rediit, clementiori deinceps moderamine uſus. Odium tamen in *Alladadum* conceptum, ſopiri non poterat; ſed cùm, ut ſupra commemoravimus, felicius Chatæorum provinciam opinione Timuri adminiſtrâſſet, nulláque fraude hominis è medio tollendi ſpes ſupereſſet, exercitum præſtò, & ad quadriennij bellum paratum atque inſtructum eſſe jubet: Non hyemis ſævitia animum mutare poterat, aut itineris tædium. Sed paratis, quæ impedimenta veherent, quingentis carris ferratis, menſe Regheb iter ingreditur, flumenque, non obſtante frigore pertinaciſsimo, Sihun trajicit. Mox tamen inclementia aëris, ventorum procellis (de quibus graphicè author p. 310. 311.) nivis conglobatæ montibus, ipſius denique glaciei, quæ faucibus ſermonem intercepit, rigore, ita fuerunt attriti, ut numeroſus ille exercitus, naribus & auribus mu-

mutilatus, maximam partem (p. 312.) perierit. *Alladadus*, Timurum Samarkandâ diſceſsiſſe monitus, in ſe fabam cudendam facilè prævidit. Auxit metum inſolens poſtulatum, quo commeatum ſibi parari, & nocte, quam Iſchbaræ tranſacturus eſſet, centum onerareis camelos, farina onuſtos, in promtu haberi juſsit. Vidit *Alladadus*, per injuriam temporis, quo exſiccata, aut glacie potius conſtricta omnia erant flumina, imperari, quæ impetratu difficilia eſſent. Opem tamen procerum implorat, ut ad promovendum curſum moletrinarum ſua conferrent ſubſidia. Cedunt monitis, graviterque, operarum induſtriâ, molis fluenta reſtituta cupiunt: ſed gelu ita vexabantur, ut deſiſtere tandem coacti, ſupplici voce, ut ab hac ſe moleſtia magnâ pecuniæ ſummâ redimere poſſent, rogarunt: utrinque tandem conventum, jugum hoc δυσβάςακτον abjiciendum, *Alladado* conſilium hoc ſine dubio (nec enim, quàm indignè Timurus *Muhammedem Ghaldum* tractâſſet, vitam ei & fortunas ademiſſet, liberos & familiam in carcerem detruſiſſet, latuerat) magnum tyranni qui X. tantum dierum itinere aberat, odium conciliâſſet, niſi mors inopinata & ipſi, & aliis tranquilliorem deinceps lucis uſuram conceſsiſſet. Poſtquam enim Anzaræ Timurus (pag 313.) medicamentis frigoris incommoda propulſare conſtituiſſet, viſcera ipſius, totumq; adeò corpus ita afficiuntur, ut medicorum ars ad vitæ producendum terminum nihil conferre potuerit. Mortuus igitur, ſeu, ut loquitur *author*, ad *maledictionum Dei*

translatus eſt Timurus die Mercurii 17.M.Schiaban: an. Heg. 807. Vitam ejus, religionem & res geſtas carmine comprehendit prolixo Idem, pag. 307 & deinc. Cùm die 23. m. Ramadani, anni memorati *Saadadus*, Indakanæ præfectus, & ex illorum Ducum, qui Baſch-Chamram, novum munimentum incoluerunt, numero, Alladado Timuri obitum ſignificâſſet, magna eum curâ exoneravit. Timurus autem è vita abiturus, ex familia ſua ſecum habuit neminem, præter Sultanum *chalilum*, filium Amiranſchah, nepotem ſuum, & Sultanum Hoſeinum, nepotem ex ſorore, quorum ille rerum mox ſummâ potitus thronum conſcendit. Cæteri omnes aliis jam provinciis præerant. *Schahrochius* Hirathæ & Choraſanæ; *Bir Omar*, Perſiæ & locis vicinis. Socium fœderis, adeóque ſucceſſorem deſignaverat Sultanum *Muhammedem*, cui præmatura morte erepto, fratrem ſuffecit *Birum Muhammedem*, qui tamen Kindebare tum (locus eſt inter fines Choraſanæ & Indiæ) ſubſtiterat. Unde Sultan *chalilus*, quòd nullus alius Metropoli Samarkandæ vicinior eſſet, Imperii axioma obtinet. Magnos ἀτρωτὶ & ἀναιματὶ conſecutus honores, manſuetudine & clementia illos tuebatur, & quanquam ſatis ſe omnibus præbuerit facilem, ad reditum tamen ſe accincturus, oſſaque Timuri SamarKandam maturè translaturus, ad omnem fortunæ excipiendum ictum ſe paravit. Nihil, tenaciſsimo urgente frigore; quòd omnes in obſequii & officii tramite tenebat, extimeſcendum fuiſſet, niſi regni initia *BarnadeKus*

qui-

quidam perfide turbâſſet. Operam is Sultano ſuam offert; & ut recte omnia haberent, præiturum ſe, viam ſtraturum, Samarkandæ cuncta diſpoſiturum, ſubditorum animos conciliaturum, pollicetur. Placet Sultano conſilium, inſtituto licet ſuo peſsimum. Nam cùm ad Sihunem fluvium omnia, quibus tranſitum maturaret, parata eſſent, ipſe poſtquàm cum ſuis trajeciſſet dejecto ponte (pag. 330. *Chalilum* reditu prohibet, ipſeque Samarkandam tandem, apertè rebellis, revertitur. *Chalilus* paulò pòſt ſecutus, & eodem delatus, ab incolis non modò in occurſum magno numero prodeuntibus, honorificè excipitur, ſed & muneribus regiis afficitur. Samarkandenſes luctum ſuum teſtaturi, & oſsibus exequias paraturi, atrati incedunt. Diſsimulat ad tempus *Chalilus* injuriam à *Barnadeko* illatam; quam, firmato Imperio, in ipſo, totaque ejus familia [pag. 331.] graviter fuit ultus. Timuro capulum ex hebeno fabricatum, proceres capitibus efferebant. Funus, cujus comites Reges erant, Principes, Duces, lugubribus amicti, in Sultani *Muhammedis*, nepotis ſui collegio, ubi & ipſe ſepultus jam erat, deponunt. *Chalilus*, pro Gentis ſuperſtitione, *in defuncti ſolatium,* [ut *author* p. 332. loqui amat] *lectiones, preces, eleemoſynas, &c. multas decernit atque conſtituit.* Supellectilia & arma ejus, auro, argento, gemmisque micantia, ad monumentum vel ſuſpendit, vel diſperſit. Candelabris cumprimis ex ſolido auro & argento conflatis, pondere æquè ac pretio magnis, ſerico phrygioni-

co

co inſtratis, locum decoravit. Et poſtquam aliquandiu, Lectoribus, famulis, & Ianitoribus ad gymnaſium ordinatis, cadaver ſubſtitiſſet, aliud chalybeum ei à Schirazæo quodam, artis ſuæ pertiſsimo, conficitur feretrum, in quo reconditus, terræque mandatus fuit. *Defunctum divinis penè honoribus* (quod & inferius pag.436. confirmat) *proſequebantur*. Vota nonnulli nuncupabant, alii precibus ad eum conceptis neceſſaria dari flagitabant: Reges (p.333. confer 435.) tranſeuntes, vel reverentiæ ergò genua terræ inclinabant, vel de jumentis, ſi quibus inſederunt, ſaliebant. *Chalilo* ſucceſſori, non modò Poëtæ carminibus ſuis l[illegible]bundi gratulabantur; ſed & cæteri omnes, à quibus facili, manſueto & liberali regimine nihil non obtinuit ad votum ſe & nutum præbebant: Vnus tamen & alter obedientię jugum excuſſurus (p.335.) rebellionem meditabatur, quorum Princeps fuit *Chodidadus Hoſeinæus*, Mavaranaharæ, Sihanæ, & Turceſtaniæ Præfectus: Hunc *Nureddinus* (Timuri familiariſsimus, vir magno conſilio, & prudentia, quem in propoſito *Chodidadus* confirmavit) & alii ſequebatur: de quibus p.336. *Alladadus* etiam, Provinciæ ſuæ adminiſtrandæ pertæſus, & convocatis familiaribus ſuis, quid expediret, quærit: Vnanimiter omnes, ut *Iſchbara* relictâ, Samarkandam rediret, eodemque militem ſuum, ſuccenturiatis aliis, transferret, ſuadent. Placet conſenſus, quem & ſtrategis ſuis, totiq; militiæ aperit, ſollicitè rogans, ut ne interea tumultuarentur, ſed fidem ſuam, conſtan-

ſtantiam & obedientiam probarent; certò perſuaſi, fore ut hac ſua opera commoda loci, iis parùm accepti inſtitueretur mutatio. Cùm ſanctè parata ſe facturos ſpopondiſſent, Iſchbara die 17. menſis Ramadani abit, Iraκæis; quibus primas detulit, quóſque prætoriam (p. 338.) cohortem eſſe voluit, plurimum confiſus. Non longè à diſceſſu literas à *Chalilo* Sultano accipit, quibus & de ſucceſsione eum certiorem reddit, & ut domi maneat, Spartam commiſſam exornet, militiæque præſit, ſeriò hortatur. Hinc dubius mox eſſe, atque inter ſacrum hærere cæpit & ſaxum *Alladadus*, conſultius ne eſſet remeare, an inſtitutum iter proſequi? Redit tamen animus, cùm Legatus *Chodidadi* inopinatus, maturare eum adventum, ad ſe juſsiſſet. Nullus reſtabat metus, nulla tergiverſatio, nulla mora, niſi quam Sihun injicere potuiſſet. Feliciter tamen, eo ſuperato, utriq; conveniunt, vires & conſilia conjungunt, mutuóque aſpectu recreati, fluvium *Cogbindam* tranſeunt, irruptionemque in fines Samarκandæ, nemine quicquam tale cogitante, faciunt. Primum violentiæ ſpecimen editum eſt in *Teiʒeκ*, ubi Timuri armenta direpta abactaque fuerunt. Atque ſic iterum Samarκandæ belli alea fuit jacta. Cùm autem milites *Alladad* Iſchbaræ relictos Mogolenſium terreret invaſio, ipſi quoque in partes abierunt diverſas. Alii quidem fœderis, & fidei datæ memores. perjurii notam adverſati, literas aut legatos *Alladadi* expectare ſtatuerunt. Alii verò exitum ex Iſchbarenſi captivitate (Coloniæ enim erant, quibus cum, ut authoris utar verbis p. 336. *non melius conve-*

veniebat, quàm Alkoraniſtis cum Zindikæis) urgebant: Tanta utrique contentione cauſam ſuam agebant, ut à verbis (pag.341.) deventum fuerit ad verbera, Choraſanorum Dux capite hanc luere debuit λογομαχίαν. Initium tandem quidam ſeceſsûs faciunt, quos è veſtigio cæteri inſequebantur (relictis tamen proventibus ſuis, facultatibus & ſupellectilibus) omnes, iis exceptis, quos opum amor retraxit; & muliere quadam inſana. Accedentes ad ſe *Alladadus*, (qui cum Chodidado verſabatur) adeò non duriter tractavit, ut moram potiùs (quàm, quo minùs Samarkandam abiret, & alios, promiſsi memor, ſuccenturiatos mitteret, *Chodidadus* injeciſſet) excuſârit. Conjecit hinc *Chodidadus*, non obſcura amplius eſſe, aut in cineribus latere, *Alladàdum* inter & Sultanum *Chalilum* orta odia & dividia, quibus alendis potiſsimum intentus erat *Chodidadus*, in Sultanum *Chalilum*, Principem clementiſsimum (p.344.) ob avi ſævitiam & atrocitatem, quam ipſe quoque experiri debuit (ib.) exulceratus. Blanditiis tandem & lenociniis Sultanus *Alladadum* in officii orbitam, & ad ſe revocavit. Tum paulatim in ſe deſcendens *Chodidadi* inſidias (p.344.) à quo ita in transverſum erat actus, ut ſolenni & ſtrictiſsimo juramenti vinculo, operam ei ſuam addixerit, animadvertit. *Chalilo* poſtea [pag. 346] rem geſtam ab ovo narravit, atque poſtquam in gratiam cum eo rediiſſet, inter conſiliarios principem penè locum obtinuit. Certantibus interim inter ſe, & æmulationis œſtro percitis *Nureddino* & *Cho-*

Chodidado, qui ubique graſſati, ultimos Turceſtaniæ fines [quorum nomina exprimuntur, p. 348. 349.] occupabant. Eos nonnunquam, qui Mavaranaharam incolebant, laceſſentes, quos tamen Sultanus feliciter repreſsit. *Turanæi*, id eſt, omnes illi populi orientales, qui poſt Nilum habitant, Mogolenſes, Chatæi, &c. Timurum ad plures abiiſſe comperientes, ipſi quoque mox diffuſi atque diſtracti, militiæ valedicunt: In abditos receſſus, cavernas, antra, & munimenta ſe recipiunt, paulò poſt Mogolenſes *Iſchbaram, & Aſi culum* uſque excurrunt, Chodidado tandem viciniâ juncti, fœdere ſe, ut reſtitueret, quæ à Timuro eſſent avulſa & ablata, agglutinant, p. 349. 350. Atque ſic orientalis Imperii poſteritas Timuri fecit jacturam. A plaga ſeptentrionali turbinem civit *Idacu*, qui magnis Tartarorum copiis Chowarazmiæ provincias, quibus *Muſica* præerat, infeſtavit. Vicarius Regis, qui, quòd indignè antea tractâſſet, Tartaros, timore perculſus, cum familia ſua & aſſeclis fugam capeſsit, viamque potiundæ regionis aperit. Occupatá Chowarazmia, equitatum Bocharam emittit, qui poſtquam rapinis omnia exhauſiſſet, Chowarazmiam rediit, eidemque nomine ſuo *Ancam* præfecit. Eadem etiam flamma apud Ghagetæos arſit: Hæreditarium tamen regnum Sultan *Chalilus* tanto majori ſibi devinxit obſequio, quanto luculentius ſuam omnibus probavit benevolentiam. Non modo ἀμνηστία iis, à quibus lædebatur, parata erat, ſed & ſumma benefaciendi προθυμία, iratos ſibi, aut

adverſos, muneribus placavit. Vnde ſummo eum longè latéque terrarum, amore proſequebantur omnes, ſi à *Nureddino* diſceſſeris, & *chodidado*, qui rebellionis ſuæ exitiales hinc inde extare voluerunt ſcintillas. Acceſsit dominandi pruritus *Bir-Muhammedis*, Timuri nepotis, qui executorem ſe Teſtamenti avi ſui, & ſucceſſorem jactitavit. Iskindehara, magno [p. 352.] cum exercitu, ut propiùs Sultano accederet, movit. Legatione res primò tentatur, ſed ſine ſucceſſu. Prolixè enim *chalilus*, calculo nixus & authoritate doctiſsimi, ſummique inter Mawaranaharæos viri *chovaghæ Abdolavvali*, jure ſe Imperii faſces tenere demonſtrat. Teſtamento, quod obtendatur, parùm Bir-Muhammedem juvari. Superſtitem enim Timurum, inter ſuos regna diſtribuiſſe. Suis contentus acquieſcat, ni etiam illa periculo exponat. Sultanus interim exercitum, ſub auſpiciis Sultani, filii *Hoſeini, cabuKi, Argun-Schabi, Alladadi* in occurſum mittit Bir-Muhammedis, qui Gichone jam ſuperato, in Balachano tractu caſtra metatus fuit. Sed cùm ſecurus nimis *chalili* exercitus, luxu & otio diffluerent, inſidiæ illi utrinque paratæ irrumpunt, magnóque impetu proſternunt. Cecidit inter alios *chovagha-Ioſeph*, vivo Timuro Samarkandæ præfectus, Dux celebris. Elatus hac victoria Muhammed, Imperator mox proclamari voluit; Hoſeinus interim *Alladadum*, ut fœdere contra *chalilum* [p. 356. & deinc.] inito bellum ei denunciaret, verbis quàm potuit graviſsimis ſollicitavit. Tanta enim cura Hoſeinus in reſtitutionem regni avunculi incubuit, ut fœdere ſuorum munitus,

tus, bellum Sultano indixerit: [p. 359.] ſed adeò infelici omine, ut turpiſsima tandem fuga elapſus apud Schahrochum, Hirathæ [pag. 361.] Dominum, matruelem ſuum, diverterit, atque paulò pòſt vivere ibidem deſierit. *Alladadus*, qui cum *Hoſeino* facere videbatur, opportunitatem nactus, omnia ad Chalilum perſcribit, eum bono animo eſſe, certiſsimam victoriæ (p. 363.) ſpem concipere jubet: Ipſeque, ubi pugnæ ſignum datum fuit, *chalili* exercitui, cum ſuis adjunctus, effecit, ut honoratus tandem ad ſuos *chalilus* rediret. *Bir-Muhammed* autem, cùm, majores progreſſus facturus, Ghihonem tranſiret [p. 362.] *chalilum* veteranum ei opponere militem coëgit. Chagatæos igitur, Chatæos, omnem Turceſtaniæ *Pharaonem*, i. e. projectæ audaciæ hominem, Perſas, Arabes, Indos, Choruſanos, Tartaros, quorum opera in rebus difficilimis fuit uſus [p. 363.] præſtò eſſe, & *Muhammedi* occurrere mandat: Parent monitis, hoſtique die Solis a. H. 808. ad limites uſque Korſchæos obviam procedunt. Inſtante tum nocte membra ſopori dedunt, ut ſummo mane ad pugnam ſe vegetiores accingerent. Magno utrinque & animo & vincendi deſiderio, certatur, uſque dum tandem *Bir-Muhammed*, tergis verſis, impedimenta, liberos, ſervos, totiusque exercitûs florem amiſit. Parùm tamen abfuit, quin, Ira*k*æorum perfidiâ Chalilum cruenta manſiſſet clades: Primarii enim illorum, Duce *Hâgibaſcha* cum familiis ſuis Samar*k*andâ abire, & Irâ*k*am poſtliminio repetere decreverant, occaſionem ex feſto, cui cæteri celebrando erant occupati, arrepturi. Sed cùm

Choraſanam perveniſſent incolæ, inſtitutum eorum improbantes, eò omnes adegerunt, ut ipſi ſententiarum divortiis diſtracti, mutato conſilio loca priſtina quæſierint. Quod ipſum paulò poſt, eodem eventu, à Tartaris etiam Romanis tentabatur, pag. 373. *Bir-Muhammed* autem, acceptam ulturus cladem, omnium, de quibus polliceri ſibi quicquam poterat, auxilium implorat: quo impetrato, per fecialem iterum *chalilo* bellum denuntiat. Exprobrat ipſi fugam & diſſenſum Irakæorum, qui robur hactenus fuiſſent, & præſidium militiæ (pag. 367.) Chalilicæ: Aleam igitur belli denuò experturus, Ghihone trajecto, *Hazar Schadmanum* obſidione cingit. *Chalilus*, numeroſiſsimo inſtructus exercitu copias inſequitur Kindeharicas, quæ, pugnandi ardore abjecto, Muhammedem deſerunt, eundemque, cùm fortunam ubique haberet novercam, ad dolos confugere cogunt. Cúm deficerent homines, larvis (pelles enim diverſi coloris micantes eminus intuenti ſpeciem armatorũ referebânt) hoſtem terrere voluit; ſed (p. 370.) cùm non ſuccederet, diſcrutiatus animi, à Sultano ſupplici voce & prece ſecuritatem petit, eamque, hac, inter cætera, lege, ut ne deinceps ſuas invaderet regiones, extorquet. Sancita & juramento utrinque firmata a H. 809. pace, *Bir Muhammed*, ad ſuos vix reverſus, *à Bir Ali*; quem ad ſummos ille evexerat honores, conſiliis eum ſecretiſsimis præficiens; axiomate Sultanico privatur, prehenditur, injuſtè rapti, adminiſtratique regni inſimulatur, tandemque, cùm & vitam ei ademiſſet (p. 372.) Kindeharæ regnum

in-

invadit. Sed & , cùm Chalilus longiùs abfuiſſet *Chodidadus* & *Nureddinus* Samarcandam excurrunt, ſpoliisque bene onerati nidos ſuos repetunt. Sultanus temeritatem nova expeditione repreſſurus, inteſtinis eorum diſsidiis multum juvabatur. *Nureddinus* enim, Sagnaki Dominus, repudiata *Chodidadi* amicitia, veniam læſæ Majeſtatis rogat, humiliterque ut eandem ſibi, quam cæteris gratiam faceret (quam & facilè obtinuit) ſupplicat. Ejusdem etiam curâ *Termid*, urbs tempore Gingischani jam devaſtata, reſtauratur, à veteri oppido paraſangâ diſtans. Alladadus ἐργοδιώκτης, poſtquam novos incolas privilegiis, & ſecuritate illectos ſuo quemque loco diſpoſuiſſet, cum exercitu ſuo SamarKandam rediit. Scribit tamen author (p. 378.) novum illud ædificium ad veteris ſoliditatem non accedere. Secutus eum fuit *Schabrochus*, qui, audito, Termidum munimento eſſe firmatum, ipſe quoque *Mirzabo* fratri *Gebeban-Schah*, ut & ipſe cum ſuis caſtellum, nomine *Arcis Indorum* erigeret, in mandatis dedit. Eſt illud in finibus Choraſanæ, quam à Termido fluvius Ghihon diſterminat. Structura feliciter abſoluta pacificæ inter vicinos utrinque leges dantur. Quid in Climatibus *Iran* contigerit, noſter itidem commemorat author, p. 380. Refert, Sultanum *Ahmedum*, & *Kora Juſephum*, IraKam reverſos, novæ adminiſtrationi firma concordia fundamenta jeciſſe. *Ahmedus* Bagdadi ſubſtitit; *Joſephus* verò in Ghagatæos latus, Adrebighanam occupavit, hoſtiumque acie *Amiran-*

ſchabum occidit. Poſtquam autem μῆλον ἔριδος objectum, eos diſtraxiſſet, ipſaque duo regna, Ira*κ*æ & Adrebighanæ, perplexa redderentur, irruit *Κorah Iuſeph* in Sultanum *Ahmedum* Aſchara-Netathi filium, eumque a.H.813. interfecit Ira*κ*æ mox Perſicæ præ aliis locis munitæ, Præfectus ejus *Bir-Muhammed* habenas rapuit, cui, vide throno deturbato, *Iscander* ſanguine licet junctus, ſucceſsit: Sed paucis Imperium hoc terminabatur diebus; *Schahrochus* enim Haitathæ Princeps, tota mox Ira*κ*a Perſica potitus, ipſum etiam Iſcandrum cepit, totamq; ejus familiam delevit. Peregrini, qui Samar*κ*andæ adhuc erant, patrium adeundi ſolum magno tenebantur deſiderio. Initium faciebant (p.381.) Syri præeunte *Ahmedo Schahabeddino*, fil. Schahidi Veziri: ſequuntur alii, qui, in omnes mundi plagas diſperſi, Samar*κ*andam, quam fames preſſit; ſed non diu, ſummaque annonæ caritas, deſerunt. Maximo tandem impetu Chalili imperium arietarunt *Alladad, & Argunſchach*, qui *Chodidadum* contra Sultanam clàm incitârunt, eidemq; per cuniculos, quibus primum Samar*κ*anda in loca remota, quaſi præſentia ejus, in bello illo contra *Chodidadum* diacritico, carere non poſſent, avôcatur, circumventus verò ipſa ſede Metropolitana: ad quam illi ſub fœderis ſpecie viam compendiariam oſtenderunt: privatus eſt. Vrbem Chodidadus nactus, filium ſuum *Alladadum*, præſentibus hoſtibus, Sultanum creavit, omneſque urbis theſauros diripuit. *Schahrochus* exilio patrui cognito, copias cogit & primum quidem agmen *Schah-Maleco* tradit; Secundum ipſe ducit,

Ghi-

Ghihonem ſuperat, idque effecit, ut Samarkandenſes in occurſum ei prodeuntes ſponte obſequium detulerint. Non modò locum cuique ſuum reſtituit, ſed & in faces, & authores hujus perfidiæ animadvertit. *Alladadum* verò & ſocios comprehenſos variis ſuppliciis mulctat, cumque fidiculis & tormentis pecuniam iis extorſiſſet, vitâ tandem privat, excepto *Baba Tormos*, *Schad-Maleki*, (quam ſibi, cum Seiphoddini antea uxor eſſet, Sultanus conjugio copulavit, tantoque amore arſit, ut ab ejus famulique ejus, *Baba Tormoſi* hominis abjecti & deformis, ore omnia penè penderent; quod adeò graviter tulit *Alladadus*, *&* *Argunſchah*, ut devorare amplius ignominiam hanc nolentes, & inſidias Sultano, & tormenta *Schach-Maleko*: nam & in illa hæc faba fuit cuſa, pag 398. parârint) famulo, qui nullum non ſævitiæ & ludibrii genus (ſpecimen vide p. 392.) à conjuratis fuerat expertus. Hac occaſione *Schahrochus*, monumentum Patris [p. 392.] viſitat, quæque pro more gentis, ſolatium afferre videbantur, ſtabilit, Lectorum ordinem confirmat: Cætera arma ejus, κειμήλια & ſupellectilia ad ſepulchrum depoſita tolli, & in gazophylacium recondi jubet. Cùm verò *Chodidadus* Schahrochi victricia ubique eſſe arma cognoviſſet, fædere, ſibi Sultanum jungere ſtudio habuit. Quod etſi ſucceſſerit, à ſe tamen, toties perfido, ſecuritatem & fidem impetrare non potuit. Mogolenſium enim; qui à Timuri ſtatim morte, relictis domiciliis ſuis, munitiſsima quæque inſederunt loca; ſubſidio, ſuam iterum periclitari fortunam voluit. At Mogolenſes de Sulta-

ni magis ſoliciti amicitia, non muneribus modò (inter alia thronus erat ex ſolido auro artificioſiſsimè conflatus) ſed & ipſius *Chodidadi* (cui, accedenti ad ſe, illi manus injecerunt) oblatione, haud fucatam ei probare ſtatuerunt benevolentiam. Scribunt, præter cætera: *Scimus utiq; ejus temeritate & aſtu de throno & regno tuo fuiſſe ejectum: Nunc igitur, quid facto ſit opus, exprime. Sive occidere eum, ſive ulterius retinere juſſeris, parata faciemus.* Quibus reſpondit: *Nôſtis omnino, quot mihi modis ille incommodárit, regno meo me expulerit, abſconderit, depreſſerit, (395.) & variis injuriis laceſſiverit, &c. Veſtro nunc eum arbitrio tractare.* Omni igitur ruptâ mora caput ei amputandum, atque Sultano transmittendum decernunt. Sultanus, qui in regno hactenus *Andecan*, in finibus Turceſtaniæ degit, tempusque ſcribendis verſibus Perſicis, quibus ſtatum ſuum depinxerat, fefellit, à patruo *Schahrocho* Choraſanam, relicto filio *Vlugbeko* eorum locorum gubernatore; reducitur, fideiq; ejus *Rea* committitur; in qua tamen gubernanda provincia, cum tempuſculum tranſegiſſet obiit: Mortuum Reæ ſupelierunt, ipſamque paulò poſt, Schad Malekum, quæ vitæ tædio capta pugionem cordi ita graviter impegit, ut mortua è veſtigio conciderit.

Atque ſic ſolus rerum & regnorum Mavaranaharæ.

ræ, Choraſanæ, Chowarazmiæ, Girganiæ, Irakæ Perſicæ Mazandranæ, Kindeharæ, Indiæ, Kermaniæ, & reliquarum regionum Barbarorum, ad Adrebighanæ usque fines Schah-rochus Dominus, ad gubernacula adhuc ſedit a. H. 840. quo ſcriptor noſter fuit in vivis; p. 397.

VIII. De Chriſtianis & Chriſtianiſmo pauca habet author noſter, in quo tamen obſervo ſequentia:

1. Inter Muhammedanos & Chriſtianos, Conſtantinopolitanos præſertim & Turcas, fuiſſe fœdera: Vide p. 215. Favit utrisque loci commoditas, qua factum, ut irruptiones facile, mari & montibus muniti, impedire potuerint. Ib.

2. Chriſtianos, quos *Nazaræos*, cum cæteris Muhammedicis Scriptoribus appellat author, & *populum, qui Regem ſuum Meſsiam colant*, p. 275. eſſe Hoſtes religionis: Id. p. 252. nempe Muhammedicæ.

3. Timuro ſolutionem obſidionis Conſtantinopolitanæ acceptam eſſe ferendam. Ait; Francos, id eſt, Chriſtianos Europæos, nimium elatos, Muſelmannis inſultâſſe, direptionibus, cædibus omnia infeſtâſſe: unde Othmanides Conſtantinopolin, vicinis locis omnibus devaſtatis, obſidione premere fuerit coactum. Poſtea verò Timurum non modò pacem & ſecuritatem adventu ſuo conciliâſſe, ſed & effeciſſe, ut, cùm Conſtantinopolis ex maximis totius univerſi ſit urbibus, portu commodo celebris, Muſelmannis ubique inſidiari potuerit, & imparatos opprimere. Vide p. 253.

4. Muſelmannos & Chriſtianos mutuas depulſuros irruptiones, arcibus & præſidiis ſe muniiſſe: vide p. 259.

IX. Habuimus pleniorem Tamerlanis ſeu Timuri proſopographiam: Reſtat brevior, ſeu contractior, quàm idem nobis ſu[illegible]editat Ahmed Arabſchiades.

Fuit ergo Timur, teſte *Ahmedo*, p. 397. ſtaturâ eminens, pollens viribus, obeſus, humeris latus, digitis & cruribus craſſus, barba promiſſa, tota corporis mole, niſi quòd claudicaret, dextrâ, bene compoſitus, eaque proceritate, *ut vel ex Amelekitarum poſteris fuiſſe videatur.* Senectam adeò habuit crudam & vegetam, ut verè ſilicernium dici meruerit. Nam & 80. ætatis anno, corpore pariter & animo validus ad omnia induruit. Luſum & jocum æquè contemſit ac mendacium. Iuſtitiæ amore ſe aliis admirabilem reddidit. Adverſis non fuit fractus, nec ſecundis nimiâ lætitiâ perfuſus. Symbolum annulo ſignatorio inſculptum erat: *Iuſtus, & elapſus ſum.* Nummos verò ſuos, aureos & argenteos ipſasq; etiam beſtias hac inſigniebat nota o°o. In throno ſedenti vix facile excidit verbum, vel obſcœnum, vel quod ſanguinis effuſionem, aut direptionem captivitatemque ſpiraret. Viros audaces, quorum operâ nihil non auſus eſt, impenſe dilexit. Prudentia, Cõſtantia, & Eloquentiá excellebat: Sagax inſuper, in meditationibus profundus, & con-

filiis felix. Nemo facile ei impoſuit, aut oculis ejus, prætextu rei perplexæ & difficilis, glaucoma objecit. Noverat enim, quid diſtarent æra lupinis: Propoſitum (p. 399.) non facilè mutavit, ne conſtantiæ, aut prudentiæ fama periclitaretur. Doctos in quacunque arte Mechanicos etiam, amore & honore proſecutus fuit. Quorum tamen vitę captioſis quæſtionibus ſæpę ſtruxit inſidias, ut Halebenſium probavimus exemplo, Medicos præſertim & Aſtrologos, quibus adeò fuit familiaris, ut conſilia eorum libenter ſequeretur. Nec deerant ex doctis, qui blanditiis eum ſibi devinxerunt. *Vallieddinum Abdolrachmanum*, filium Chalduni Melcitam, ſupremum Ægypti judicem, Hiſtoriæ, in qua verborum elegantia, cum rerum certet pondere, authorem eſſe, aliorum calculo (negat enim ſe vidiſſe) Arabſchiades aſſerit. Cumque in Syriam Muſelmannorum ab eò exercitus ductus, verſis tergis, harpyę illius cederet unguibus, dixiſſe fertur: *Porrige mihi: ô Imperator, manum tuam, clavem, qua tot victoriis orbem reſeráſti, ut ex oſculatione ejus inclareſcam.* Comitatui poſtea ejus additus Hiſtoriis (hoc enim ſtudio maximè delectabatur) Africanis crebrò ipſum demulſit. Commendavit labores ſuos, quos in pertexendo opere Hiſtorico exantlârit. Eos autem ſine fructu devorâſſe pœnitere, Operam dediſſe, ut in Regum & Principum ſerie Timurus emineret. Præſentem nunc vitæ ſtatum, anteactæ ſe vel hoc nomine præferre, quòd in tam honorato eſſet famulitio.

Expugnatus itaque Timurus hominis facundiâ familiariùs cum eo agere, Hiſtoriam Africæ pleniorem exigere, deſcriptionem urbium, locorum, familiarum expetere cœpit. In quibus tamen omnibus Timurus ita fuit verſatus, ut non modò *Valieddinum* de multis monuerit, fuſiſsimeque res olim & nuper geſtas ipſe recenſuerit; ſed & in ſuſpicionem familiaritatis cum Dæmonibus incurerit. Colloquio finito Kahiram ipſum cum libris & liberis ſuis, totáque familia migrare juſsit. Humanitatem Timur rigore, cui tamen juſtitiæ deſiderium fræṇum injecit, & ſeveritate temperavit. Naturâ Momos & Poetas odio habuit Ludo Schachico minori (majorem non curabat) delectabatur: pag. 402. 403. Maximè autem (ib.) intentus erat lectioni Hiſtoriarum, Proſopographiarum, Propheticarum & Regiarum, domi foriſque, ſed Lingua tantùm Perſica: quanquam & Turcicæ peritus fuerit & Mogolicæ (quæ elementis tantùm conſtat 14 quibus omnia omnino, quæ vel Politiam, vel Legem Gingis Chanicam concernunt, conſignantur: vulgò vocatur *Avigur*: ſicut Chatæorum *Delberghin*, 41. literis abſoluta: vide pag. 435. p. 405.) Arabicæ tamen planè ignarus. Si quid inter legendum arriſit, quieſcere prius noluit, quàm exactâ ejus notitiâ penitus imbutus eſſet. Abſtruſa ejus conſilia & molimina nemo penetravit. Exploratores ubique ſuos & corycæos conſtituit. Philoſophiam Græcorum Avicennę cedere juſſit, editis contra illam decretis. Rerum novarum cupidus, omnia ad ſe perſcribi voluit. Politica, Oeconomica, Chorographica, Topogra-

graphica, Genealogica; maxima, medioxyma minima. Quocunque locorum, aut regionum pervenit à proceribus juſſu ſuo congregatis, quî hic vel ille valeret? quo loco eſſet? qua ratione litem nuper ortam diremiſſet? diligenter ſciſcitabatur. Quæ omnia ea animi alacritate, obſervatis ubique circumſtantiis, protulit, ut crederetur vel ipſe interfuiſſe, vel aliorum opera tam arcana recludere. εὐστοχίας & divinationis exemplum (p.406.) dedit, cùm diem, in quo Saivaſum ſuæ ceſſurum eſſet poteſtati, indicavit. Quæ; *authoris judicio*; felicitas, vel clandeſtinis inſpirationibus, vel propheticis donis accepta ferenda videbatur. Militiam ad nutum ſemper habuit paratam, &, ignarã licet, quô abeundum eſſet, promtam & expeditam ad juſſa capeſſenda. Negotiis difficilioribus conſiliarios ſuos adhibuit [pag 407.] quorum præcipui *Solimanſchab*, Kamaræus, *Seiphoddinus*, *Alladadus*, *Schab. Malecus*, & *Nureddinus*, qui res diligenter expenſas, deciderunt: In expeditionibus ſimulandi & diſsimulandi artem haud obſcurè exercuit, [vide p. 408.] Atque hinc factum, ut dum orientem ſpectare videretur, ad occidentem curſum deflexerit. Ita enim author p.79. & 80. *Etſi dilatatum eſſet ejus Imperium, & perveniſſent terrores ejus ad omnia climata & urbes; impedimenta ejus gravia eſſent, adventúsque ejus nullo modo latere poſſet. Diffluxit nihilominus per mundi terminum, ſicut clanculum manare ſolet Satan*

tan inter filios hominum; & reptavit per regiones inſtar repentis veneni per corpora, adeò ut dicere liceat.

Contendebat in dextram, & pertigit in ſiniſtram, tendit frontem, & ferit cervicem. Dum enim ſigna Legionũ ejus fuerunt in Oriente: ecce ſplenduerunt in Occidente fulmina calamitatũ: Et dum cantus tympanorum ejus, ictúsq; teſtudinũ tinnirent in circuitu Irakæ, Iſphahan, & Schirazæ, ecce ſonitus fidium ejus, & inflatus lituorum militarium inflabantur apud hoſtes Romanos, Edeſſenos, & Higharæos. Exempli loco affert expeditionem Luranam. Extructis enim Samarkandæ palatiis, congregat ibi exercitum, certáque pileorum à ſe excogitatorum formâ [quæ teſſera iis eſſet] inſignitum ad arma redire juſsit, nemine interim, quo tenderet, animadvertente. Egreſſus autem Samarkandâ vulgari voluit, Choghidindam ſe petere, regna Turcarum & Ghindam. Ipſe verò immerſus exercitui, movet, obvia quæque diripit, & devaſtat, uſque dum tandem voti compos Luro vicinus, munitiſsimam regionis illius arcem occupavit: vide p.81. Vindictæ cupidus à nemine facile reprimi, compeſci, [p.409.] aut placari potuit, iis præſertim, qui ſuſceptũ ſemel obedientiæ jugum excuſſerunt. Cùm Tecritum Diarbekræ arx, rebellione ei moleſtiam faceſſeret, triariis eam expugnan-

gnan-

gnandam commendavit, qui obſeſsis eum mox terrorem incuſſerunt, ut deditionem facerent. *Haſenus*, fil. Bulimuri, Præſes arcis, amicula indutus funerali pendentibus de ſinu & collo circumquaque infantibus prodit, opes, facultates, domeſticos Timuro ſuos, equites & pedites; poſtquam vitæ ei ſpem feciſſet offert. Sed è veſtigio hominem ad murum ſecedere juſſum, ruinâ ejus, Tyranni mandatu factâ, cum cæteris qui aderant, conterit, mulieribus ejus, liberiſque captis, & in ſervitutem redactis, p. 92. Porrò, adeò felicem ubique rerum ſucceſſum habuit, ut nec vi, nec dolis à quoquam facile incommodũ fuerit perpeſſus. Vtroque tamen modo Timurum inferiorem nonnunquam extitiſſe, condocefacit *Arabſch*. *Dicitur* (ſcribit p. 50) *nihil accepiſſe damni exercitum Timuri toto Imperij ejus tempore, quamvis multa geſsiſſet bella & prælia, fortunamque expertus eſſet variam, niſi à tribus viris, à quibus ille, exercitúsq; ejus magno affecti ſunt damno, multóſque ex iis compulerunt ad puteos ignis* (tartara) *quorum primus* erat *Abubecer Schabaſanita*: *ſecundus* *Seidi* (id eſt, Dominus, quod nomen honoris eſt, non niſi illis tribui ſolitum, qui è Muhammedis familia originem trahunt: *tud* autem in fine παρέλκει) *Kurdæus* Kurdi gens eſt, quæ in mapalibus per Syriam, Meſopotamiam, Mediam, degit; neque Chriſtiana, neque Iudæa, neque

que Muhammedana, Diabolo recuſans maledicere, fortiſsima juſtitiæ, integritatisque amantiſsima: Quidam illam Gentem è monte Gordæo derivant. *Tertius* Omma Turcmannus. Atque de ſingulis author ordine agit. Abubecro teſtimonium perhibet, *quòd in præliis fuerit ad inſtar Leonis ira fervidi, ita ut turmam ingentem, de copiis Tartarorum perderet & diſsiparet. Quòd ſi quando,* inquit p. 50. *deſcendit in arenam, haud ſubſtiterunt coram illo etiam fortiores viri: Extremum diem* (i.e. horrendam ſtragem extremi diei prodromũ) *depoſita cidari excitavit; neq; deſtitit inſidias ſtruere inter colles & montes, atq; humi ſternere turmas militum, ipſosq; Heroes, usq; adeò, ut in proverbium abiret, tremerentq; præ eo ſcapulæ etiam dormientium. Unde de equo quidam ſuo, ſi fortè à pabulo ei oblato, aut potus, reſiliret ab aqua, aut in latus retrocederet à pabuli ſacco, dicere ſolebant:* Num fuit Abubecrus Schasbanita in aqua, aut pabulo, quem vidiſti? Et paulò pôſt: *Referunt de hoc Abubecro, eum* (ſi famæ vel fabulæ liceat credere) *oppreſſum jam ubiq; à Chagatao, victum, & Mazandrana quibusdam anguſtiis incluſum, ad prominentiorem montis partem*

tem

tem oppoſitam (octoginta cubitorum biatu tam horribili interjacente, ut fundus ejus puteus infernalis, aut vallis in tartari profundo eſſe videretur) tranſiturū. armatum ſine ullo incommodo ad crepidinem montis alterius ſaltu delatum evaſiſſe: Vnde non minorem conſequutus fuit famam, quàm celebris ille ante Muhammedis tempora Arabum Heros, *Taabeth Scharrah*, de quo illorum Poëtæ multa commemorant. De exitu hujus Herois, fatetur author, ſibi nihil conſtare: *Seid Ali Kurdæum*, ſcribit idem; *Kurdaorum Principem fuiſſe*. Montanorum hic quorundam Ghordæorum, aliorumque belliſorum duxit exercitum, cujus robore in Timuri agmina, ex montium anguſtiis, quas inſederunt, nec raras, nec infelices fecit excurſiones. Præda auctus lares repetiit. Direptionibus vicina Timuri caſtra infeſtavit, toto vitæ ſuæ (ſuperavit autem Timurum longævitate) tempore. Reſtat *Vmma Turcomannus*, ex Korabagi (oppidum eſt celebre minoris Armeniæ, *Nigrum hortum* ſignificans, primi ibi vixerunt Othmanidarum) Turcomanis. Duos habuit filios, qui crebris præliis *Amiran-Schahi* & Ghagatæi vires valde attriverunt. Perfidia tandem amicorum, vel ſociorum Amiranſchahō proditi, & ex improviſo oppreſſi Martyrii gloriam, judice ſcriptore Muhammedico, adepti ſunt. Dolo verò & ſtrategemate Timurum vicerunt Idacu & Vallieddinus, *Abderrahman, fil. Chaldun Melcita*, pag. 19. Idacu

cu poſt expugnatam Diſtam, cum Timuro Samarkandam reverſus, familiaribus ſuis, ne animum ſtatim ad Timuri mentionem abjicerent, aut deditionem facerent, ſcripſit. Graviter enim mulctari, qui ſponte ei cedāt. Sed in deſertis potius & naturâ munitis locis vel ad biduum ſubſiſtant. Exponit interim Timuro, periculum eſſe, ne amici ejus & propinqui, quorum ſalute ſuam ipſius metiatur (pag. 117.) ad unum omnes à *TouKtamiſcha* oppreſſo, triſte aliis præbeant ſpectaculum; rogare ſe caduceatorem, qui ſecuros illos, bonoque eſſe animo jubeat. Ad votum paratum *Idacu* habet Timurum, à quo, cui hoc tutiſsimè committi poſſet negotium, ſciſcitatur. Nemo eſt, inquit Idacu, qui juſſa tua exequi non ducat honori. Tuis ergo, reſpondet Timur, humeris, hoc onus, impono. Parebo, regerit: optem tamen alios mihi, quorum in rebus difficilioribus juvari queam opera, adjungi. Et hoc, ait Timurus, optionis tuæ & arbitrii eſto. Vix dum Idacu à latere Timuri diſcedit, ſuſpicio hominem, ut per nuntium Idacu revocaret, impellit, voto autem ſuo excidens, adeò indignè tulit, ut violenta imprudentiam hanc ulciſcendam morte putârit. Sed SamarKandam tandem rediit, ultimis ſuis in *Diſta-Berca* conatibus fruſtratus. Quæ interea inter *TouKtamiſchum* & Idacu geſta ſint, & quamdiu *Diſta* ei paruerit, ſuo loco plenius commemoravimus. Timurus ergo, cùm, ut diximus *Malec-Taherum*, Maredinæ Sultanum Syriæ præfeciſſet (124.) & IraKæ, relicta SamarKanda Choraſanam abiit, indeque Adrebighanam. In milites, officium pro virili facien-

cientes, acerbè fuit invectus, ſi quando longiori mora deſiderium ejus ſufflaminarunt. Arcem in India, quæ & acceſſu difficilis, & uſu contemnenda erat, ne quid viribus ſuis majus habere videretur, occupari voluit. Non ignoravit, quotidianis velitationibus, exercitum ſuum immane quantum imminui, nulliq́ue operæ parci; convocatis nihilominus Ducibus & Præſidibus, veternum & ſegnitiem longa (p.411.) & aculeata oratione, exprobravit. Devorarunt atrocia convitia, maximi heroes, demiſsis capitibus, & alto ſilentio vitam ægre ſuam (adeò exarſit, oculosq́ue minaces ſtricto gladio, oſtendit,) redemerunt. Tandem, cùm excandescentia paululũ deferbuiſſet, ad ſe redit, equo deſcendit, ludumq́ue Schachicum majorem, adferri jubet. Deſperata autem arcis expugnatione, Duces *Muhammedi Cavaghino*, viro ſummo, & conſiliario Timuri primario, negotium commendant, eundemque, ut periculum, quod toti, ex hac arce immineat exercitui exponat, ſicq́ue mentem ejus mutet, ſolicitant. Inhiat *Kavaghinus* occaſioni qua oblata, Timuro feliciſsimum rerum omnium ſucceſſum precatur, ſimulq́ue, ut exactiori trutina, an operæ pretium faciat, rogat. *Pone*, inquiebat. *poſt diuturnam nos obſidionem arce, maximam veteranorum paſſos jacturam, potituros, num verò operæ pretium fuerit? aut an acceptum damnum victoria refundet?* Qua verò fronte pro ſalute publica familiariſsimi curam excipit? In eum, quem ne reſponſo quidem digna-

batur, *Harantaleeum* Mar k daritam, deformem Therſitem, vultu & mente trucem, prætereuntem non tantùm in Kavaghinum involare, veſtibusque eum nudare: verùm etiam ejus bonis mobilibus & immobilibus, ſpoliare mandavit, ſanctè, *per Deum, ſigna, ſermones, attributa, terram, cælos & miracula ejus, jurans,* eodem ſe ſupplicio, qui vel levi patrocinio *Kavaghinum* tueretur, aut pro eo intercederet, mulctaturum. Dura hæc fata *Kavaghinum*, poſtquam ſemel Tyranni excidiſſet gratia ad obitum uſque Timuri preſſerunt. Quo mortuo Sultan *Chalilus* [p.414] omnia illi poſtliminio reſtituit. Vt autem ſplendor Timuri omnibus æquè pateret, ne maximis quidem Regibus & Principibus [cujusmodi tum erant Scheich Ibrahim, Rex Schirwan. Chovagha Ali, filius Tuſi Sultanus Choraſanæ, Isphandiar Romanus, Ibn. Kerman, & Iacob, fil. Ali Schan, Iudex Kermaniæ, & Iudex Minſcha, & Tahartan, Dux Arzinghan, cæterique plures] munera oblaturis, ſine venia, accedere licuit: Sed [p.414] ſtantibus eminus cum famulis, calonibus & lixis Imperatoris mandatum exſpectandum, quo per Legatum accepto, cernui demum & flexis poplitibus ſinguli nominibus ſuis appellati, adreptârunt. Quin & adulatores ſuos habuit atque bomolochos, quibus ſacra juramenti ſolennitate majus habitum fuit nomen Timuri. Cùm teſſeris ludentium [pag.415.] turba de talorum figuris diſceptâſſet, litigantiumque non nemo ita, *per ca-*

caput Ducis Timuri, taxillos notatos fuiſſe juraſ-ſet, caput mox ejus colaphis adverſarius contudit, convitiisque, *quaſi manus violentas Johanni filio Zachariæ injeciſſet, aut Muhammedem abnegâſſet*, (his author utitur phraſibus, ad ſceleris atrocitatem deſignandam) obruit; quod per tenti viri, qui Caichoſrou (Coſroë) Caikava-ſo, & Kaikabodo, quorum tamen pomœria ad Orientem uſque porrigerentur & Occidentem ipſo etiam Nebucadnezare major; caput jurâſſet. Nec ſe, nec illum dignum eſſe, cujus labiis nominis ejus quicquam vel inſideret, nedum exprimeret. Sed redimus in viam. Timurus porrò horrendo tubarum & tympanorum ſtrepitu feras ſtiterat & beſtias, quarũ venatione, inſectatione, & felici percuſſione filios atq; nepotes ad bella & γιγαντομαχίαν præparavit. In theſauros ſuos totius orbis divitias congeſsit. Niſabur, Cazrum, & Choraſanæ fodinæ Sapphirum, India Sardios, Margaritas Hormoz, Chatæorum regio Iaſpidem, Muſcum & alia: Cætera climata argentum, &c. affatim ſuppeditârunt. Multos Samarkandæ hortos plantavit, turres excelſas [nam quòd, à fundamento excitatam urbem illam à Timuro fuiſſe ſcribit *Pius II.* & *alii*, à vero planè abhorret] beneque munitas, novo & admirabili ordine diſpoſitas, erexit. Hortis varia indidit nomina, cujusmohi ſunt: *Ornatus mundi*: *Hortus Paradiſi*: *Hortus detxeræ*: *hortus ſuperior*. Ex ruderibus Mezræ à ſe deſtructæ turres condidit, in quibus varias ſui imagines extare voluit, modò riden-

tis, modò torvè aſpicientis: prælia item & conſeſſus cum Regibus, Ducibus, Doctis, magnatibus; Adventus Sultanorum, & Legationes à remotiſsimis mundi angulis. Inſidias, ſtrategemata, irruptiones, in Indiam, Diſtam, & Barbariam; victorias & hoſtium fugas: Imagines filiorum & nepotum, Ducum & Antiſtitum militię: Accubitus ſolennes, apparatus menſæ, poculorum vini, omniumque, quæ unquam illi evenerunt, aut obſervari in eo potuerunt typos. Hortis ejus propè Samarkandam, & cannis ibidem plantatis, atque à celeberrimis Orientis urbibus *Mizra* ſeu *Babylone, Damaſco, Bagdado, Sultanta, Schiraza* denominatis, deque turri *Tach-Koragha* videatur Arabs p. 429. Mulieres habuit aliquot. Prima ordine & dignitate *MelKa Cebra* i.e. Regina major dicebatur. Secunda *MelKa Zogra*, Regina minor, ſpecie & vultu formiſiſsima, utraq; ex Regibus Mogolenſium p. 68.) nata: Tertia *Tauman*, filia Amir Muſa, Ducis Nachſchab: Quarta *Chalebam*, quam Timurus occidi juſsit. Priores duas appellari etiam, honoris gratiâ, voluit *Schad-Malec*. Taumanam Sultan Chalilus ad Nureddinum Sagnakum ablegavit; poſtea tamen Samarkandam venit; unde, ut fama ferebat, peregrinationem religioſam ſuſceptura, authori innotuit a. H. 840. Filios reliquit 1. *Amiranſchabum* quem Kora-Juſeph trucidavit. 2. *Schabrochum*, qui authori σύγχρονος ad gubernacula ſedit Filia ejus *Sultan Dacht* uxor erat *Soleiman Schab*, vagabunda, maritalis amoris oblivia, & à Bagdadenſibus mulieribus corrupta. Peſsimæ notæ mulier. Neque nepotes ei dene-

negantur: *Schahrochus* habuit *VlugbeKum* Samar-*K*andæ Dominum, Sultanum *Ibrahimum* Schirazæ; *Bai-SanKar* Kermaniæ Regulum (qui poſteriores mortui ſunt a H. 839.) & *GhuKæum*, qui contra Iscandrum, filium Kora-Iuſeph, cujus res poſt obitum *Koraiuſufi* a. H 839. valde turbavit; prodiit, qui tamen & ipſe, non longe pòſt, vivere deſiit. Quæ de filiis & Nepotibus hic tradit *Arabſch.* compendiosè: in ipſa tractatione fuſius paulò idem fuit perſecutus. De *Ghehan Kebir*, i.e. Majori, his verbis agit, p. 47. *Timurus autem jam antea affinitate cum iis* (Hoſeino Choraſmio) *facta, eos juverat contra hoſtes. Filium enim ſuum, cui nomen Ghehan, conjugio junxerat eximiæ cuidam ipſorum puellæ, illuſtri ſtirpe oriundæ, vultu ſereno conſpicuæ, quæ elegantia auteiret Schirinam,* (Glycerium, de qua multa apud Poetas Orientales) *& Valadam* (hæc enim à mercatore empta, & bonis moribus inſtituta, ſeculi ſui decus habebatur) *quæque, quia ex regiis erat filiabus, ChanZanda,* (quo nomine apud Perſas Principum filii, & filiæ appellabantur) *dicebatur.* Peperit hæc *Sultanum Muhammedem*, qui liberalis & fortunati ingenii documentum eminens & evidens præ ſe ferebat. Animadvertens itaque Timurus corporis, & fortunæ præſtantià eum filios ſuos & nepotes ſuperare omnes, impensè ei præ reliquis favit, eumque, ſuperſtitibus licèt

patruis, ſucceſſorem deſignavit. Sed obſtitit tyranno illi fatum. Nepos enim, ante ipſum, diem obiit in Akſchahar [prop. λευκόπολις ab *Ak* Turc. *albus*; & Perſ. *ſchahar*, urbs. Eſt autem urbs hæc ad fines Ciliciæ, tridui itinere Epheſo diſtans; hodie *apollonia* dicitur: λευκοπόλεως, nomen habet ab alabaſtro, è quo ædificia ejus pleraque ſtructa ſunt) quæ Romani Imperii eſt. Fuit idem collega Seiphoddini in expeditione contra Mogolos, p.107. Sed vocatur ibi fil. *Ghehan Kir*. Sequitur *Schahrochus*, id eſt, *Rex gryphus*. Nomine hoc & urbem ad fines Sihun extructam & filium venire voluit. Cujus quidem rei ratio & occaſio luculenter exprimitur. *Cauſa*, inquit *Arabſch.* p.68 *hujus nomenclaturæ, qua & filio & urbi Schahrochi nomen dedit, eſt, quòd, pro more (Timurus) ludo Schachico cum quodam familiari indulſerit. Cúmque urbem illam ædificari jam juſſiſſet, ad ripam, atque ibidem puellam quandam præ cæteris dilectam, quæ gravida erat, ſecum haberet; ille contra adverſarium ſuum jecìt Schachroch, id eſt, turrim mutavit cum regulo: Unde colluſor multum fuit enervatus. Interea dum ejus adverſarius in hac verſaretur difficultate, ecce duo advolant nuntii, quorum alter natum filium, alter abſolutam referebat ur-*

bem

bem quibus, ob cauſam dictam, nomen hoc impoſuit, p. 68.

Tertius eſt *Amiranſchah*, quem Tebrizi Præſidem conſtituit, pag. 139. Tribuitur ei epiſtola patri Timuro, cùm apud Indos (p. 140. & deinc.) eſſet ſcripta. Monet ipſum, ut, cùm ad finem paulatim vitę decreſcentibus corporis & animæ viribus, vergeret, ſacra potiſsimum ſpectaret, templorum adyta frequentaret, Deum coleret. Eſſe jam filios & nepotes ea ætate, quæ adminiſtrandis rebus domi bellíque commoda ſit. Rectiſsimè acturum, ſi nuntio rebus terrenis miſſo, vitæ futuræ rationem habeat. *Quid ſi enim*, inquit, *potentiſſima ubique teneas regna, & ad Amalekitarum Adíque accedas magnificentiam: ſi fortuna te, & victoriæ ita comitentur, ut Hamani & Pharaoni præripias palmam; ſi vel ex quarta mundi parte confluentibus undique tributis & vectigalibus Karunem* [Koram intelligit, quem Alchimiæ authorem fingunt Arabes, Muhammedani] *ſuperes: ſi devaſtationibus regionum majorem famam acquiſiveris, quàm Bachnazar (Nebucadnezar) quem Deus & extulit & depreſſit. Verbo, ſi Imperii tui termini ad fines orbis pertingerent, vitaq́ dies quàm longiſſimè prorogarentur; Si Reges regionum famuli tui eſ-*

ſent; & exercitus tuus Cæſares profligaret & Coſroas (id eſt, Romanorum & Perſarum Imperatores] *ſi obſequium, quod ſuis habent Aſſyriorum Reges, Imperatores; & ſi qua alia confingi queat Majeſtatis, felicitatis, eloquentiæ, ſapientiæ, longævitatis, dignitatis ſpecies, qua præditos credunt Muhammedani Noachum, & Lokmannum* (*p.142.*) *Davidem, Solimanum*, Δικέρωτα i.e. Alexandrum quem imperaſſe ſcribit Orienti & Occidenti; *Muhammedem* [hunc etiam appellat: Dominum Prophetarum, ſigillum Apoſtolorum; electorum electiſsimum, &c.] *ejúsque ſucceſſores, fatum tamen, naturaq́; ſortem evitare non poteris.* Objicit deinde illi tyrannicum regimen [p.145.] à quo niſi tandem abſtineat, & divinum, & ſuum ei minatur animum hoſtilem. Acceptâ hac epiſtolâ Tebrizum Timur deflectit, & cùm à Kotobo Mauzolita, Muſico inſigni, filium in hęc devia abreptum crederet, iter maturat, die 17. menſis Rabii prioris a. Heg. 802. Korabagum pervenit, ibidemq́ue relicto equitatu, ad ultionem ſumendam properat, filio tamen Amiranſchaho parcit. Præfectus poſtea fuit regno Adrebighano, p. 324, quem, poſt obitum Timuri occidit *Korah Juſeph*, eiq́ue regiones Adrebighanas eripuit. Filii ejus erant *Sultan Chalil*, *Omar*, & *Abubecer*, quorum illi expiranti in expeditione Chatæa adfuit Timuro, eique tum ſucceſsit Ib. Hic robu-

buſtiſsimus Ghagetæus, qui vel uno ictu bovem aut vaccam in duas ſecaret partes, fratrem ſuum Omarum vita privavit. Abubecrum occidit *idacu*, Kermaniæ præſes. De diſtributione Imperii inter filios & nepotes clarius & fuſius agit Sultan *Chalilus*, occaſione patruelis, *Bir Muhammedis*, qui ſucceſsionis jus ſibi deberi, cujus ſupra jam pag. 752. meminimus dividiæ, contendebat, p. 352. Ait: Imperium æqualiter primo in duas partes, inter duos fratres Amiranſchah, parentem ſuum & *Schahrochum* patruum fuiſſe diviſum. Parenti ſuo ceſsiſſe Adrebighanam: Patruo provincias Choraſanæ; Filio ejus *Bir Omaro* Irakam Perſicam: *Biro Muhammedi* Kindeharam. De affinitate ejus pauca occurrunt, niſi quæ de *Altamiſcho* marito neptis Timuri ex ſorore commemorat. In Syriam is ſeceſsit antequam Timur ita graſſaretur, ibique ad tempus delituit. Paulò ante in Ægypto captivus tenebatur, variis exagitatus tormentis. Emergens tandem ad ſummos evectus fuit honores. Id quod indigno tulit animo Timurus, anſamque inde Syriæ bello laceſſendæ arripuit. Vide p. 165. Numerus Ducum, Principum, & conſiliariorum ejus difficulter poteſt iniri. A libellis rationariis, Catalogis militum & ſecretis erant plurimi (quorum nomina habes p. 420.) quos inter excelluit *Schamſoddinus*, Iuriſconſultus illius temporis celeberrimus, Linguarum Arabicæ & Perſicæ peritiſsimus. *Antiſtitis* munere fungebatur *Abdolghabbar*, filius Naamanis Mutazalita. Sed & Sultan *Muhammed* Timuri nepos, vir bonorum amans, literatorumque Mæcenas:

p.162.& *Oladdinus*,eodem cenſu habebantur. Mortuus uterque Choraſanæ, cùm ad Mogolenſes & Ghatæos in ordinem redigendos emitterentur. Columina regni cenſebantur *Kothoddinus, chovagha Abdolmelicus*,& patruelis *chovagha Abdolavvel*: *Hiſtoriarum Lector fuit* Obeidus: *Medici* Fadlallahus Cameleddinus, Medicorum Syriacorum Princeps. Omnium, regnante Samarkandæ Timuro. Theologorum eminentiſsimi cluent *Abdolmelicus*, inſignis Poëtă, Schachico & talorum luſu promtus *Naameneddinus* Chovarazmius, pater Abdolghabbari, vulgò *Naaman ſecundus* dictus; orbus oculis. *chovagha Abdolavvel*, Abdolmelici patruelis, cui adminiſtratio Mavaranaharæ, poſt patruelem, commiſſa fuit, & *Azemeddinus* filius Abdolmelici, cui ætate authoris noſtri imperium poſt *Abdolavvalum* patruum ſuum, obtigit. Inter *verificantes* [ita propriè Arabica vox ſonat, qua, meo judicio, illi intelliguntur, qui *ſoli innituntur Alkorano*, quem toties *veritatis* nomine inſignit Muhammed] emicabant *Sadeddinus Taphtaſanæus*, Samarkandæ mortuus an. H.791. & *Muhammed Gorghanæus*, Schirazæ defunctus. Duces illorum, qui Theologiæ Muhammedicæ alteram partem; cujus fundamenta ſunt dicta & facta Pſeudoprophetæ; profitebantur ſunt *Muhammed Schamſodinus Ghazaræus*, quem ex Rumea, quo fugerat ex Ægypto, Timur tranſtulit, & *Muhammed Bocharienſis*, vitæ ſanctitate, Alkorani, & Sunæ peritia notiſsimus; qui, commentariis in Alcoranum, quæ centum partibus complexus eſt, [pag.422.] abſolutis, vitæ etiam finem

nem impoſuit, Medinatalnabbi, an. Hegiræ 422. Accuratus *Alcorani lector* commendatur *Fachroddinus*. *Obſervatores* autem ejus, qui & voce & Lectione in recitando Alkorano excellebant, *Abdollatifus Damganæus*; *Chafetus Aſedalſcheriphus Haſinæus*, *Mahmudus Mobrikus* Chowarazmius:; *Ahmed Ghemaleddinus* Chowarazmius. *Concionatores & Scholaſticæ Theologiæ* peritiſsimi erant *Ahmed*, filius Schamſchaima, Serajus, qui vulgò *Rex eloquentiæ* Arabicæ, Perſicæ, & Turcicæ adeoque Seculi prodigium habebatur. Eum ſequebantur *Ahmed Termedæus*, & *Manzur Kaganæus*. Καλλιγραφίας ſtudioſiſsimi erant *Chatatus* fil. Bandecir; *AbdulKadirus*, *Taghoddinus*, Salmanæus & alii. Ex *Aſtronomis* dignum relatione cenſet *Ahmedum* Medicum: Ex *aur. fabris*, Hagh-Ali: Hagh-Muhammed Haphetum, Schirazæos: Ex *gemmariis ſculptoribus* Tunum artificioſiſsimum: *Ex luſoribus latrunculorum* Muhammedem, fil. Akil, Chimæum, Zinum, Iazdæum, quorum illi Timur ipſe dixiſſe fertur: *Tu Rex in ludo Schachico ſingularis: quemadmodum ego in Imperio*. Omnibus autem palmam præripuiſſe commemoratur *Ali*, quem nemo facilè ludentem vicit Schafæus fuit, magnusque Theologiæ illius & δευτερώσεων, Muhammedicarum doctor. Relatum ſibi ait, *Ahmedus Arabſchiades*, aleatorem hunc à Principe fidelium *Ali*, *Schatranghum* (q.d. Schachrangh, dolor & triſtitia Regis: ita Perſę ludum taxillorum ſeu Schachicum appellant) ſecundùm quietem loculo ſuo excepiſſe. Vnde factum,

ctum, ut nulli unquam hoc ludendi genere de hinc ceſſerit. Vide plura pag.424. *Muſicos* & *Citharœdos* habuit *Abdol Kadirum* Maragæum, & filium ejus *Zafioddinum, &c. Pictores*, ſculptores, cælatores plurimos, quos inter princeps numeratur *Abdolaijus* Bagdadenſis, ſeculi illius miraculum. Sed nec qui in vitro & ære artem hanc exercuerunt, numerari facilè poſſunt, ingenioſiſsimi, ætatis illius, artifices. Summa, quicquid nomen, aut famam conciliare Metropoli ſuæ Samarkandæ poterat, eò pellexit, ut unius urbis mœnibus, quicquid toto diffuſum fuit orbe, compendio exhiberet. Ibidem habitavit (p. 425. cujus etiam meminiſſe videtur *Schiltbergerus* in Itin, f. L.) vir opibus tenuis, ingenio tamen & æſtimatione clarus, qui communi hominum ſententia, annum trecenteſimum quinquageſimum (plura ejusmodi μακροβίων exempla occurrunt in *Elmac*. vide *Anal*. P. 1. p. 298.) agere credebatur; viribus adeò pollens, ut vix dum ætatis ἀκμὴν conſecutus videretur. Maximi quique Principes, Duces, Proceres, in gurguſtiolo ipſum crebrò viſitantes, benedictionem & interceſsionem ab eo poſtulabant, vel ſolo ejus aſpectu beatos ſe judicantes. Nomen ei erat *Scheich Oorian*. Non prohibuit Timurus, quò minus ſuas Muſelmanni Samarkandæ haberent Mesgidas. Multum cumprimis tribuebant templo ſeu Mesgidæ *Rebai* i.e. *Soldæ, firmæ*, à Scheich Zacharia, magna regionum illarum columna, extructæ. *Neminem*, ait author, *templum illud fuiſſe ingreſſum, qui*

non

non inſignem inde perceperit fructum: Triſtitia atq; mœrore abſterſo, lætitiam ad egreſſuros rediiſſe, & animi alacritatem. Sepulturam ejus, quæ diei itinere Samarkanda diſtet, devotè & religiosè viſitari; nec deeſſe (pag. 425.) ſupplicantibus exauditionem. Cùm operi Zacharias ipſe manum admoviſſet, lutulentā fortè ei guttam adſperſam per triduum (quod ἐργοδιώκτης *quidam obſervavit nunquam deterſam, apparuiſſe. Contendentibus autem de commodo, qui primam in templo (ubi Antiſtes conſiſtens, & Meccam verſus reſpiciens, populo, preces murmuraturo, præit) præberet ſedem; loco, Zachariam ſpatium oſtendiſſe.* Ἐργοδιώκτην *verò, ira commotum, intercedentem: Hiccine,* objeciſſe, *qui ne ſemel quidem intra triduum aqua luſtrali ſe purgavit, hominibus datus ſit ad monſtrandam regiam Islamiſmi viam? At poſtquam, ipſa illa* Caaba, *ſeu templum faſtuosè quaſi incedendo, ſeu ſubſiliendo, Zachariæ conſilium probâſſet, Zachariam, è veſtigio oculis eorum ſubductum, ne quæſitum quidem amplius apparuiſſe.* Fuiſſe in eodem templo porticus

ex

ex ligno artificioſè extructas. Trabem item *15. cubitos longam. Craſsitiem ejus; quam nemo ulnis ſuis amplexus fuerit; reliquam maceriem defendiſſe:* Goſſypium autem (cujusmodi in Aſia & Africa frequens eſt frutex, ſed parvus tantùm) fuiſſe, & minimam ejus particulam dentibus applicatam dolentibus, præſentiſsimam attuliſſe medicinam, tradunt. Fuit hæc trabs ſymbolum, quo quis ſe Samarκandæ ἀξιωθέντα oculis uſurpâſſe, perſuadere aliis (p.427.) poterat. In Timuro porrò *Arabſch.* & exactiſsimam in jaculando artem (p. 6.) & providentiæ divinæ ſenſum commendat. Illa ita excelluit, ut vel granum, aut ſimile quid, minutiſsimum licèt, ferire facile ei fuerit: Huic ſoli tot præclaras victorias urbium & caſtellorum munitiſsimorum expugnationem, nullis obſtantibus repagulis, tulit acceptas. Vnde (p.428.) ex ore *Mahmudi Hapbeti*, qui aſsiduus aliquandiu Timuri itinerum fuerat ſocius, author noſter commemorat, Tyrannum, *dum expugnandæ arci milites ejus eſſent intenti, tentorium in loco edito, unde ſpectator eſſe poſſet conflictus, fixiſſe, duobusq; tantùm ſecum (graviter enim tum decumbebat) præterea relictis viris, propius tentorij oſtio, ut cominus rerum eventum conſpiceret, adportari voluiſſe. Miſsis autem, cum imperio ad exer-*

exercitum, duobus etiam illis, ſibi, cùm ſoli eſſent, dixiſſe: Quam, quæſo, facilè de me eſſet actum! Nam quia nec vel à manu, vel à pede ſalutem expectare licet, dubio procul, ſi qui me baliſtis peterent aut ſpiculis, perirem. Expende igitur, quod in obſequium Deus meum redegerit homines, obſeratas & bene munitas aperuerit regiones: orientalibus & occidentalibus incuſſerit timorem: Reges & Gigantes ſubjugârit; Coſrões & Cæſares, i.e. Perſicos & Romanos Imperatores *ſubjecerit, magno ejus beneficio fieri: Hæc cujus opera ſint, (429.) niſi Dei? qui, monſtratâ viâ ſcalas ſuppeditavit ad ea, ad quæ nullus patebat aditus, feliciter ſuperanda. Solutum poſtea in lacrymas, ſibi quoque magnam earum vim elicuiſſe.* Exercitus ejus, Regis ad exemplum, obducto callo, variis aſſueſcebat ſtrategematibus, artibus, dolis, technis: vide exempla p. 431. & deinc. Unde nihil tam abditum, quô non penetrarint, nihil tam munitum, quod non expugnarint, de rapto ubique viventes, & alieno: vel ſolo nutu didicerunt juſſa facere, tanta alacritate, ut, præter voluntatem, vitam amiſerint, qui nihil tale erant meriti. Triſte exemplum occurrit p. 436. Boves, aſinos, equos vecturæ adhibebant & equitatui. Camelos carne ca-

ni-

nina & agnina nutriebant; Equorum pabulum, pro hordeo, erat farina, oryza, lendes, &c. Militiam ejus ſequebantur Turcæ, Idololatræ; Magi Barbari, Pyrolatræ, harioli, ἄθεοι, Aſſociantes qui ſua ſecum portabant idola: Nec à morticinio abſtinentes nec à ſuffocato p. 435.) nec à ſanguine, nec aruſpiciis. Cæteri etiam viri, fama eloquentes, docti, juſti, qui caſtra ejus ſequebantur, genium Ducis magnam partem exprimebant. Pauci erant, in quibus cum literis habitarit comitas. Fuit inter alios vir non modò eruditionis & induſtriæ laude, ſed & Zelo religionis Sophæorum inſignis, qui lapide durior, ſi quando Muſelmannus in ejus incidit manus, excogitatis in eum tormentis, argentum emunxit. Libris & quæſtionibus de ſuppliciorum varietate, quibus miſeros vexaret Muhammedanos, adferri juſsis, torturæ ſubjectos, & loci anguſtia preſſos, ſi fortè opem Dei fortiſsimis, quibus poterant, lateribus, aut ſuffragia Regum, Prophetarum, & Iuſtorum in cœlo & in terra, implorârunt; facetiis tantùm, ſalibus, aut pœmatio luſit: Lachrymis tamen nonnunquam & ejulatu συμπάθειαν præ ſe ferre auſus eſt. Scribit etiam (p. 438.) *Arabſchiades*, Barbaros, Damaſco potitos, domum quandam, pretioſa ſupellectili inſtructam, ingreſſos, hoſpitem prehendiſſe, eumque vinctum, & exquiſitiſsimis carnificinis, cruciatum in compedes conjeciſſe. Deportatis autem ſpoliis opimis, ex eſculentis convivium paraſſe, quo ad ambas usque aures ingurgitati, licitæ recreationis limites tranſilierint; adeo ut

lur-

lurco quidam bene potus,& ſaburratus miſero, & vinculis conſtricto non modò aquam ſale permixtam calce & cinere interſperſo, quo vitam toleraret, porrexerit; verùm etiam ſannis eum ac ludibrio exceperit. Porrò, mulieres militiam Timuri ſectatæ nulli inferiores fuerunt viro; ſive ſtringendo gladium, ſive vibrando tela [p.439.] ſpecimina militaria edere debuerint. Parturientium doloribus oppreſſæ declinarunt à via, partumque editum faſciis involverunt jumenta poſtea ſua aſcendentes, reliquo ſe iterum adjunxerunt exercitui. Hinc non pauci in expeditione hac Scythica nati, educati conjugio copulati, & nova aucti fuerunt prole, ſine ſede & laribus. Quid? quòd viri [p 440.] ſanctimoniæ nomine apud Muſelmannos celebres, vel coacti, vel ſponte nomen Tyranno dederunt? Hi tamen, quantum in ipſis fuit, conſilio & auxilio fidei ſociis adfuerunt. *Recenſuit mihi*, inquit *Arabſchiades*, p, 440. *Ahmedus Ghemaleddinus Chovvarazmius*, (erat is celeberrimus & accuratiſſimus Alcorani Lector, Sultani Muhammedis, dum viveret Antiſtes, & Gymnaſii, poſt mortem ejus, Rectòr, Concionator tandem Beruſæ, ubi & fato conceſsit an. H. 831.) quòd cùm Samarkandæ, in Collegio Sultani *Muhammedis*, Mamlucos ejus & Principum filios, Alkoranum doceret, expeditionem, quam avus ejus Timurus in terram Romæorum ſuſceperat, & *Sultanum Seiphoddinum*. ſequi juſſerit: Ea ſe occaſione, in itineris comitatum, reluctantem licèt, & tum religionem (nam ex populo

Alκorani ſe eſſe fatebatur) tum valetudinem infirmam, prætendentem, fuiſſe aſcitum. Paruiſſe tandem, & cùm ad Timuri caſtra perveniſſent, magna cum moleſtia, Oceanum ſibi iſtum, cujus nec initium videris, nec finem, fuiſſe ſulcandum. Si quando ſecedere datum fuerit, tempus & loci incommoditatem, lectione (p.441.) Alκorani fefelliſſe. Fuiſſe autem duos in exercitu viros, ſenio quidem jam effætos & confectos, macie pellucidos, & lacernatos, inter Chagatæos tamen & Timuri milites, præſtantia & integritate haud poſtremos, qui obſervatis ſtudiis & exercitiis ſuis, lachrymis effuſis, dixerint: Vitam utique Deus dedit cordi tuo, ut eandem noſtris redderes, in remiſsionem peccatorum! Multas moviſſe quæſtiones, tum de rebus aliis, tum, cujâs ipſe eſſet? unde veniret? qua occaſione iter hoc fuiſſet ingreſſus? Cumq; audirent, Alκoraniſtam eſſe, ex Sultani *Muhammedis* comitatu, paulò apertius acturos, & caſum, qui diu ſub pectore fixus eos cruciâſſet, propoſituros ſe, monebant. *Dic*, inquiunt, *per Deum, ô Domine noſter, ubi cibum capis? In menſa,* reſpondit, *Sultani Muhammedis. Cibus verò iſte*; regerunt; *licitus ne eſt eſui, an illicitus? Magnam partem, imò totus*; ait; *illicitus eſt, ex rapinis tantùm & ſpoliis collectus.* Vlterius igitur; præfati honorem; inſtant, ut ne, ſi pleniorem dubii ſolutionem peterent, vitio iliis verteret: Ab eruditis enim hæc talia & jure & facilè expectari. Offert

ſuam

ſuam operam *Ahmedus*, & ut liberè rogent, urget. *Tu*, inquiunt, *Domine noſter, nonne pravum hoc conſortium pro arbitrio evitare, & licitis frui potuiſſes? Imò verò*; reſpondit; *ingratiis meis, & ægro animo Sultanum Muhammedem, qui tot in me contulit beneficia, tandem fui ſecutus. Num verò*; rogant; *ſi exire fuiſſes tergiverſatus, vel ipſe ſanguine tuo, vel liberi vinculis, vel denique uxores captivitate hanc luere debuiſſetis repulſam? Nihil*, inquiebat, *erat periculi. An ergo in te vel carcere vel verberibus animadvertiſſent? Et hanc à limine meo propulſare proclive fuiſſet injuriam. Ut enim ego cuſtos ſum Alkorani, ita & Alkoranus cuſtos eſt meus. Maxima itaq; ſi qua renitenti tibi devoranda fuiſſet moleſtia, ſtetiſſet conviciis & denegatione benevolentiæ. Imò, ne hæc quidem alea ſubeunda; ſed quod vitæ mihi uſuram inter ſuos concederent, abripi me ſum paſſus; quod tamen nunquam factum fuiſſe, quàm vellem! Frivola, & frigida*, inquiunt, *hæc eſt excuſatio, quâ te* (*p.444.*) *Deo non purgabis. Nonne ſedem habuiſti commodam, in qua legere Alkora-*

num, erudire in literis fratres; corpus cibis conceſſis reficere, atq; adeò diſſoluta huic militia, & lege vetitis cibis valedicere potuiſſes? Nôſti præterea, inter Muſelmannos, nõtium excelſorum vos loco haberi, quorum benedictione nubes affatim deſtillantes alimentum ſuppeditent. Sultanos Reges eſſe hominum quorumvis: Vos autem Doctores, Regum Reges & Sultanos. Divino & humano beneficio, magna veſtra eſt libertas & ἐξοχὴ, adeò ut idem in mundo ſitis, quod in homine cor, jecur, aut caput; nulli ſubditi: ipſi nihilominus infortunii tanti fabri in hoc vos præcipitatis diſcrimen? Nihil certè reſtat, quod apud maximum vos Regem excuſet, aut defendat. Nónne tritum illud in vos quadret? Doctores ſimiles eſſe ſali, cui verò ſal uſui, ubi fuerit infatuatum? Quòd, ſi, inquit *Ahmedus*, hanc ferre placeat ſententiam, in eodem utique luto hæremus omnes, & ejusdem mecum rei eſtis ſceleris. Illi verò, lachrymis & ejulatu, ſortem ſuam deplorantes vi, ſibi illata, excuſare ſe cæperunt, teſtati, nemini licuiſſe in militum Catalogum relato, vel moram nectere, quæ vel ſuſpendio, vel alio ſupplicio mulctata non fuerit. Sed & lares ſuos cùm in provinciis vel territoriis Timuri haberent, nullam reluctandi aut emanendi, niſi

niſi ſuos ſuaque præſentiſsimo exponere voluiſſent periculo, rationem patuiſſe. Se interim, ne moleſti cuiquam eſſent, viatico ſuo inſtructos, omnem operam, ut victum & amictum pararent ipſi, impendiſſe. Optimè inſuper inter ſe, qui aut ſanguine, aut vicinia juncti omnes erant, convenire, ita ut nec dicteriis, aut convitiis alii alios onerent, nec ſimultates foveant. Torrente tamen, & communi calamitate, ad gravia ſcelera ſe abreptos nō diffiteri. Et quæ nam illa, rogat *Ahmedus*, cùm motu capitis, geſtibus planè lugubribus, magna pœnitentia duci animadverteret? Vitam; reſpondent; Muſelmannorum & fortunas, coacti invaſimus, graveq; propterea deſignavimus piaculum, quod quâ ratione tolli poſsit, aut elui non videmus. Tu, ô Domine noſter ſenex, nónne viam remiſsionis invenias, aut guttulam frigidæ huic æſtui affundas? Quibus *Ahmedus*; Nullam, præter favorem & benignitatem Dei. Et cùm ipſe quoque vulnus ſibi colloquio iſto recruduiſſe, afflictoque afflictionem additam queſtus fuiſſet, in nomina illorum & patriam inquiſivit, ut crebrius deinceps viſitare, & ſaluti eorum conſulere poſſet. Illi verò, actis Deo pro tam magni viri præſentia gratiis, ei valedixerunt, & ad ſuos exiguam ſpem alius congreſſus facientes redierunt.

Sectio III.

De

MUHAMMEDISMO.

I. Eruimus, ſuperiori ſectione, ex Arabum monumentis; Muhammedanis, Orientalibus potiſſimùm & remotioribus, ne hoc quidem ſeculo defuiſſe Viros, in regimine [a] Principes; in bello [b] fortes; in Scholis [c] eruditos, in Meſgidis [d] ſuperſtitionis tenaces; ingenio [e] magnos, arte induſtrios & celebres: Chriſtiani & judæi in Muſelmannis, nobis vicinioribus maximè, tria obſervant. 1. Religionem. 2. Varias Reipublicæ ſpecies. 3, Militiam.

[a] Vide ſup. pag. 617. & deinc.

[b] Exempla occurrunt ſup. 766.

[c] Quorum nomina habes pag. 647. & alibi.

[d] Cujuſmodi commemoravimus pag. 653. & alibi.

[e] Samarkandenſes cumprimis, de quibus ſup. aliquoties.

II. De *Religione* tradunt, 1. Muhammediſmum, latè adhuc terrarum graſſantem, vergente hoc ſeculo, Aidaris [a] &

[a] & Iſmaelis Schah Schiſmate, miſere fuiſſe vexatum. 2. Scriptis publicis impia Muhammedis dogmata à Chriſtianis vel in apricum, [b] prolata, vel [c] oppugnata. 3. Chriſtianos perjurio [d] & Idololatria [e] infames, adeoque à ſuis Confeſſionum exhibitarum formulis, quibus ipſos Sultanos placatos noñunquam [f] fuiſſe tradunt; multis recedentes paſſibus, cladibus [g] fuiſſe affectos, & internecioni deſtinatos. In Turcarum, omnia ubique ſubigentium & ſubjugantium non caſtra modò: ſed & ſacra [h] tranſijſſe, turpiſſimos quosdam Apoſtatas.

[a] Qua de re conſulatur *Hiſt. noſt. orient.* p. 371. *Anal.* P. 1. p. 287. Sed quid vel iisdem, quos ibi citavimus, authorib9, alibi, vel aliis de nova hac ſecta videatur, expendamus. *Geneb.* pag 731. *Ruſtanus Perſarum Rex Harduelem, Patrem Iſmaëlis Sophi interfecit, veritus, ne is AlimOmari præferens, rebus ſtuderet novis, & ſe regno exueret. Iſmaël interim fugiens in Hyrcaniam ad Pyrealim, amicum paternum, eosdem ritus, quos Pater in Perſide tradi-*

derat,provexit,& Schah i.e. Propheta (Regem potius notat) *habitus, regnum Perſicum ad ſe tranſtulit, ejectis hæredibus:* Leunclavius: *Perſæ,ſectatores ſunt religionis à doctore quodam eis traditæ, cui nomen fuit Scheichus Heidar,& quidã ex ipſis alterius quoq; doctoris veſtigiis inſiſtunt, quem Imamum Haruſtim appellant. Hi duo Doctores vel Imami extiterunt in urbe Perſarum Riza, quo tempore vixerunt Erdebil, Uſſum Chaſſanis,Schachi Perſarũ, gener,& Schachus Iſmaël,ejus nominis primus Erdebilis filius. Uſſum Chaſſanis è filia Martha nepos. Cúmq; doctores hi tam concionando,quàm ſcribendo ea propoſuiſſent,quæ diximus,duo illi Principes Erdebil & Iſmaël pater & filius, eorum doctrinam, ſectámq; probârunt & amplexi ſunt. Ac filij quidem Iſmaëlis,cognomento Sophini, ea felicitas fuit,ut novæ religionis,quam Sophinam vocârunt,fama confluentibus ad ipſum parvis initio, deinde majoribus hominum copiis, tandem prælius victos Perſarum Reges, Jacubem avunculum ſuum, ejusq; filium Alvantem,occiderit,ac ſibi regnum ſubjecerit,*

ad

ad poſteros etiam dignitate regia in hunc usq; diem propagata. Nihilominus illi duo Perſarum Imami ſive Doctores, Haidar & Haruſtis, *non Othmannicorum duntaxat, verùm etiam aliorum Muhametanorum execratione, damnantur, tam in Barbaria vel Africa, quàm in Kezusbaſſæ* (de cujus vocabuli uſu & ſignificatione conſulatur *Laet.* deſcript. Perſiæ, p. 151.) *latiſſimo Imperio, qui magnus Tartarorum* Chan Chitainus *vulgò dicitur. Texeira*, cùm majores & nativitatem Schah Iſmaëlis ex Aydare & Alemxa, quæ in annum Chriſti 1488. incidit, commemorâſſet, ſubdit. *eum Sufy dictum hac de cauſa. Sectæ quidem Muhamedanorum ſunt plures, duæ tamen principales :* Sunay: *quam Arabes & Turci ſectantur, omnesq; alii, qui Alkoranum obſervant ſine ullis commentariis aut expoſitionibus;* & Schiahij (*Aliequi*, de quibus in *Anal.* P. 2. p. 287.) *qui mores Ali ſequuntur, uti Perſæ & alii. Hujus ſecundæ erat Aydar, pater Iſmaëlis, quem & filius eſt imitatus tanto Zelo, ut illius cauſæ cùm Perſæ regnum acquireret, inauditas crudelitates admitteret in adverſarros.* Boterus. *Ex controverſiis, quæ Hali cum Bubaco* (Abubecro) *Omaro, Ottomano*

(Othmano) *& Mavia interceſſere,remanſere graviſſimæ contentiones cùm armorum, tum opinionum.Volunt enim Perſæ.Halium ex teſtamento Muhammedis ,verum Chaliſam fuiſſe; ſed Arabes favore tres primos proſequuntur. Cùm circiter annum 1363. Mauri nullum Chaliſam haberent , quòd ij finem habuiſſent anno 1258.in Muſtacen Mumbila* (Muſtathemo billa) *quem Allacu*(Olacus,*vel* Hilcæus) *Tartarorum Rex occidit ſurrexit in Perſia quidam Baro, cui nomen erat Sophi,Dominus oppidi Ardebel, qui ſe ſanguine Hali,per Muſam Cereſin, ejus nepotem Cunum,ex duodecim filiis Ocen genitum, gloriabatur, in cujus memoriam mutavit formam Turbantis (geſtamen capitis id eſt) adjunxitque duodecim acies, conciliavitque ſuæ ſectæ nomen & æſtimationem : huic ſucceſſit Guine.filius Adar , cui Aſſambec in Syria & Perſia, potentia celeberrimus Princeps , in uxorem dedit ſuam filiam: Sed ejus filius,Jacob Beg authoritatem exiſtimationémque Adar veritus,curavit eum occidi, dedítque duos ejus filios. Iſmaëlem & Solimannum Capitaneo ſuo, A-*

man-

manzari, ei injungens, ut eos poneret in Zaliga (is montibus munitus locus eſt) ſed Amanzar ſui Domini crudelitatem deteſtatus, detulit pueros in ſuam domum, curavítque eos cum ſuis filiis liberaliter educari, cúmque in lethalem morbum incidiſſet, veritus ne adoleſcentes in diſcrimen venirent, dedit eis ducentos aureos, & equos, conſuluítque, ut ſe ad domum matris conferrent. Iſmaël, qui natu maximus erat, domum reverſus, ſtatim ſe patris necem vindicare velle profeſſus eſt, & poſt aliquos felices ſucceſſus, aſſumſit titulum protectoris rerum Hali, à quo ipſe originem ducebat, fecit Turbantum altiorem, miſitq́; Legatos ad omnes Principes Mahumetanos Orientis, hortatúsque eſt eos, ut & unà ſectam & inſignia reciperent: hac via amorúmque felicitate, fecit ſe toti Orienti formidabilem. Ita etiam ferè author *Archont. Coſm.* de Imper. magni Sophi p. 63. *Dalviſ.* ad an. Chr. 1499. ex Bizar. Iſmael Sophus, patre natus Harduelle, inſigni Doctore Alkorani, qui à Turcarum explicatione in Alcorano plurimum diſcrepabat, regno Perſarum & ſequenti año, omni Meſopotamia potitur. *Hæc ille.* Quid hic, aut cum quo, ubi nulla ad manum Perſarum ſubſidia

ſidia facias ? I. *Texeiram* ferè cæteris prætulerim,ut qui rerum & Hiſtoriarum Perſicarum gnariſsimus videatur. II. *zuſæornm* nomen (de quo *Anal.* P.1,p.290) ſeculo demum ab Hegira, ſecundo introductum, religioſos & à ſeculi conſuetudine remotos quosvis denotare. III Iſmaëlem, ejusque patrem non tam novæ doctrinæ authores, quàm rigidos, & ſuperſtitioſos Aliſequorum coryphæos fuiſſe : quorum initium tantùm in hujus ſeculi finem, progreſſus verò ad ſequens pertinet.

Neq; verò Perſarum tantùm, ſed & Turcarum Imperatores cæteris facem ad ſuperſtitionem prætulerunt. Conſtat, Moradum ſeu Amurethem faſtiditia imperii proferendi cura ita ſe regno abdicâſſe; ut Hali purpurato Mahometis filii nutritio illud relinqueret, & in nemoroſum Bithyniæ ſpecum, cum paucis ſacerdotibus ad contemplationem rerum Alcoranicarum abderetur, *Naucl.* Gen 49. p 281.a. *Iovin.*l.3. Vir,illuſt. *Vrſp.* Paral.p.401. Sed pœnitens reſiliit, cùm certior fuiſſet factus de Ladislai regis Hungariæ adventu.

[*b*] Nova enim prodiit Alcorani verſio. *Naucl.* Gen.48.p.278.a. *Johannes Segovienſis homo, Hiſpanus, moribus & doctrina illuſtris, qui, Amedeo Pontifice, Cardinalatus præeminentiam acciperet, & deinde unioni conſentiens, à Nicolao Pontif. Max. dimiſſo Cardinalatus titulo Cæſarienſis Eccleſiæ præfectus fuit, Monaſterio contentus modico. Hic*

va-

vocatis ex Hiſpania legis Arabicæ Magiſtris, Alcoranum Mahometi in noſtram linguam de novo convertit, & mendacia ejus vivis rationibus & argumentis exploſit, Ioh. Andreas Fatetur, *ſe Alcoranum cum commentariis, & ſeptem libris, Suna, mandato Martiri Garziæ, Epiſcopi Barcinonenſis, in linguam Hiſpanicam tranſtuliſſe.*

[c] Quod factum eſt a. Ab authore *Fortalitii Fidei*, an. Ch. 1485. Norimbergæ editi. Totus enim liber IV. Saracenis eſt oppoſitus. b. A. *Nicolao Cuſano* libris tribus Cribrationum Alcorani. c. *Pio. II.* cujus ad Morbiſanum, Turcarum Principem, extat Epiſtola, qua oſtenſis Mahumetanæ ſectæ erroribus ipſum admonet; ut relicta illa veram ſolidamque Legis Evangelicæ eruditionem amplexetur. Reſponſum Morbisani, quod editum hoc nomine legimus, mihi planè ſuſpectum eſt. Nam & paſsionem Chriſti, Iudæorumque in χειςοκτονίᾳ perfidiam, contra prima fidei Muhammedieæ elementa, concedit, & de veterum Græcorum hiſtoriia, ſeriò nimis & ſubtiliter diſſerit. Neſcio cur his ſibi artibus Pontifices authoritatem conciliare tam anxiè laborent. Sed & *Volaterranus*, & alii hujus ſeculi Scriptores Muhammedanorum ſacra refutant: Omnium tamen, me judice, feliciſsimè *Iohannes Andreas* ex *Alfaqui*, ſeu Doctore Turcico an. Ch. 1487. converſus, atque ab Hiſpanis in Canonicorum numerum allectus, in palæſtra hac fuit verſatus.

tus. Tractatum ſcripſit, cui nomen: *Confuſio ſectæ Mahometanæ.* Libro huic non modò in enarrandis, ſed & convellendis fabulis & næniis Muhammedicis multum ſemper detuli. Papiſticum fermentum rarò apparet. Communia ferè nobiscum fidei principia contra errores Muhammedicos aſſerit atque defendit.

[d] Nota ſunt I. Pacta inter Rhodios, & Saladinum Ægyptium; *Bzov.*an. Ch. 1403. 1547 à quibus tamen ſequenti mox anno, fœdere contra Turcas aliòsque fidei hoſtes cum Græcis percuſſo, reſiliiſſe videntur: *Id.*an. Ch. 1404. S. 24. II. Bajazetem & Rhodios: *Id.* an. Ch. 1482. S. 2. III. Pacem etiam Hungariæ Regum Turcarum Imperatori certis conditionibus obtuliſſe referunt. Quod tamen ei & exprobravit, & diſſuaſit Sixtus IV. *Id.*an. Chr. 1473. S. 9. IV. Induciæ non modò inter Muhammedem & Rhodios; *Id.*a. Ch. 1465. S. 5. Sed etiam inter Vladislaum Hungarum, & Amurathem. *Bzov.* a Ch. 1444. S 96. Cùm de formulis jurandi, ne fallacias ſtruere viderentur, agerent, ipſique Turcæ Chriſtianos, ut prolata in medium Euchariſtia, fidei & ſolidæ pacis teſſeram, interponerent, reſtitit Gregorius Sanoceus, Polonus. Conſeſſum tandem fuit, *ut ſuper Evangeliorum libro Chriſtiani, Turcæ ſuper Alcorano jurarent.* Verùm ne hac quidem ſolennitate cautum ſatisfuerat. Inſtigavit mox *Iulianus Cardinalis* ad concordiam repudiandam; orationeque ſua impetravit, ut è veſtigio inducias abrogandas omnes clamârint.

rint. *Id.* S. 97. 98. Quas verò perjurii pœnas & Vuladislaus luerit, & univerſus Chriſtianorum exercitus, ejusdem exprimere juvat verbis: Ita ille. S. 99. *His rebus cognitis, Amurathes Chriſtianorum levitatem atq; erga ſe perfidiam graviſsimis verbis deteſtatus, è Cilicia rediens, magnis itineribus ad Helleſpontum venit, ibique aut fruſtratis arte, aut corruptis pretio ſpeculatoribus, qui littora ſervabant, infra Callipolin, quà fauces Helleſponti arctiſsimæ ſunt, traductis copiis, ſeptimis caſtris ad Varnam pervenit. Ejus adventus Chriſtianorum opinione celerior, Regem inprimis, & Johannem Hunniadem Turcico aſſuetum bello vehementer perterruit. His autem animis utrinque in aciem deſcenſum eſt, ut primo congreſſu Amurathes de victoria deſperâſſe tradatur; niſi nova & recentiſsima Turcarum ala, Crucem ſignatis imperitè laxantibus aciem, victoriæ occaſionem ademiſſet. Vuladislaus enim acerrimè pugnans ſtratis nobilioris alæ equitibus, ad Janizaros prætorianos pedites penetrarat; ſed ſinu facto in medium receptus, ſuffraginibus equi ſuccisis, Rex corruit, atque ita*

ita trucidatus eſt, Hunniade fruſtra interfecti cadaver è manibus hoſtium eripere conante. Rege interfecto, caput ejus Barbari lancea præfixum circumferentes, ſublato clamore, Chriſtianorum fugientium tergis inſtiterunt. Hunniades intactus effugit. Julianus verò Legatus, qui prælata cruce hortabundus regia ſigna ſequebatur, quum ad lacunam ſitienti equo habenas laxâſſet, ſuperventu hoſtium, aut ut plerique exiſtimârunt, Hungarorum ſævitia, trucidatus interiit, multa eum contumelia onerantibus Barbaris, quòd Sacerdos (NB) contra jus Gentium, fidem violandam, abrupta pace, fædè cenſuiſſet. Inter pugnandum, ferunt, Amurathem, depromtum è ſinu Codicem Fœderis explicâſſe, clamitaſſeque. Hæc ſunt Ieſu Chriſte fœdera, quæ tui Chriſtiani mecum percuſſère, per Nomen tuum ſanctè jurârunt, datamque ſub nomine tuo fidem violârunt; perfidè Te, ſuum Deum, abnegârunt. Nunc Chriſte, ſi Deus es, ut ajunt, & nos hallucinamur, Tuas measq; hic injurias, Te quæſo, ulciſcere: Et his, qui ſanctum nomen tuum nondum agnovére, violatæ fidei pœnas oſtende.

[e] Chriſtianis enim Idololatria infamibus, extrema quæque ſupplicia ſunt minati. Inter Epiſtolas ſuas, n. 380. *Papienſis* habet juramentum Muhammedis, Moradi filii, quòd ita proponit: *Non*

ſatis

ſatis illi eſt impia cogitare, exequi nedum, mentem lenit, ut neceſſitate, non voluntate tantùm, Dei populum inſectetur. Majoribus odiis blasphemat Creatorem: Archi-Idololatram ſe monſtrans, dum nos arguit Idololatras. Votum vovit Deo, quem neſcit, dirum, funeſtum, immane, cœlo, terraq́ execrandum, in quo perſeverantem rabiem, & ſurgentem in dies æſtum furoris licet inſpicere. Vult, ut apparet, inſanos ex ſe ſatis populos, non ſuo tantùm, ſed cœleſti quoque nomine in bella noſtra præcipites agere: Quid ait, vel eructat magis, contaminatum pectus? Mahumetes ego, Moradi filius; idem Soldanus, & Barasmæ, ac Rachmael Præſes a ſummo Deo in altum levatus; in ſolari circulo poſitus; ſuper Imperatores gloriâ affectus; omni ex parte felix; tremendus mortalibus; cœleſtium, magníque Mahumetis Prophetæ precibus, armis potens, Imperatorum Imperator, & Principum Princeps, qui ab Oriente in Occidentem ſint, voto & jurejurando hoc ſpondeo unico Deo meo omnium Creatori, non viſurum me ſomnum oculis, non epulaturum

dulcia, non petiturum amœna, non tractaturum ſpecioſa, non ab Oriente in Occidentem verſurum faciem, donec dejecerim, conculcaverímque equi mei ungulis Deos gentium ex ligno, ære, argento, auro, picturáque & manibus cultorum Chriſti factos: omnem etiam iniquitatem eorum à facie terræ, quantum pertinet ab Oriente in Occidentem, ad laudem veri Dei Sabaoth, & magni Prophetæ Mahumetis, exterminaverim. Hanc ob cauſam omni genti circumciſæ, Mahumetum credenti, mihi ſubditæ, ejusq; Ducibus, ſocijs quoq; in bello ſub metu magni Dei Conditoris cœli & terræ; ſub metu etiam invectæ poteſtatis noſtræ edico, ut in venientem annum ad diem 11. Martij, armati ad me omnes conveniant, impleturi præceptum Dei, & Mahumetis magni; quorum alter Numine, alter precatione in rebus gerendis haud dubiè eſt adjuturus. Bzov.

[f] Referunt, Sultanos de palmariis fidei Chriſtianæ edoctos & melius de iis ſenſiſſe, & humanius eos tractâſſe. Inſeram, quæ de *Gennadio Scholario*, Patriarcha Conſtantinopolitano, & ejus Confeſsione, ex Auct. Eccl. Hiſt. habet Bzov. a. Ch. 1453. S. 39.

Quo

Quo anno, inquit, *Turcicus Rex Mehmetus, Conſtantini urbem expugnavit, ſciens Romanis ſeu Græcis ſemper fuiſſe Patriarcham, propterea quod ea in urbe, antequam eam cepiſſet, ipſe majorem temporis partem exegerat, rés que Romanas & Ordines, gubernationés que Romanorum probè & exactè noverat; mirabatur, quid cauſæ eſſet, quòd Patriarcha non veniret, ad ſe ſuppliciter honoris cauſa pro Domino agnoſcens, iráque commotus, cogitabat, quid hoc rei eſſet: ac continuo accitis Eccleſiaſticis viris, dixit: Ubi eſt, qui Patriarchæ munus geſſit? Quare non acceſſit, ut mihi tanquam Regi, reverentiam debitam exbiberet? Hæc Sultanus. Magna enim ejus animum inceſſerat cupido videndi Patriarcham, & cum eo de religione colloquendi, ut ex eo quærens, res divinas cognoſceret. Tunc reſponderunt illi Clerici illi: Jam à longo tempore non habemus Patriarcham. Qui enim, Patriarcha fuit ſua ſponte, adhuc vivens, ſedem ſuam reliquit, & ab eo tempore nullum alium ſuffecimus. Hoc Rex audito, ceſſavit ab ira, quam conceperat, ſuáque voluntate poteſtatem eis crean-*

di alium dedit, dicens: Vos verò facite Patriarcham quemcunq; voletis, ex præſcripto religionis veſtræ. Hoc autem quod ita de ſanciendo Patriarcha dixit, non amore Religionis ab eo dictum fuit, ſed callidé. Voluit ſcilicet, ut Chriſtianis ubiq; diſperſis innoteſceret, iterum præeſſe Patriarcham; quo ſic ad conferendum ſe in urbem allicerentur. Accepta igitur hac facultate, Clerici de mandato Regis congregârunt certos quosdam, qui in vicinia erant ſacrorum Antiſtites. Hoc modo Synodo coacta, elegerunt una mente & voce doctiſſimum & prudentiſſimum virum, Georgium Scholarium, qui ſtante adhuc Imperio Romano, in judicio Imperatorio judicem egerat: ac quo tempore Rex Johannes Palæologus in Italiam profectus fuerat, ubi Florentiæ Synodus facta eſt, ſecum illum inter alios duxerat, ut eruditione præſtanti præditum. Erat porrò idem pietate, ſanctitateq; inſignis vir. Ut autem ſignificationem (ſicut in Patriarcharum creatione fieri ſolebat) minorem, quæ appellatur, illi dederunt, ut ſcil. ipſum conſtituerent Patriarcham, nullo modo eam au-

audire voluit, nec acquieſcere illorum ſuffragiis, ut Patriarcha fieret. Pontifices verò & Clerici & totus populus etiam, invitum & reluctantem creârunt, data quoq; altera, quæ major vocatur, ſive voluntatis ſignificatione. Ordinans renunciavit eum Heraclea Antiſtes, præſentibus aliis Pontificibus multis, in templo Sanctorum Apoſtolorum, quod olìm à Regina Theodora Iuſtiniani magni conjuge conditum fuerat, eíq; Gennadium dixere nomen. Eum, ſtatim ut Patriarchæ dignitatem accepit, Pontifices & Clerici Primoresq; populi, ad Sultanum deduxerunt, quem etiam ille adoravit. Tum clericos interrogavit Sultanus: Ecquam conſuetudinem habuiſſent Romani Imperatores in creatione alicujus Patriarchæ? Reſponderunt illi, quoties aliquis futurus eſſet Patriarcha, donâſſe Imperatorem ei pretioſum pileum cum velamento, ſub pileo pallium item undulatum, nec non album equum, cui Patrìarcha inſidens, circumiens urbem, huic fauſta precatus ſit. Datum præterea eſſe manu Imperatoris ei pedum inſigne curæ paſtoralis in gregem pium. Ita Sul-

tanus, his auditis, pedum manu ſua accepit, atq; in manum Patriarchæ dedit, mandatoq́; ejusdem Sultani, omnia illa modò dicta, quæ Patriarchæ honoris beneficij cauſa ab Imperatoribus accipere ſoliti fuerant, ritè adminiſtrata ſunt. Clementiâ porrò, & benevolentiâ magnâ idem hunc Patriarcham proſecutus eſt, quod cognoviſſet, ſapientia, pietateq́; ſingulari præditum eſſe. Conceſſit quoq; eidem celeberrimum ſanctorum Apoſtolorum templum, in quo hic Patriarchicam ſedem collocavit: quam poſtea in Monaſterium Deiparæ Pammacariſtæ, concedente Sultano, tranſtulit: quo tempore idem Sultanus ipſemet intravit Pariarcheium, cúmq; in templum ſanctiſſimæ Dei Genitricis Pammacariſtæ veniſſet, in ſacellum ejus ingreſſus eſt, cum Patriarcha Gennadio clementer ſermones contulit. Tunc omni metu poſito univerſam ei Patriarcha veritatem fidei Chriſtianæ aperuit, ſcripſitq́; pro numero quæſtionum ejus capita viginti, quæ ſingula inferius ordine ſequuntur, ſententiaq́; eorum perſpicitur, quæ & dedit ipſi Sultano. Eorum capitum inſcriptio

ptio initiúmq; ſic habet: Sapientiſſimi & doctiſſimi viri, Domini Gennadÿ Scholarÿ, Patriarchæ Conſtantinopoleos, novæ Romæ ſermocinatio, habita de recta & inculpata Chriſtianorum fide. Interrogatus enim ab Imperatore Mechameto, quid creditis vos Chriſtiani? Reſpondit ei ad hunc; qui ſequitur, modum,

Caput I. Credimus, eſſe Deum, qui omnia, quæ uſquam ſunt, cùm non eſſent, fecerit. Hic quippe nec corpus eſt, nec corpore indutus, ſed actu intelligendi vivit: & eſt mens optima, perfectiſsima & ſapientiſsima. Nihil in eo compoſiti reperitur, nullum principium, nullus finis. Eſt in mundo & ſupra mundum. Non eſt in ullo loco, & tamen eſt in omni loco. Hæ ſunt proprietates Dei, quibus à rebus, quas condidit, ipſe diſtinguitur, quibus etiam aliæ generis ejusdem notæ propriæ accedunt. II. Eſt ſapiens & bonus, eſt verus, atque ipſa veritas. Quicquid commodorum & prærogativæ ſingulæ ipſius creaturæ ſeorſum habent, id ipſe omne ſolus in ſe continet, ſublimiore quodam modo. Et hæc commoda, quibus perficiuntur, habent & creaturæ ipſius; quod ipſe eis hæc dat, eædemque bonæ ſunt. Et quia ipſe ſapiens eſt; hæ ſapientes ſunt: quia ipſe verax; hæ veritatem habent, eodemque in cæteris modo: illo duntaxat diſcrimine, quod in Deo hæc primo & propriè ſunt, in rebus verò creatis participatione. III. Credimus in Deo eſſe alias

tres proprietates, quæ ſunt tanquam principium, & fons omnium aliarum ejus proprietatem. Hiſce tribus proprietatibus Deus æternum vivit in ſe ipſo; etiam antequam conditus ab ipſo mundus eſſet, & per has proprietates condidit mundum, his quoque gubernat eum. Has tres proprietates nominamus tres hypoſtaſes ſeu Perſonas. Quia verò hæc ipſæ proprietates, non patiuntut unicam illam & ſimplicisſimam Dei eſſentiam, ideo ipſe, licèt tribus his proprietatibus præditus, unus Deus eſt; non autem tres Dii ſunt, ſicut quidam dicere audebant. IV Credimus, ex natura Dei oriri Logum ſeu Verbum, & Spiritum, ſicut ex igne lux & caliditas exiſtit: Et quemadmodum ignis etiam ſi nihil ſubjiciatur, quod illuſtretur & calefiat ab ipſo, tamen ipſe per ſe ſemper habet lucem & caliditatem; & hæc ambo emittit ad nos; eodem modo, etiam antequam fundamenta mundi jacerentur, erant Logus & Spiritus, Perſonæ divinæ naturales; quanooquidem Deus mens eſt, ſicuti antea dictum eſt. Hæc tria, Mens, Logus & Spiritus unus Deus eſt: Sicut in una, eademque hominis anima, eſt mens, eſt ratio mente intellecta, & voluntas item mente percepta: & tamen hæc, quanquam tria ſunt, una eſt ratione Eſſentiæ ſuæ anima. Rurſus Logum Dei nuncupamus ſapientiam Dei, & potentiam, & virtutem, & Filium Dei, quia genitum quiddam eſt ex natura ejus: ſicut quod è natura hominis generatum eſt, hominis vocamus filium; & ſicut hominis cogitatio, ſeu animi ſenſus, eſt quidam animæ ejus partus. Rurſus, Dei voluntatem appellamus

Spi-

Spiritum Dei & charitatem. Sed ipſam mentem, Patris nomine vocamus, eo quod ipſe nec genitus ſit, nec cauſam ante ſe habeat: cauſa autem ſit filii & Spiritus Sancti. Quoniam igitur Deus non ſolùm res à ſe creatas intelligit: ſed multò magis intelligit & novit ſe ipſum: ideoq; habet Logum & ſapientiam, qua ſe ipſum intelligit ſeorſim & propriè: Simili modo non tantùm vult, & diligit ea quæ fecit, ſed vult & diligit, ſe ipſum multò magis: Ideo, ab æterno procedunt ex Deo tum Logus, tum Spiritus ipſius; & in æternum ſunt in ipſo: Atque hi ambo cum Deo Patre, unus eſt Deus. V. Credimus Deum Logo ſapientiæ & potentiæ ſuæ condidiſſe Mundum, ac Spiritu bonæ voluntatis & charitatis ſuæ providere, gubernare & movere, omnem naturam ſuam in Mundo ad bonum pro cujusq; naturæ ordine. Ideo credimus Deum, quando voluit, ſola miſericordia ſua conveniſſe homines, abductione à ſeductione, & errore Dæmonum & cultu Idolorum; propterea quòd, excepta anguſta regione Iudæorum, in qua unus adorabatur & credebatur Deus, ex Lege Moſis, reliquus omnis terrarum orbis colebat Dei creaturas, homines item, multos Deos, qui non ſunt, pro uno ſolo vero Deo adorabant, vivebant denique ſecundùm ſuas ſinguli concupiſcentias, non ſecundùm aliquam Dei Legem. VI. Tunc Deus talem efformationem humani generis per Logum, pérque ſanctum Spiritum ſuum fecit. Idcirco Logus Dei induit humanam naturam: ut, qua homo eſſet, verſaretur cum hominibus, qua autem Logus Dei, & ſapientia Dei,

doceret homines credere in hunc unum & verum Deum,& vivere ſecundùm legem,quam ipſe dediſſet. Rurſus, qua homo, ut mores; vitámque ſuam exemplum daret doctrinæ ſuæ, primus enim ipſe ſervavit legem,quam hominibus dederat: Quâ verò Logus Dei & potentia, poſſet illud toti Mundo ſalutare bonum, cujus cauſa venerat, conficere: Quia fieri non poterat, ut ſimplicis hominis viribus, ad Deum converteretur orbis terrarum. Ita, Logo quidem ſuo ſeminavit Omnipotens ille, & oculorum effugiens obtutum Deus, veritatem Hieroſolymis: Spiritu autem ſuo illuminavit, & roboravit Apoſtolus ſuos, ut veritatem in totum etiam terræ orbem diſſeminarent, propter charitatem Dei, qui ipſum miſerat,& propter cupiditatem, qua flagrabat ſalutis humani generis: Secundùm exemplum ipſius Ieſu, qui, qua humanam aſſumſerat naturam,pro communi ſalute hominum, ultrò emortuus eſt. Sic nos credimus unum in tribus perſonis Deum Patrem,Filium, & Spiritum Sanctum,quemadmodum Dominus noſter Ieſus Chriſtus docuit. Et, quia vera eſt, credimus, eum & ipſam veritatem. Diſcipuli etiam ipſius, ſic nos latius docuerunt. Sic ex vi quoque ſapientiæ intelligimus. VII. Credimus Logum illum Dei,& hominem à Logo indutum,eſſe Chriſtum. Sanè vita Chriſti,quam in carne ſua ducebat, erat vita hominis, plus quàm ſancti. Vis autem ſapientiæ & operum ejus,erat Dei potentia. VIII. Credimus, quemadmodum anima & corpus unius hominis, conſtituunt unum hominem, ita Logum Dei ab

una

una parte: ab altera verò animam & corpus, eſſe perpetuò duas naturas, perfectè diviſas in uno homine. Sic & humanitas & divinitas, ſunt in uno Chriſto natura perfectè diviſæ: tantùm hypoſtaſi & perſonaliter coadunatæ, Ac neque Logus Dei mutatus eſt in carnem, aut in animam Chriſti: neque caro Chriſti aut anima ejus, converſa in Logum Dei, ſed erat & eſt in Chriſto, poſt illam ejus ſummè admirandam diſpenſationem, tum Dei Logus, Logus: tum humanitas, humanitas, Nec etiam humanitas Chriſti, divinitatem aſſumſit: ſed divinitas Logi Dei, naturam humanam aſſumſit, in ipſa aſſumendi actione coagmentatam. Quicquid in Deo eſt, & ex Deo, naturâ Deus eſt quia in Deo nullum accidens eſt, Ideo, quia ſub intelligentiam cadit, Logum Dei, Deum nominamus, & credimus. Et quia hic Dei Logus erat in Chriſto, ideo Chriſtum Deum, & hominem confitemur: hominem quidem propter animam & corpus, Deum verò propter Dei Logum, qui in ipſo eſt. IX. Credimus, Logum Dei fuiſſe in Chriſto, & in Mundo, atque in Cælo, & in Deo Patre: quoniam Logus Dei eſt Infinitus, ſicut Deus nullo fine clauditur, qui generat eum, id eſt, intelligit, & infinitam potentiam habet, Verum tamen, in Deo alio modo erat, & in Chriſto alio, itemque in Mundo, alio. X. Quando Deus de bonitate ſua & gratia cum aliquo creato communicet, eũ tunc prorſus nihil deperdere, ſed magis magnificari: propterea quod ex præſtantia rerum conditarum, celſitudo Dei manifeſta ſit. Ac quantò major creatus præſtantiæ acceſsio

ceſsio fiat, ex majore bonitatis ejus communione, tantò magis bonitas, & potentia Dei illuſtratur. Hinc adeò factum eſt, ut bonitas Dei & potentia & charitss humano generi major & illuſtrior extiterit, quando ipſe Dei Logus, qui Deus eſt, cum tota ſua potentia deſcendit in Ieſum; quàm cùm ad Prophetas, unam aut alteram gratiam miſit: & quidem eorum alii atque alii, majorem aut minorem. XI. Credimus Chriſtum eſſe crucifixum & mortuum ſua propria voluntate, ob multas magnáſque utilitates, in quibus explicandis lõga oratione opus eſſet, & id omne ratione humanæ naturæ ſuæ. Logus enim Dei, nec cruci affigitur, nec moritur, nec à morte reſurgit, ſed ipſe potiùs alios mortuos reſuſcitavit: ſicut etiam carnem, quam ipſe geſtavit. Credimus Chriſtum poſt reſurrectionem ſuam, aſſumtum eſſe in cælos: & inde cum gloria, ad judicium de mundo faciendum, rediturum. XII. Credimus, animas humanas eſſe immortales: Corpora ſanctorum reſurrectura, corruptioni non obnoxia, lucida, levia, nec cibi indigentia, nec potionis, nec veſtium, nec aliarum corporis voluptatum. Animas item & corpora eorum, qui ſe bene geſſerint in Paradiſum abitura; Impœnitentium verò, malorum, & infidelium ad inferiorum cruciatus. Quòd item Paradiſus Sanctorum, & beatitas in cælo ſit, ſceleratorum verò punitio in terra. Præterea, beatirudinem Sanctorum nihil aliud eſſe, niſi quòd perficientur animi tales ratione cognitionis. Tunc videbunt arcana Dei, quæ nunc non noſcunt; niſi fide in Ieſum Chriſtum. XIII. Quare autem neceſſe

ceſſe fuerit, carne veſtiri Logum Dei, Deum, id neceſſariarum & multarum rationum eſt: ac quando neceſſe fuerit, parati ſumus eas dare. Præter autem illas rationes, certitudinem, & veritatem Dei noſtræ præterea confirmant hæc ſeptem. XIV. Primum, quod prædixerunt Prophetæ Iudæorum (quorum vaticinia, & nos approbamus) de Ieſu, & de rebus ejus geſtis, & quæ ſub ipſo facta ſunt; quæ item poſteriùs, Diſcipuli ejus hujus potentiâ, & munere geſſerunt. Similiter præcinueruut & Græcorum oracula, permiſſu Dei: ſed & Aſtronomi Perſarum, ac Græcorum; & hæc omnia, cum illuſtri laude, prædicationeque Ieſu. Omnes etiam has prophetias & prædicationes fuiſſe veras ac minimè adulterinas, demonſtrare poſſumus. XV. Deinde quòd omnes Religionis noſtræ libri & ſcripturæ, per omnia inter ſe conſonant. Nec mirùm. Qui enim eos ſcripſerunt, unum, & eundem Doctorem habuerunt ipſam gratiam Dei. Quod, niſi fuiſſet, certè, in quibusdam, ut diſſonarent, futurum fuiſſet. XVI. Tertio loco, quod receperunt hanc fidem: licèt nova eſſet, & præter communem opinionem, ac mira, homines ubique locorum magno ſtudio, multis cum periculis; nec idiotæ ſolùm & nulla doctrina eruditi, ſed etiam qui prudentes, ſed ſapientes habiti fuère. Diſſoluti hic prorſus doli, & deceptio Dæmonum. XVII. Quarto, quòd nihil impoſsibile, nihil diſſentaneum, hæc fides continet: nihil corporale, ſed omnia ſpiritualia. Et via eſt, quæ animas hominnm ad charitatem Dei & futuræ vitæ æternæ ducit. XVIII. Quintò, quotquot ſuſceperunt

perunt hanc fidem, & cum virtute ſecundùm Ieſu legem & inſtituta vixerunt, hi magnis donis à Deo ornati fuerunt; & miracula multa potenter, nomine & conceſſu ipſius Ieſu fecére: quod profectò, ſi veritati hæc fides adverſaretur, ſecuturum non fuiſſet. XIX. Sextò, quiquid ab aliquibus adverſus hanc fidem aſſeritur, id tum facilè, tum veritati congruenter ſolvere poſſunt. XX. Poſtremò fidem hanc olim oppugnârunt, multis ſuppliciis & cædibus Reges, & Præſides eorum per orbem terrarum CCCXVIII. annis; ut multitudinem ſcilicet Deorum ſuorum, & idola ſua quorum cultui dediti erant, tuerentur, nec hilum profecerunt, ſed eluctata fides vicit, in hunc uſque diem permanens. Sed & Dominus, quando venerit, reperiet eam. Quod niſi in voluntate Dei fuiſſet hæc fides fundata, facilè tunc veluti nebula diſſoluta evanuiſſet. Ipſi huic Domino noſtro Ieſu Chriſto gloria, Amen. Hæc ſunt quæ de re, Chriſtiana dixit & ſcripſit Scholarius, quem *Bzov* vult in Florentina Synodo acriter pro Papæ primatu certâſſe.

[g] Vide lit. d & e,

[h] Ex quorum numero eſt I. *Acembecus* quidam, Teuto natione, adminiſtrator Provinciæ Boſnæ, de quo *Bzov*.an. Ch. 1469. S. 1. II. *Antoninus de Ripolis*, Dominicanus. Ab Antonino Florentino nomen mutuatus, ſpem de ſe magnam fecerat religionis, & ſanctitatis non vulgaris, ut *Bzov*. loquitur an. Ch. 1460. S 47. Viſcadæ Provinciæ Siciliæ curioſitate tentatus, cùm nec quicquam diſſuadente ſancto viro navem conſcendiſſet, &, viſa Sicilia

Neapolim trajiceret, à Piratis captus, & Tunetum ductus, peſsimeque à Barbaris habitus, tandem à quodã Genuenſi, ex ergaſtulo liberatus fuit, ſed tamen manceps factus partim tentationibus Dæmonis, partim contumeliis & variis incommodis ſervitutis tractus, quinto captivitatis menſe, præſente Rege Barbaro, & innumera Mahumetanorum multitudine, Fidem & Chriſtum ejuravit, habituq; religioſo ſepoſito, Mahometum confeſſus etiam uxorem ſuper induxit. Eum tamen, cùm quatuor menſes in apoſtaſia, vertendis in maternum Idioma Alcorani, & aliis Mahometanæ Sectæ libris, opera cujusdam interpretis, exegiſſet, ductum pœnitentiâ ad ſuos rediiſſe, factiq; indignitatem Martyrio eluiſſe, multis poſtea, ipſisque Mauris ſtupendis miraculis claruiſſe, ſcribit idem ex Michaele Pio. III. *Tradezuntinus* ille *Philoſophus*, Peripateticorum Doctor, an. Chr. 1465. qui & ipſe Muhammedi fidem dedit. Nota, Coronidis loco, A. *Alios contrà, abjecto Muhammediſmo, Chriſtianorum amplexos fuiſſe ſacra, dubitandum non eſt.* Iohannis Andreæ ſupra meminimus. Ieſum, ſive Ioſuam, minimum Bajazetis filium, religioni Chriſtianæ fuiſſe initiatum ex Chalcocond. obſervat *Geneb.* pag. 715. B. *A Chriſtianorum conſuetudine non ita Muhammedanos alienos fuiſſe, quin & conjugio ſibi deſponſatas vellent Chriſtianorum filias. Cuſp.* refert, & ex eo *Calviſ.* a. Cht. 1460. Fridericum Imperatorem Muhammedi, Turcico Regi, promiſiſſe filiam Cunigundam, hac conditione, ſi, relicto Muhammediſmo, Chriſtianam fidem ſequeretur: Hæc tamen Cunigundis, fortaſ-

ſis

ſis non invita,aſtu Alberti Bavari abſiucitur. C. *Alta ſemper mente repoſtas Muhammedanos tenuiſſe clades a Francis illatas.* Recitabo acta Sultani cum Iacobo Cypri Rege,ex *Naucler.* Gener 49.p.290. a.ab ovo. *An.D.1458. Jacobus Johannis,Cypri Regis, ex pellice,filius,hoc anno maximo labore ſuccedens regnavit interregno ſupputato annis 12.* Hunc pater ſpurium cùm videret regni cupidum,& à ſua ignavia alienum,Helenæ uxoris ſuę ſuaſu Eccleſiæ tradidit,& ſacris ordinibus eum initiari fecit,paterque cùm unicam filiam haberet Carolotam illam regni ſui hæredem inſtituit, Ludovico Sabaudienſis Ducis filio matrimonio copulavit. Mortuo autem rege ac regina regnum multifariè turbatum eſt.Ludovicus Carolotæ ſponſus,crebris nuntiis vocatus poſt annum ex Venetiis Cyprum navigavit, & magno omnium applauſu Rex appellatus. Iacobus veró nequaquam ejus adventum expectare auſus, interim cum Cæſaris amicis centum ad Sultanum in Alexandriam navigavit,eique cum lachrymis ſam conqueſtus injuriam, poſtulat in regnum paternum collocari. Sultanus Iacobi precibus commotus eidem ſtatim ſubvenire conſtituit,unde juſſu Sultani allatis regiis ornamentis in conſpectu omnium procerum ſuorum Cyprorum Rex declaratus eſt, ac per urbem circumductus præcipuis honoribus cumulatus,eidemque claſſem decrevit, quæ ipſum in Cyprum cum multa militum manu veheret: Ante tamen Ludovico in hanc ſententiam ſcripſit: Veniſti ab occiduis parti-

tibus, ut alienum regnum in Oriente invaderes ac paterna hæreditate filium exueres. Vana eſt cogitatio tua. Cyprus mihi vectigalis eſt, & meum de rege judicare. Niſi quàm primùm exieris, Ægyptio peribis gladio: Si uxor tibi cordi eſt, poteſtatem facio ut eam tecum auferas: ſi tamen prius receſſeris, quam ſecundò monearis. His acceptis toto regno trepidatum eſt. Poſtremò Legatus ad Sultanum mittere placuit: miſerunt ſimul & Rhodii viros ex religione primarios, qui apud Kairum convento Sultano nil Ludovicum de jure Sultani ablaturum dicunt, Iohannem, Cypri regem Carolotam filiam ex matrimonio ſuſcepiſſe, quam ſecundùm Chriſtianas leges reliquiſſet hæredem regni, Iacobo ex concubina nato regnum non deberi, maritum pro conjuge coronæ jura ſortiri debere, hortari, ne regni conſuetudines ac Chriſtianorum jura confunderet, Ludovicum Sultano in omne tempus amicum futurum, tributumque præſtiturum, Iacobo X. milia numûm aureorum ſingulis annis quoad viveret, præbiturum. Res diu in conſilio apud Sultanum agitata, plusque dediſſet Ludovicus: ſed Iacobo Sultani filius, Mamaluci in palatio potentes tres, purpuratique multi aderant. Sed parum eorum conanima valuiſſent, niſi Mahumetis Legatus Turcorum opportunè veniſſet, qui verba hujusmodi habuiſſe fertur: Accepit Mahumetes Turcorum Imperator amicus tuus, te Iacobum Cypri Regem appellâſſe, eumque in paternum regnum ſtatuiſſe reſtituere: digna res, quæ de tuo ſolio manaret, & noſtræ religioni accommoda, ſed renuncia-

tum eſt poſtea, te mutato conſilio pacem cum Rege Gallico paciſci, & Iacobum deſerere: tanquam ignores, quanto perſequebatur nos odio Gallicus ſanguis, neque Gotfridi, Balduinivè aut aliorum ejus gentis facta mente tenes, qui ſæpe majores noſtros maximis cladibus affecerunt? Vide quid agas, ſi pax tibi cum Gallico genere cordi eſt, cum noſtro bellum expecta. Nec tibi cum ſolis Turcis inimicitias puta, ſed Ægyptii, Syrii, Arabes omnes, & filius tuus te odio proſequentur. Si promiſſa Iacobo ſervaveris, claſſemque in Cyprios parabis; Mahumetes quoque alteram parabit in Rhodios, & utriusque Inſulæ ſpolia tua erunt, ſolam Rhodum Mahumetes ſibi ſervabit. Placuerunt Sultano oblata, appliſcuit Iacobi claſsis è veſtigio in Cyprum, non tulerunt ejus Imperium Galli, quamvis Rhodios adjutores haberent. Ludovicus enim fugâ ſibi mox quæſivit ſalutem, Iacobus regnum receptum adminiſtrare cœpit. Legatos ad Pium Papam miſit, quos tamen ut regios non admiſit. Accepit enim Iacobum Sultano Ægypti jurâſſe, abjurato Deo quadragies ſic: Per Deum magnum & altum, miſericordem & benignum, formatorem cœli & terræ, & per ſancta Evangelia, per ſanctum baptiſma, per S. Iohannem Baptiſtam, atque omnes Sanctos, & per fidem Chriſtianam, promitto & juro, quod omnia, quæ novero, aperta erunt. Domino meo Sultano altiſsimo, & totius Arabiæ Imperatori Meſſerapho, ejus regnum Deus fortificet, ero amicus amicorum ſuorum, & inimicorum inimicus. Nihil celabo èum, neque piratas in regno

meo

meo patiar: Ægyptios, qui meo in regno ſerviunt, emam, & libertati donabo, auri quinque millia numûm in Calend. octobr. aut Novemb. tributum in templis altiſsimis Ieruſalem & Lamech (Mecca) ſingulis annis afferam. Nova digna relatu Sultano nunciabo, ſine fraude & dolo; quòd ſi aliquid horum negligam, ero Apoſtata, & mandatorum S. Evangelii, Chriſtianæque fidei prævaricator. Dicam, Evangelium falſum eſſe, negabo Chriſtum vivere, & matrem ejus Mariam virginem fuiſſe (vel hinc ſatis apparet, hæc vel omnia, vel magnam partem falſa eſſe: Nullus enim Saracenus aut Muhammedanus παρθενικίαν vocat in dubium; vide Hiſtor. Orient. p. 95.) ſuper fonte baptiſmatis camelum interficiam, & Presbyteris maledicam, divinitatem negabo, ſuper altari cum Iudæo fornicabor, & ſanctorum Patrum maledictiones in me recipiam. Hæc jurâſſe Sultano Iacobus fertur. Deinde Carolota ex Rhodo auxilia in Cyprum duxit, ſed nihil egit: Vnde poſt aliquod temporis ſpatium Carolota in Italiam delata, & Ludovico ex Inſula pulſo, Iacobus univerſum regnum in pace recepit, excepto Coloſsi oppido, quod Rhodii tenebant, & Famaguſta, quam tenebant Genuenſes, quam tamen poſtea illis Iacobus abſtulit; denique ad regni ſui ſtabilitatem Æcaterinam, Marci Cornelii Veneti filiam à Senatu Veneto uxorem expoſtulavit, quam Senatus in filiam ſibi adoptatam eidem matrimonio copulavit, quâ ducta paulo pòſt ipſa prægnante ex profluvio ventris obiit, ea

& poſthumo hæredibus relictis à Iacobo, quos ex teſtamento Veneto commendavit Senatui, poſthumo haud multo pòſt ſublato id regnum in Venetorum manus jure hæreditario pervenit.

III. Pergimus ad *Reipublicæ* formam, quæ Monarchica fuit & florentiſſima apud [a] Turcas; Perſas [b] verò & [c] Arabes vel inter multas familias diſtracta, vel penè abolita.

[a] Sederant hoc ſeculo ad Turcici Imperii gubernacula I. *Bajazethes*, qui tandem ſibi ipſi mortem conſcivit a. Ch. 1403. poſtquam annis quatuordecim imperâſſet, de quo ſuper ſecul, p. 836. II. *Solimanus*, necatus, ut volunt an. Chr. 1411. Ib. p. 837. III. *Mahammed I* ab an. Chr. 1414. ad an. Ch. 1421. juxta *Leun. l.* Alii paulò aliter Huic multi adſcribunt (inquit auth. *Archont. Coſm.* p. 721.) quæ de Cyris celibe diximus. Quicquid Tamerlanes Bajazethi ademerat, id omne hic recipit, profligatis etiam ex Galatia, Ponto, & Cappadocia ſuis ipſius agnatis, neceſſatiisque. Protulit ſigna ſua usque ad Pelagus Ionium. Reverſus in Europam, Adrianopolin regni ſui caput & ſedem regiam conſtituit, pulſis inde omnibus Chriſtianis. Confer ſup. pag. 645. IV. *Moradus*, ſeu *Amurathes*. Muhammedis filius, de quo Sec. 14. pag 838. Hic Theſſalonicam Venetis eripuit: pugnam Varnenſem (cujus & auth. *libr. tuch.* p. 153. b. meminit) commiſit; aliamque memorabilem victoriam, non tamen incruentam à Chri-

Chriſtianis,in planitie Coſoræ a. Ch.1448.reportavit,mortuus poſtea 1450.V. *Mahometes*, ſive *Muhammed II.* Faſces huic à patre adhuc vivo traditos commemorat *Zacut.* in Iuch. Cùm verò Prætoriani, quos *Ianizaros* vocant, (quorum ortum alii ad Othmanſium *Geneb.* p.719 referunt alii ad Amurathem; ſup.Sec.pag.861.)motu excitato,contrariis ſcinderentur ſtudiis, viſum fuiſſe proceribus Regni, patrem ſecundò ad Imperii curas vocare: Eo demum mortuo,patri ſucceſsiſſe. Referunt, hunc non Turcarum ſolùm,ſed omniũ hominũ ſceleratiſsimum, *qui ne Deum quidem eſſe crederet, quique non Patriarchas ſolùm & Prophetas ludibrio haberet, ſed & ipſum Muhammedem Legislatorem ſuum falſitatis & mendacii argueret.* Idem an.Chr.1453.IV.Kal. Iunii Conſtantinopolin cepit & diripuit, itemque Trapezuntem, & Comnenorum Principatum evertit. Lesbum Inſulam,vulgò Mitylin,occupavit a.Ch.1462. Bozinam, Raſciam, magnam Serviæ partem obtinuiti, inſigni fraude juxta ac crudelitate Bozinenſi Duce excoriato. Itemque Albaniæ partem longè maximam: mox & Negropontum ſubjugavit,quæ Inſula Turcis Egripos dicitur: Vſſun Chaſſanem inſigni clade affecit: An.Chr.1474 Caphan,ipſis Cofe, in Taurica Cherſoneſo cepit: Sed & cladem à Moldavis, itemque alteram ab Hungaris an. Ch.1480.perpeſſus eſt. Rhodum fruſtra tentavit Obiit an.Chr.1481. torminibus ventris excruciatus. Ademiſſe hic perhibetur Chriſtianis regna

XII. inque iis urbes & oppida 200. *Arcb.cos.Iucb. Leuncl.Naucl.Geneb.* V. *Bajazethes II.* ope Ianizarorum ſive Prætorianorum, ſcribit *auth. Arcb. Cos.* p. 721. ad Imperium evectus eſt a. Ch. 1481. Mortuo nempe, ut habet R. *Ab.Zacut.*p. 153 b. Morado, acceſſerunt Ianitzari Conſtantinopolin, eumque expilârunt, interfectóque Muhammed Baſcha (duos ante Amurathes conſtituerat Baſſas ſeu Imperatores, unum Europæ, quem Baſſam Romaniæ vocant, alterum Aſiæ, qui Baſſa Natoliæ dicitur: *chalcocond.*lib.5.) aliter compeſci vix poterant, quàm electione Bajazethis, filii Kurkuti. Poſtea verò, ipſo ex Trapezuntio redeunte Bajazethe, quærebant ex filio, ceſſurus ne eſſet Patri Imperium; quod annuit, hac tamen lege, ut ad ſe, defuncto Patre, illud rediret. Bajazethes autem rebus adminiſtrandis præfectus, adverſarium mox nactus fratrem Sultan Zemi, qui aliquot ab eo affectus cladibus in Rhodum profugit, tandemque in ipſam delapſus Italiam, veneno ab Alexandro IV. propinato interiit. Sed & filius Selimus, cùm cognoſceret, conſtituiſſe patrem, ſucceſſorem deſignare *Ahmedum*, natu majorem, Imperium ſeditione turbaturus abiit, omnes carceres perfregit *Iucb.* bellóque ipſum tentavit: cumque commiſſa pugna inferior evaſiſſet, per Zedekiam Hebræum Medicum, Patrem veneno ſuſtulit a. Ch. 1512. Bajazethes autem VValachia, ſive Dacia Ripenſi, ſibi ſubjecta, bellum intulit Sultano Alkairenſi qui tamen fortior ſuperiórq; Turcis extitit. Aggreſſus ergo Bajazethes Venetos, eripuit iis Naupactum, Methonem & Coronea vulgo

Mo-

Medon & Coron: Anno 1500. bellum quoque ipſi cum Parthis fuit vario eventu.

[b] Potiſsimùm in familiam Timur, ſeu Tamerlanis, *Kara Kuyonlu*, id eſt, arietis nigri, & *A Kuyonlu*, i. e. arietis albi, de quibus *Archontol. Coſmica* de Imper. magni Sophi p. 155 & deinceps, prolixè: compendiosè verò deſcript. ſtatus Perſici *Ioh. de Laet.* p. 370. ubi tamen non pauca ſunt, præſertim nomina propria, in quibus omnia penè orthographiæ obliterata eſſe veſtigia, ex iis, quæ ſupra in Gingis chaniſmo commemoravimus, patebit. Tale eſt *Ader-Bajon*, pro *Adrebigban*; *Kara Iſſuf*, pro *Kora Iuſeph*. Ne verò quid deſideret lector, hanc etiam addimus ſeriem. Secundus Perſarum Rex, ex Tamerlanidis, eſt Mirzach Schach-roch, *qui patri* (Tamerlani) *ſucceſſit in Imperio, aſſiduus comes expeditionum illius.* Obiit an. Chr. 1447. reſtituto regno Ader Bajon, filio Kara Iſſuf, qui dicebatur Mirzaloonſcha. Schah roch habuit quinque filios, quorum primo genito Mirzah Ologbek dedit Turcxeſtan & Maurenahar; Secundus, Ebrahim Sultan, obierat ante patrem anno 1435. Quemadmodum & tertius Baesſangor. Et quartus Mirzah Soyorgat Mexkhon: atque quintus Mirzah Muhammed Igny-Ologhbeck in prælio contra filium Mirzah Abdellatife fuit cæſus a. Ch. 1450. filius autem poſt ſex menſes à militibus ſuis fuit occiſus Mirzah Abdolla ſucceſsit fratri Abdellatifæ, quem Sultan Abu-Said Rex Koraſaniæ profligavit & occidit an. Chr. 1452. Abu Said, fil. Muhammed. fil. Miran-Scha,

fil. Teimur deinceps regnavit in Badaxen. Gazachen, Cahul, Siſtom, Korrazin. Anno autem 1468 Mirzah Azembek, ben Alibek, ben Karra Ottman occidit Mirzah Ioonſcha; quem cum Abu Said peteret, ab ipſo fuit oppreſſus an. Ch. 1469. & ſucceſsit illi filius Mirzah Sultan Hamed, qui obiit anno 1495. cui in regno Maurenahar ſucceſsit cognatus Mirzah babor qui anno 1500, regno fuit exutus à Xaybek kan Vzbequio, ſed poſteri illius ampliſsima regna obtinuerunt in India.

Reges Perſiæ è familia Kara Kuyonlu.

Kara Muhammed Turkiman. Hujus filius Kara Iſſuf occupavit Bagdad, & Tabriz, Sultaniam, Kazvin, Taron: Obiit an. Chr. 1421. Habuit ſex filios, quorum primogenitus Pyr-Budah khan, obiit ante patrem; Amir Scandar; Mirzah Ioon-Schah; Schah Muhammed, qui Perſiam tenuit annis 23. & occiſus fuit anno 1431. Amir Apſal, qui objit ante Patrem; Abuſaid à fratre Scandar occiſus. Amir Scandar ſucceſsit Patri, anno 1422. & fuit occiſus à filio ſuo Schah-Kobadaño 1438 Ioon-ſchah ſucceſsit fratri qui paruerunt Tabriz, Aderbajon, Hyerak ten i.e. utraque Irak a, Parc, Kermon, & magna pars Syriæ. Fuitque cæſus ab Azembek anno 1468. Suecefit illi Azen Aly filius, qui ad eundem modum cæſus fuit ab Azembek, anno 1469. & extinctum fuit regnum familiæ hujus.

Re-

Reges Perſiæ, è familia Akuyonlu.

Azembek, qui & vulgo dicitur Vſun Chazan (de quo ſupra aliquoties) ſubjecit Imperio ſuo utramque Irakam, Aderbajon, Parc, Kermon, & plures provincias Perſiæ: Obiit, anno 1478. Habuit ſeptem filios, Ogorlu Muhammed qui ſtatim obiit poſt partem: Sultan Kalil: Iacub Mirzah: Maziah Mirzah: Iſſuf Mirzah: Makſabed Mirzah: Zeynelbek in prælio contra Turcas occiſus fuit. Sultan Kalil, ſexto regni menſe fuit cæſus à fratre ſuo Mukſudbek, & ſucceſsit illi Iacub bek, qui duodecimo regni ſui anno obiit juxta Tabriz anno 1492. ſucceſsit Bayſangor filius illius, qui regno fuit pulſus à Roſtambek, filio Makſudbek anno 1443. qui quinto regni ſui anno profligatus fuit ab Haymedbek, filio Ogorlu, & obiit in Gorgeſtan. Hagmedbek, qui à duobus ſuis præfectus Haybe Sultan, & Kacembek Pernaque, juxta Hisphahan, fuit ſuperatus, & occiſus, & fuit ab ipſis ad Imperium Perſiæ vocatus Alwanbek, fil. Iſſufbek; ſed oppoſuit ſe illi frater Muhammed Rex Yasd: & mox Sultan Morad, qui Muhammedem ſuperavit & occidit anno 1500.

[c] Qui hic inde ſuos adhuc habuerunt Dynaſtas, ſed omnium, Tamerlanis cumprimis & poſterorum, injuriis expoſitos, ut diximus ſupra in Gingiſchaniſmo.

IV. Turcarum in bello ſucceſſus adeò Seculo hoc, ubique ferè, maximè

Fff 5

per [a] Græciam univerſam, ſeu Orientem, fuerunt felices, ut Chriſtiani non parum hinc territi atque conſternati, varias tum [b] ſuſcipiendę, tum [c] commendandæ militiæ cruciatæ inierint rationes; quæ tamen (ſi Hiſpanorum [d] contra Mauros exceperis conatus, & Europæorum, [e] per Hungaros alióſque vicinos, finium defenſionem, quæ ne ipſa tamen ad votum ſemper ſucceſſerunt) ex tot hinc atque illinc [f] injectis moris, optato [g] plerumq; fine fruſtratæ fuerunt.

[a] Totum enim Orientis Imperium Græcorum, Turcis ceſsit, ipſa etiam ſede Imperii, Conſtantinopoli, expugnata. Vide ſup. p. 14. Calamitatem hanc author *Faſcic temp.* p 89.a, ita deplorat: *Conſtantinopolis, civitas Imperialis capitur ab infidelibus Turcis, tradita per quendam Januenſem, qui per triduum conſtituitur à Turco Rex, juxta promiſſum, & die quarto decollatur. Et fit planctus in tota Chriſtianitate & Timor grandis. Multi Chriſtiani trucidati ſunt, & innumerabiles venditi. Imperatoris corpus jam mortuũ decapitatũ fuit*

fuit ex livore Turci, & periit penè totaliter fides in Græcia. *Aeneas Sylvius* Europ. cap. 3. & 7. Epiſt. 131. 155. & 162. Annum nonnulli expugnatæ urbis ponunt 1452. Sed cum aliis, *Buchholzerus* defendit ſequentem. Quàm indignè Chriſtiani fuerint tractati, habes in *Paral. Urſp.* pag. 405. *Archontol.* Coſm. p. 669. *Perſecut. Bohem.* p. 61. *Plat.* Nicol. V. *Naucler* Gen. 49. p. 285. b. *Geneb.* p. 721. Digna tandem eſt θρηνῳδία *Iſidori*, Cardinalis Rutheni περὶ τῆς ἁλώσεως, quæ ex *Bzov.* a Ch. 1453. hic inſeratur: *Audite omnes gentes, auribus percipite, qui habitatis orbem. Audite hac, qui fidelem orbis partem incolitis, Miniſtri, Paſtores, & Principes omnium Eccleſiarum Chriſti; univerſi quoque Reges, & Principes Chriſticolæ, ac univerſus Domini populus, cum religioſis cunctis. Audite & notum ſit vobis, quod præcurſor veri Antichriſti, Teucrorum Princeps, & Dominus, ſervus autem tot dæmoniorum, quot vitiorum, cujus nomen eſt Mahometh, inimicus crucis Chriſti, hæres rei, & nominis primi illius Pſeudoprophetæ & latoris legis ſpurciſſimæ Agarenorum, filius Satanæ omnium flagitioſiſſimus; qui furiis invectus, & inſania, ſanguinem Chriſtianorum ſine intermiſſione-*

ne ſitit, non extingui poteſt ejus ſitis poſt eorum innumeras cædes: tantóque odio contra Chriſtum & membra ejus movetur, ut evadere de terra nomen ejus nitatur: & conſpecto aliquo Chriſtiano ſibi obvio, ſe inde exiſtimet adeò ſordidatum, ut oculos abluat ſuos, immundum ſe fuiſſe prius profitens. Hoc igitur tam execrabile & horrendum monſtrum, exigentibus demeritis Chriſtianorum, juſto Dei judicio in eos ſævire & graſſari permiſſus, civitatem Imperialem, novam Romam, olim feliciſsimam, nunc miſerrimam, & omni calamitate oppreſſam Conſtantinopolin olim obſeſſam cepit, expugnavit, ſpoliavit omnibus bonis & penè delevit. Quis autem (ut verbis utar Prophetæ) dabit capiti meo aquam, oculis meis fontem lachrymarum, ut plorare valeam die ac nocte interfectos populi illius & ſceleſtiſsima ſacrilegia in captura perpetrata? Quis hujus horribilitatis memor, non obſtupeſcat, non lethargicus fiat, non, præ dolore obmuteſcat? Nec tamen cuncta enormia explicabo, ne piæ aures audire refugiant, ſed ex paucis relatis alia cogitentur:

Hic

Hic nephandus, nominibus blaſphemiæ plenus civitate recepta; poſt decapitationem Imperatoris cum omni ſua progenie & nobilitate, plurimos ferreis manicis & compedibus alligatos, & collis eorum funibus cinctis, extra urbem deduxit, nobiles, plebejos, Monachos & Monachas, mares & fœminas, virtute & conditione præclaros, propudiosè tractatos, multis injuriis affecit: ubi Turca, contumeliis opportunas perſonas, veluti meretriculas & in lupanari proſtitutas trahebant, ac tanta & talia contra eas agebant, quanta de brutis animantibus, & qualia ſine rubore proferre minimè aliquis valeat. Adoleſcentes utriusq; ſexus à parentibus ſegregebant, & diviſum de iis pretium negotiabantur. Infantes coram genitoribus ſuis, ut agniculos mactabant. Matres filiis, & nati genitricibus privabantur. Germani à fratribus, uxores à viris nurus à ſocrubus lugentibus & ululantibus, ſegregabantur. Disjuncti conſanguinei & amici in diverſis regionibus venditi, ſervi dicebantur. O quàm amaræ lachrymæ, quanta ſuſpiria, quanti ſingultus inter amicos &

notos,

notos, quàm miſerabiles voces emittebantur, inter tantas cædes, ſervitutes, expulſiones & contumelias? Principes, Barones, & Domini, bubulcorum, ſubulcorum & viliſſimorum hominum effecti ſunt mancipia. Pueros infra decennes ad ritus ſuæ nefandæ ſectæ compellebant. Heu! quomodo odſcuratum eſt aurum fulgentiſſimnm ſapientiæ, per craſiſſimas tenebras ignorantiæ? aurum dignitatis, per ignobilitatem ſervitutis? Quomodo mutatus eſt color optimus Græcæ eloquentiæ in barbariem Turcicam? Lapides ſanctuarij, ſi qui erant in fide conſtantes, diſperſi ſunt in capite omnium viarum jacentes, proſtrati. De cæteris, quæ humana ſunt, taceamus: ſed de injuriis, blasphemijs, ſubſannationibus, contumelijs oppro-briisq́; ſceleſtorum erga divina, quæ lingua valeat explicare, quis intellectus capere, quæ aures patientur audire? Niſi fallor, nunquam horribiliores fuêre. Deus, venerunt Gentes, homines gehennæ deſtinati, in hæreditatem tuam, quæ Iſraël eſt, te videns per fidem. Polluerunt templum ſanctum tuum, Eccleſiam nobiliſſimam Sanctæ Sophiæ

phiæ cum aliis; imagines Domini noſtri JeſuChriſti, & matris ejus, virginis glorioſæ, ac ſanctorum & ſanctarum Dei, inſignia vivificæ crucis conſpuentes, confringentes, conculcantes: Sacroſancta Evangelia, Leiturgicos, & reliquos Eccleſiæ libros dilacerantes, deturpantes, comburentes; Sacras veſtes ſacerdotum, ac reliqua ornamenta templorum ſcindentes, ad indumentum & ornamentum ſuum ſumentes, vel vili pretio conferentes: Vaſa Domini, ejus cultui dicata, ad uſum profanum convertentes; in eis comedentes & bibentes, aut aliquid aliud indignum facientes. Poſuerunt deinde carnes ſanctorum tuorum, morticinia ſervorum tuorum, reliquias beatorum corporum eſcas volatilibus cœli, diſpergentes hinc inde carnes ſanctorum, quos occidebant, beſtiis terræ; quia non erat, qui ſepeliret. Altaria præterea ſuffoderunt, invocantes nomen maledicti Mahometi, eamq́ de victoria parta collaudantes. Omitto pro pudore, quomodo excrementa corporis in ea egerebant, ac omnia ſpurciſſima in templis, imaginibus, ac reliquiis ſanctorum exercebant. Sancta

notos, quàm miſerabiles voces emittebantur, inter tantas cædes, ſervitutes, expulſiones & contumelias? Principes, Barones, & Domini, bubulcorum, ſubulcorum & viliſſimorum hominum effecti ſunt mancipia. Pueros infra decennes ad ritus ſuæ nefandæ ſectæ compellebant. Heu! quomodo obſcuratum eſt aurum fulgentiſſimnm ſapientiæ, per craſſiſſimas tenebras ignorantiæ? aurum dignitatis, per ignobilitatem ſervitutis? Quomodo mutatus eſt color optimus Græcæ eloquentiæ in barbariem Turcicam? Lapides ſanctuarij, ſi qui erant in fide conſtantes, diſperſi ſunt in capite omnium viarum jacentes, proſtrati. De cæteris, quæ humana ſunt, taceamus: ſed de injuriis, blaſphemijs, ſubſannationibus, contumelijs opprobriisq; ſceleſtorum erga divina, quæ lingua valeat explicare, quis intellectus capere, quæ aures patientur audire? Niſi fallor, nunquam horribiliores fuêre. Deus, venerunt Gentes, homines gehennæ deſtinati, in hæreditatem tuam, quæ Iſraël eſt, te videns per fidem. Polluerunt templum ſanctum tuum, Eccleſiam nobiliſſimam Sanctæ So-

phiæ

phiæ cum alijs; imagines Domini noſtri JeſuChriſti, & matris ejus, virginis glorioſæ, ac ſanctorum & ſanctarum Dei, inſignia vivificæ crucis conſpuentes, confringentes, conculcantes: Sacroſancta Evangelia, Leiturgicos, & reliquos Eccleſiæ libros dilacerantes, deturpantes, comburentes; Sacras veſtes ſacerdotum, ac reliqua ornamenta templorum ſcindentes, ad indumentum & ornamentum ſuum ſumentes, vel vili pretio conferentes: Vaſa Domini, ejus cultui dicata, ad uſum profanum convertentes; in eis comedentes & bibentes, aut aliquid aliud indignum facientes. Poſuerunt deinde carnes ſanctorum tuorum, morticinia ſervorum tuorum, reliquias beatorum corporum eſcas volatilibus cæli, diſpergentes hinc inde carnes ſanctorum, quos occidebant, beſtiis terræ; quia non erat, qui ſepeliret. Altaria præterea ſuffoderunt, invocantes nomen maledicti Mahometi, eamq; de victoria parta collaudantes. Omitto pro pudore, quomodo excrementa corporis in ea egerebant, ac omnia ſpurciſſima in templis, imaginibus, ac reliquiis ſanctorum exercebant. Sancta

cta canibus dabant, & margaritas Sacramentorum ante porcos projiciebant. Cùm alia horribilia recolo, totus ex horrore contremiſco, nec ulterius ſtylo exarare queo illorum piacula, & fidei Chriſtianæ ac religionis dedecora. Monaſteria tam Monachorum, quàm monialium invadentes, omnia diripiebant, illos & illas de habitationibus ſuis ejicientes. Xenodochia infirmorum deſtruebant. Etſi multa de multis & magnis civitatum excidiis hiſtoriographi etiam gentilium referant; nulla tamen deſolatio huic exterminio poteſt adæquari. Nullum incolam intra reliquerunt; non Græcum, non Latinum, non Armenum, non Judæum: urbem ipſam ſuis civibus nudatam, quaſi deſertam effecerunt. Eorum actus & opera (NB.) propriis oculis vidi, & cum aliquibus Conſtantinopolitanis viris plura mala & pericula perpeſſus, inde tamen divina miſeratione evaſi. Expugnata Conſtantinopoli, Peram non multò diſtantem occupârunt, mœnia ejus usq; ad ſolum diruentes ex campanis Eccleſiarum bombardas conflaverunt; crucem, quæ erat in cacumi-

ne

ne turris ejus, cum ipſa turri contriverunt: Rempublicam ad nilum deduxerunt: Judicem Principem ejus Turcum conſtituerunt. Villas & oppida circumjacentia ſimili clade affecerunt: Neque his contentus crudeliſſimus Mahomet, terreſtribus & maritimis copiis Hungariam invadere, recuperaréque, & in Italiam Dyrrachio trajicere deſtinat, ut nobiliſsima regnorum provinciarúmque ſui juris faceret. Hæc Iſidorus apud Bzovium ex Antonino. Abundè magis omnia de Conſtantinopoleos jactura captivitatéque ad Pontificem Romanum perſcripſit *Leonhardus Chienſis*, Theologiæ Profeſſor, Mitylenæorum Archiepiſcopus, quæ *Bzov.* etiam, loco citato, recenſet.

[*b*] Nam & Pontifices, & Principes ſeculares, & Doctores etiam publici vel auxilio, vel conſilio, vel utroque Turcarum irruptionibus ſe oppoſuerunt.

Ex *Pontificibus* Alexander V. hac de re fuit ſollicitus: *Bzov.* a. Ch. 1409. S. 17. Nicolaus item quintus, *Bzov.* 1453. S. 14. Paulus II. *Bzov.* an. Ch. 1470. S. 3. & 1471. S. 2. Sixtus IV. a. Ch. 1471. S. 4. 1472. S. 1. 8. 12. a. Ch. 1473. S. 1. a. Ch. 1476. S. 1. 3. a. Ch. 1477. S. 2. Calixtus III. Conſtantinopoli capta, non deſiit concitare Principes in Turcam, miſsis Prædicatoribus, qui commoverent populum, datiſque indulgentiis per urbes ſigno ter in die facto,

ut precibus juvarentur fidelium, qui perfidum hoſtem, Turcam, oppugnarent. Miſit quoque Patriarcham Aquilejenſem, qui claſſe ſedecim triremium cum auxilio Vngarorum & VVandalorum Turcam triennio vexaret; *Paral.Vrſp.* p.406. *Plat.* p.319. *Naucl.* Gen.49.p.286.b. Onuph. p.318. Stell. Bal. p.551. *Bzov.* 1456.S.1. Quod quidem ſe facturum promiſit, antequam Pontifex crearetur; nomine Pontificatus non ſine multorum admiratione, ſibi ut idem ſcribit, ante adeptam dignitatem deſumto. Idem etiam *Platina*, quid Pius II. præſtiterit, commemorat p.327 a. *Actum deniq; eſt in illo celeberrimo conventu, Pio ipſo dicente, ut bellum communi omnium decreto Turcis indiceretur. Dictæ ſententiæ, qua id ratione geri poſſet. Propoſitum periculum, quod cervicibus Chriſtianorum immineret. Motæ ſunt omnibus lachrymæ, cùm eorum calamitates exponerentur, qui à Barbaris in graviſſimam ſervitutem quotidie adducebantur. Incenſi enim animi, cùm oſtenderent, Turcas, occupata Græcia & Illyrico interiorem Europam penetraturos.* Et paulò pòſt, *Pius autem duobus maximis ac graviſſimis bellis liberatus, expeditionem Aſiaticam, quæ in Mantuano conventu Regum ac Principum ambitione & avaritia fuerat omiſſa,* re-

repetit. Quibus argumentis rem Pius II. egerit, ut obvios ubique haberet in bello Turcico milites, Decretum ejus luculenter oſtendit, quod extat apud *Bzov.* an. Chr. 1463. Sect. 47. ubi inter alia: *Stat mater Eccleſia dolens, & gemens, & nõ eſt, qui conſoletur eam. Et quid dici de nobis poteſt infelicibus Chriſtianis, niſi Propheticum illud: Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, ſubſannatio & illuſio, qui in circuitu noſtro ſunt. Majores noſtri Hieroſolymam perdidere, & omnem Aſiam & Lybiam. Noſtro tempore Græcia eſt amiſſa & Europæ maxima pars. In angulum orbis redacta Chriſtianitas eſt. Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſepulchrum, niſi Saraceni velint, videre non poſſumus. Quæſtus cauſa illud nobis oſtendunt. Patriarchales ſedes veneratu digniſſimæ, Conſtantinopolitana, Antiochena, Alexandrina & Hieroſolymitana jugo ſervitutis oppreſſæ à Saracenis occupantur, aut Turcis. Non ſine dedecore & ignominia nominis Chriſtiani Romanam Eccleſiam nunc nobis eripere Mahometes interminatur, & faciet, niſi tandem excitemur à ſomno, & conatus ejus ſtudeamus eludere.* Confer *Geneb.* p. 724. *Bzov.* an.

Ch.1458.S.20. *Naucl* Gen.49.p.288.a.& de Sixto IV.p.294.a. Eugenio *Bzov*.1444. Inter *principes ſeculares*, qui aperto Turcas oppugnarunt Marte, ſunt I. *Georgius Caſtriotus*, Epiri & Albaniæ Dux, vulgo *Scanderbegus* à Turcis appellatus. Extat ejus hiſtoria prolixè à Marino Barletio Latine conſcripta, & in Linguam poſtea Germanicam traducta. Ab anno 1444 ad 1466.res contra Turcas multas præclarè geſsit. Adoleſcens adhuc à patre, Duce Iohanne Caſtrioto, Turcarum Imperatori Amurati cum tribus filiis, obſidum loco,fuit traditus. Cui Turcæ,propter magnifica ejus facta, nomen *Scanderbeg* i.e. *Alexander Magnus*, aut *Dominus*, indiderunt. Cumque aliquot annis in aula Turcica educatus fuiſſet,ſenſim eum inceſsit cupiditas regni patrii, cujus Metropolis erat Croja, natura munitiſsima urbs, & planè talis, ut ſecluſa fame, omnem vim bellicam facile contemnere. Poſtquam autem Deſpota Myſiam recuperatam iterum perdidiſſet, & conſilio Iuliani Cardinalis, quem Eugenius miſerat, Regem Ladislaum auxiliatorem implorâſſet, id intelligens Amurates,Baſſam Romanię & Scanderbegum mox in Vngaros præmiſit,cum 20.millibus,ipſe,more ſuo,cum reliquo exercitu ſecuturus. Eo tempore Huniades 35. millia militum habebat, & apud Moravam fluvium Baſſa & Huniades congreſsi ſunt. Scanderbegus, cùm videret,res Turcarum infeliciter habere,auxilio amicorum,inprimis Ameſæ ex fratre nepotis,in Vngarorum partes ſecedit, ſecretarium Baſſæ capit, literas ad præſides & Magiſtratus Crojæ ab eo extorquet,

in quibus nomine Amuratis Scanderbego civitas & omnis præfectura traderetur. Confectis literis, mox ſecretarius & alii decollantur, ut res Amuratem celetur diutius. Scanderbegus, qui cum Vngaris & Huniade antea de rebus inſtituendis conſultârat, magno itinere feſtinans, ſolvit, die ſeptimo Dibram venit, 70. millia paſſuum diſtantem à Croja. Ameſa, aſtutus juvenis, Scanderbegi ſecretarium ſe ſimulans, Crojæ præfectum accedit, alloquitur, & ei creditur, jamq́ue Barbarus convertit ſua, ut paret abytum. Ita Scanderbegus Crojam patriam ſuam recuperat, magno Crojenſium gaudio: Turcæ, qui inhabitârant, partim pelluntur, partim occiduntur. Hic Scanderbegus ſua magnanimitate ſæpe totius Orientis robur & vires regit, totius orbis oculos in ſe convertens; nec contentus in Epiro & Albania præclarè & heroicè agere, verùm etiam totum ſe impendit, ut averteret quicquid Vngariæ incommodaret. In hoc heroe tantus fuit pugnandi ardor, ut dimicanti ſanguis è labris eruperit. *Buch*. an. Chr. 1442. *Paral. Vrſp.* p. 423. Nunquam auctis copiis majus militiæ robur, quàm ſena equitum, ternaq; peditum expeditorum millia hoſtibus oppoſuiſſe dicitur. Delectu veterani militis, non numero victorias parari prædicans. Vnde & eorum nomina factaque memoriter tenere conſueverat, *Jov*. lib. 3. Vir. illuſt. confer *Bzov*. an. Chr. 1466. Sect. 5. II. *Johannes Huniad*, Matthiæ Regis Vngariæ pater, qui Turcas multis cladibus afflixit. Valachus fuit natione, humilibus natalibus ortus: ſed, ut *Sylvius* ait, ingenio dextro,

animo ſublimi, & virtutis amator, quique primus omnium apud Vngaros Turcarum acies & frangi & vinci poſſe monſtravit, & hoſtium ſpoliis Vngarica templa ditavit. An.Ch. 1442. exercitum Turcarum, cujus dux erat Meſites begus, per Valachiam Tranſalp. in Tranſylvaniam irrumpentem, una cum duce Meſite ejusque filio feliciter cæcidit & profligavit. Turcarum viginti millia cæſa, ex Vngaris tria circiter millia deſiderata. *Bonfin. Leuncl. Buchh.* Poſtea an. Chr. 1442. Abedines, Romaniæ vel Europæ Beglerbegus magno exercitu, quem octoginta Turcarum millibus æſtimatum fuiſſe ſcribit *Bonfinius*, cladem ſuperiori anno, cæſis Meſitis Begi copiis, Amurati Turc Imp. illatam, ulturus, ab eodem Huniade in Tranſylvania ad locum, quem Vaſapeum appellant, prælio fuſus & ſuperatus eſt. In quo non tantùm ad triginta millia Turcarum (exceptis 5000. captivis) cæſi periere; ſed & ipſe Abedines ſimilem cum Meſite Bego belli fortunam expertus occubuit; *Bonfin. Leuncl. Buchh.* Sequenti iterum anno cum decem millibus expeditorum eò Amurathem adegit, ut inducias peteret, quas etiam, traditis quibusdam arcibus obtinuit. Ruptis verò pacis conditionibus graviſsimam cùm ſuis ad Varnam cladem accepit, quam ignominiam ut aliquo pacto aboleret, cum exercitu 22000. hominum ex Vngaria caſtra movit, anno gubernationis (erat enim Vngariæ Prorex) ſuæ quarto. Ac primum quidem feliciter cum Turcis pugnavit. Poſtea verò, mutata fortuna, Vngari numero Turcarum ſuperati, non tam victi, quàm feſsi, cedere com-

compulſi ſunt. Huniades, poſtquam ſuos neque minis, neque precibus ſiſtere potuiſſet, cum paucis ex bello profugit. Em tam multo ſanguine victoriam Amurates domum retulit; *Bonfin.* Sylv. Epiſt. 81. & in Europ. c. 6. *Leuncl.* annal. Turc. Mortuus eſt an. Chr. 1456. 10. Septembr. aut, ut *Leuncl* habet, 11. Hujus nomen, ut tradit *Sylvius*, tam terrificum fuit Turcis, ut parentes liberis plorantibus ſilentium non aliter imperarent, quàm Huniadis præſentiam minitando. Plura pete à *Naucl.* Gen. 49. p. 279 b. & deinc. *Geneb.* p. 720. *Bzov.* a. Ch. 1443. S. 1. III. *Veneti*, Beſſarionis inſtinctu, publici Turcarum hoſtes bellum decernunt; *Bzov* an. Ch. 1473. S. 36. aliosque ad id inſtigant. Id. an. Ch. 1493. S. 4. Eosdem *Burgundiæ* Dux ſequitur; *Ib.* S. 37. IV. Quibus legibus Dux Mediolanenſis in hoc bellum conſenſerit, habes S 52. V. A. Chr. 1470. duo omnium ætatis noſtræ maximi Principes. *Fridericus* Romanorum Imperator, & *Carolus*, Burgundiæ Dux convenere in Treverim, deliberaturi de bello in Turcam transferendo. Aliorum hoc nomine Ratisbonæ ab iisdem habitorum comitiorum meminit *Bzov.* a. Ch. 1453. S. 15. Negotium, Imperatoris vice commendavit *Aeneas Sylvius*: Burgundi verò, Iohannes, Tullenſis Epiſcopus. Sua hic omnia ſponte obtulit Burgundus. VI. *Chriſtophorus* Daciæ, Norwegiæ & Sueciæ Rex Romam venit, ut Chriſticolas contra Turcas animaret, *Naucl.* Gen. 50. p. 294. a. VII. Anno ſalutis 1495 menſe Martio *Maximilianus*, Rom. Rex conventum Germaniæ in urbe VVormatia celebravit, in quo, ut fama eſt, de

duobus deliberandum fuit, quemadmodum Turcis occurrendum eſſet, qui in dies magis ac magis Chriſtianorum terras opprimebant,&c.*Naucl.* Gener.50.p.300 b. VIII. *Gallorum Rex*,opem pollicetur Micolao, modò prius cum Anglo redierit in gratiam; *Bzov*.an.Chr.1453.S.17. IX. *Alphonſus* zelum & ardorem in bellum ſacrum Epiſtola ad Cardinalē ſcripta exeruit magnum; Id.1454.S.17. X: *Polonos*,magno numero cruce ſignavit Capiſtranus Monachus; Id 1455.S.29. pluresque ſecuti fuiſſent,niſi moram injeciſſent Cruciferi in Poruſsia; Id.an.Chr.1456.S.14. XI. *Vſſum Caſſanem* etiam, Perſiæ Regem, arma cum Chriſtianis contra Turcas ſociâſſe, inſtigante Calixto III. ſcribit *Bzov*.an. Ch.1457.S.20. XII. *Beſſario* Cardinalis eandem in Germania acturus cauſam parùm proficit; Id.a. Ch.1460 S.39. XIII.*Ferdinandus* Arragonum ac Siciliæ Rex 17.triremibus, tempore Pauli Pontificis in bellum Turcicum inſtructus, ut cum Pontificiis navibus,quas Nicolaus Modruſienſis Epiſcopus ductabat, cumq; Veneta claſſe, cui Petrus Mocenicus præerat,rem tentarent, imperavit,novaque ſocietate cum Sixto ſtabilita, animos ei ad expeditionem Turcicam adjecit; Id.a.Ch.1471.S.7.Hi verò omnes,& ſi qui ſunt alii,qui arma contra Turcas capeſſerunt,Pontificis potiſsimum ceſſerunt authoritati,qui toties,totiesq; ictus ſapere tamen nondū, & ab Orientis dominio temperare ſibi potuit.

Ne nervus deeſſet belli I.*Decimas* expeditioni huic aſsignavit.*Bzov*.an.Chr.1500.S.5. Alexander VI.Clerum univerſum decimat,S.7. Taxam ponit

redi.

redituum Cardinalium, ad cujus rationem decimæ erant ſolvendæ II. *Iubilæum* ipſa illa de cauſa indicit; Id. S. 9. III. *Iudæis partem vigeſimam* imponit; Id. S. 6. IV. Hungari, auctis, vexati ſunt, tributis; Id. a. Ch. 1460. S. 9.

Ex *Doctoribus* claſsicum, præter cæteros, firmis cecinerunt lateribus. 1. *Capiſtranus.* 2. *Aeneas Sylvius.* 3. *Platina, &c.* 4. *Bartholomæus Lapatius.*

[c] Hic variis pugnatum eſt rationibus, ut tepidi expugnarentur animi. 1. *Indulgentiarum* inſtitores crebrò hic faces ſubdiderunt, quos inter a. *Calixtus III.* de quo ſupra p. 833. Adde authoritatem *Naucl.* Gen. 49. p. 286. b. *Conſtituit plures Prædicatores diverſarum regionum, qui diſcurrerent ad prædicandam crucem contra Turcam, & qui hortaretur plebem ad contribuendum ad tam ſanctum ac neceſſarium opus pro conducendis armigeris. Concedens indulgentiam plenariam peccatorum contritis & confeſsis ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, cuicunque eleemoſynam quinque Ducatorum contribuenti · authoritatem quoque tribuens in multis caſibus abſolvendi & diſpenſandi.* *Bzov.* an Ch. 1448. S. 7. b. *Nicolaus V.* Bartholomæum Lapatium Florentinum ex Prædicatorio ordine, Epiſcopum Coronenſem, in Hungariam deſtinavit, qui ſacram militiam, moræ Eccleſiæ recepto, propoſitis quàm

maximis Indulgentiis indiceret. c. *Pius II.* præter Indulgentias, alia vitæ humanæ compendia militiæ ſacræ initiatis deſtinat, Epiſtolâ ad Franciſcum Sfortiam, Ducem Mediolanenſem; *Id.* a. Ch. 1464. S. 5. quem ſecutus poſtea fuit *Sixtus IV.* Id. an. Chr. 1481. S. 2. De ſolennibus ad hanc militiam illicibus idem pluribus agit a. Ch. 1410. S. 9. Illi cumprimis, qui oratoria pollebant facultate, nervos ſuos intenderunt, ut Panegyricis actibus hominum pectora flecterent. Plerique querebantur, Muhammedicam impietatem omnia penè infeſtâſſe, & Chriſtianiſmum in arctum Europæ angulum eſſe redactum. Operæ pretium igitur eſſe antiqua quærere pomœria. Legatur oratio *Sixti IV* habita in Concilio Romano an. Chr. 1481. *Pii* item *II.* in Concilio Mantuano dicta a. Ch. 1459. Ne veró conatum deſperarent aut ad rem ſollicitari viderentur humeris ſuis imparem, magnam facilitatem expugnandorum Turcarum oſtendunt. Ita *Aeneas Sylvius*, apud *Bzov.* an. Ch. 1454. S. 5, quo iterum calcari animum ſuis addidit a. Ch 1459. cum jam Pontifex anteceſſorum exemplo hanc militiam urgeret; *Id.* S. 30. Addidit alius vaticinium, quod interitum legi Saracenicæ minaretur. *Juvabit,* inquit, *gentis illius deſperatio. Nam Mahometum, cui maximè credunt, ſectam ſuam in octingentos usque annos augendam, exinde diminuendam aſtruunt prophetâſſe, qui ſub Heraclio Caſare malignari incepit, poſtquam ſupputan-*

tantur anni quadraginta, & octingenti; quod Turcas admodum territat, Chriſtianos elevat. *Bzov.* an. Ch. 1452. §. 8. Miraculis ſibi multi, & ſpe lautioris vitæ blandiebantur. In Germania inquit idem an. Ch. 1464. S. 45. prædicantibus crucem Apoſtolicis concionatoribus ingens motus factus eſt. Fervebant in eam expeditionem fermè omnes; nemo paſſus eſt averti. Sacrilegium ducebant ſi quis verbo interpoſito conaretur quenquam avertere. Ipſi etiam vulgaverunt, monitos ſe per viſionem crucem ſumere; alius, in veſtibus, alii etiam in cutem impreſſam crucem ſe reperiſſe. Mira confluges hominum ad id iter feſtinantium. Nonnulli ex ditioribus equites ibant armati, portanteſque in zonis, unde viverent; Sed longè major pars erat eorum, qui ſine armis, ſine commeatu mendicantes abirent, quaſi in terram ituri, ubi obvia illis omnia fierent ad nutum. Omnes utriusque ordinis ſpe meliorum incitati eò contenderunt, quaſi aut locupletandi in terris, aut, ubi id non fieret, mox cœlo collocandi. Mors Pii conſilia diſſipavit.

[d] Conſtat enim 1. Anno Chriſt 1406. regnante Henrico III. Caſtiliæ Rege, Saracenos, ruptis fœderis vinculis, cœſos, 2000. jacturam feciſſe, *Fortalit.* fid. l. 4. Cons. 9. Adde *Bzov.* a. Ch. 1457. S. 21. 2. Victores extitiſſe Chriſtianos, Duce Iohanne Portugaliæ Rege, Ib. 3. Eosdem triumphâſſe debellatis Saracenis, & capta Antequera, quæ veteribus Syngilia fuit, per Infantem Fernandum, an. Ch.

Ch.1410.*Id.*& *Bzov*.S.31. Confer eundem an.Ch. 1485. S.10.1486. S.11.1489. S.11. 4. In fugam iterum datos Saracenos Granatenſes, feliciter pugnante Iohanne Rege; an.Ch.1430. Ipſa Granata ad Chriſtianorum rediiſſet Imperium, ſi leges belli ritè obſervatę fuiſſent. Ita Roderic. S. Surita, Faccius apud *Bzov*.a.Ch.1429.S.85. Confer an.Ch.1490. S.3. 5. Alfonſum Portugaliæ Regem.a.Ch.1458. in Africam transfretâſſe, ibidemque loca aliquot occupâſſe; *Ib*. 6 An.Chr.1492.expugnatam Granatam, ſedem Meletis Mauri, religione Muhammedani; *Naucl*, Gen.50 p.399.a. *Bzov*.a.Ch.1491.S.4. Mox tamen iterum à Mauro quodam Granatenſes ad ſeditionem excitatos monet a.Ch.1492.S.1. 7. Emanuelem Regem & ipſum quoque feliciter bellum contra Mauros continuâſſe; *Bzov*. an. Chr. 1496. S.17. Duo autem cumprimis obſervanda ſunt, quæ Mauris expellendis oppoſuerunt Hiſpani; *Militia votiva*, atque ad certas regulas reſtricta, de qua idem, anno citato S.14 & *Inquiſitio*, de qua *Paulus Venetus* Hiſtor. Inquiſit pag.24. An.Chr.1484 *Rex Ferdinandus Catholicus, poſtquam extirpâſſet Regnum Mahumetanorum in Granata ad purgandum regna propria, & uxoris Eliſabethæ, à Mauris & Judæis tandem converſa ad religionem, crexit conſentiente Xiſto IV. tribunal Inquiſitionis per omnia Regna Hiſpaniæ, Siciliæ & Sardiniæ, eâ formâ, quæ etiam nunc obtinet, quódque judi-*

cat

cat non ſolùm eos quibus imputatur Mahumetiſmus aut Judaiſmus, ſed & hæreſes. Forma, quæ tunc introducta fuit & etiamnum obſervatur, hæc eſt: Rex, nominat Inquiſitorem generalem per regna ſua, eúmq; confirmat Pontifex. Cæterùm Curia Romana non ulterius ſeſe immiſcet huic negotio. Inquiſitor hic, poſtquam nominatus eſt à Rege, & confirmatus à Pontifice, nominat ipſe Inquiſitores particulares pro ſingulis locis: qui tamen onus hoc ſuſcipere non poſſunt, antequam ſint approbati à Rege. Senatum etiam deputat Rex ſuper hac materia in loco ubi eſt Curia, cujus præſes Inquiſitor ſupremus. Et hic Senatus eſt ſummus in judicando: conſultat de omnibus negotiis, novas Leges condit, quando eas neceſſarias judicat, controverſias dirimit inter Inquiſitores particulares, Miniſtrorum culpas punit, provocationes audit, nemini ſubeſt niſi Regi. Deſiderat Regius hic Senatus introducere in Regno Neapolitano Inquiſitionem, quæ Hiſpanico ſubjiciatur, ſicut & in Sicilia, & India: Curia autem Romana hanc dependentem à ſe deſiderat, quia non tantùm

præ-

prætexit in eo regno auctoritatem Pontificiam ſpiritualem; ſed & dominium in temporalibus. Confer *Geneb.* p.729.

[*e*] Feliciter aliquoties pugnarunt 1.Copiæ *Scanderbeci.* 2. *Huniadæ*, de quibus ſupra. 3. *Rhodienſes.* Boſsius Hiſt. Rhodian.lib.6.*Bzov.*an.Chr. 1440.S.101. Conjuraverat id temporis Amurathes cum Saladino Ægyptio in extremam Chriſtianorũ perniciem. Quapropter & hic quoq; claſſe decem & octo triremium bene inſtructa, Rhodum Inſulam, fortiſsimum Chriſtianitatis propugnaculum invadere pergebat. Huic Iohannes Laſtichius, Rhodianæ militiæ ſupremus Præfectus, quatuor onerarios,octo triremes,& aliquot minora navigia oppoſuit; & quanquam viribus inferior, invadere non dubitavit, præliumque conſeruit: in quo ſuperior factus ad ſeptingentos hoſtes Saracenos cæcidit, plures vulneravit, claſſem validam in fugam compulit. Vnde Saladinus mœrore & pudore à recepta clade confuſus, majorem claſſem parare in annum ſequentem aggreſſus, Laſtichio occaſionem dedit,qui Eugenium Pontificem, Reges Romanorum & Galliarum, alióſque Principes Europæos,admoneret auxiliorum. De alia Rhodienſium victoria de Muhammede, a.Ch.1478.reportata,ſcribit *Naucl.*Gen.50.p.296. *Bzov.* an.Chr. 1465.S.59. Memorabilis cumprimis eſt Rhodi obſidio,fruſtra à Muhammede tentata, de qua prolixè *Bzov.*an.Chr.1481.S.5.&deinc. 4. *Vuladislaus* Hungariæ Rex,Amurathem, amiſsis in foſsis ad

X.M.

X.M.hominum, Belgradum: poſt ſeptimum obſidionis annum, relinquere coëgit; *Id.* S. 100. Sequenti mox iterum anno 1443. Turcæ ejusdem auſpiciis per Huniadem cæduntur, duce eorum capto: *Id.* S. 1.

[*f*] Felicibus enim belli hujus ſucceſsibus obſtitit I. *Diſsidium* Principum Chriſtianorum inteſtinum. Vide *Plat.* in Paulo II. p. 337. & in Alexandro VI. pag. 350. b. *Paraleip. Vrſp.* p. 411. Actum in Concilio Mantuano de bello in Turcas comparando, ſed propoſitum tamen tenuit: Italorum animis ad inteſtina bella magis, quàm externa inclinantibus: *Bzov.* in Cal. III. an. Chr. 1455. S. 14. & 29. II. Φιληδονία, teſte eodem in Calixto III. p. 319. b. Alphonſus Rex, & Burgundiæ Dux crucis ſignum ſuſcipientes, ituros ſe quoque in hoſtem profitebantur, vel armatos milites eo miſſuros. Verùm ut res uno impetu mota eſt; ita etiam facile reſedit: Principibus ipſis ob voluptatem rem tantam & magnam gloriam parituram omittentibus. III. *Ambitio & avaritia.* Aſiaticam expeditionem in Mantuano conventu decretam avaritia & ambitione, impeditam fuiſſe teſtatur in Pio II. p. 328. b. qui poſtea etiam intellexit, multos eſſe Principes ac populos, non exteros modò, ſed & Italos, qui ambitione & livore, rem tantam diſturbare conarentur. *Paraleip. Vrſp.* pag. 380. Sigismundus contra Turcas fortiſsimam expeditionem inſtituit, copioſum exercitum Germanorum, Burgundionum Gallorum, Vngarorum & Italorum uſque ad Arianopolin ducens. In ea expeditione erat ipſe Rex Si-

Sigismundus,& Philippus Dux Burgundiæ. At Galli contendebant priores eſſe in acie. Hinc confuſio accidit & cædes Chriſtianorum. Dux Burgundiæ capitur, Rex Sigismundus fugit Conſtantinopolin,longo poſt tempore liberatur. IV.Póntificum artes ſolitæ, quibus, ſub prætextu militiæ ſacræ, Germanorum æraria, & privatos exenterârunt loculos. Monuit hoc ipſum Doctor Gregorius Hyemburg contra Pium II.in *Par.Vrſp*.p.804. *Voluit Papa abuti poteſtate ſua, talia imponendo & ſub velamento militaris expeditionis in Turcam inſtaurandæ, facultates Germaniæ, illius quæ eſt inter Coloniam Agrippinam & Auſtriam; ac rurſus inter Daciam & Alpes, qui Germaniam ab Italia diſterminant, medullitus exhaurire*, c.lv.an.Ch.1452.ex Annal.Fland. *Indulgentias Papa in Flandria vendidit hoc prætextu,ut pecunia in bellum Turcicum colligatur; ſed inſumit Papa eam pecuniam in oppugnandis Mediolanenſibus, & Alphonſo etiam.* Eandem de extortis ſibi pecuniis moverunt querelam Germani, quo ſe nomine purgat Calixtus III.Epiſt.ad Iohannem Cardinalem apud *Bzov*.an. Ch.1457.S.1. V.*Suſpicio Monarchiæ*,à Venetis tentandæ. Cùm Pius II.Principum Italiæ auxilia conquireret,ab Oratore Florentino ita fuit compellatus: *Quid agis, maxime Præſul? Adverſus Tur-*

Turcam bella geres, ut Italiam Venetis ſervire cogas? Quæcunque in Græcia exactis Turcis acquirentur, Venetorum erunt, qui ſubacta Græcia, fortaſſe ad reliquam Italiam manus apponent. Nôſti gentis inſatiabilem regnandi cupiditatem. Succedere Romanis ſe jactitant, & Imperium orbis ſibi deberi: huc eos adjuvas, ſocia jungens arma, nec vides, quo præcipitem trahis Italiam. Sed taceamus Italiæ damna: Quid erit Romana Eccleſia illis regnantibus? Putásne ſuam (NB) dignitatem ſervabit? Tuæ prudentiæ fuerit his periculis obviã ire. Venetus in bello eſt, Turcásque gravi vulnere laceſſivit, Peloponeſo propemodum ademta: Non eſt, quod amplius reconciliari Turca Veneto queat; Immortale odium natum eſt. Hoc nobis, meo judicio, optandum fuit. Sine, inter ſe decertent; æquæ ſunt hinc atque inde vires, nec Venetus Turcam, nec Turca Venetum debellabit. Bzov. an. Ch. 1463. S. 40. unde & Laurentius Medices, inter Florentinos facilè Princeps, Pii II. conatib. reſtitit; *Id.* a. Ch. 1477. S. 5. VI. *Syncretiſmus.* Vnde & ipſi nonnunquam Chiſtiani Muhammedanis arma ſuppeditarunt; quibus Nicolaus excommunicationis pœ-

nam denunciavit: an.Ch.1450.S.11. VII.*Perfidia* Exemplum habemus 1 in Vuladislao, ſuprà p.799. 2. In Rege Boſnæ. *Boſnenſe nomen*, ſcribit *Bzov.* an.Ch.1463.S.29. *apud veteres non invenimus. Novum eſt à Boſna (ut arbitramur) fluvio receptum, qui regnum Boſnæ interfluens, Savum influit. Provincia Boſnæ incipiens à Moeſia Occidentem verſus, media inter Panoniam & Dalmatiam procurrit. Rex gentis novus, tributum, quod Majores ejus jam pridem pendere Turcis conſueverant, incertum qua ſpe fretus, petentibus recuſârat, & oppidum, quod ad confluentes Savum, Boſnamque hoſtes conſtruxerunt, Sclavis, & Hungaris magnopere formidandum expugnaverat. Ea contumelia permotus Mahumetes Turcarum Imperator, virus, quod in Hungaros, aut alios exiſtimabatur concepiſſe, in hunc regem evomuit. Hoc cùm ille accepiſſet mæſtus, ac pavidus accerſito Nicolao Modruſienſi Epiſcopo, qui tum fortè Romani præſulis in regno Boſnæ legationem gerebat; Tu me, inquit, Legate, his merſiſti malis; qui eo usque tuis conſiliis perpuliſti, ut Imperatoris potentiſſimi, cui vix queat orbis*

orbis reſiſtere, auſus fuerim oppida expugnare. Aufer, quod intuliſti periculum. Huic Legatus: ſine, ait, in Hungariam proficiſcar; mox adero cum certis, & validis auxiliis; tu modò in fide permaneas. Sed inauſpicatus fuit Epiſcopi ſucceſſus Ecce enim octo fermè dierum ſpatio amplius ſeptuaginta, natura & arte munitiſsima oppida, & auri amplius, quàm decies centena millia nummũ ex Chriſtianis opibus, in manus Muhammedis pervenere. VIII. *Contemptus hoſtium.* Sæpius Chriſtiani ſuos in Turcas armaturi, contemptim de iis loquebantur. Id ſatis cordate obſervavit Dux Sfortia à Pio II. ad bellum ſacrum ſolicitatus. *Dicam,* inquit, *quod ſentio. Primum quod in in bellis ſuſcipiendis conſiderandum eſt, & magno conſilio explorandum, quanta ſit inimicorum potentia, quantus & qualis exercitus, quæ ſit eorum militandi diſciplina atque induſtria, qui locorum ſitus, quibus vel ſe valeat exteris præſidiis, auxiliiſque tueri, vel impugnare hoſtem atque repellere. Dehinc ita ſe ad bellum parare, ut optima ſpes de victoria habeatur. Turcarum quidem potentiam adeò ſpernendam,*

ut quæ ad victoriam neceſſaria ſunt, negligamus, non cenſeo, neque ut ab inferendo bello deſiſtamus timendam. Vide, quid capitula iſthinc ad me transmiſſa, dehinc illa eadem diligentius ac majori ſtudio, à viris (ut par eſt credere) inimicarum virium, ac facultatum expertis examinata, atque digeſta oſtendant. Trecenta millia militum, Turcarum Imperatorem ducturum fore affirmant: atque literæ tuæ eos populos inermes, effæminatos, imbelles eſſe reſpondent. Fateor, beatiſſime Pater, maximam eorum partem ejusmodi eſſe. Verum tamen in armis, bellicisq; expeditionibus, uti facilè meminiſſe poſſumus, multis ætatis noſtræ annis cum maxima Chriſtianorum ſtrage verſati ſunt. Arma habent ad eminus cominúsque pugnandum. Pro eorum lege atque Imperatore non modò parere Imperio, ſed mori quoque promti atque parati ſunt. Habent prætereà & ad invadendum, & ad fugiendum equos agiles, corporáque eorum agilia. Habent inſuper in caſtris, ut plures affirmant, ſexdecim pugnatorum millia, quos Janizaros vocant, robur, firmamentúmque militiæ

litiæ, inſtar phalangis armis aſſuetos rei bellicæ expertes, diverſarum nationum, diverſarúmque gentium, mercede conductos. Id. a. Ch. 1463. S. 52. Hoc ipſum Luſitanis exprobravit vitium Iohannes, Divi Iacobi in Luſitania Magiſter. a. Ch. 1437. S. 43.

[g] Hinc 1. dilatata Turcarum pomœria, ut ſupra diximus. 2. Clades aliquot Chriſtianis inflictæ. Notum eſt a. prælium Varnenſe. b. Navalis pugna ad Mythilenem, in qua 5000. ferro periere. Claſsis Venetæ Imperator fuit Vrſatus Iuſtinianus; Bzov. a. Ch. 1463. S. 5. c. Quàm frigidi fuerint Chriſtianorum in Cypro ſucceſſus, contra Saladinum Ægyptium, qui ipſum Cypri Regem cepit, multa Regni oppida vaſtavit & diripuit, claſſem deniq; Chriſtianorum, nî Regem, magno redimendũ λύτρῳ interemtum velint, domum redire coegit; a. Ch. 1426. S. 22. Solus à Chriſto nato añus 1462. multis contra Chriſtianos victoriis Turcis memorabilis fuit. In Hungaria ſæpe hoc anno, (obſervat Bzov. S 36.) cum Turcis lævia commiſſa ſunt prælia, & rara Hungaros victoria ſecuta eſt. In Valachia etiam Turcæ ſuperiores fuere, qui Tranſilvaniam ingreſsi provinciam, non parvam inde prædam aſportavere. Circa Sanum quoque populati ſunt agros, & multa intulere Dalmatis incommoda. Nunquam totis viribus tentare fortunam præſumpſere, quamvis Matthias Rex ad exercitum, profectus pugnandi copiam facere præſto eſſet. In Aſia Turcarum Imperator emiſſa claſſe, Lesbon Inſu-

lam, fama notiſsimam cepit, freto non magno à Trojano diſcretam agro; Tyrannum Inſulæ ab origine Genuenſem, & qui primi erant apud eam, & omnes Italici generis viros palo ſuffixit, reliquam turbam in ſervitutem redegit. Ita annus 1437 Luſitanis maximè fuit infauſtus, clade in Africa memorabili illata. Fundi hujus calamitatem oſtendit Iohannes Divi Iacobi in Luſitania Magiſter Quinque vidit Fratres Regis Luſitani, cupiditate proferendi nominis ardere: armaq; ſua in Africos transferre cogitare. Negabat autem Magiſter Africam niſi univerſis regni copiis petendam. Eſſe illam provinciam armis, equis, viriſque potentem. Sæpe infeliciter laceſsitum, futurum nunc exitio, niſi ſuis ſe viribus metiantur, audaciam præcipitem frænandam videri. Vtinam (de ſcripto ſententiam conceptam dicebat) falſus vates ſim, niſi impetum animorum tenetis, atque ad rationem revocatis, Africani campi noſtro ſanguine redundabunt. Huncce copiis confiditis? Feroces ante certamen maximè, in ipſo diſcrimine ignaviſsimi erunt: nullo armorum uſu, nullo animorum vigore. An Mauros contemnitis? Næ hic contemptus magno luetur malo. Gentem in pericula promtam, numero infinitam pro aris & laribus, pro uxoribus & liberis fortiter dimicaturam irritabitis. Numinis patrocinium aderit? Sed majori morum probitate conciliatum, quam quos video & arma maximè incenſos. Sed ſi maturè, ſi prudenter capiantur arma. Temerariis votis, impuris precibus, fruſtra ſuperos fatigabis. Ne his furor veſtris conceptus animis ma-

gno

gno conſtet, venire me cogit, nonnullus tamen uſus, ardens patriæ & veſtræ omnium ſalutis amor. Vicit tamen deterior pars, & claſſe inſtructa in Africam trajicit, Tingin obſidet, mox tamen ab Africæ Principibus & Regibus ſuperatur, ipſe Ferdinandus fax belli obſes datus, in carcere tandem, qui in Concilio Eboræ habito, in Principibus Chriſtianis ipſis perpetuus eſt decretus, obiit. Vide *Marian*. l. 21. c. 12. *Bzov*. a. Ch. 1437. S. 43.

Sectio IV.

De

GENTILISMO.

Illuſtre Seculum hoc [a] Samogetarum, aliorúmque remotiſſimorum hactenus & incognitorum Inſularium per Luſitanos [b] primùm, deinde [c] Chriſtophorum Columbum, Americum [d] Veſputium, pluresq́; inſequentes detectorum converſione à [e] Gentiliſmo, eſſe potuiſſet, niſi præpoſtero Doctorum zelo, [f] Papæ major & [g] Pluti, quam [h] Chriſti habita fuiſſet ratio. Quanquam autem non negemus,

[i] feros, occaſione hac, vel ſpe [k] libertatis, vel dogmatum [l] affinitate pellectos, Papiſmo nomen dediſſe multos; certum tamen eſt, plura ab ipſis adverſariis converſionis obſtacula [m] commemorari, quàm quæ cum hyperbolicis eorum recenſionibus conciliari queant, aut ſubſiſtere.

[a] De quibus *Cromer.* lib. 18. & ex eo *Bzov.* an. Chr. 1413. S. 25. *Miechov. de reb.* Polonic. l. 4. c. 45. 46. Communia ferè cum vicinis Lithuanis (de quorum converſione actum eſt Sec, XIV. p. 866.) habuerunt ſacra. Placet ſuperſtitionem eorum, quam & author *Archontol. Coſm.* pag. 403. deſcribit, verbis recenſere Miechovii, à quo etiam converſionis Hiſtoriam habemus: Eo quoque anno, inquit, Samagitia fidem Chriſti, & baptiſma opera Regis Vladislai ſuſcepit, Ad cognoſcendum autem naturam provinciæ, & Gentis illius, animadverte, quòd regio Samagitiæ eſt ſeptentrionalis & gelida, Lithuaniæ, Livoniæ, & Pruſsiæ contermina, ſylvis, collibus, & fluminibus circumſepta. Gentes regionis proceræ ſtaturæ & altæ, agreſtes & incultæ, parco & modeſto victu viventes, ſitim aqua ſedare ſolitæ, rarò cereviſia aut medone, auri, argenti, æris, ferri & vini illa tempeſtate expertes & ignaræ. Apud hos licitum erat uni plures viro habere uxores, & patre mortuo novercam, fratreque glorem in uxorem accipere. Nullus illic ſtubarum aut ædificiorū no-

nobilium, ſed tugurii uſus; ventrem diſtenſum & porrectum, extrema verò habens coarctata. Ex ligno & culmo ſtructura, largius ab imo ſenſim operis incremento ædificium in arctius cogebatur, in carinæ maximæ ſimilitudinem elaborata. In cacumine feneſtra una ſuperne lumen reddens, ſubter quá focus, & cibos parabiles coquens, & frigus, quo regio pro majori anni parte prædita eſt, repellens. In ea domo ſe uxores pignora, ſervos, ancillas, pecus, armentum, frumentum;, & omnem ſupellectilem condebant: gens ad divinationes & auguria proclivis. Præcipuum numen Samagiticum erat ignis, quem ſacroſanctum & perpetuum putabant, qui in montis altiſsimi jugo, ſuper fluvium Nicuyaſza ſito, aſsidua lignorum appoſitione à ſacrorum ſacerdote alebatur. Accedens itaque VVladislaus turrim, in qua conſiſtebat, incendit, & ignem disjecit, & extinxit. Succidit deinde per milites ſuos Polonos ſylvas, quas non ſecus quàm ſanctas, & Deorum ſuorum habitacula, Samagitæ venerabantur. In eam mentis caliginem prolapſi, quòd & ſylvæ præfatæ; & aves, feræque in illis conſiſtentes, ſanctæ eſſent, & quicquid in illas ingrederetur, ut ſanctum cenſeri deberet, violanti quoque nemus, feras, vel alites, manus aut pedes (NB,) dæmonum arte curvabantur. Maxima itaque Barbaros tenebat admiratio, quòd Polonorum milites, nemus ritu gentilitatis ſacrum, excidentes, nulla læſio, qualem ipſi in ſe frequentius experti erant, ſequeretur. Habebant præterea in ſylvis præfatis focos, in familias & domos diſtinctos, in quibus

omnibus charorum & familiarium cadavera, cum equis, ſellis, & veſtimentis potioribus incendebant. Locabant etiam ad focos hujusmodi, ex ſubere facta ſedilia, in quibus eſcas ex farre, in caſei modum præparatos deponebant, medonémque focis infundebant, ea credulitate illuſi, quòd mortuorum ſuorum animæ, quorum illic combuſta fuerunt corpora, nocte venirent, eſcisque ſe reficerent. Inſuper prima Octobris die, maxima per Samagitas in ſylvis præfatis agebatur celebritas, ad quam ex omni regione univerſus utriusque ſexus populus illuc conveniens cibos & potus, quilibet juxta ſuæ conditionis qualitatem deferebat: quibus aliquot diebus epulati, Diis ſuis falſis, præcipuè Deo, lingua eorum appellato Perkuno, id eſt, Tonitru, ad focos quisque ſuos libamina offerebat. Rex itaque VVladislaus primum eos orationem Dominicam, deinde Symbolum Fidei docuit [quoniam nullus ſacerdotum Linguam Samagiticam noverat] & undis baptiſmatis ablui imperavit. Vnus autem ex majoribus Samagitarum pro omnibus reſpondit. Ex quo, ait, Sereniſsime Rex, Dii noſtri velut inermes & languidi à Deo Polonorum deleti ſunt, Deos noſtros & ſacra eorum deſerimus, & Deo tuo atque Polonorum fortiori adhæremus: ſicque baptizati ſunt. Rex autem in Miedmilei Cathedralem Eccleſiam, ſub honore & titulo ſanctorum Martyrum Alexandri, Theodorici, & Evancii, in aliis autem locis Eccleſias Parochiales fundavit, & illis dotem ſufficientem conſignavit, & inſcripſit Mednicenſi Eccleſiæ, ſucceſſu temporis, primus E-

pi-

piſcopus Matthias origine Alamanus, Vilnæ tamen natus, eo quod linguam Lithuanicam & Samagiticam noverat, præfectus & conſecratus eſt. Contigit autem in prima plantatione, dum Samagitæ per Magiſtrum Nicolaum Venzyck, Fratrem ordinis Prædicatorum, Regium Prædicatorem, per Interpretem inſtruerentur de Fide, de Creatione mundi, & de lapſu primi hominis Adæ, unus Samagitarum ſermonem Prædicatoris ſufferre non valens, in hæc verba prorupit: Mentitur, ait, Illuſtriſsime Rex, Sacerdos iſte. Aſſerit, mundum creatum fore, cùm ſit homo non longævæ ætatis. Sunt enim inter nos plures, annorum numero ſeniores, centenarium numerum ſupergreſsi, qui nullius creationis meminerint, ſed Solem, Lunam, cæteráque ſydera, ſemper eisdem motibus referunt luxiſſe. Explicavit Rex, quæ à Nicolao prolata, Samagitius non intellexerat. Illum duntaxat non aſſeverare, ſua ætate creationem Mundi accidiſſe; ſed longè ante, ſcil. ante aliquot millia annorum cœlum & terram à Deo Ter Opt Max condita fuiſſe. Lithuanis, ut in recepto jam Chriſtianiſmo conſtantes perſeverarent, Ladislaus in conventu Polonorum & Lithuanorum privilegia conceſsit, jus videlicet Nobilitatis, ſed iis duntaxat, qui ritus Eccleſiæ Romanæ ſervarent: *Crom. Bzov. l. c.*

[b] Qua de re prolixè *Maffejus* lib. 1. Hiſt. Indic. *Oroſius* item & *Petrus Cieza* Indicarum rerum diligentiſsimi Scriptores, quorum ductum ſecuti, rem ab ovo arceſſemus: Iohannes primus Portugalliæ Rex, maximam claſſem inſtruxit, qua Septem ur-

bem

bem Mauritaniæ munitiſsimam, in ora maritima Gaditani freti ſitam, expugnavit. Inde fuit oblata occaſio Luſitanis, qui in illius urbis præſidio conſtituti fuerant, armis latius evagandi. Henricus deinde, Iohannis filius, claſſes ædificavit, quibus Africæ littora, & eas Mauritaniæ regiones, quæ extra fretum ad Auſtrum pertinent, infeſtas redderet. Itaque, teſte Tarupha, varias Inſulas ab hominibus nunquam habitatas invenit: Inter quas ea, quæ vulgò Madera nuncupatur, & Saccaro proferendo eſt aptiſsima. In hanc & multas alias novos primus induxit colonos ex Luſitania. Inſulam verò S. Georgii de Picho, Flandris habitandam dedit. Deinde cupiditate incenſus terras ignotas explorandi, dedit operam, ut ij, quos claſsibus præficiebat, multò longius progrederentur. Quo ſtudio factum eſt, ut non ſolùm bona pars Africæ, quæ ad Æthiopiam pertinebat, verum & Inſulæ permultæ in Oceano ſub Imperium Luſitaniæ redigerentur. Eo ſub an. ſal. 1460. mortuo, Rex Alphonſus, Odoardi Regis, qui fuerat Henrici frater, filius, ob bella graviſsima nihil ulterius potuit explorare. At ſub Iohanne II. Alfonſi filio, Luſitanorum claſſes maximam partem Æthiopiæ perluſtravere: & extra æquinoctialem circulum evecti, cùm eſſent à conſpectu ſeptentrionis remotiſsimi, alia ſidera in cœlo notârunt, ad quæ curſum dirigerent. Iam cum quilibet alium navigationis longitudine ſuperare contenderet, factum eſt, ut inciderent in promontorium*, quo nullum unquam majus in terris apparuit, longitudine triginta & novam graduum, qui effi-

efficiunt ſupra duo millia & ſeptingenta millaria: ab ortu verò latus illius multò longius eſt. In eo ſuperando tantis tempeſtatibus jactati ſunt, ut ſæpe numero omnem ſpem ſalutis abjicerent. Quo factum eſt, ut Tormentoſum illud promontorium appellarent à Tormenta, hoc eſt, tempeſtate adverſa. Reverſi cùm Iohanni hujus promontorii ſitum & longitudinem demonſtrarent, tanta lætitia affectus eſt, ut exiſtimaret, eſſe ſibi jam aditum in Indiam patefactum; & quaſi felicis eventus augurio commotus promontorium illud Bonæ ſpei nominari juſsit. Homines interim partim Hebræos, partim Chriſtianos Alexandriam miſit, inde in Æthiopiam, quæ ſupra Ægyptum eſt, & in Indiam, ut qua ratione commodius ille curſus, poſt illum promontorii flexum, in Indiam confici poſſet, intelligerent. Sed hos illius conatus mors oppreſsit. Emanuel, qui ei ſucceſsit, multis licet diſſuadentibus, motus Iohannis conſilio, quo illum juvenem admonuerat, ut pro virtutis inſigni, quod regiis inſignibus adjungeret, ſphæram, in qua eſſent cœleſtis regionis circuli deſcripti, geſtaret (quaſi prævideret futurum, ut Emanuelis, quem jam, ut hæredem intuebatur, operâ, incognita ſidera, ultimæque Solis orientis occidentis regiones explorarentur) claſſem inſtruxit quatuor navium. Navi prætoriæ Vaſcus Gama præfectus erat, alteri Paulus Gama, ejus frater, tertiæ Nicolaus Coëllus, quartæ, quæ commeatus ſupplementum convehebat, Gundisſalvus Nonius. Aberat Olyſsippone littus quatuor paſſuum millia templum religioſum. In id Gama pri-

pridie illius diei quo erat navem conſcenſurus, ſe recepit, ut noctem cum religioſis hominibus in precibus & votis conſumeret. Sequenti die ab omnibus in ſcaphas deductus, alacriter in navem conſcendit. VII. Id. Iulii anno à Chriſto nato 1497. curſum ad fortunatas Inſulas direxit: deinde Inſulam S. Iacobi, quæ reſpicit Æthiopiam, luſtravit. Inde navigationem Solis ortum verſus inſtituit, donec terram conſpicatus eſt, & ad eam continuò naves appellere juſsit, in magnumque ſinum ingreſſus eſt. Quibuscunque terris inſiſteret, mores Gentis & inſtituta perdiſcere ſtudebat; propterea nunquam à terra procul abſcedebat, illius ſitum & fertilitatem conſiderans. Dabat inſuper negotium certis hominibus, ut aliquem ex illis, qui regionem eam colebant, vel aſtu, vel vi, caperent, ex quo poſſet id, quod volebat, cognoſcere. Ad illum perducti homines (quorum linguam nemo ex illius comitatu, qui multas Æthiopiæ linguas noverant, intellexit) fuere benignè excepti, atque veſtiti, & muneribus, quibus capiebantur, allecti, ut alios ad noſtros pellicerent. Munera fuere tintinnabula, & vitrei globuli, & alia ejusmodi. Erant in ejus claſſe decem homines capite damnati, quibus fuerat ea lege vita conceſſa, ut quibuscunque locis à Gama relicti fuiſſent, regiones luſtrarent, hominumq; mores & inſtituta cognoſcerent. Vt ſolennes dies cadebant, qui erant Divorum memoriæ conſecrati, ita nomina terris & Inſulis, & fluminibus incognitis, quæ diebus illis primum viderant, imponebant. Columnas lapideas, in quibus erat crux cum Emanuelis inſignibus

bus inciſa, in iis portubus erigebat, quos ad Chriſtiani nominis gloriam, & ad Regis Clariſsimi monimenta, diutius conſervanda, magis opportunos judicabat: & ad eam rem multæ columnæ ejusmodi fuerant navibus illis impoſitæ Calecutium uſque penetravit, & in Olyſsiponenſem portum rediit anno 1499. Poſt hæc Emanuel claſſem XIII. navium anno 1500. mille & quingentos milites habentem, Petro Alvaro Caprali commiſit, eique præcepit, ut, quoad fieri poſſet, amicitiam cum Calecutii Rege firmaret, ab eóque peteret facultatem arcis propè urbem ædificandæ, qua Luſitani poſſent vitam ab hoſtium immanitate tueri, & ſine ullo periculo negotiari. Si recuſaret, bellum inferre minimè dubitaret. Miſit unà quinque Monachos, religionis opinione præſtantes, qui Franciſci mores & inſtituta ſequuntur, ut Luſitanis ſacra miniſtrarent. Eundem curſum, quem Gama, tenuit, donec ad Inſulam S. Iacobi pervenit. Cùm verò ulterius progrederetur, ſedata tempeſtate, Occaſum verſus navigavit, & in terram incognitam deſcendens (quam ſanctæ crucis nomine celebrari voluit: nunc Braſiliam appellant) columnam marmoream collocari juſsit, & Gaſparum Lemium in Portugalliam remiſit, qui Emanueli de hujus terræ ſitu nunciaret. Inde profectus, tempeſtate quatuor naves amiſit. Calecutium petiit. Regis perfidia accepta damna gravioribus damna rependit, Arabum mercatorum æmulatione. Domum rediit prid. Calend. Auguſt. anno 1501. Miſerat autem eodem anno Rex Emanuel in Indiam aliam claſſem trium navium,

vium, cui præerat Iohannes Novius, quod confideret in ea claſſe, cum qua Capralis anno proximo miſſus fuerat, ſatis præſidii fore, vel ad pacem cum Calecutii Rege conſtituendam, vel ad ſpiritus Regis inſolentis & elati comprimendos. Sed cùm è Caprali cognoviſſet inſidias, quibus circumventus fuerat, miſit anno ſequente rurſus Vaſcum Gamam in Indiam cum claſſe decem navium. Aliam præterea claſſem inſtrui præcepit, cui Vincentius Soderius præerat, ut teneret Indicum mare, bellúmq; Saracenis, qui in Indiam navigabant, inferret. Aliam inſuper claſſem quinq; navium comparari juſsit, cui Stephanum Gamam, Vaſci Gamæ fratrem patruelem, præfecit, qui Kalendis Aprilis ejusdem anni Olyſsippone præfectus, eundẽ curſum tenuit. Anno 1503. rurſum ſex naves in Indiam miſit: tribus Alfonſum Albuquercium, aliis Franciſcum Albuquercium, illius fratrem patruelem præfecit. Aliam claſſem Gundisſalvo Coëlio commiſit, qui Braſiliam perluſtraret. Sed navigandi in regionem parùm cognitam imperitia factum eſt, ut Coëlius ex ſex navibus quatuor vadis alliſas amiſerit, atque duas tantum plenas illis rubris lignis & pſittacis atque ſimiis, in patriam reduxerit. Navis quædam in Oceano Atlantico, neſcio quo curſum inſtituens, vi tempeſtatis oborta, à vento Subſolano graviſsimè favente, ad terram ignotam, nec ullis cognitam Coſmographiæ libris, violenter rejecta eſt. Gubernaror ejus navis, quem alii Andeluſium, alii Luſitanum mercatorem fuiſſe volunt, cum tribus aut quatuor ſociis fame & penuria fractis, vix tandem ad

ad Inſulam Maderam in mari Luſitanico appulit. Habitabat id temporis in illa Inſula Chriſtophorus quidá Colonus (quem alii Columbum nominant, de quo prolixè *Bzov*. an. Ch. 1492. S. 13.) non magnæ fortunæ, ſed acris ingenii vir, Coſmographus ſolertiſsimus, natione Ligur, qui tabulas nauticas ex Luſitanorum navigationibus emendandi ſtudio in Luſitaniam profectus, & uxore ex Inſula Madera ducta eò commigraverat. Ad hunc naufragus ille gubernator auctariũ Coſmographicum ſymboli loco afferens, ſolus (nam ſocii in ipſo ſtatim portu obierant) divertit. Sed cùm & ſibi mortem ingruere ſentiret, ſcripturas quasdam Geographicas, ac totam mortiferi illius itineris rationem, & incognitarum terrarum, ad quas rejectus fuerat, delineationem, Colonus in manus tradidit, & quam hactenus celaverat rem, [illegible]tu mortis omnem aperuit. Quo facto, ſtatim animam efflavit. Colonus igitur jam alta ſpirans animum ſeriò erigere cœpit ad ea, quæ diu ante animo volverat, ut ſcilicet quæreret divitem Marci Poli Cipangum, atque Antipodum terram & Platonis Atlanticam. E veſtigio ergò fratrem Bartholomæum Colonum expedit ad Anglię Regem, Henricum VII. cujus regnum ea tempeſtate & pacatum erat, & opulentum ut exponeret, ſi ſibi naves & facultates darentur, effecturum ſe, ut novis & auriferis regionibus repertis, Angliæ regnum omnium regnorum totius Europæ florentiſsimum redderetur. Sed paſſus hic repulſam idem apud Luſitanum Alphonſum V. tentat. At verò quia hic Meridionalis Africæ oras bello laceſſebat,

& jam viam ſternere Calecutium verſus incipiebat; miſer Colonus tantum hic, quantum illic impetravit. Tertio rem tentans apud Ferdinandum Catholicum, & Eliſabetham Reges Caſtilonenſes & Aragonios, id temporis bello Granatenſi impeditos, tandem ſuperatis Mauris ac tota expulſis Hiſpania, retulit quod voluit. Dantur à Rege ſedecim millia ducatorum, datur & claſsis, ſed trium duntaxat navium: dantur in comitatum homines 120. Hic tam parvus apparatus tantas tamque inauditas poſtea res, quantæ hodie de Indis conſtant, excitavit. Colonus cum exigua claſſe mari ſe exponens vaſtiſsimo, ex Hiſpaniis ſolvens, anno à Chriſto nato MCCCC XCII. III. Nonas Auguſt. ad Inſulas Fortunatas, quas Canarias dicunt, pervenit. Hinc progreſſo iter aliquot dierum, ta[illegible] graminis per mare fluitantis ubertas claſsi occurrit, & tandem totam circumſepſit, ut tanquam in pratis herba virentibus navigare viderentur. Quare tum etiam magis, quæ de ſubmerſa Atlantica apud Platonem legerat, vera eſſe, ut credidit, ſic timuit. Nihilominus gramineum tandem mare ſuperans, poſt multa pericula, poſt duram toleratam famem, vix tandem cum ſuis in incognitas, quas quærebat, regiones, nuda, barbara, & inermi gente habitatas, ſed auri divites, appulit, triginta trium dierum navigatione occiduum ſemper Solem ſecutus. Cùm ex Indigenis rogaret de ſua, quam ſemper ſomniaverat. Cipango, indicaverunt regionem vocatam Cipao. Ecce iterum alluſio nominis, quod caſu contigerat, id ut ratione eveniſſe putaret, effecit. Statim naves duas

(nam

(nam tertia ſcopulis illiſa perierat) auro, gemmis, X. Indicis hominibus, gallipavis multis, pſittacis varii coloris, & aliis multis barbaris rebus onerat, ac tandem annno exacto triumphabundus ad Regem Catholicum revertitur. Rex lætari, ac magno honore Colonum afficere: adeò ut mox eum Admirantis Indiarum honorificentiſsimo titulo decoratum, diplomate expedito, duodecima parte omnis emolumenti, quod ex profectione Indorumque ſubactione redundaret, donaverit, & cum claſſe majori eò unde redierat, è veſtigio remiſerit: Alexander VI. Papa pro ſua authoritate Hiſpanis privilegium dedit, Pervanæ terræ, ſive Occidentalis Indiæ occupandæ. Ergo Colonus quater in Indias navigavit, Hiſpaniolam Inſulam occupavit, quater rediit. Obiit in Hiſpania anno ſalutis M.D.VI. creſcentibus deinceps magis ac magis apud novos Indos Hiſpanorum rebus, alii atque alii ſpe divitiarum incitati, aliquid novi aggredi meditabantur. Atque hoc imprimis memorabile & inſigne fuit inceptum, quod Ferdinandus quidam Magellanus, natione Luſitanus, cui fretum Magellanicum una navigatione ſimul & immortalem gloriam, & mortem attulit, tentare auſus eſt. Is enim Caroli V. Imperatoris munificentia excitus, à ſuo Rege deficiens, ad hunc confugit, perſuadens Regi Catholico, ſi ſibi nummi & naves darentur, non antea à navigatione deſtiturum, quàm ut moreretur, aut fretum aliquod inveniret, qua Occidentem versùs, compendioſiore via, quàm qua Luſitani navigarent (nam hi navigando in Orientem tendunt) ad Inſu-

las Moluecas, omnibus aromatum ſpeciebus fœtas, diverſiſsimo itinere, aditum patefaceret. Rex huic quinque navium claſſem commeatum, armamenta 223. homines in comitatum ſuppeditat. Anno à Chriſto nato MDXIX. mari vaſto ſe committit, ad tractum Pervanum curſum dirigens, inde meridiem versùs littora legens; poſt acerbas quasdam clades, amiſſa una navi, & altero invito eo ad Hiſpaniam redeunte, fretum, quod cogitârat, invenit, & poſt 27. diem, ex quo ſinum intrârat, in apertiſsimum Oceanum evectus, inde ad Moluccas, Occaſum versùs deflectens, in diverſas, nunquam viſas, lectas & auditas Inſulas incidit. Quibus tum bellum inferre conatur, confoſſus & dilaceratus à Barbaris, multis quoque ex ſuis deſideratis, gloria, quæ tanto facinori debebatur, frui non potuit. Nihilo tamen ſegnius, qui ſupererant ſocii, iter inſtitutum proſequuntur, & ad Moluccas perveniunt. Atque hinc tertia nave ob remigum defectum cremata, duabus refectis, quarum alteri Trinitatis, alteri victoriæ nomen erat, non quâ venerant redire, ſed totum mundum circumire volentes, ab Oriente in Occidentem, rectâ procurrunt. Et Trinitas quidem in novum orbem properans, ut ibi reficeretur, in Luſitanorum venit poteſtatem. Victoria verò Luſitanis elapſa, cum XVIII. vectoribus, quibus præerat Iohannes Sebaſtianus à Cano, poſt enavigata duodecies mille milliaria noſtratia, poſt ſexies ſine læſione transmiſſam torridam zonam, tertio tandem anno, quam ex Hiſpaniis ſolverant, eadem cum maxima Regis Catholici voluptate redie-

dierunt, cùm diem unum in Kalendario anticipaſſent; nam diem illi Mercurii putabant eſſe, cúm dies eſſet Iovis: Sebaſtianus à Rege arma gentilitia obtinuit, orbem terrarum, hoc addito ſymbolo, HIC PRIMUS GEOMETRES.

[c] Vide ſuprà. Confer *Bzov.* an. Ch. 1492. quo navibus à Rege Hiſpaniæ inſtructus Calendis Septemb. ſolvit. Compendium hiſtoriæ habet *Bemb.* Hiſt. Venet. l. 6. Columbus, homo Ligur, ingenio peracri, qui multas emenſus regiones, multum maris & Oceani perluſtraverat, tribus cum navibus ad Inſulas Fortunatas, quas Canarias appellant, profectus, atque ab iis tres & triginta totos dies Occidentem ſecutus Solem ſex numero Inſulas reperit, quarum ſunt duæ ingentis magnitudinis, quibus in Inſulis Luſciniæ Novembri menſe canerent, homines nudi, ingenio miti, lintribus ex uno ligno factis uterentur. Frumentum hi habent, quod Mazem appellant, multò quàm nos, ſpica & culmo grandioribus, arundineiſque foliis, & plurimo ac rotundo grano, quod ſpicæ infixum membrana pro ariſtis veſtitur, quam quidem matureſcens rejiciat. Animalium quadrupedum genera habent perpauca avium verò longè plurima. Cùm uno harum duarum Inſularum Rege fœdere inito, Columbus 38. ex ſuis apud illum relictis (qui mores & ſermonem gentis addiſcerent, ſeque brevi rediturum expectarent) decem ex Inſularibus ſecum ducens, in Hiſpaniam rediit. Hæc illorum itinerum origo, inſtitutæque ad incognitas orbis terrarum oras navigationis hoc initium fuit. Anno autem inſequente,

ut pollicitus fuerat Columbus, cum navibus 17. & militibus & fabris, & commeatu omnis generis juſſu Regum eodem rediens, propter Soli bonitatem, magnitudinemque Inſulæ, oppidum, opportuno loco condere, ac terram colere cœpit. Arbores frondibus nullo anni tempore ſpoliabantur, una aut altera exceptis, quarum Hiſpani, præter pinum palmamque, nobis cognitam viderunt nullam. Inſulas à ſuis Diis, quos Zemes appellant, ejusmodi reſponſa accepiſſe conſtat: venturam eo indutam veſtibus gentem, quæ regionem ſubigeret, & ipſorum Deos aboleret.

[*d*] Braſiliam hic, novi orbis partem, à *Braſilo* rubro ligno, quod tingendis veſtibus, inde petitur, à longo tempore (initio tamen *Regio ſanctæ Crucis* appellata; *Maff.* l. 2. pag. 67.) Emanuelis auſpiciis accuratiſsimè (nam Petrum Alvarum Capraleum primam fregiſſe glaciem, habet *Maff.* pag. 66.) exploravit. Vnde & Americæ nomen obtinuit. Hodierno autem die Americæ totum illud tribuitur ſpatium, quod propter magnitudinem quarta orbis pars appellatur. Tota circumnavigata eſt, præter eum tractum, qui Septentrionem reſpicit, cujus litora nondum perluſtrata ſunt. Pars ſeptentrionalis Novam Hiſpaniam, Mexicanam Provinciam, terram Floridam, & terram novam comprehendit: Meridionalis verò (quæ terra Firma Hiſpanis vocatur) Peruviam & Braſiliam continet. Braſiliæ deſcriptionem habet *Maff.* lib. 2. p. 67, Hiſt. Indic. *Caſpar Bar* de reb. geſtis ſub Maurit. in Braſil. p. 20. *Archont. Coſm.* p. 271. Vnde verò in Braſiliam, cæteraque Ameri-

cæ

cæ loca migrarint coloniæ, variant authores: Vide *Barl.* l.c. Iudicium hac de re ſuum peculiari diſſertatione dedit *Hugo Grotius*.

[*e*] Quàm tetra Braſilienſes errorum & ſuperſtitionum involverit caligo, idem tradit *Barl.* l.cit. p.22. Quam verò cognitionem de Deo habuerint omnes priſci novi orbis incolæ verbis exponam auth. *Archont. Coſm.* p.283. In periculo aut adverſitate aliqua conſtituti, barbari illi, oculos tamen ad cœlum attollebant, habitare eum illic oſtendentes, qui res omnes ſua moderatur providentiâ. Non eſt autem mirandum, quod Deum verum & ſupremum rerum Dominum non cognoverint, cùm hoc ſit proprium eorum, quos æterni Numinis lumen irradiavit. Sunt autem inter omnes Americæ populos Cichimicæ, novæ Hiſpaniæ, & quædam Braſiliæ gentes longè barbariſsimi. Vtrique enim vitam vivunt penitus efferam, & brutis convenientem, degentes ſine capite, ſine lege, ſine ulla civilitatis forma aut ratione vivendi politica, cùm omnis eorum ſermo, omniaque ſtudia tantùm eo dirigantur, ut ſatisfaciant præſentibus ſuis deſideriis. Nam & ſenſus obſcurant intellectum, & affectus corrumpunt judicium. Nec enim cogitationes ſuas à terra ſurſum elevare poſſunt, aut aliquid animo comprehendere, quam quod eſt ante oculos. Sic vicinæ Braſilienſibus gentes nullam omnino vel Dei, vel ullius religionis cognitionem habent. Cùm autem hominem neceſſe ſit aliquid habere cui innitatur, aut quo ſe fulciat, oportet eum, qui in Deo non acquieſcit, aut falſis adhærere Diis, vel auguriis, aut ſi-

milibus vanitatibus, quod in Braſilienſibus patet: qui, quamvis neque Deum, neque Idola adoraverint, nugarum tamen & circulatorum fraudibus mirum in modum decepti, admodum dediti fuere ſignis & ominibus, vel futuræ proſperitatis, vel infortunii. Qui habitabant circa S. Crucis in Monte oppidum, quanquam ne ipſi quidem Idola colerent. Diabolum tamen apertè adorabant, non ut aliquid boni ab eo obtinerent, ſed ut mala futura evitarent. Loquebantur & converſabantur cum eo, offerentes ei res diverſas, libantes pocula in ejus honorem, adhibitisque ceremoniis bibentes, nec audebant fructus terræ guſtare, niſi prius dæmonio primitias obtuliſſent. Nunquam tamen illum exquiſitius colebant, quàm in venatione & piſcatione, quibus artibus illi potiſsimùm ducebant vitam. At Varræi vicini eorum exeuntes certo quodam anni tempore prorſus è poteſtate mentis currebant lymphatici in ſylvas & ſolitudines, inconditis ſalientes geſtibus magnisque ululatibus invocantes quendam Cendirum, de quo miras narrabant abſurditates. Hoc nomen ſemper ore ferentes per præcipitia & invios ſaltus currebant; incedebant ſuper prunas candentes (NB.) & calcabant ſerpentes ſine ulla tamen noxa. Iidem ſeptem Dæmonum genera noverant, quos omnes venerabantur, ne ab iis verberibus vel ipſa morte afficerentur, dediti ſupra modum auguriis. Sed omiſsis his veniamus ad populos paulò civiliores. Cuſcani, & in univerſum omnes Peruani fatebantur unum eſſe creatorem rerum omnium, ſummumque moderatorem,

rem, quem ipſi Viracocham appellabant, & Pachacamam, & Pacaajam, id eſt, creatorem cœli & terræ. Verbo autem commodo, quo nomen Dei exprimerent, deſtituebantur: Sed ne hoc ipſo tempore Deum dicere noverunt, niſi vocabulo uti velint Hiſpanico. Faciunt hæc omnia, ut difficulter ipſis perſuaderi poſsit, eſſe unum verum, ſupremumque Deum, nec præter eum ullum alium, quod poſterius tamen facilius credent. Fatendum tamen, eos ſuperare in qualicunque religionis umbra veteres Græcos, qui uni ſummóq; Deo multos ſuccenturiabant alios, iisque furta & nullum non flagitii genus tribuebant, quod de Viracocha ſuo dicere Indi ne in animum quidem ſuum induxerunt: ſed de eo nihil non magnum, pretioſum & admirabile dixerunt: Vnde & eum ſua lingua Vaſpu, id eſt, ſtuperdum appellaverunt. Poſt Viracocham Peruani venerabantur aſtra, cumque nullius ſyderis ſe magis exerat Virtus, quàm Solis, ſecundum huic tribuebant locum, ut tertium illi, quem fingebant cauſam eſſe pluviarum & cæterorum meteororum: inprimis autem colebant Tonitrui Deum, ſive Altitonantem, ob terrorem, quem hominibus incutere ſolet. Perſuaſum inſuper ipſis erat, eſſe in cœlo omnia planè ac eadem animalia, quę in terra, ita ut horum generatio ab illis dependeret, haberéque unam quamque animalis ſpeciem ſuam peculiarem ſtellam, quæ ipſi dominaretur, quam & ideo divinis proſequebantur honoribus, ut ſi animal manſuetum eſſet ac utile, aſtrum virtute ſua id conſervaret; ſin venenatum noxiumque, ab ejus

vi nocendi homines conſervaret. Quoties nova Luna adepta luminis aliquid in cornu coibat. Varæi eam adorabant horrendis cum ululatibus, & abſurdo corporis motu, ut ab ipſa certam mittendi ab arcu ſagittas adipiſcerentur ſcientiam, quod unū eorum potiſsimum eſt exercitium. Deformabant variis inciſuris brachia femoraque cum cruribus, dicentes, hoc multum ad celeritatem curſus facere. Combuſſerant jam ante animalia, quorum ſingularis pernicies: in horum cineribus ſe factis vulneribus volutabant, ut eos plaga hians combiberet: Mulieres etiam genas faciei, brachia & femora cultellis ad ornatum, ut opinabantur, incidebant, impreſſo colore cæruleo, quæ notæ nunquā deinceps deleri poterant. *Chiani* populi ſunt vicini oppido S. Crucis in Monte. Hi dividunt, ut nos, annum in duodecim menſes, dicentes, unicuique certam præſidere ſtellam, quam adorabant, certisque venerabantur ſacrificiis, præſertim iis menſibus, quibus fruges colligebant. Iidem velut augures magna ſuperſtitione obſervabant cantus avium, nec ſatis dici poteſt quantopere abhorruerint ab ululatu noctuarum bubonumque, quem ſi fortè audiviſſent, ſeniores arreptis armis ad eum locum concurrebant, rogantes avem, ut ſine noxio præſagio diſcederet. Iuniores interea cum mulieribus domi deſidebant, ne participes fierent ſiniſtri ominis. *Peruani* autem (ad hos enim velut poſtliminio revertimur) divinam vim etiam terræ tribuebant, & Mari, ſub nominibus Pachacuma, & Macamoca, ut & Iridi, & omnibus omnino rebus, in quibus magnum aliquid

quid & admirabile eminebat: arboribus, montibus, rupibusque editioribus: iidem colebant majores fluvios, & ex animalibus urſos, Dracones, Tigrides, ne ab iis detrimenti aliquid acciperent. Iter facientes projiciebant veterum fragmenta calceorum, eáque offerebant montibus rupibusque, ipſisq; adeò viis, ut facilem & expeditum largirentur tranſitum. Pilos à ſuperciliis evulſos conſecrabant Soli, Montibus, Ventis, aliisque rebus, quas aliquo pacto metuebant. *Guacavilcarum* gens offerebat Diis ſuis dentes, qui forte ori excidiſſent. Cuſcani magno honore colebant vulpem, quam in Guaca ſive templo ſuo habebant. In oppido Menta, quod haud procul diſtat à Portu veteri adorabant Smaragdum inuſitatæ magnitudinis & pulchritudinis, huic commendabant vitam ſanitatémque ſuam, oblatis etiam ſacrificiis. *Caſſamalcani* in Deorum ſuorum numero habebant rotundos quosdam lapides, ovali forma, aliósque multò majores, utebanturque peculiari ſuperſtitione erga fontes & fluvios, lavantes ſe ſingularibus adhibitis ceremoniis, præſertim ſi morbo tentarentur. In regione *Cinaloa*, quæ eſt ultra novam Hiſpaniam, unum agnoſcebant Creatorem rerum, qui omnia ſuo regeret arbitratu, excepto homine: ad hunc enim non extendebant ejus dominium, ne liberas hominis actiones manciparent ejus obſequio. Corpora mortuorum vel exurebant nullis cum ceremoniis, vel in profundas foſſas abjiciebant. *Mechoacani* aliquam creationis mundi habebant notitiam, & formationis hominis è limo terræ, itémque de

dilu

diluvio: quanquam hoc poſtremum ipſis commune fuerit cum Peruanis & Braſilienſibus, qui diluvii hiſtoriæ miras ſtolidáſque adſuebant abſurditates: Diis cœleſtibus tribuebant creationem rerum cœleſtium, quæ ſupra nos: terreſtribus verò terreſtrium, credebántque communem quandam Matrem Deum, ut Græci Cybelen ſuam. Nulla erat apud ipſos ars, nullum exercitium, quod non haberet peculiarem Deum ſuum: putabantur autem Dii illi non eſſe alii, quam viri de gente ſua præclarè meriti, qui poſt mortem ſuam apparuiſſent ſuperſtitibus, qua in re mille fraudes Diaboli interveniebant. *De ſuperſtitione eorum circa cadavera mortuorum.* Solebant Peruani magna & exquiſita cura conſervare corpora defunctorum Regum ſuorum, quæ in urbe Cuſco ita erant condita, ut in peculiaribus eſſent concluſa ſacellis, à ducentis & amplius annis. Theſauri, quos defunctus Inga collegerat, deſtinabantur conſervationi delubri, in quo Regis mortui cadaver erat reponendum, ut inde viverent, qui manibus ejus exequias, aut rem divinam facerent. Mos illis Regibus erat, ut vivi etiamnum ſibi ponerent ſtatuas lapideas, quibus idem habebatur honor, qui ipſi Regi, ſive is viveret, ſive vivere deſiiſſet. Cùm bellum ingruiſſet, aut nimia ſiccitas fruges exediſſet, portabantur in publico ſtatuæ illæ, ad impetrandam vel pluviam, vel victoriam non ſine ſolennibus ſacrificiis. Inoleverat autem deteſtandus ille mos apud Mechoacanos, Peruanos, vicinos populos, ut defuncto viro uxores

ejus

eius vel filiæ & ſervi, quos præcipuè amaverat, ſimul interimerentur, aut una cum mortuo vivi defoderentur, ne ſcilicet in altera vita mulieribus ſervisque deſtituerentur. Occidebantur autem cantantes & tripudiantes, felices ſe exiſtimantes miſeri illi quibus tale genus mortis contigiſſet. Accidebat quandoque, ut defuncto Inga, aut magno aliquo Principe, domeſtici aut familiares eorum, qui in monumentis regiis locum habere non poterant, defoderentur in iis locis, in quibus Rex, donec viveret, verſari ſolitus fuerat frequentius, ſcilicet ut Rex poſt mortem ſuam uſitato more illic tranſiens, eorum uti poſſet illic ſervitio. In exequiis Ingarum ſacrificabantur etiam infantes, & ſacrifici pingebant eorum ſanguine faciem, ducta linea ab una auricula ad alteram. Quòd ſi quis è populo obiiſſet diem ſuum, his ferè utebantur ritibus. Imponebant ſepulchro varia cibariorum genera, inſerebántque aurum, argentum, alias res pretioſiores ori eorum, ſinui & manibus, poſtquam eos nova induiſſent veſte, ut ad hunc modum exculti ornatique ad alteram prodirent vitam: perſuaſi animas mortuorum hinc inde errare, nec minus calore, frigore, ſiti ac fame tentari quàm vivos homines: & ob hanc cauſam celebrabant eorum anniverſaria, offerentes eis diverſos cibos, veſtesque recentes, detritis ſcilicet prioribus, quas mortui induiſſent. Iohannes de Turre, unus ex ordinum Ductoribus Conſalvi Pizarri, aperto Magnatis alicujus ſepulchro extraxiſſe dicitur tantum theſaurorum & materiæ veſtiariæ, ut pretium eorum ad quinquaginta millia coro-

coronatorũ accederet. Mechoacani, cùm defunctos non ſolùm in altero mundo vivere, ſed & iisdem, quibus in hac vita exercitiis, uti crederent, haud cótenti de victu & veſtibus iis proſpexiſſe, etiam arma & exercitiorum illorum inſtrumenta apponebant, quibus ſe apud Manes oblectarent. Puto hoc illud eſt Poëtæ:

——————— quæ gratia currûm
Armorumq́ue fuit vivis, ea cura ſepultos
Sollicitat. ———————

De cultu Idololatrico ſtatuarum. Non minor erat *Peruanorum* circa ſtatuas ſaxeas ligneáſque inſania & furor: cumq́ue ſemel cæpiſſent vereri ac metuere Diabolum, quòd ſcirent, ipſum poſſe multum inferre damni, formam ejus repræſentabant ſpecie quam poterant maximè terribili. Et ſanè, ſolebat Dæmon per ſtatuas illas reſponſa dare, & ſacerdotibus colloqui. At *Mexicani* præter inanimas ſtatuas, etiam viva adorabant ac ſpirantia Idola. Captum unum aliquem, vel etiam plures ex hoſtibus, quem ſacrificio maximè aptum judicabant, eodem veſtiebant, exornabántq; modo, quo ipſum Idolum, cui is immolandus erat, impoſito etiam captivo Idoli nomine. Omnibus illis diebus, quibus miſer hanc perſonam agebat, eundem huic mancipio habebant honorem ac cultum, quem ipſi Idolo, juſſo interim homine hilariter vivere, & ſaginare ventrem. Eunte hoc per vicos & plateas urbis, accurrebat populus, eumq́ue flexis genibus adorabat, oblatis etiam loco ſacrificii donativis. Matres ei offerebant infantes, ſani ægrotos ſuos, ut illis valetu-

etudinem reſtitueret. Permiſſum erat ei, interdiu facere quicquid vellet quamvis ſemper decem aut pluribus corporis cuſtodibus ſtipatus eſſet, nocte verò caveæ ferreæ includeretur, ne elabi poſſet. Deducta poſtea ad Cataſtrophen comœdia, cùm ſatis obeſus videretur, mactabatur ut victima ad ſacrificium epulantibus cæteris, & ſolenne convivium agitantibus. *De Quacis eorum, ſive Templis.* Erant in Peruvia templa quædam toti regno communia; alia verò particularia pro ſingulis provinciis. Ex omni autem numero, tria erant cæteris celebriora. Primum ad quartam Leucam Hiſpanicam diſtabat ab urbe Lima, cujus rudera adhuc teſtantur ſtructuræ ampliſsimæ magnificentiam; Pachacama Fano nomen fuit. In hoc loco Diabolus reſponſa dabat Sacerdotibus, qui oraculum de nocte ferè conſulebant, obverſo Idoli ſtatuæ dorſo: hinc inclinato in terram capite, oſtenſiſque verendis, turpiter ſe gerebant: Et hæc quidem ſpurcities Diabolo grata erat. Petebant ab eo Sacerdotes conſilium; at malignus Spiritus vel tenui reſpondebat & acuto ſibilo, vel clamore immani & horrendo. Alterum templum erat apud Cuſcon, in quod velut Pantheon aliquid Ingæ congeſſerant omnia Idola tam Deorum, quàm Dearum, quæ colebantur apud ſubjectas regno Peruano nationes, ut eſſent velut obſides, ſponſoreſque obedientiæ ac fidelitatis, alebàtque unaquæque provincia ſacerdotes, qui ſuo miniſtrabant Idolo, non ſine ingentibus expenſis. Viſebatur ibi præter cæteras imagines ſtatua Sòlis, ex auro ſolido, tanto artificio in ori-

orientem converſa,ut quoties Sol oriens eam ſuis percuteret radiis,tantus inde ex reverberatione radiorum ſolarium exoriretur ſplendor,ut ipſius meridiei claritatem duplicaret. Tertium Templum univerſale erat in Inſula lacus Ticicaquenſis, quæ tota erat Soli dedicata. Cauſam hujus cultus aſſerunt hanc. Terras illas aliquando multis diebus ſolari lumine ac diei beneficio caruiſſe: poſtremò Solem repentè in ea comparuiſſe Inſula, unde lux & claritas provinciæ redierit. Hac re motum Ingam, magnificum illud ei Aſtro templum extruxiſſe. Si tamen verum fateri volumus, Mexicani multis modis in templorum magnificentia Peruanos ſuperaverunt, & in multitudine ceremoniarum. Habebant ij præcipuum Idolum, quod abſurdo & barbaro nomine Vitzliputzli vocabant, cujus ædes ſive baſilica tantæ erat vaſtitatis, ut in ejus area, quæ templum cingebat, octodecim hominum millia convenire poſſent; ut ſolenni feſto ibi choreas agitarent, eratque atrium ſive veſtibulum illud prægrande è ſaxo quadrato mœnibus ſtructis circumdatum, lapidibus tortuoſa in ſerpentis modum commiſſura junctis. Portis patebat quatuor, in totidem mundi cardines directis, ita ut unicuique reſponderet via publica lapide ſtrata, ad ſex millium longitudinem. Ad ipſum templum aſcendebatur ſcala triginta gradibus conſtante, lata triginta ulnas majores. Inter hunc graduum ordinem & ipſum templum locus quidam vacuus erat, arboribus recta linea conſitis plenus, adjecto pariete ligneo confertis tignis trabibusque adunato, cujus ſumma cra-

niis

niis mortuorum horrebant. Præter hoc magnificum templum adhuc alia octo in urbe erant, multo tamen magnitudine & ſplendore infra illud poſita. *De ſacerdotibus eorum & religioſis.* Erat Sacerdotum ordo triplex apud Mexicanos: alii enim infimi, alii medii, alii ſummi vocabantur, & hos quidem poſtremos Papas ab iis vocatos fuiſſe, ex eorum annalibus conſtat. Potiſsimum eorum officium erat incenſa adolere Idolis, non manè ſaltem, ſed & circa meridiem, mediamque noctem. Sacerdotes Idoli Vitzliputzli ordinata ſerie ſecundùm generationes, quaſi hæreditario ſibi invicem ſuccedebant jure. In Peruvia Monaſteria puellarum numeroſa erant, quarum aliæ quidem juniores erant, aliæ annoſiores, quas Mammaconas vocabant, quę juniores in diſciplina Monaſtica inſtituebant. Cuilibet Monaſterio ſuus Vicarius ſive gubernator prǽerat, penes quem erat poteſtas eligendi, quæ maximè videbantur ad hanc rem idoneæ: neceſſe autem erat, eas annos octo compleviſſe. Hæ puellæ in iis, quæ ad vitæ caſtitatem pertinebant bene inſtructę, poſtquam annum decimum quartum compleviſſent, cœnobiis iterum eximebantur, & in Guacas ſeu domos precatorias abſtrudebantur, ubi diſciplina accuratione coërcitę perpetuam vovebant caſtitatem. Harum nonnullæ ſervitiis ordinariis ſacrificiisque, â ſolis virginibus præſtandis: quædam extraordinariis, ut ſanitatis impetrationi, ſi Inga ægrotâſſet; vel ſi bellum in hoſtes eſſet gerendum, adhibebantut. Rurſum aliæ futuræ Ingarum, præcipuorumque Principum conjuges aut concubinæ

educabantur. Si quæ violatæ pudicitiæ rea comperta fuerat, in præmium dedecoris, viva obruebatur terra, vel aliis modis cruciata è medio tollebatur. Moniales apud Mexicum unius tantum anni profeſsionem faciebant: & hæ filiæ pœnitentiæ aut caſtitatis dicebantur, Idolorum cultibus præfectæ. Durabat autem eorum devotio ab anno 12. ad complementum 13. Munus earum erat, templum aqua conſpergere, & ſcopis verrere, cibos coquere, qui Idolo proponebantur, quos poſtea Sacerdotes comedebant. Surgebant etiam de media nocte, ſuasque recitabant preces, noctu pœnitentiam agentes, flagris ſe percutiebant, & auriculis framea perfoſsis cruorem eliciebant, quo faciem ac genas lingebant. Commiſsi per violatam pudicitiam piaculi ſuſpicionem captabant, ſi glires muresque aliquid ſacrati in Templo arroſiſſent aut diſcurriſſent liberius, quo velut obſcœno omine animadverſo, magna ſeveritate inquirebatur in eam quæ deliquiſſet. E regione aliud erat Monaſterium adoleſcentum, quibus caput in coronæ modum tonſum erat, haud ſecus ac noſtris Monachis, niſi quod comá ab occipitio demittebant, & per humeros ſpargebant. Vita his in paupertate agebatur perpetua, & à rebus venereis abſtinentia, cum ſumma obedientia conjuncta. Aſsidui hi erant in templis ad Idolorum cultum, ſed & miniſtrabant majorum gentium Sacerdotibus. Et tamen his etiam alii minores vilioribus deſtinabantur officiis. Ingrediebantur ferè quaterni vel ſeni, magnam præ ſe ferentes modeſtiam, ut ne oculos quidem humo at-

tol-

tollerent, averſa etiam à fœminis obviantibus facie. Mendicando per oppida rogabant ſtipem, quæ ſi vel negaretur, aut non ſufficeret, egreſsi mœnibus rapiebant e vicinis agris, quod nanciſci poterant, magiſtri eos hoc nomine reprehendere non auſis, quod hoc paupertati & integritati eorum datum ſit privilegium. Circa mediam noctem aperta cute cultello extrahebant ſanguinē è brachio alterutro, durabatq; hæc eorum vivendi ratio non niſi unum annum. Sed ad Sacerdotes redeamus. Poſtquam incenſis odoribus Idolo ſuffitum fecerunt, quod circa medium noctis fieri diximus, conveniebant omnes in aream ſummæ ædis, ibi arreptis frameis unusquisque coxam ſibi vel crus perforabat, eoque qui prodierat cruore, faciem ſibi illinebat, frameam deinceps undique madefactam ſanguine, faſciculo palearum in eos uſus præſenti infigebat, ut ex iis univerſus populus colligeret, quanta ſe quisque devotione pro ſalute reliquorum ſauciâſſet. Ad ſolenne aliquod ſtatumque feſtum quatriduano ferè jejunio ſe macerabant: res venereas magna cura ac rigore fugiebant, ut non pauci reperti fuerint, qui exſectis ſuis ſibi manibus verendis, caſtitati conſuluerint, aut alia quapiam ratione generandi vim & deſiderium extinxerint. Nihil neque cibi, neque potus ſumebant, quod eos ad libidinem aut coëundi ſtudium ullo pacto illicere poſſet. *Sacrificiorum ratio.* Offerebant Indi in ſacrificiis quicquid habebant pulchrum, charum atque pretioſum, cujus generis eſt aurum, argentum, grana tritici Indi.

ci, herbæ, cera, animalia, quæ Idolis ſuis immolabant. *Peruani* aliquando Hecatombas ſacrificabant, mactatis uno die centum arietibus, colore differentibus, eoque nomine variis adhibitis ceremoniis. Solebant autem quotidie Soli offerre vervecem tonſum, quem involutum panno rubeo cremabant inſtar holocauſti. Sed & detonſa ſupercilia ſua Soli offerebant: Omnem autem crudelitatem ſuperabant ſacrificia humana, quæ cùm Peruani, tum Mexicani peragebant, omnium tamen maximè hi. In coronatione Regum ſuorum, vel cùm bellum immitteret, ſolebant Peruani ducentos pueros trucidare, quibus ætas à quarto ad decimum annum. Nonnunquam & virgines ſacrificabant ex iis, quas ex Monaſteriis ad Ingam deduci ſolitas, ſuperiùs recenſuimus. Quoties enim vel ex primoribus, vel etiam ex inferioribus aliquis ægrotabat, conſulti Magi, & Sortilegi conclamatum eſſe, de languentis vita reſpondebant, niſi vel filios vel filias ſuas Soli aut Viracochæ immolaret, addita precatione, ut hac velut ſuccidanea victima accepta patri Idolum parceret. *Mexicani*, etſi à filiorum & innocentis ætatis jugulatione abſtinebant; mancipia tamen bello capta magno numerò mactabant: unde factum eſt, ut vicinos ſuos Tlaſcalenſes, quamvis poſſent, ſuo tamen Imperio ſubdere noluerint, ut ſemper ſacrificiorum ex bello ſibi ſuppeteret materia. Modus, quo infeliciſsimi illi ſacrificabantur, erat atrociſsimus. Mactandi in ſupremam aream templi ducebantur. Prodibat tunc Sacerdos quidam amiculo cinctus, jubens victimas illas in genua ſubſidere,

dere, oſtenſaque ſingulis imagine, quam manu præferebat, hæc addebat verba: Ecce hic eſt Deus tuus. Hinc deducebantur miſeri ad lanienam. Archiflamini continuo aderant ſex alii Sacerdotes, huic rei peculiariter deſtinati, quorum is habitus erat & ea facies, ut Diabolos fœdiſsimos adſpectu potiùs referrent, quàm homines. Horum duo mactandi pedes, duo alii manus; quintus collũ apprehendebat: ſextus acuto cultro ventrem & pectus miſeri aperiebat, & cruentis manibus cor palpitans evellebat: ante tamen infelicem alte ſublatum extenſumque acuto lapide ita impingebant, ut dorſi vertebræ impetu frangerentur. Ereptum corpori vibrisque avulſum cor victimarius converſus ad ſtatuam Idolo oſtendebat, poſt ad Solem prætenſum magno impetu in monſtri conjecit faciem. Corpus exanime volvebatur in ſuo cruore, poſt præcipitio de gradibus deturbabatur: Stabant, qui eum in acie ceperant, qui & exceptum cadaver more ſuo præparatum devorabant, reſtituto duntaxat ſacrifico capite. Frequens hic mos immolandi captivos apud Mexicanos; ſed & alius humanior in ſpeciem, & ſi qua detur perituris optio, præ illo expetendus. Captum aliquem bello, vel etiam plures, exquiſitis cibariis velut ad ſaginam paſtum, inſtructumque gladio, cum aliquo victimariorum committebant; ubi ferè mancipium, ligatum quippe pede altero nudumque ſuccumbit & cæditur. Cæſo pellis detrahitur, qua victor ſuæ cuti ſuperinducta per urbem obambulans, donaria ab obviis accipit. Raro fit, ut victima vincat lanium, quod ta-

men ſi contingat vitam & ſalutem lucratur, nec id tantùm, ſed viri fortis ac præſtantiſsimi bellatoris laudem reportat, conſtituiturque nonnunquam tribunus militum.

[f] Certum enim eſt, de ritibus Eccleſiæ Romanæ apud Indos introductis multum hinc inde jactare Ieſuitas, quos inter *Turrian.* adverſ. Sadeel. Et quemadmodum Caſtellæ Regibus diplomate Alexander VI. novas illas recens inventas regiones, contra quàm ei licuit, vel ipſis fatentibus Hiſpanis *Hug. Grot.* de mari libero cap. 3. addixit, quod apud *Bzov.* a. C. 1493. S. 20. extat; ita & gratiam relaturi Luſitani omnem moverunt lapidem, ut Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ſolium ſtabilirent apud Indos. Formam Regiminis Eccleſiaſtici habet *Arch. Coſm.* p. 282. Habet novus hic orbis Archiepiſcopos omnino quatuor. Primus habitat in oppido S. Dominici: ſecundus Mexici: tertius Limæ: quartus ad S. Fidem in novo Regno: Suffragantur primò Epiſcopi tres Portu divitenſis, Cubenſis, Iamaicanus, Mexicano ſubſunt Epiſcopi decem: Tlaſcalenſis, Guiaramus, Mechoacanus, Xaliſcanus, Iucatanienſis, Gipenſis, Fonduranus: Gattimalenſis, Nicaraguenſis, & ad veram pacem. Tertius ſub ſe habet novem ſuffraganeos Culcanum, Platenſem, Quitanum, Popajanum, Panamenſem, Paraguaienſem, Imperialem & Conceptionis. Archiepiſcopo S. Fidei parent hi Epiſcopi: Carthagenæ, S. Marthæ, & S. Margaritę. Ordines Monaſticos in novo orbe reperies quinq; Franciſcanos, Dominicános, Auguſtinianos, Ieſuitas, & à mercede dictos. Sunt & hic nō-

nulli

nulli ex eo Carmelitarū genere, qui nudis incedunt pedibus. In univerſum putantur eſſe Relligioſorum ad quinq millia. Curati potiſsimùm (ut appellantur) ſunt è quatuor ordinibus, Franciſcanis, Dominicanis, Auguſtinianis, & à mercede dictis: plurimi tamen è Franciſci ſodalitio: E Ieſuitis curati nulli putantur, præterquam in Regione Iulienſi. Habitat autem ferè curatus commodiſsimo ſive Iurisdictionis loco, quæ aliquando ſatis latè patet: hinc emittit inferiores ſuos in diverſa loca, ut dicant Miſſas, & populum in Myſteriis Chriſtianis inſtituant, |cúmque pauciores ſint, quàm pro amplitudine terrarū ſufficiant Sacerdotes, permiſit Pontifex Romanus, ut Sacerdos bis in diem Miſſam dicat, non obſtante more veteri, in locis duntaxat remotioribus. Incumbit inſuper Curato non ſolùm ut inſtituat populum in fide & moribus Chriſtianis, ſed & in literis, ut eos doceat legere, ſcribere, cantare, præterea rationem faciendi ſementem, plantandi arbores, ædificandi domos, poſtremò ſocialem vitam vivendi. Hinc factum eſt, ut barbaræ illæ gentes, cùm tot diſciplinas, & tanta bona ab ordinis Eccleſiaſtici hominibus accepiſſent, eos amarent quàm maximé. Vt autem huic rei rectè vacare poſsit Curatus, accipit tam à Rege, quàm à feudatariis honeſtum ſtipendium, quo cum ſeipſum, tum cæteros, qui cultui ſerviunt, alere poſsit.

Numerat autem Rex omnibus Epiſcopis certa ſtipendia annua, quibus minimùm, quot annis duo ſcutatorum millia: quanquam hi reditus ad multò ampliorem ſummam paucis annis adſcenderit. Ar-

chiepiſcopus enim Mexicanus percipit ſingulis annis XXIV. millia coronat. Limenſis XXXIV. Epiſcopus Cuſcanus LXII. Mechoacanus XX, Platenſis XXVI, Quitenſis XVIII. Ad communionem ſacrorum Chriſtianorum Indi tardè, nec niſi poſt edita Probitatis ſpecimina admiſsi ſunt, & majore quidem cum difficultate in Regno Peruviano, quàm Mexicano: difficiliùs tamen ad recipiendos ordines Eccleſiaſticos admittuntur, quòd nimis proni ſunt ad Ebrietatem, quòtque rari admodum ſtudeant Philoſophiæ, nedum rebus Theologicis. Inquiſitio de Fide duobus locis ſua habet Tribunalia: apud Limam & Mexicum. In iisdem urbibus ſunt totidem Academiæ ſive ſtudia univerſalia. Opus autem fuit cura & diligentia in convertendis ad Chriſtianiſmum Indis, tam in Peruano Regno, quàm nova Hiſpania, & tandem anno A. N. C. M. D. LXXXIV. Archiepiſcopus Limenſis convocata Synodo Provinciali Legem tulit, ut typis publicis deſcriberetur formula inſtituendi Indos in Religione Chriſtiana, addito mandato, ut omnes ea uterentur, ad ſubmovendam errorum & varietatis cauſam.

[g] Notum eſt, inquit author *Arch. coſm.* p. 294. quàm tetrum vitium ſit, Avaritia, quàm crudele & enorme, ut nullis legum repagulis, neque mortis pœna, aut denique inferni ſupplicio cohiberi poſſit. Quid igitur putandum eſt, hanc furiam deſignâſſe in cruentis militibus, à quorum commiſeratione, quæ tamen longiſsimè aberat, miſerrimorum hominum pendebat vita & ſalus? Quid autem

tem facerent aliud hi Martiales Lupi, tam immani terrarum ſpatio, à ſuo ſeparati Principe, omnemque ac plenam pro lubitu furendi nacti potentiam? Hominum fidem! quantum Barbarorum horum periiſſe exiſtimamus in aurifodinis apud Cibaon? quantum in Margaritarum piſcatione apud Cubaguam Inſulam? quantum in perveſtigandis Smaragdis apud D. Marthæ? cæteras divitias harum regionum omittimus; Neque verò defuerunt, qui conſcientiæ ſtimulis acti hanc rem judicaverunt indigniſsimam, quorum alii quidem ſcriptis libris hanc crudelitatem deteſtati ſunt, alii, cùm ad aulam Imperatoriam veniſſent, remedium huic immanitati adhiberi modumque ſtatui petierunt. Carolus Cæſar, cujus acre judicium, ingeniumque mite notum eſt, intellectis his ſceleribus ſuorum, ut ſatisfaceret pietati ſuæ, conſilio ſuo rem iſtam propoſuit, ubi viri quidam excellenti doctrina ac pietate conſuluerunt, abolendam iſtam Tyrannidem in miſeros innocuósq; Barbaros. Anno igitur M D XLIII. Edictum Imperatorium propoſitum eſt, ne quis inpoſterum Hiſpanus ullum Indum in metalli fodinas detruderet, neque cogeret ad perquirendas in profundo margaritas, neque pro jumento haberet in bajulandis ſarcinis, niſi extrema cogeret neceſſitas, qua tamen ipſa, digna portantibus ſolveretur merces: ut tributorum, quæ Indi ſolverent Hiſpanis, iniretur certa ratio, ut tributa ea, mortuo beneficiario Hiſpano, Coronæ unirentur ac Fiſco; poſtremò, ne Epiſcopi, conventus Monaſtici, aut domos hoſpitales ullos haberent per Indiam clientes

ſive vaſallos. Hoc edicto factum eſt, ut Hiſpani propè omnibus privarentur ſervis, & mancipiis, quæ cauſa fuit eorum, quæ poſtea ſecuta ſunt inter eos, bellorum. Pizarrus enim, cùm rebellantium Hiſpanorum Ducem ſe conſtituiſſet, effecit, ut Blaſcus Nuneſius Vela, prorex Peruanus interficeretur. Hos tumultus ut opprimeret Imperator miſit eò licentiatum Gaſcam, hominem miri ingenii & prudentiæ, qui vim dexteritate cùm ſuperâſſet, & vafritiæ impetum, commiſſo levi prælio devicit ſeditioſos, Pizarróque capto, ac capitis ſupplicio affecto, conquievit motus ille civilis. Facta pace negotium religionis etiam felicius ſucceſsit.

[b] Dubitas? Expende 1. Hiſtoriam *Xavieri* Evangelicam, in gratiam Mogolenſium Regis conſcriptam: de quo ſuo loco. Impudenter Papiſmum ibi tradi recoctum, luculentis demonſtravimus documentis P. I. *ὁδηγῦ* p. . 2. De numero Neophytorum Monachos ſolicitos fuiſſe, de ſolida inſtitutione non item. Inter reliqua converſionis Indorum obſtacula refertur ignorantia, in qua (*Archont. coſm.* pag. 298.) novitii illi Chriſtiani perſtiterunt, cùm parùm admodum intelligerent de rebus ad ſalutem neceſſariis. Baptizati enim non præeunte inſtitutione, vix quicquam habebant ex Chriſtianiſmo, quàm Baptiſmum, in quo tamen ipſo ſuſcipiendo potiùs ſtudebant placere Caciquis ſive Regulis ſuis, qui & ipſi baptizati fuerant: vel Hiſpanis rerum dominis: vel denique, quòd plures ita facere viderent, ſequuti multitudinem, quàm quòd certa aliqua ratione ita ſibi faciendum ſtatuerent.

Sed & primi Sacerdotes, qui converſionem Indorum aggreſsi fuere egregiè ſibi placuere in multitudine baptizatorum, ſatis ſe hoc pacto officio ſuo feciſſe arbitrati, neque ulteriùs progreſsi fuere, cùm partim errore quodam id facerent, partim quòd deſperarent ſuffecturos ſe tantæ inſtituendæ multitudini. Alterutrum igitur eligentes, neſcio quomodo, ſatiùs exiſtimavere, ſine catecheſi eos relinquere, quàm ſine Baptiſmo. Hinc nimirum iſtud eſt, quòd legimus, duodecim Monachos è Franciſci familia fuiſſe, qui ſinguli centena Indorum millia baptizaverint; adeoque unum ad quatercentena millia baptizâſſe. Non poſſum ego videre, quo pacto tantam multitudinē hominū efferatorū, & paulò ſupra brutorum intellectum aſcendentium in Chriſtiana doctrina inſtituere potuerint, utique cùm in Mexicana lingua balbutirent, omnium autem deterrimum fuit, quòd in tam parvo inſtituentium numero, tamen nonnulli fuerunt flagitioſæ vitæ, exiguæ doctrinæ, ac nullius penè zeli: Et hi cùm tales eſſent, tamen ad tam ingens ad ſacro-ſanctum officium fuerant adhititi. Erat anno A.N.C.M.D. LXXXVII. in provincia Paraguaiana Sacerdos, cui ingens ſanè terræ ſpacium, & magna hominum multitudo inſtituenda, commiſſa fuerat. Hic ex baptizandis nihil aliud ſciſcitabatur, quàm de imponendo nomine, an quis Didacus, aut Alphonſus, aut Petrus, aut denique alio aliquo nomine vocari vellet. Quin & in ipſa nova Hiſpania, ubi noſtro ævo certi ſunt Epiſcopi & Religioſi variorum ordinum, in numero non exiguo, contigit, ut unus ex-

eo

eo genere ſacerdotum, quos Curatos appellant, ſuæ fidei commiſſos haberet ſexaginta numero, vel ſeptuaginta pagos Indicos, in quibus ultra quadraginta habitatorum erant millia. Factum eſt igitur, ut populus iſte antiquis ſuperſtitionibus adeòque idololatriæ eodem modo, quo antè adhæſerint, neque mentem ſuam ad cœleſtium rerum conſiderationem vel tantillum erigebant, neque à multitudine uxorum diſcedebant. Poſtremum incommodum hoc fuit, quòd primi religioſi, qui in novum orbem venerunt, Barbaros non ſingulos baptizaverint, unum poſt alterum, ſed centenos, imò millenos, unde concurrentibus tot hominibus ad Baptiſmum, dubitatum deinde fuit, qui baptizati fuerint, qui non: ſed & ipſi de quorum Baptiſmo conſtabat, à Polygamia non diſcedebant, cùm neſcirent, quas ex uxoribus dimitterent, quas retinerent: nec quicquam in hac re conſilii expediebant ipſi Doctores, magis incerti, quàm Auditores. Vsq; adeo ſtupidi erant ipſi Sacerdotes. Confer *Hiſtor. Ieſuit. Hoſpin.* p. 139 ex Acoſta.

[*i*] Ita orbis novi incolæ vulgo appellari ſ[illegible]ent, à feritate ſeu brutalitate, quam vocant, cujus quatuor faciunt ſpecies *Archont. Coſm.* pag. 295. *Prima* eſt eorum, qui nullam habent neque de Deo, neque divinitate aut religione notitiam, & hi rurſum inter ſe differunt. Quidam enim, quanquam ſine Deo vivant, incantationi tamen & veneficiis dediti ſunt, eſtque res miranda valde, reperiri homines, qui cùm neque Deum in cœlo, neque terra agnoſcant, ſubmittunt tamen ſe magis ac incantatoribus. Viden-

dentur hi mihi propè ſimiles equis quibusdam, qui cùm ſuâ naturâ ſint terribiles & ferrum ac ignem contemnant, ad levem tamen umbram ceſpitant & reſiliunt, exterriti ſono currûs aut rei alius ludicræ. Ad hoc genus referendi ſunt Cichymicæ & Braſilienſes. *Alterum genus* eſt eorum, qui ſpeciem aliquam religionis habent, vel magis propriè loquendo, ſuperſtitionis, cujus tamen neque fundamentum, neque probabilitas ulla apparet: quin omnes eorum narrationes meræ ſunt fabulæ & ſomnia. Huc pertinent incolæ Hiſpaniolæ Inſulæ, & adhuc noſtrâ memoriâ ſunt indigenæ Inſularum Salomonis. In *tertio cenſu* ſunt, qui varios Deos, ſive Idola colunt, neque tamen ullo modo ad ſummum Deum ad Creatorem perveniunt. *Quartos* eos numerabimus, qui non negant, ſummum Deum eſſe Creatorem hujus Vniverſi; ſed non ſolum Deum agnoſcunt; quod fecerunt Cuſcani in Peruano Regno. Primę & ſecundæ claſsis Barbari nullas omnino habent ceremonias, aut eas ſine ulla ſolennitate. Tertii & quarti obſervant ritus legitimos, ſtabiles & ſolennes, ut Mexicani & Cuſcani. *Secunda ſpecies Feritatis aut Brutalitatis conſiſtit in victu ſive alimonia*, éſtque rurſum in duplici differentia. *Quidam* enim adeò bruti ſunt, ut nec ſerant, nec metant, nec ullo pacto agrum colant: ſed inſtar brutorum ea comedant, quæ terra ſua ſponte gignit. Cumque temperamentum hominis ferè ſequatur nutrimentum, fit, ut ferino comedentes more, etiam parùm à feris abſint. *Aliorum* brutali-

ria, ingruente nocte nuda humus aut fortuitus ceſpes cubile præbet, ubicunque eos tenebræ oppreſſerunt. Eſt tamen inter hos forma quædam Politiæ alicujus, quanquam certa, fixáque domicilia non habeant, velut inter Tartaros ſive Scythas, qui vivunt in curribus animalium pellibus tectis, & Arabes in ſuis Adjuaretis. Hi tamen propiùs ad politicam vitam accedunt, qui non tantùm certam habitationum formam obſervant, ſed & locum, ſuntque qui habitant in villis, pagis, caſtellis, oppidis, domibus, vel contiguis, junctisque ac diſperſis. Differunt autem hæc tria habitationis genera hoc potiſſimùm modo. Primi quærunt nutrimentum, quo eos neceſsitas aut occaſio invitat. Secundi ducunt ſecum animalia jumentáque, unde dependet eorum vita, non mutantes habitationem, ſed locum, pro ratione copiæ, aut inopiæ pabuli, quod quærunt. Tertii in uno, certoque loco habitant, eo conferentes alimoniam ſuam, cæteraſque res neceſſarias. Et ut de Arabibus pergamus dicere, eorum nonnulli ſub dio in campis ætatem agunt, ſub tuguriis habitantes, & hi propriè vocantur Arabes. Qui in caſtris oppidisque degunt, alio nomine Mauri appellantur.

[x] Cauſam Converſionis περὶ κατ᾽ ἀρχητικὴν eſſe Regum Tyrannidem cujus ſubditi per converſionem tolerabiliorem quæſierint vitam, recenſet *auth. Archont. Coſm* pag. 289. Inter hæc primum locum tribuemus acerbo & Intolerabili Ingarum Mexicanorumque Regum dominatui, qui graviſſimis oppreſſerunt plebem oneribus, ut eam non ho-

hominum, ſed jumentorum loco habere viderentur. Nos quædam populi utriusque gravamina preſſuráſque indicabimus, unde de reliquis judicium fieri poterit. Ad novum igitur Regem nihil hæreditatis nomine perveniebat, ex omni copia, divitiis & pretioſa ſupellectile, quæ defunctus habuerat: ſed oportebat eum novam ſibi domum extruere, colligere aurum argentumque, veſtes, inſtrumenta, mundum, adeóque omnia, quibus Rex opus habet, eratque nefas, eum ex defuncti bonis quicquam tangere, quæ omnia deſtinabantur ad uſus pios ſanctóſque, ad fabricam templorum, alimoniamque Sacerdotum, converſa inſuper domo, Regis in ſacrarium, qui ex eo tempore in numerum deorum relatus colebatur. Erigebantur ergó ei ſtatuæ, inſtituebantur ſacrificia, feſtique dies, tota ejus poſteritas occupabatur in ceremoniis, aliiſque rebus, quæ ad defuncti honorem facere videbantur. Hinc fiebat, ut plebeii aſsiduè diſtinerentur in auro colligendo, ſubruendiſque terræ viſceribus, in conficiendo panno ac re veſtiaria; breviter, in coacervandis theſauris, cùm ab iis, quæ miſeræ plebis induſtriâ jam ante collecta fuerant, pilum auferre nefas eſſet. Adde his operoſiſsimam Templorum apud Pervanos ſtruendorum rationem, cùm jam montes eſſent deprimendi, jam valles attollendę, ad ſternendam prægrandibus ſaxis viam, cùm jumentis deſtituerentur. Tambas appellabant ingentia granaria ſua, quæ & armamentaria rectè dicere poſſis, cùm in iis ſervaverint inſtrumenta belli, juxtáq; alimoniam ad numeroſiſsimam Ingæ aulam nu-

triendam erat autem hujuſmodi borreorum publicorum magna per univerſum Regnum multitudo. Adde his vias publicas duas, incredibilis longitudinis, quia protendebatur utraque ad milleſimum milliare & ulterius: una quidem ducebat per montes, altera verò per plana & campeſtria Regni. Aeſtimet mihi jam aliquis nō imperitus rerum, quanti id opus laboris fuerit, ob intercurrentes rupes aſperrimas, & ſolum profundè ſabuloſum, quæ difficultates, cum cæteris innumeris ſolà humanarum manuum induſtria vincendæ erant, cùm deſtituerentur miſeri inſtrumentis ferreis, jumentísque ac curribus ad trahenda onera. Quis vel cogitatione aſſequi poterit, quàm laborioſa res fuerit, tam imm nia ſecare ſaxa, quadratam iis conciliare cubicámque formam, ea per longiſsima viæ ſpacia de loco in locum transferre, collocare in muro, júngere & adunare: hæc omnia ſine ferro efficere, propemodum fidem ſuperat: & tamen facta vidimus. Videtur tamen omnes has miſerias, una Peruanorum ſuperare calamitas, qui liberos ſuos ad ſacrificia victimariis tradere cogebantur, quoties aut Inga languiſſet, aut magnum aliquod ſuſcepiſſet negotium: ad quam infelicitatem accedebat, quòd Inga aut Cacico aliquo mortuo, ipſis vivis ſepulchrum erat ſubeundum, mortis regiæ ſociis futuris. Mortuo enim Guainacapa, ultra mille ex ejus domeſticis partim trucidati, partim vivi terrâ obruti fuerunt, ſcilicet ne deſtitueretur apud inferos miniſtris famulíſque. Idem cùm neſcio qua de cauſa ſuccenſuiſſet populo cuidam inter Quiton & Paſtum habitanti,

jußit

juſsit ex iis trucidari viginti millia, eorumque cadavera in propinquum conjici lacum, cui ab eo eventu nomē ruditum eſt, ut Aiarquacoca, id eſt, mare ſanguineum vocaretur. Ratio autem, quæ Peruanos moverit, ut familiares ſuos, divitiasque cum defunctis ſepelirent, hæc exiſtimatur, quòd aliquando viſi fuiſſent defuncti longo tempore circuire poſſeſsiones ſuas, quas præ cæteris rebus amaverant, ornati rebus illis una ſepultis: & comitati domeſticis ſuis, quod ſpectrum perſuaſit ſtolido populo, frui eos poſt mortem rebus dilectis, & indigere non ſervis tantùm famulisq;, verùm etiam auro argento, ac varii generis alimonia. Nec levius fuit populorum, qui antiquitus novam incoluere Hiſpaniam, jugum, ſub Regum Mexicanorum dominio. Vltimus enim Rex, cui Motecumæ nomen fuit, legem tulerat, ne quis ex infima plebe faciem Regis intueretur, capitis conſtitutâ pœnâ. Iter faciens lecticæ inſidens portabatur, vectus velut in curru triumphali ad omnes delicias facto, proceribus utrumque latus ſtipantibus. Habebat diverſa palatia, aliis ad lætitiam, aliis ad luctum compoſitis; aliis ad alios caſus, qui quotidie occurrebant. Erat huic Regi vivarium ampliſsimum, variis ſepimentis interſtinctum in quibus magnum alebat numerum omnis generis animalium ferarumque, ut & avium, cum piſcinis ampliſsimis, aqua marina partim, partim dulci ac fontana plenis, in quibus piſcium incredibilis copia. Huic autem vivario ingens venatorum, aucupum, ſervorumque deſtinata erat multitudo: tranſigebatque Rex potiſsimam anni par-

tem inter has delicias. Hæc tam intolerabilis ſervitus, & impotens Barborum Regum dominium promptos fecit hos populos ad recipiendam fidem Chriſti, quòd inde ſublevationem aliquam non vana ſpe animis concepiſſent: erantque ii præ cæteris parati, qui quàm maximè oppreſsi erant. Quid nos jam de multo graviore Diaboli jugo dicemus? Diximus in ſuperioribus, ubi de Mexicanorum cultu & Religione diſſeruimus, quoties homicida ille Spiritus miſeris his humana imperaverit ſacrificia, & quàm crudelibus modis calamitoſos illos trucidari juſſerit, ut non tam mortem cruoremque eorum ſitiviſſe, quàm dolorem genusque mortis deſideraſſe videri poſsit. Hæc etſi ſuperiùs perſecuti ſumus, unum tamen etiam adjungemus, quòd mirè huc facit. Sacerdotes Idolorum & ſacrifici, captata occaſione adibant Reges Principésque, querentes, Deos tantum non mori fame, Regumque in hac inedia expoſcere opem. Continuo mittebantur à Rege Legati ad Principes, qui expoſita hac Idolorum neceſsitate eos monerent, conſcriberent milites ad ſuſcipiendam aliquam expeditionem belli, ut nacti captivos, eos immolare poſſent. Sic igitur cœpto bello ventum eſt ad manus. Vnicus Mexicanorum in eo bello ſcopus erat, ut quàm plurimos hoſtes vivos caperent, quos poſtea Idolis ſuis ſacrificarent. Neque verò novus Rex Mexicanus diademate cingi poterat, niſi priùs confecto aliquo bello, magnum victimarum numerum ad duxiſſet. Poſtremo peroſi Mexicani humanorum ſacrificiorum multitudinem, & nimiam Diaboli crudelitatem

tem, cui ferendæ pares non ampliùs erant, non tamen inveniebant, quo pacto huic rei obviam irent: hic commodum Chriſtianæ fidei eis illuxit præconium, quod cùm plenum eſſet manſuetudinis & clementiæ, & omnia mitia polliceretur, Evangelium magnâ animorum lætitiâ & promptitudine ab iis exceptum fuit. Sed & Mechoacani audita fama Evangelii, miſere ultrò Legatos ad Ferdinandum Corteſium, qui paulò antè Mexicon urbem oppugnatione ceperat, orantes, ut in ſuam Provinciam mitteret Leges ſuas, cum Interpretibus, qui docerent populum: omiſſuros enim ſe lubenti animo priores illas nequitias cum tanta crudelitate conjunctas. Narrat Ioſephus à Coſta rem memorabilem: adſtitiſſe aliquando Hiſpanos milites, crudelis ejusmodi ſacrificii ſpectatores: ibi adoleſcentem quendam, cui jam ſciſſo pectore cor fuerit evulſum, pro mortuo de ſummis ſcalis præcipitem datum, Hiſpanorum linguâ, clarè eos allocutum dixiſſe hæc verba: Cavalleros, muerto mehan, quod eſt: O Equites, interfecerunt me: quod quidem prodigium multum horroris & commiſerationis apud Hiſpanos genuerit.

[*l*] Habebant enim & Indi 1. *ceremoniam theatricam*, à Miſſa non multum abludentem. Nam apud Cuſcon (*Archoni. Coſm.* p. 287.) Pervani Regni caput, ſacerdotes ſolis appetente certo quodam feſto, ex farina Mayzi frumenti Indici cum ſanguine albroum arietum, eodem die mactatorum, maſſam pinſebant & ſubigebant, ex qua coquebant placentulas. Hoc facto ex diverſis Regni Provinciis inſi-

niti confluebant homines ad Regiam Cuſcaniam, diſtribuebaturque ſingulis particula quædam per Sacerdotes: vocabantque hoc Sacramentum confœderationis & unionis cum Inga Rege. Qui panis illam buccellam percipiebant, magna id faciebant reverentia, promittentes ſanctè, ſe nunquam non honorificam Ingæ facturos mentionem, ſed neque ſiniſtri quidpiam de illo cogitaturos. Soli in ſuper ſe omnem per totam vitam habituros reverentiam cultumque, cujus voti jam porrectam micam teſtem intra viſcera ſua reciperent. Agitabatur autem hoc Feſtum bis quot annis, Auguſto & Decembri menſibus, quo tempore placentarum iſtarum fruſtilla ad omnia templa totius Regni mittebantur, ut ibi diſtribuerentur populo, qui ad Cuſcon non fuerat. Cacozelia tamen Mexicanorum etiam plus admirationis habere videtur. Biduo antequam ſolemne Vitzlipuzlii feſtum agitabatur, quod Majo menſe fiebat, virgines cultui conſecratæ paſtam faciebant ex farina frumenti Indici, cum Blito herba & melle. Ex maſſa illa fingebant Idolum panaceum, ad magnitudinem ligneæ ſtatuæ, quæ in Templo erecta viſebatur. Hanc imaginem farinaceam feretro impoſitam ferebant Sacerdotes humeris, inſequente populo magnis paſsibus. Ad hunc modum circum arva & campos magno confecto ſpacio, revertebantur ad Templum. Veniebant huc paulò pòſt veſtales virgines, albis amictæ mundiſsimisq; ſtolis, ex cubilibus ſuis ſpiras de toſto Mayzo & Blito herba factas efferentes. Has oſsium grandiorum forma piſtas adoleſcentibus tradebant, qui eas

ma-

magna ſtrue ante Idolum congeſtas oſſa & carnem Dei ſui Virzlibuzli nominabant. Ibi demum viſebantur Sacerdotes, ac cæteri Templi miniſtratores flameis pulcherrimis, ac verſicoloribus induti, ornati capita ſertis, & colla corollis ex floribus concinnatis conſpicui; hos deorum dearumque varia ſequebantur ſimulachra. Sacrifici choreas agitantes, & neſcio quæ carmina concinentes circum ſpiras illas ſaltabant, eáſque hoc pacto conſecrabant, ſcilicet ut caro & oſſa Dei ſui fierent. Hinc producebantur immolandi captivi, & ad eum, quem ſupra expoſuimus, jugulabantur modum, Peractis his, aliiſque Ceremoniis, Presbyteri Idolum panaceum, habitu ſueto exutum, confringebant, & cum ſpiris conſecratis in fruſta plurima redigebant, quæ diſtribuebantur populo, magna cum venerationis ſpecie ea recipienti, nec dubitanti, carnem & oſſa ſe Dei ſui percipere Idem mendaciorum pater etiam in Confeſsionis ritu Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem æmulatus eſt. Erant enim apud Pervanos, majores minoréſque pœnitentarii quorum diſtincti erant gradus, gravioribus delictis ſuperiorum cognitioni reſervatis. Habebatur autem crimen ingens, ſi quis peccate admiſſa ſacerdoti non ad unguem revelâſſet: quam rem ſi Confeſſarii deprehendiſſent, multis verberibus in pœnitentis fraudem animadvertebant, impacto in humeros ejus acuto lapide, donec ſecreta animi proferret. Perſuaſum enim erat populo, omnium, quibus torquerentur, ærumnarum. ac imprimis morborum originẽ, à ſolo peccato eſſe. Sed & aliquan-

do Magorum & veneficorum opera confitentium rimabantur conſcientias. Imprimis autem ægrotante Inga univerſus confitebatur populus, ut hoc pacto ſaluti languentis conſuleretur. Peccata ferè erant craſſa illa, homicidia, furta, adulteria, neglectæ Templorum, feſtorumque ſolemnitates, ſiniſtra de Rege judicia, & inobedientia erga ſuperiores. Ipſe Inga, non Sacerdotibus, ſed Soli tantùm confitebatur, qui delicta ſua ad Viracocham deferret, & illorum veniam ab eo impetraret. Confeſſus Inga, vivo ſe abluebat flumine, dicens: ego quidem Soli peccata mea confeſſus ſum: hic verò fluvius ea excipiens in mare deferat, æternumque demerſa occultet. Quin & S.S.Triados hæ gentes aliquo pacto pinxiſſe Myſterium videri poſsint: tres enim ſolis venerabantur ſtatuas: unam quidem Solem Patrem, alteram Solem Filium, tertiam Solem Fratrem vocantes: quod idem quoque in Tonitrui Dei ſui triplci faciebant imagine, Patrem, Filium & Fratrem nominantes. Populi qui circas S.Crucis Montanæ oppidum longè latéque habitant, quanquam caſus quoſdam obſervent, quibus futurum matrimonium, ne inter nubentes coaleſcat, impediri poteſt: ſi tamen id jam contractum ſit, quantumvis illegitimum, diſſolvi iiſdem legibus minimè poteſt,

[m] Cujusmodi eſt, 1. *Ignorantia Linguæ*, de qua *Ieſuita Pimentia*, Epiſt. 14. *Noſtræ*, inquit, *ſocietatis Pater Franciſcus Corſi ſic ſcribit ad ſuos: Totus, inquit, ſum in Perſico Idiomate addiſcendo-*

diſcendo. Id. p. 80. Quid autem ad converſionem attinet, vitio meo, utpote Idiomatis ignaro, inquit Pater Fernandus, parùm effectum eſt. *Acoſta* lib. 1. de procur. Ind. Salut. c. 2. *Ferunt*, inquit, *olim ſeptuaginta linguis confuſum fuiſſe genus mortalium: at Indi ſeptingentis & eo amplius inter ſe diſcrepant linguis.* Lib. 4. c. 8. *Quæ ex re prædicando verbo DEI impedimenta nobis gravia fiunt.* Lib. 5. c. 2. *Quid? quòd confeſſiones ſæpe ita faciunt, ut neq; Indus intelligat Sacerdotem, neq; intelligatur ipſe quid dicat.* Ipſe *Xaverius*, libr. 3. Epiſt. 5. *Si*, inquit. *nos linguam calleremus Japponicam, non dubito quin plurimi fierent Chriſtiani. Nunc quidem inter eos tanquam mutæ ſtatuæ verſamur, multa enim illi de nobis & dicunt & agitant, ad quæ obmuteſcimus, patrii ipſorum ſermonis ignari in præſentia linguæ hujus percipiendis elementis repueraſcimus.* Et iterum clarius *Acoſta* lib. 4. c. 3. *Accuſant noſtri Indorum tarditatem, ad capienda myſteria fidei, fruſtra in iis docendis tempus teri: deniq; poſt annos jam quadraginta ab Evangelii ingreſſu, in tam immenſa turba*

vix quenquam, qui Symboli duo capita intelligat, quid Chriſtus ſit, quid vita æterna, quid Euchariſtia vel craſſè agnoſcat, reperiri: pecudes potius habendos, quàm homines. Verùm, qui iſta jactant, reſpondeant mihi quâ diligentia iſti erudiantur. Recitant illis bis, tèrve in hebdomada Symbolum & preces, idq; Hiſpanico Idiomate: jubentur deniq; Hiſpanica hæc diſcere, quorum ne Syllabam quidem intelligunt, & pronuntiant ridiculè. Vulgaris tamen & tritus doctrinæ tradendæ iſte eſt modus, ubi exquiſitiùs res agitur: Sacerdos ſermone Indico compoſita quædam in Catechiſmi formam recitat, cùm tamen ille linguæ Indicæ prorſus eſt infans: quòd ſi peritus ſit, quod rarum eſt, tamen myſteria fidei, neq; explanat; neq; verò ſatis novit: Quis verò unquam Catechiſta rationẽ auditorũ exegit? Deniq; perinde Indis doctrina traditur, atq; cùm à mendicis ſtypis colligendæ cauſas precationes aut verſus aliqui cantillantur, qui illud tantum ſpectant, ut dicendo ipſi ad finem usq; perveniant carminis: utrum verò auditores vel attendant, vel de-

delectantur, pecunia jam accepta, non ad modùm curant. Tota igitur Catechizandi ratio umbratilis & ludicra ſimilis. Atque ſic belli iſti homines miraculis ubique Indicis pugnant, reformatos transfoſſuri. At ubi ſecum habitantes ſcrinia pectorum ſuorum aperiunt, vident id maximè ſibi deeſſe miraculum, quo veri Apoſtoli in mundum mittendi, cælitus Pentecoſtes die erant inſtructi, donum linguarum, quo ſine omnis inſtitutio vel nulla eſt, vel perfunctoria.

2. *Hiſpanorum Tyrannis*, de qua lib. extat. Epiſcopi, *Don Bartholomæi de les Caſas*, ad Philippum Hiſpaniæ Principem, qui & Belgicè Amſtelodami an. Ch. 1638 prodiit. Speculum eſt ſævitiæ & truculentiæ Hiſpanicæ in Indos eo usque exercitæ, ut ad tartara cum cæteris, deſcendere, quàm Hiſpanorum cælum adire maluerint. Exemplum occurrit magni cujusdam Principis, ſeu, ut vocant, Cacique, p. 20. Igni tollendus monebatur à Franciſcano quodam, ut Chriſtianorum ſacra amplecteretur. Ita enim fore ut infernalibus cruciatibus exemptus angelico remigio in cælum ſubveheretur. *Ecqui*, rogat *Indus, illi ſunt cælicolæ? Chriſtiani? Imò, reſpondet Monachus. Habeant iſti ſibi cælum hoc, mihi cum inferis habitate magis volupe erit.*

3. *Morum pravitas, & diſſoluta vita. Acoſta* lib. 4. c. 5. *Solent plurimùm Indorum converſionem retardare peſſimi exempli mores. Re-*

ctè

Etè & prudenter ſcripſit Polus, rerum Indicarum prudens indagator, tribus de cauſis tam multo tempore tam modicum promoviſſe Evangelium. Primum quòd exempla prava noſtrorum hominum fidem prædicationi Evangelicæ derogârit. Item: *Præclarè ageretur cum rebus Indorum, ſi ſacerdotum ea ſaltem modeſtia eſſet, ut non ſolutioris vitæ licentiam quærerent.*

Sectio V.

De

JUDAISMO.

I. Ad tria univerſa Hiſtoria Judaica commodè revocari poteſt capita, *Politiam, Eccleſiam & Scholam.*

II. *Politia* Judaica profligata ubique jacuit & proſtrata. Ægre Principes & Magiſtratus nonnulli Chriſtiani genti recutitę, notis licèt & [a] characteribus diſtinctæ, locum inter cæteros ſubditos conceſſerunt. Et quibus vel lucri amor, vel converſionis ſpes toleran-

tiam

tiam Judæorum commendavit, in offenſam [b] aliorum haud obſcurè incurrerunt. Reliqui per Europam Proceres graviter in Iudæos, vel ſcelerum inſimulatos & convictos, vel à Chriſtianiſmo alienos graviter ubiq; animadvertebant. Unde tot in [c] Hiſpania, [d] Ungaria, [e] Polonia, [f] Italia, [g] Germania [h] Portugallia in eos decreta vel exilia vel ſupplicia.

[a] Id quod & à Bened. XIII. & Baſileæ in Concilio ſeſſ. 29. decretum (*Bzov.* an. Chr. 1434. S. 219. vide) & à Venetis effectum fuit. Qua de re *Zem. Dav.* P. I. p. 60. *Elias Germ.* in T[illegible]. Rad. Carcum. *Hinc eſt,* inquit, *quòd pilei, quos Judæi geſtant in provincia Venetorum vocantur Kobaim Carcumim* i. e. pilei Crocei ſeu flavi. *Atq; ego ſignum feci, ſecundùm numerum minorem, anni quo geſta hac ſunt, locum videlicet Jeſajæ c. 61.* Col roehæm Iaccirum, i. e. *omnes qui viderint eos, cognoſcent eos.* Vbi *roehæm* per Gematriam efficit 256. & *Iaccirum* deſignat carcom. Videantur & notæ ad rad. *Kimchii* in voce Carcom.

[b] Certum enim eſt, nunquam defuiſſe, quibus hæc judæorum inter Chriſtianos tolerantia fuerit

fuerit improbata. *Doctores Vienenſes*, in Paſsionali p.m.93. graviter in eos, qui vel familiariter cum judæis converſabantur, vel patrocinium eorum ſuſcipiebant, ſunt invecti. Ita, cùm Emanuel Portugalliæ Rex judæos, plerosque jam ſervos, dimitteret liberos, tutóque commorandi copiam faceret, Reges Caſtiliæ per literas eum monebant, ne gentem ſceleratam, Deo ac hominibus inviſam, conſiſtere in Portugalia ſineret; *Bzov*.an.Chr.1496. Sect.16. *Emanuel tamen*, ut idem refert, *rem maxima conſideratione dignam eſſe dicerent, in conſilio, non eſſe gentem illam ejiciendam, quam Pont. Max. in Romana Eccleſia civitatibus habitare permitteret. Quo exemplo etiam dicebant à multis Italiæ civitatibus, ac multis præterea Chriſtianis Principibus non ſolùm in Italia, ſed in Germania & Pannoniis, & quibusdam aliis Europæ regionibus eſſe judæis habitandi & negotiandi facultatem. Præterea illis expulſis, non continuò perfidiam ex eorum animis expelli. Ubicunq; enim impia gens pedem poneret, eadem ſceleris veſtigia relinqui. Non eſſe autem hominis ſapientis, magis ſcelere in uno loco, quàm in alio conſtato permoveri. Deinde ſi judæis in Africam (quod futurum nemo dubitabat, ſi fuiſſent è Portugalia ejecti)*

tra-

trajicerent; omnem ſpem, quæ de eorum ſalute haberi potuiſſet, incidi. Inter Chriſtianos enim, multi ex illis Chriſtianorum familiaritate, & exemplo atq; diſciplina illecti, ſe ſe ad Chriſti nomen adjungebant; quod inter homines Mahumetana ſuperſtitione contaminatos fieri haud quaquam poterat. Non eſſe præterea utile Reipub. ut hæc gens pecuniam, quâ multi ex illis abundabant, ad Mauros aſportaret, & artibus, quas à Chriſtianis acceperat, hoſtes Chriſtianorum inſtrueret, quibus poſſent Chriſtianis non mediocre damnum inferri. Alii contra diſſerebant, non ſine cauſa fuiſſe, gentem illam expulſam è Gallia, & è multis Germaniæ locis, & ex Aragonia & Caſtellæ regnis; ſed quia fuiſſet à Principibus, qui non pluris vectigalium amplificationem, quàm religionis amplificationem faciebant, explorate cognitum, tentari ab ea ſimplicium hominum fidem, Chriſtiq; nomina ſanctiſſimum indigniſſimo convitio maculari, multorúmq; animis ex eorum conſuetudine, peſtiferis erroribus contaminari, luémq; ad ruſticanorum hominum perniciem ſerpere.

Præ-

Præterea non eſſe ſapientis quicquam iis credere, qui hoſtes Chriſtiani nominis ſunt, nullaq; religione impediri queunt, quò minùs omnia arcana, quæ inveſtigari poſſent, hoſtibus aliis indicent, ſalutémq; Chriſtianorum pecunia prodant. Quòd ſi de commodis agendum eſſet, multò certè commodius eſſe, gentem ad fraudem natam, antequam manus vectigalium viſceribus afferret, cum illis tantùm bonis, quæ habebat, expelli, quàm, poſtquam omnes regni opes in poteſtatem ſuam redigeret, tanta præda locupletatam dimitti. Tunc enim ea tantùm aſportaturos, quæ aliunde convexerant. At ſi diutius in regno manerent, fore, ut multos mortales bonis omnibus, fraudibus & dolis, quibus multum valebant, everterent. Hanc ſententiam ſecutus Emanuel, ſtatuit, ut omnes Judæi atque Mauri, qui Chriſti religionem profiteri nollent, è regni finibus excederent. Refertur aliâs, de Portugaliæ Regibus, quòd magno ſæpe Judæos proſecuti fuerint amore, adeò ut à ſecretioribus quidam illis fuerint conſiliis. Commemorat R. Gedal. in Schalſch. Iakk. p.63.a. Principem, Don. Ioſephum Oliſyppone agentem Regi ita in deliciis fuiſſe, ut eum in numerum con-

conſiliariorum ſuorum retulerit. Mortuo Alphonſo ſucceſsiſſe Iohannem, qui eundem Iudæo probaturus amorem, dignitatem ei priſtinam confirmârit Die autem quodam vocato ad ſe Iudæo dixiſſe: Iubet me ſingularis ille in te tuosque amor de tua populiq; tui ſalute eſſe ſolicitum. Autor igitur tibi, totique familiæ tuæ ſum, ut ſacra veſtra muteris, certò perſuaſus, tuum reliquos per univerſum regnum Iudæos exemplum ſecuturos: Video enim te principem inter eos eſſe. Sed cùm parere tenuiſſet, gratia Regis excidit, ſedéque mutata in Italiam conceſsit. Hanc, ſcribit author, Hiſtoriam fusè recenſeri in Geneal. Iachiadarum.

[e] Qua de re P. *Paulus Venet.* Hiſt. Inquiſit. p. 24. Verba ejus ſequenti ſectioni commodiùs reſervantur. Et *Geneb*, p. 727. breviter. *A. Ch. 1474. Iſabella & Ferdinandus V. expugnato regno Granatenſi, Saracenos Hiſpania penitus exterminârunt. Judæos vel Chriſtum agnoſcere. vel regnis ſuis exulare coëgerunt.* Edictum iſtud nova Thomæ Turre cremata Dominicani, Inquiſitoris fidei Generalis, authoritate, amplius aſtrictum erat, menſe Aprili, piis omnibus vetantis cum ea gente commercium, gravique ſupplicio ſancientis, ſi quis decurſo præfixo tempore, victu aut alia re quapiam eos homines juvaret. Sic innumera Iudæorum multitudo mari ex Hiſpania ſolventes tum Africam, Italiam, & Orientis Solis oras tenuerunt; *Mariana* l. 26. c. 1. *Bzov.* an. Chr. 1494. S. 39

Naucl.Gener.50.p.299. *Hoc anno 1492.expulſi ſunt Hiſpania centum & 22.millia familiarum Judaicarum,edicto Regis dato, ne aurum vel gemmas è regno tollerent, ſed commutatione bonorum ſuorum merces & alias res utpote pannum, vinum & hujusmodi, ſecundùm debitam æſtimationem abducere poſſent, ubi quilibet Judæus transfretando coactus eſt Regi ſolvere duos Ducatos, promulgatúmque fuit, quòd ſi quis Judæorum non abiiſſet in termino iis præfixo, is corpus & bona perderet.* Meminit hujus exilii *Dav. Canc.*P.1.pag.60 b. vocat *ejectionem magnam*, qua innumeri ſolum, plurimi etiam religionem mutârint. Scribit calamitatem illius temporis ne quidem exprimi poſſe. Plura habet *Schebb. Iehuda*.p.38.39. 40.Tumultus etiam a.D.1472.per urbes & oppida Hiſpaniæ concitati ſunt, in eos, qui ex Iudæorum ſanguine prognati erant.profunda homines avaritia fraudéque.Initium factum Cordubæ: ferro, rapinis, incendiisque in miſeram gentem ſævitum, furente populo, nullo ſupplicii metu. Numinum iram prudentes interpretabantur, ob abdicata paſſim ex arcano, quæ ante ſuſcepetant Chriſtianorum ſacra. Cordubæ exemplum alia oppida,& urbes Betticæ ſecuta ſunt. Vis major in Giennium incubuit. Irantius, Magiſter equitum gentem calamitoſam ab injuria vindicare auſus, ſeque furenti populo op-

opponere, magnam invidiæ flammam apud populares accendit. Ita facta conſpiratione ad aras ſacris operantem crudeliter obtruncârunt. Theraſia uxor, & filii vix arcem tenuerunt Andreas Cabrera, cui theſauri cum arce Segobienſi à Rege Henrico concrediti erant, tumultum in eandem gentem concitatum, atque ejus inprimis capiti minitantes populares quaſi miſeros tegeret, vix arte & induſtria pacavit; Bzov.a.Ch.S.6.Maria.

[d] Tyrnaviæ cumprimis a.Ch.1494. Cauſam enarrat Bzov.S.39. *Duodecim*, inquit, *viri, cùm duabus mulieribus ingenuum adoleſcentem Chriſtianum occultè captum, atque in proximas ædes abductum, obſtructu repentè faucibus miſerè ſtrangulârunt, & apertis venis ejus ſanguinem, dum animam ſenſim & ſingultim efflaret, partim abſorbuerunt, partim aliis aſſervârunt; corpus autem in partes diſſectum, membratim humi defoderunt. Cùm adoleſcens diu à parentibus quæſitus, nuſquam appareret, ſatiſque conſtaret, eum pridie in vico Judæorum verſatum haud poſtea fuiſſe conſpectum, legitima in Judæos quæſtio conſtituta fuit. Lictores in eorum ædes immiſſi, deprehenſis recentibus cruoris notis, dominum cum tota familia comprehenderunt. Mulieres in quæſtionem*

abrepta, metu tormentorum adacta, totam indigni facinoris ſeriem confeſſa ſunt. Earum teſtimonio convicti reliqui, Palatini juſſu, qui præfectus urbis erat, omnes magno ad id excitato in foro incendio conflagrarunt: alii, qui minus videbantur obnoxii, magno pecuniæ numero multati ſunt. Cùm autem è ſenibus cauſas tanti patrandi facinoris per tormentorū cruciatum eruerent, quatuor eas eſſe dixerunt, quibus Tyrnaviæ tùm, & aliàs ſæpe in aliis regionibus, eo ſe Judæi flagitio aſtrinxiſſent. Unam, quòd ita majorum authoritate perſuaſum haberent, Chriſtiani hominis ſanguinem, præputiis in circumciſione appoſitum ſiſtendo ſanguini opportunum eſſe remedium. Alteram quod eundem ad conciliandum inter amorem plurimum valere, in cibo datum, exiſtimarent. Tertiam quòd, cùm viri ac mulieres æque fluxu menſtrui laborarent, ſanguinem Chriſtiani hominis opertum idoneam ad id morbi medicinam experti erant. Quartam, ut vetus apud ſe, ſed reconditum decretum exequerentur, quo quotidianis ſacrificiis in aliqua regione Chriſtianum Deo ſan-

ſanguinem libare coguntur, quo factum eſſe dictitabant, ut in eum annum ſors Judæis Tyrnavienſibus obtigiſſet.

[e] Cùm enim cruciatorum quidam, Turcicum bellum ſecuturi Cracoviæ conveniſſent, re inter ſe communicata, impetum in Iudæos faciunt, effractiſque domorum foribus facultates eorum diripiunt, ac ne cæde quidem abſtinent. Cæſi ex utroque ſexu Iudæi triginta fermè, cæteri in vicinam Iohannis Tencinii Caſtellani Cracovienſis domum confugerunt; *Crom.* lib. 25. *Bzov.* a. Ch. 1464. S. 44.

[f] 1. Apud *Mottam* oppidum, quod eſt in finibus Fori Iulii Iudæi puerum trucidârunt, pro quo tres eorum Venetiis captivi miſsi fuerunt & atroci ſupplicio concremati ſunt: *Naucl.* Gen. 50. p. 294. b. 2. De *Simone* puero Tridentino conſulatur idem *ib.* & *Faſcic. temp.* pag 90. a. Hiſtoriam prolixo programmate apud *Bzov.* an. Ch. 14?5. S 13. ita narrat *Ioh. Mathias Tiberinus*: *Johannes Matthias Tiberinus, Liberalium Artium, & Medicinæ Doctor, magnificis Rectoribus, Senatui, populóque Brixiano ſalutem. Rem maximam qualem à paſsione Domini, ad hæc usq; tempora, nulla unquam ætas audivit, ad vos ſcribo magnifici Rectores, civéſque præclariſsimi; quam nuper his diebus elapſis Dominus noſter Jeſus Chriſtus, humano beni-*

gnè miſertus generi, tanto tamque horribili ſcelere ſtomachatus, tandem produxit in lucem, ut Catholica fides noſtra, ſi qua in parte debilis eſt, fiat tanquam turris fortitudinis, & antiqua Judæorum rabies toto ex orbe Chriſtiano deleatur, & de terra viventium, eorum penitus memoria pereat. Audite qui regitis populos in auditum ſcelus, & paſtorum more fidelium veſtris populis invigilate. Expergiſcantur habitantes terram, & videant, quales in ſinu proprio viperas nutriant. Crudeles Judæi non ſolùm Chriſtianorum res, rabioſâ uſurarum fame conſumunt, ſed in capita noſtra, perniciémque conjurati, filiorum noſtrorum vivo ſanguine paſcuntur, quos atroci in Synagogis ſuis affigunt ſupplicio, & inſtar Chriſti crudeli funere jugulant. Nuper in civitate Tridentina, quæ verſus Aquilonem Italiam à Germania, Laviſio flumine interlabente, diſterminat: ea in regione, quæ ab Atheſis ponte recedens, verſus caſtellum à læva protenditur, tres Judæorum familiæ conſedebant, quarum capita fuere Tobias, Angelus, & Samuel, apud quem ſenex quidam moraba-

batur, Moyſes nomine, quem venturi Meſſiæ tempus, & horam prophetico ſpiritu ſcire decantabant. Hi ea in hebdomada, quam nos Chriſtiani ſanctam appellamus, die Martis, duodecimo Calendas Aprilis, anno incarnati Verbi ſeptuageſimo quinto, ſupra millenum, quatercentenum convenerunt in domum Samuelis, ubi Synagoga & eorum templum, ſpectandi gratia viventem vitulum, qui ad eos ea luce, de Livigi pago delatus erat. Et cum inter ſe plurima vario ſermone conferrent, Angelus hanc rabido fudit de pectore vocem: In iſta paraſceve, & carnes, & piſces abundè nobis ſunt, unum tantum nobis deeſt. Reſpondit Samuel: Et quid tibi deficit? tunc conjectis oculis, ad invicem taciti omnes intellexerunt, quod de immolando Chriſtiano infante loqueretur, quem in contemptum Domini noſtri Jeſu Chriſti mactant atrociter, & ex hauſto ſanguine veſcentes in azymis ſuis, à fœtore, quo graviter olent, Chriſtiano ſe cruore præſervant: huncq́ ſuum appellant Jobel, id eſt, Jubilæum. Sed annuebant, cautiùs eloqui oportere, propter ſervos, qui ob inſtan-

tem Paraſcevem, diverſis impediti miniſteriis, nunc huc, nunc illuc diſcurrebant. Poſtero autem die, cùm omnes in Synagoga conveniſſent, conſultabant, quonam in loco poſſent illum aptiùs occidere. Tobias, & Angelus in domibus ſuis, earum ob anguſtiam fieri recuſabant, propterea, quòd exiguo in loco, difficile eſſet, à pueris tam vaſtum facinus abſcondere, ſed propter rerum omnium commoditatem, & amplitudinem loci melius apud Samuelem fore aſſeverabant. At ubi ſic decreviſſent, diſputabant, quo poſſent ingenio maſculum infantem ſurripere. Dúmque inter ſe diverſa opinione contenderent, Samuel ad ſe ſervum ſuum Lazarum juſſit accedere. Coram quo ſtatim cùm adſtitiſſet, Lazare, inquit, tibi præſtare animus Chriſtianum puerum furari, & nobis illum tradere, centum ilico te donabimus Philippeis. Ad quæ reſponſum paucis ita reddidit ille. Res hæc Patres venerandi, maximi diſcriminis eſt, eam ego penitùs tentare recuſo. Et confeſtim exiens de templo, collectis ſarcimulis ſuis, ad alias terras commigravit. Die autem Jovis omnes in Synago-

ga congregati, ad Tobiam dixerunt: animadvertimus, neminem plus votis noſtris poſſe ſatisfacere, quàm te. Verſaris enim quotidie cum Chriſticolis, & pene omnes tibi familiares ſunt. Facilè potes unum intercipere, quia nemo, cùm per civitatem obambulas, in te advertit. Dabimus operam profectò, ut tibi multa bona à nobis ſemper accedant. Negat Tobias, & periculum in negotio multis aſſignat rationibus. At illi ſuis hunc execrationibus adſtringunt, & niſi pareat, minantur ſe illi perpetuò interdicturos Synagoga. Tobias ergò videns omnes in eum conſpirâſſe, & præmium jam ſibi fore propoſitum auri cæcâ cupidine captus: Aggrediar, inquit, patres libenter provinciam hanc. Verum, ut noſtis, pauper ſum ego, & ad commodè vivendum ars mea non ſufficit, ſunt & plures mihi filioli, eos, & me vobis amicè commendo. Reſponderunt omnes; Adfer puerum huc, nulla enim unquam erga te nos arguet ingratitudo. Tunc ad Samuelem converſus proditor, inquit. Nulla clave poſtes tui concludantur, ut ſi mihi quiſquam opportunè contigerit, intrò poſſim

illum leviter impellere. Et tranſactis veſperis egreſſus, cepit totam viciniam ſolus obambulare tranſiénsque per viam, quam foſſarum vulgus appellat, ſeſe usq; ad plateam celeriter tranſtulit. At ubi commodè reperit neminem, flexit iter properè, ſimul & veſtigia retrò obſervata legit. Poſtea, quam locum illum attigit, quem foſſatum vocitant incolæ inſignem puerum antè fores patris ſuper ligno ſedentem conſpexit, nomine Simonem, qui nondum viginti novem menſes natus adeò formoſus erat in cunctis, ut in eo non comprehenderetur, quod jure reprehendi poſſet. Et accedens, luſtrat neminem in puerum advertere. Porrigit digitum Tobias blandus infanti. Specioſus puer benignus ut erat, & facilis, candida manu capit molliter indicem.

Procedit, ſequiturq; puer non paſsibus æquis.

Cúmque genitoris ſedem pertranſiſſet proditor, rabida, dextera pulcherrimam manum prenſat infantis, & nunc illum trahit, & nunc mollia terga pulſans, genibus impellit. Tunc reſpiciens puer cæpit cum lachrymis pios extollere vagitus, & dulce matris

tris invocare nomen. Exanimatus ilicò proditor, denarium extrahit argenteum, & porrigens infanti, illum blando ſermone compeſcuit. Poſteaquam ad extremum viæ pervenit carnifex, omnia ritè colluſtrans, cerdonem à ſiniſtris conſpicit conſuentum. Ibi exanimatus, ilicò greſſum continuit, donec aliorſum tandem lumina flecteret artifex. Tunc occaſionem nactus, celeri gradu viam pertranſiens, in domum Samuelis intruſit infantē. Hic Samuel, veluti ſignis expectans ad ſanguinem, corripiens puerum, ocyùs in ſuum thalamum ſuſtulit. Prætereo hic quanta tunc dracones illi ſunt affecti lætitia. Ululabant ſiccis faucibus ſuper Chriſtianum ſanguinem. Et ne puer, peregrino loco deterritus, clamorem effunderet, alii porrigebant uvas, alii poma, alii res alias, quibus ut plurimùm infantes delectantur, donec ſilenite puero, dies ſe cum nocte conjungeret. Interea genitrix ejus Maria, puerum ut vidit abeſſe, nec ſolito more apud vicinos illum offenderet, percuſſo pectore, unà cum conjuge Andrea, totam per civitatem explorabat infantem. Pueri, & omnes, è

quo-

quorum labris ſæpe Spiritus Sanctus eloquitur, illum apud Judæos inquirendum aſſerebant. Futurum enim, ut eum rapuiſſent Judæi, & in Chriſtianæ fidei opprobrium in cruce ſuſpenderent. Et niſi de medio nox repentè via abſtuliſſet, ad Judæos vertiſſent iter. Unde collapſis tenebris impulſi, flentes amarè, domum ſeſe receperunt. Tempus erat, quo prima quies humana reficit pectora, atq; quieſcebant voces hominumq;, canumq;. Tunc crudelis Moyſes unà cum reliquis atrociſſimis Judæis, benignum illico deprecantes infantem, ingreſſi ſunt veſtibulum, qui cum primis Synagogæ foribus adjungitur; ibiq; in ſcamno juxtà caminum reſidens, puerum ſuis ſuper genibus excepit. Porrò circumfuſiones, veſtem eum ad umbilicum, & cubitos usq; verſo ordine detraxerunt, colligentes, flentesq; tunicam ſuccinxerunt lateri, ita, ut à femore uſque ad talos detractis caligis nudaretur, & apprehendens ſudarium Samuel, quod ejus pendebat à cingulo, collóque circumvolvens, comprimebat puerum, ne vagitus effunderet, alii verò manus, pedéſque continebant.

Tunc

Tunc evaginato Moyſes cultro, ſummum virgæ perforavit infantis, correptaq; facie, cæpit maxillam dextram juxtà mentum dilaniare, & particulam carnis abſciſſam in parato ibi cratere repoſuit. Colligebant adſtantes ſacrum ſanguinem, eo alterno ordine forfice porrecta, quilibet ſibi fruſtulum vivæ carnis excindebat. Sic fecerunt omnes primi, donec vulnus ovi rotunditatem multùm excederet. Et ſi quando cedente laqueo puer gutture perſtrepebat, admotis crebrò manibus ad os, illum crudeliter ſuffocabant. Hoc Moyſes ita peracto dexteram tibiam confeſtim elevavit infantis, eamq; ſuis ſuper genibus ſtatuens, aggreditur exteriorem partem, quæ inter cavillam, & cruris muſculum interiacet, ſimiliter eodem ferro convellere, & capta forfice viciſſim carnem vivam, vivo cum ſanguine lacerabant. Poſtmodum ſæviſſimus ſenex ille, tanti ſceleris caput, ſemimortuum erigens infantem, petiit Samuelem à ſiniſtris pueri ſecum conſidere, & uterq; ſanctiſſima illius brachia, inſtar crucifixi violenter extendentes, hortabantur reliquos, ut ſacrum illud

lud corpus, duris acubus infoderent. Collecti ergo omnes circum incipientes à vertice, usq; ad plantas, illum denſis ictibus perforabant, dicentes. Tolle geſſemina elle parchiefelle paſſiſcen pegmalen, quod eſt: Sicut Jeſum Deum Chriſtianorum, qui nihil eſt, trucidemus iſtum, ſic inimici noſtri confundantur in æternum. Jam plusquam per horam miſerandus puer terribili duraverat in ſupplicio, & interdicto ſpiritu, collapſis viribus deficiebat, attollens graves oculos in cœlum, ſuperos advocare videbatur inteſtos, & inclinato capite, ſanctum Domino reddit ſpiritum.

Purpureas veluti cùm flos ſucciſus aratro,
Langueſcit moriens, lapſoque papavera collo,
Demiſere caput pluvià cùm fortè gravantur.

Tunc Moyſes, & omnes reliqui oculos, & palmas elevantes in cœlum agere gratias Deo, quòd de Chriſtianis, vindictam ſimul, & Sacrificium obtuliſſent, relictóq; illic corpore, cum plauſu, & clamore maximo ſumma

ma per tecta diſcurentes, ineffabilem lætitiam ſe percepiſſe demonſtrarunt. Et deſcendentes ad cœnam ſervis præcepit Samuël, ut ſub cadis vinariis illud occultarent. Timebant enim proclamationes antiſtitis, & crebreſcente in eos magis, magisq; famâ, ne furore populi capti, & cæſi, ad torturam ſubitò traherentur. Altero die, qui paſſionem Domini cunctis in Chriſtum credentibus ad memoriam revocat, reſtrictis labentibus in urbem fluviis, parentes infantis unà cum cohorte prætoria, ubicunq; quærentes, non invenerunt eum. Die autem Sabbati convenientes Judæi in Synagoga, cunctis cernentibus, cadaver ſuper almomor extenderunt. Eſt enim almomor menſa quædam antè altare, ubi pſalmos, antiphonas, hymnosq; decantant. Perfectísq; orationibus ſuis, rurſus eodem in loco repoſuerunt corpus. Tertio verò die, qui Sanctum Paſcha Chriſti fidelibus attulerat, ut præſenſerunt Judæi omnium penè mentes in eos eſſe ſuſpenſas; inito conſilio, libratisq; plurimorum opinionibus, dixerunt, projiciamus corpus iſtud veſtitum in flumen, quod noſtra

ſtra domo ſubterfugit, & euntes ad Pontificem, dicamus, quoniam illud in domum noſtram aqua deduxit, & crate ferrea retentum, non potuit unà cum flumine delabi. Talibus enim viſis, nemo credet, Judaeos puerum extinxiſſe. Placuit omnibus ſententia, & aſcendens ad Pontificem proditor, rerum ſeriem eo, quo fuerat inſtitutum, ordine pandit. Tunc gaviſus Pontifex Johannem de Salis prætorem, & Jacobum de Sporo præfectum ſuæ Tridentinæ civitatis illi, ubi jacebat puer ſecum juſſit accedere. Et deſcendentes ſtatim, invenerunt cadaver in aqua pannis involutum: quo protinùs extracto, illiusq́; vulneribus diligenter annotatis, illud in Baſilica S. Petri collocaverunt: ubi maxima populorum, languentúmque confluente frequentia, multis maximíſque in dies miraculis fulget. Ecce Chriſtiane Jeſum inter latrones rurſus crucifixum. Ecce quid facerent Judæi, ſi inter Chriſti fideles haberent imperium. Glorioſus Simon; virgo, Martyr, & innocens vix ablactatus, & cujus lingua nondum humanum ſonabat eloquium, in contemptum noſtræ fidei à Judæis

dais eſt extenſus in cruce. Audi, qui tam crudele hominu mgenus tuis in urbibus pateris. Judæi æterno ſtatuto decreverunt, ut divinæ Euchariſtiæ, Beatæq; Mariæ, ſemper virgini quotidiè maledicatur, polluta omnia verba peccatum aſſerentes, præter illa, quæ in contemptum Romanæ Eccleſiæ vigere dinoſcuntur. Item in tertio libro Thalmud (hunc enim codicem præferunt Judæi libris Moyſi, & Prophetarum, & ut magis credatur Thalmud, fabulæ addunt fabulas, dicentes, quòd Deus ſtudeat Thalmud) ibi inquam, perpetua lege ſancitur, ut ter ſingulis diebus in Oratione, quam efficaciorem cunctis precibus exiſtimant; omnes Chriſti fideles devoveantur. Hanc etiam orationem ſtantes junctis manibus, ad nullam rem mundi intentionem agentes, evomunt, viri Hebraicè, mulieres ea lingua, quam à primis annis didicerunt. Solus Levita eam alta voce decantat. Aliis omnibus reſpondentibus. Amen.

Verba orationis ſic ſonant. Converſis non ſit ſpes, & omnes repentè diſpergantur: in matricibus minorentur parvuli, ac ampliu

Nnn

non reſurgant, & omnes inimici tuæ gentis Iſrael deſtruantur. Fac Domine, fac, impleas, quod petimus in diebus noſtris velociter, quia tu es Deus benedictus, fugans inimicos, & deſtruens impios. Et in ſecundo Thalmud affirmant, quòd Dominus noſter Jeſus Chriſtus maxima in inferno tormenta patiatur. Non eſt mirum, Chriſtiani, ſi nos bello, fame, ſiti, grandine, pruina, Chriſtus affligat; ſi nos populum ſuum pretioſo ſuo ſanguine redemptum, ſemper ad deteriora labi ſuſtineat. Cùm patiamur inter nos regnare inimicos ejus, quid quæſo hoc eſt aliud, quàm ſacroſancta fide deſpecta, ejus perpetuis hoſtibus adhærere? Natus eſt Simon, de quo agimus, die Veneris, 6. Calend. Decembris, anno à partu Virginis, ſalutifero 72. ſupra Millenum, quater centenum, ex Andrea, & Maria parentibus pauperrimis. D. Johanne Hinderbach, quarto Pontifice, & domino Tridentino imperante feliciter. Ob quam rem Judæi omnes à majore, usq; ad minorem in carceribus, catenisq; concluſi ſunt, non inde receſſuri priùs quàm debitas

pæ-

pœnas luant. Valete. Tridenti, 2. Non. Apr. 1475.

[g] *Auguſtani* impetrant diploma ab Imper. de expellendis Iudæis. Iubentur igitur Iudæi proſpicere rebus ſuis, & domos vendere biennii ſpatio, & exceſſerunt urbe an. Chr. 1440. die 8. Iulii. *Annal. Suev. 2. Cruzenachi* ob infanticidiũ igni cõbuſti ſunt; *Bzov.* an. Ch. 1432. S. 168. *Repertum* (ut idem ex *Tritbem.* refert) *innocentis cadaver ad Creutzenach cum honore perlatum eſt, & diebus aliquot inſepultum in cœmiterio Parochialis Eccleſiæ ſtetit, ſperantibus multis, quod ſignis & miraculis martyrium ejus per Dei clementiam foret declarandum. At ubi nullum miraculum apparuit: ſepelierunt illud in cœmiterio retro chorum verſus orientem; ubi crux lapidea hodie cernitur erecta.* 3. Per hæc etiam tempora Fridericus & VVilhelmus Marchiones *Miſnæ* & Balthaſar Landgravius *Turingiæ*, infelices judæos per omnem ſuam ditionem inſecuti ejecerunt, quod Chriſtianum puerum emercati in contumeliam Domini Servatoris morti deſtinârint; *Bzov.* an. Ch. 1410. S. 35. 4. A. Chr. 1452. Iuſſu Nicolai Pontificis Iudæa gens, viri, mulieres, pueri, in omnibus penè urbibus *Sileſiæ* capta eſt & flammis conſumta, ob violatam Euchariſtiam: *Annal. Sileſ. Bzov.* S. 16. Idem eandem ob cauſam ſupplicium irrogatum iis eſſe ſcribit. *Naucl.* &, ex eo, *Bzov.* an. Chr. 1491. S. 7. 5 Ludovicus X.

Bojorum Dux uno die,nempe IV. Non Octob. una hora quadraginta urbibus, vicis, finibus ſuis omnes Iudæos exegit, bona eorum infiſcavit. Idem Abuſinus patriæ meæ Tetrarches factitavit, ubi adhuc vicus,fons,Synagoga Iudæorum, quæ nunc carcer eſt, & tumuli Iudæorum, ſepultura eorundem nominantur. *Avent.* l.7.p.833.

[b] *Geneb.* pag.732.An.Ch.1500. *Portugallia Judæi excedere juſſi ſunt,octo annis poſtquam à Regibus Hiſpaniæ in perpetuum ejecti eſſent.* Et R. *David Gans.* P. 1.p.61 a. Exilium Portugalliæ incidit in annum 258.ſextum videlicet ab exilio Hiſpanico, referente R. Iſaac Karo præfat. in Toledot Izhak Edit, primæ, qui & ipſe fuit ex numero egredientium.

III. *Eccleſia,* ſeu *Synagoga* judaica, etſi pertinaci propoſito avitam ſuperſtitionem retinere; eandemque contra [a] Sadducæos ſeu Karræos & [b] Chriſtianos ſcriptis defendere parata plerunque fuerit, prohibere tamen non potuit,quo minus & ludibrium omnibus deberet,Pſeudo-Meſſiæ [c] ſpe turpiter deluſa,& jacturam iterum faceret magnam [d] multorum ad Chriſtianiſmum converſione.

[a] Ita enim ςυνωνύμως ſumuntur ab ipſo, qui con-

contra eos ſcripſit, R. *Lipmanus*, in libro Nizzachon, Num. 62. Sadducæi vocantur noſtra ætate Karræi ſeu Karraitæ, quorum majores admittere noluerunt legem oralem: Eamque tantum. Nam Prophetarum ſcripta magno apud eos loco fuiſſe habita, fusè, contra Socinum & alios, probat *Theod. HacKſp.* præfat. ad Lect. Tract. de us. ſcript. jud. in Theol. p. 225. & deinc. Hoc ipſo autem ſeculo crebra Phariſæorum cum Sadducæis fuiſſe certamina, tum ex hoc patet authore, qui hinc inde calamum ſuum in eos ſtringit, & ad gremium Synagogæ Iudaicę invitat; tum quöd Karræi à *Sibea Enejim*, inſigni Iudæorum Doctore petierint revocari, & notitia Gemaræ imbui, qui quòd diſſentiret à reliquis, conſenſum ſapientũ Iſraëlis non obtinuit; *Schalſch.* p. 63. a.

[b] Cujusmodi eſt I. *Liber Nizzachon.* R. Lipmani (plures enim eſſe hoc nomine apud judæos libros, docet *HacKſp.* l. c. p. 216 & deinc.) an. Chr. 1399. Hackſp. p. 220, vel, juxta *Zem. Da.* P. 1. p. 60. an. Ch. 1458 abſolutus; cujus prima pars deſtinata eſt refutationi maximam partem Chriſtianorum & Sadducæorum; altera Apoſtatæ, quem vocat, Petro. II. R *Moſes Gerundenſis*, in Hiſpania tractatum adverſus Paulum Burgenſem ſcripſit, ubi, preſſus authoritate teſtimoniorum Talmudicorum, dixit, non eſſe incommodum, ſi nonnulla interdum Talmudicorum dicta minimè admittantur. *Rici*, ſub fin lib. 2. de Cæl. agricul *Geneb.* p. 716. III. Hoc etiam ſeculo librum ſuum de Fundamentis fidei Iudaicæ edidit R. *Ioſ. Albo*, quem *divinum Philoſo-*

phum appellat D *Dav.Gans* P.1.p.59.b. Libro hoc, an. Ch.1425.teſte eodem, abſoluto, judæorum ſuperſtitionem ita defendit, ut Chriſtianis non parcat. Idem etiam lingua vernacula ſcriptum dedit Elenchticum contra Hægmon i.e. *Epiſcopum*, vel *cardinalem*. Mortuus eſt 1430. Vbi tamen notandum: Et R.Lipmanum, & R. Ioſephum in Pontificiorum potiùs καινοτομίας invehi, quàm veterum Chriſtianorum dogmata. Quæ contra Miſſam hic edidit, vindicare conatus eſt Genebrardus translatione & refutatione ſententiæ judaicæ. De his verò aliâs.

[c] Quem rumorem ſparſit quidam judæus Lemlein: de quo *Geneb*.an.Chr.1500. *Quidam judæus nomine Lemlem impoſuit judæis quibusdam* (*credo in Germania*) *ſe eſſe verum Chriſtum, quem expectabant.* Aliter tamen R. *David Gans* P.1.pag.61.a. *R. Lemblem annuntiabat adventum Meſſiæ ad annum 260. & omnis diſperſio judæorum fidem ei adhibuit. Etiam in gentes fama hæc manavit: Imò & multi ei crediderunt. Avus meus Zelickman Gans deſtruxit jam furnum ſuum azymis coquendis deſtinatum, certa ſpe fretus, fore ut anno ſequenti azyma coqueret in terra ſancta. Ipſe ego, qui hæc ſcribo, audivi ex ore Doctoris mei ſenis*

Elie-

Eliezaris Troij, Patris Domus Judicii Synagogæ ſanctæ Francofurdenſis dicentis, non planè rem fuiſſe vanam, ſignum enim dediſſe & portentum; addiditq́: Fortè peccata noſtra in cauſa ſunt, quod mora interceſſerit.

[d] Teſtibus ipſis judæis. Vnde zem. Dav. P. 1. p. 59. b. A. 172. *Perſecutio & devaſtatio magna fuit in Caſtilia, à raſo quodam excitata; quâ plures quam 100000. Judæi religionem ſuam mutârunt.* Et lib. Iuch. p. 134. a. An. 172. *mota fuit perſecutio à quodam raſo, cui nomen Fravicentius, quâ ſupra 200000. Judæorum mutârunt legē ſuam, mandato Ferdinandi Regis, avi Ferdinandi illius, Regis Aragoniæ, qui Caſtella omnes expulit judæos an. 252.* Fravicentius ille eſt Vincentius Ferrerius ordinis Prædicatorum Monachus, de quo, ex Diago, Bzovius an. Ch. 1411. S. 9. *Toleti in Hiſpania Vincentius Ferrerius quam plures judæorum ad fidem Chriſtianam adduxit, & Synagogam illorum antiquiſſimam, quam ante reædificationem templi per Zorobabel factam, extructam affirmabant, in Eccleſiam ſub titulo S. Mariæ Blancæ con-*

vertit. Quod idem poſtea feciſſe ſcribitur Salamanticæ & Zamaræ an Chr. 1412. S.11. & in Arragonia 1415 S.15. Maximè verò ejus commendat operam, ex *Luc. Marin. Sicul.* an. Chr. 1481. S. 11. *Hic*, inquit, *Judæis errores omnes, in quibus admodum cæci verſabantur, validiſſimis argumentis, & evidentiſſimis rationibus oſtendens, eorum quàm plurimos ad Chriſtum. Fidemq; Catholicam convertit. Qui cum Chriſtianam religionem, fidemq; noſtram, veram, ſanctamq; comprobaſſent, lavacro ſancti Baptiſmatis, & aliis omnibus Eccleſiæ Sacramentis acceptis, Chriſtianorum moribus, & ſacris vivere libentiſſimè capere. Deinde verò, ſive ſuggeſtione malorum dæmonum, ſive Judæorum conſuetudine, ſive, quod difficile eſt, aſſueta relinquere, propter ea quòd hominum natura mutari non neſciens, ſi quando delicta ſua cognoſcens, ad virtutem melioremq; vitam ſe convertit: mox tamen inconſtans ad ſiniſtros mores, ſolitosq; facilè revertitur: Chriſtum non fuiſſe, quem à Deo mittendum expectabant, opinantes, in occultis ædium ſuarum locis, Chriſtiana religione neglecta, Sabbatarios ritus, & Judaicas cæremonias repetentes.*

tentes, noctu Synagogam ingredientes, ſua ſacrificia, feſta Paſchalia, & avorum memoriam quot annis nudis pedibus celebrabant: qui clam Chriſtianis hæc impunè ſeſe facturos arbitrabantur. Verùm enim verò nihil imprudentius, nihil ſtultius, nihil dementius his, qui cum peccant, mala, quæ committunt, neminem neſciturum eſſe falsò ſibi perſuadent. Nihil eſt enim tam occultum, nihil fieri poteſt tam ſecretum, quod ſcire nemo poſſit, in magnis præſertim rebus. Nam quo majora delicta ſunt, eò certè citius deteguntur. Non igitur quum peccant homines, exiſtimare debent, quæ fecerint, fore ſemper occulta. Nulla quidem res eſt, quam non longa dies revelet. Eſt enim veritas temporis filia. Revelavit itaq; tempus, vel potius juſtitia Dei, Catholicis principibus Manichæos, in tenebris noctis, & occulto delinquentes, nec impune diutius peccare permiſit. Quorum maleficiis, & erroribus Catholici Principes obviantes, conſilio Cardinalis, quem ſupra memoravimus, primum Sacerdotibus, & viris Religioſis in omnibus civitatibus & populis juſſerunt, ut

omnes, qui nuper ad Religionem Chriſtianam converſi fuiſſent, tum concionibus publicis, tum privatis ſermonibus diligenter admonerent, inſtruerent in omnibus Eccleſiæ Sacramentis, & in Catholica fide retinerent, & confirmarent. Cumq; hoc parum vel nihil profeciſſe cognoviſſent, hanc ob cauſam Romam Legatos ad Sixtum Pontificem miſerunt. Qui cum cauſam legationis audiſſet, admiratus novam hæreſim, & moleſtiſſime ferens dedecus, & ignominiam, quam Chriſti cultoribus impium hominum genus inferebat, literas ſuas Apoſtolico ſigillo ſignatas, ad Principes Catholicos deſtinavit, quibus in eos Inquiſitionem fieri, & exinde diligenter animadverti jubebat, qui Chriſtianæ religioni, Fideiq; & Catholicæ quocunq; modo detraherent, aut detraxiſſent. Rex igitur, & Regina literis acceptis, authoritate juſſuq; Pontificis, Inquiſitoribus, quos ad hanc rem exquirendam, ex omnibus Sacerdotibus Regnorum ſuorum moribus, & doctrina probatiſſimos delegerant, hunc ordinem, & hanc legem ſtatuerunt, ut in omnibus citerioris, & ulterioris

rioris Hiſpaniæ civitatibus, & populis, literas ſuas, & edicta publicarent Pontificio jure compoſita. Quibus publicatis, & inſpectis, omnes, qui crimen hæreticæ pravitatis incurriſſent, infrà certum temporis ſpatium, ſuos errores Inquiſitoribus, qui Patres appellantur, confitentes revelarent, veniam ſuppliciter deprecantes; Eccleſiæ reconciliati, ſcelerum, quibus Chriſti nomen abnegaſſent, injunctas ſibi pænitentias peragerent. Ad hoc judicium, priusquam terminus temporis conceſſus præteriret, hominum millia circiter XVII. utriusque ſexus convenerunt, quibus Eccleſia, quæ fons eſt miſericordiæ, magnaq; pietatis, contenta pænitentiis unicuiq; pro qualitate criminis impoſitis, vitam, qua fortaſſè digni non erant, clementer indulſit. Multi autem, qui literis pontificiis, & edictis Regiis parere noluerunt, in ſua hæreſi perſeverantes, habita probatorum teſtium relatione capti fuerunt, & tormentis affecti, ſua crimina confitentes, in ignem conjecti, vitam cum morte commutaverunt: quorum alii ſua crimina flebant, Chriſtum recognoſcentes, alii

alij pertinaces in erroribus, Moyſi nomen invocantes. Horum paucis annis, utriusq; ſexus millia duo combuſta fuerunt. Multis præterea, quos delictorum ſuorum pœnituit, quamvis graviter peccaviſſent, conceſſum eſt, ut in carcere pœnitentiam agentes, vitam finirent. Aliis quoq;, qui à morte liberati, carcereq; ſoluti fuerunt, hoc pœnæ genus datum eſt, ut ſcilicet infames eſſent, & privati publicis officiis, auro & omni genere ſerici, duabus crucibus coloris ignei ſignarentur, quarum alteram in pectore, alteram à tergo ſuper exteriorem veſtem, quæ viderentur ab omnibus, geſtarent, & ipſi cognoſcerentur. Animadverſum eſt etiam in mortuos, quos in vita deliquiſſe conſtabat; quorum oſſa, quæ plurima fuere, publicatis bonis, filiisq; privatis honoribus & officiis, è ſepulturis extracta, publicè cremata fuerunt. Hoc juſtitiæ genus homines quamplurimi de ſtirpe Judaica, ſuorum criminum conſcij, pertimeſcentes, patria ſua, domoq; relicta, & multis magnisq; rebus diſtractis, ex Catholicorum Principum regnis aufugerunt. Multi ſiquidem in Luſitaniam, multi

ti in Navarram, alii in Italiam, alii in Galliam, alii in alias regiones, ubi ſe tutos fore putabant, migraverunt: quorum res & bona tam mobilia, quam immobilia, ſi quæ extabant, Catholici Principes in bello, quod adverſus Mauros, & Barbaros alios gerebant, diſtribuenda cenſuere. Earum rerum omnium ſumma fuit ingens. In Bethica namq; provincia, duntaxat, eorum, qui tum filiis, & uxoribus profugerant; inanium & vacuarum domum millia quinq; reperta fuere: & quoniam ut ſupra diximus, Judæorum conſuetudo nuper ad Chriſtianam religionem converſis pernicioſa videbatur, propterea, quod occaſionem peccandi ſine dubio præbebat, Catholici principes Judæos omnes à regnorum ſuorum finibus in perpetuum depulerunt, & exterminarunt. Qui tum per edictum moniti, neq; vendere ſuas domos, neq; ſecum transferre pecunias poſſent, eorum nonnulli deprehenſi fuere, qui nummos in aſinorum clitellis, & auribus deferebant.

IV. Quanquam autem [a] variæ leges de judæorum inſtitutione, tolerantia

tia & converſione ſint latæ; certum tamen eſt, in impietate pleroſque ſua perſtitiſſe, alios ad vomitum rediiſſe, ex converſis metu plures & ſuppliciis, quàm Chriſtianiſmi amore, Judaiſmum deſeruiſſe, tum quòd [b] notorii nimis in Papatu graſſati fuerint errores, tum quòd, divinâ vindictâ [c] in Judæorum perſecutores animadverti, palàm ſpargerent.

[a] Notum eſt Petri de Luna ſeu Benedicti XIII. decretum, in omnes Hiſpaniæ provincias miſſum, cujus meminerunt *Mariana*, *Surita*, *Valla*, *Bzovius* an. Ch. 1415. S. 35. Talmudici libri vetantor. 2. Convitia in noſtra ſacra puniuntor. 3. Nulla Iudęis permittitor poteſtas judicandi, aut quemvis alium honorem in republica obtinendi. 4. Synagogæ nullæ denuo ædificantor, unaque tantùm eſto in ſingulis civitatibus. 5. Medici, pharmacopolæ, proxenetæ ex ea gente nulli ſunto. 6. Nullus Chriſtianus Iudæis miniſtrato. 7. Rubeo croceove ſigno à cæteris diſtinguuntor, viri in pectore, in fronte fœminæ. 8. Vſurarum libertas præſcinditor, etiam venditionis ſpecie prætenta. 9. Qui Chriſtiana ſacra ſuſceperint, iis jus eſto in propinquorum bonis ſuccedendi nihilominus. 10. Ter annis ſingulis ad Chriſtianam concionem audiendam, de præcipuis religionis capitibus congregantur. Et plenius in Concil. Baſil. Seſ. 29. Sacro ſancta (*Bzov.*

an.

an. Ch. 1434 S. 21.) Baſileenſis generalis Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans ad perpetuam rei memoriam. Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti ſequens veſtigia hæc ſancta Synodus, illud gerit potiſsime in viſceribus charitatis, ut omnes Evangelicam veritatem agnoſcant, & in ea poſtquam agnoverint, fideliter perſeverent. Proinde, ut Iudæi aliique infideles ad orthoxam convertantur fidem, quique ad ipſam converſi fuerint, in illa conſtanter permaneant, his ſalubribus inſtitutis provide decernens inprimis ſtatuit, omnes diœceſani quosdam in literis divinis bene eruditos, aliquot vicibus annuatim deputent in locis, ubi Iudæi, aut alii infideles degunt, ad prædicandum & explicandum taliter Catholicæ fidei veritatem, ut ipſi infideles qui audiunt, ſuos valeant errores recognoſcere. Ad quam prædicationem ſub pœnis tam commercii per fideles illis interdicendi, quam aliis ad hoc opportunis ipſos infideles cujuscunque ſexus in annis diſcretionis conſtitutos, accedere compellant. Ipſi autem diœceſani ac prædicantes, ita ſe erga illos propitios ac charitate plenos exhibeant, ut non ſolum propalatione veritatis, ſed & aliis humanis offi. iis ipſos Chriſto lucrifaciant. Chriſtianos autem cujuscunque dignitatis aut ſtatus, quomodo libet impedientes, ne Iudæi ad hujusmodi prædicationem conveniant, aut arceantur, notam fautoriæ infidelitatis incurrere ipſo facto decernit. Vt autẽ hæc Prædicatio eo ſit fructuoſior, quo majorẽ prædicantes, quo prædicantes linguarũ habuerint peritiam, omnibus modis

modis ſervari præcipimus conſtitutionem edit. in in Concilio Viennenſi,de duobus docere debentibus in ſtudiis ibidem expreſsis, linguas Hebraicam,Arabicam,Græcam,& Chaldæam: quæ ut efficacius obſervetur, Rectores ipſorum ſtudiorum inter alia quæ in aſſumptione Rectoratus jurant, hoc etiam addi volumus.operam ſe pro ipſius conſtitutionis obſervatione daturos.In Conciliis etiam illarum provinciarum,in quibus hujusmodi ſtudia conſtituta ſunt, omnino diſponatur,ut hi qui prædictas linguas docturi ſunt, ſtipendia debita percipere valeant. Sacros inſuper Canones renovantes,præcipimus tam diœceſanis,quam poteſtatibus ſecularibus, ut modis omnibus prohibeant,ne Iudæi aut alii infideles, aut Chriſtianos, aut Chriſtianas in familiares, ſeu ſervientes, aut filiorum ſuorum nutrices habeant,ac ne Chriſtiani cum ipſis in eorum feſtivitatibus,nuptiis,& conviviis, aut balneis, ſeu nimia converſatione communicent, aut medicos,vel matrimoniorum proxenetas,ſeu aliorum contractuum mediatores de publico conſtitutas aſſumant, nec aliis publicis præponant officiis, aut ad gradus quoscumque ſcholaſticos admittant, nec eis locentur prædia vel alii redditus Eccleſiaſtici. Prohibeantur etiam, libros Eccleſiaſticos, calices,cruces,& alia Eccleſiarum ornamenta, ſub pœna perditionis rei emere, aut pignori ſub pœna amiſsionis pecuniæ mutuatæ accipere. Sub gravibus quoque pœnis cogantur aliquem deferre habitum,per quem à Chriſtianis evidenter diſcerni poſſint. Quorum ut evitetur nimia converſatio, in aliquibus

quibus civitatum & oppidorum locis à Chriſtianorum cohabitatione ſeparatis, habitare compellantur, & ab Eccleſiis longius quantum fieri poteſt. Nec diebus Dominicis, aut aliis ſolennibus feſtivitatibus apothecas apertas tenere, vel in publico laborare præſumant. *De his qui volunt converti.* Si quis eorum ad fidem Catholicam converti voluerit, bona ſua quæcumque habet mobilia & immobilia, ei intacta illæſaque permaneant. Quod ſi hujusmodi bona ex uſura, aut illicito quæſtu fuerint acquiſita, ac notæ ſint perſonæ, quibus foret de jure reſtitutio facienda, (quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum) illis reſtitui omnino oportet. His verò perſonis non extantibus, quia talia per manus Eccleſiæ in pios eſſent uſus convertenda, hęc ſancta Synodus vicem gerens univerſalis Eccleſiæ, in favorem concedit ſuſcepti baptiſmatis, tanquam in pium uſum apud ipſos remanere debere, ſub pœna divini anathematis tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus interdicens, ut nullam ſuper his, quovis quæſito colore, moleſtiam inferant, aut inferri patiantur: ſed magnum ſe feciſſe lucrum exiſtiment, dum tales Chriſto lucrati fuerint. Et quoniam (ut ſcriptum eſt) qui habuerit ſubſtantiam mundi hujus, & viderit fratrem ſuum neceſsitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipſo? Si ipſi converſionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri omnes tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares hæc ſancta Synodus exhortatur, ut ipſis converſis manus porrigant adjutrices. Ipſi quoq; dioe-

ceſani non ſolùm Chriſtianos ad ſubveniendum illis exhortentur, ſed tam de reditibus Eccleſiarum, prout poterunt, quam de his quæ ad pauperum uſus per ipſos convertenda devolvuntur, hujusmodi neophytos ſuſtentare non negligant, ipſosque à detrectationibns, contumeliis, paternâ affectione defendant. Et quoniam per gratiam baptiſmi cives ſanctorum & domeſtici Dei efficiuntur, longéque dignius ſit regenerari ſpiritu, quàm naſci carne hac edictali lege ſtatuimus, ut civitatum & locorum, in quibus ſacro baptiſmate regenerantur, privilegiis, libertatibus & immunitatibus gaudeant, quæ ratione duntaxat nativitatis & originis alii conſequuntur. Curent inſuper ſacerdotes baptizantes, & hi qui de ſacro fonte ſuſcipiunt, tam ante baptiſmum quàm poſt, illos in articulis fidei ac legis novæ præceptis, Catholicæque Eccleſiæ ritibus diligenter inſtruere. Et tam ipſi quam diœceſani operam dent, ne cum Iudæis ſeu infidelibus, ſaltem per longum tempus, penitus converſentur, ne ſicut noviter contingit ab infirmitate curatis, modica occaſio ad priſtinam perditionem recitivos efficiat, & quoniam (experientia teſte) mutuam inter ſe neophytorum converſationem ipſos in fide noſtra fragiliores reddere, ac ſaluti ipſorum plurimum afficere compertum eſt, exhortatur hæc ſancta Synodus locorum ordinarios, ut quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent & ſtudeant, neophytos ipſos cum originariis Chriſtianis matrimonio copulare. Prohibeatur & his neophytis ſub gravibus pœnis, ne mortuos more Iudæorum ſe-

ſepeliant, aut Sabbata aliasque ſolennitates & antiquæ ſectæ ritus quoquo modo obſervent. Sed & Eccleſias & prædicationes noſtras, prout alii Catholici frequentent, & in omnibus ſe Chriſtianorum moribus conformes reddant. Contemptores autem prædictorum, per ſacerdotes in quorum parochiis ſiti ſunt, aut alios ad quos de jure vel antiqua conſuetudine de talibus inquirere ſpectat, ac etiam per alios quoscunq;, diœceſanis, ſeu inquiſitoribus hæreticę pravitatis deferantur & invocato, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, per eos taliter puniantur, quod & aliis tranſeant in exemplum. De his omnibus in Conciliis provincialibus & Synodalibus diligens fiat inquiſitio, & tam circa Epiſcopos & Sacerdotes in præmiſsis negligentes, quam ipſos neophytos & fideles prædictorum contemptores, opportunũ adhibeatur remedium. Si quis autem, cujuscunque gradus vel præeminentiæ; hujusmodi neophytos, ne ad obſervationem ritus Chriſtiani, ſeu alicujus præmiſſorum compellantur, foveat atque defendat, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas incurrat. Neophyti verò ſi corrigere poſt canonicam monitionem neglexerint, quin ad vomitum Iudaizantes redire comperti ſunt, contra eos tanquam perfidos hæreticos, ſecundùm ſacrorum canonum inſtituta procedatur. Si qua verò ipſis Iudæis vel infidelibus indulta ſeu privilegia per quoscunque Eccleſiaſticos ſeu ſeculares cujuscunque ſtatus ſeu dignitatis, etiam ſi Papalis vel Imperialis exiſtant, conceſſa jam ſint, vel in futurum concedi contingat, ut.

gentia quoquo modo in detrimentum Catholicæ fidei, aut nominis Chriſtiani, ſeu quorumcunque præmiſſorum, hæc ſancta Synodus caſſa, & irrita eſſe decernit, decretis & conſtitutionibus Apoſtolicis ac Synodalibus, quæ ſuper præmiſsis condita ſunt, in ſuo robore duraturis. Et hujusmodi ſanctæ conſtitutionis jugis memoria habeatur, & ne quisquam ipſius ignorantiam prætendere poſsit, jubet hæc ſancta Synodus, ut per ſingulas cathedrales & collegiatas Eccleſias, aliáq; pia loca, in quibus uberior eſt fidelium concurſus, ſemel in anno ad minus infra divina promulgetur. Datum in ſeſsione ipſius ſanctæ Synodi, in Eccleſia majori Baſilienſi ſolenniter celebrata, ſeptimo Idus Septembris, Anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto.

[*b*] Vide præcedentem Can.l.b.

[*c*] R. *Abraham*, in Iuch.p.134.a.monet, ipſo illo anno, quo Ferdinandus, Caſtiliæ Rex, Iudæos fuerit perſecutus, tantóque numero Chriſtianiſmo illi acceſſerint, adeò vehementem ortum fuiſſe terra maríque turbinem, ut & naves & arbores fuerint confractæ; peſtem inſuper & plagam graſſatam magnam. Quid Nicolai Papæ mandato de Iudæis in Sileſia factum ſit, ſuperius audivimus; nunc ſucceſſum à Iudæo mutuemus. Ita R. *David Gans* P.II.p.96. *Papa Nicolaus V. Monachum, cui nomen Johanni Capiſtanis* (i.e. Capiſtrano) *miſit in Germaniam ad ſtabiliendum jubilaum. Cùm veniſſet in provinciam Sileſia, an-*

anno Epochæ Judaicæ 211. Chriſtianæ verò 1451. honorificè valde ibi receptus eſt. Quicquid autem præcepit, obedientes ſe ei præbuerunt, adeò ut tantùm non Dei loco ipſum habuerint. Hic accuſavit Judæos provinciæ Sileſiæ, quòd profanârint panem eorum (ita Hoſtiam vocat) *& prehenſos Judæos Sileſiæ omnes vehementer afflixerunt. Plerique eorum igni combuſti ſunt, propter ſanctificationem nominis divini. Uratislavienſes tamen Monacho parere nolentes, cuſtodierunt animas Judæorum, eosque de regione ſua dimiſerunt. Scribit autem Henricus Rotel p. 180. quòd propter peccatum innocenter fuſi ſanguinis, effuderit Deus iram ſuam ſuper provinciam Sileſiæ, adeò ut multæ eos calamitates & afflictiones attigerint. Felices contrà fuiſſe, qui expulſis & coactis* (de quibus *Theſ. Phil.* p. 14) *hoſpitium præbuerint.* Hæc mens eſſe videtur *R. Abraham* in Iuch. p. 134. a. Anno 175. cepit Portugalliæ Rex Don Iohannes urbem Siptam, extructam à Semo filio Noachi, quæ freto, quod Caſtellam ab Africa, latitudine trium paraſangarum, dividit imminet. Dicunt autem Regem urbem cepiſſe, quòd coactos & Iudæos Caſtella expulſos receperit. Vt verò

illud temerarium, ita falſum utrumque eſt & gratis fictum. Quaſi verò in ingratum mundum non ſemper ὁ ἔκδικος θεοῦ ὀφθαλμὸς, ante & poſt Judæorum exilia, animadverterit? Ipſe ſtatim *Author. lib. Iuch.* teſtimonio modò citato ſubjicit; *Ante hunc annum* (perſecutionis Iudaicæ) *anno ſcil.* *105. 106. 107. magna orbem invaſit plaga, quâ tres tertiæ mundi partes obierunt, ob conjunctionem videlicet trium in Piſcis aſteriſmo ſtellarum ſuperiorum, Saturni, Jovis, Martis.* Felices rerum ſcrutatores, qui altius non aſſurgunt! Alia miracula, quod ſciam, Iudæi hoc ſeculo non venditant, niſi quod R. Iſaakum Legionenſem Taumaturgum appellent; *Iuch.* 134. a. Schalſch. 62. a.

V. *Scholis* Judaicis nec [a] Rectores hinc inde deerant, nec [b] Rabbini, pro gentis conſuetudine, eruditi, novis honorum [c] titulis aucti, nec novum illud literas promovendi compendium [d] Chalcographicum. Unde multa iterum hoc ſeculo ſcripta prodierunt [e] Theologicó-Philoſophica, vel Scholaſtica [f] potius, quibus Judæi, Arabum exemplo, magis magíſque aſſuëverunt, & delectati ſunt.

[a] Celebris, præ cæteris, fuit *R. Elias Mirzachi* ſeu Orien-

Orientalis, Rector Conſtantinopolitanus circa annum 250, Vide *zem. Dav.* p. 60. b.

[*b*] Cujusmodi ſunt I. *Iſaak Kanphantun.* quem *R. Abrah. in Iuch.* pag. 134. *vocat lumen magnum, virum beneficum, in quo habitâ-rit ſpiritus Dei Sancti.* Mortuus eſt a. 223. *Vidi,* inquit author, *eum, & ecce vultus ejus, ſicut vultus divinæ Majeſtatis.* Vocabatur vulgò *Gaon Caſ:e'la.* II. *R. Iſaak Legionenſis,* diſcipulus ejus, Thaumaturgus. Cor habebat leoninum adverſus hoſtes Domini, & intellectum plane divinum; *Ib.* Obiit ſeptuagenarius. III. *Iſaak Abuhab.* Rabbi & More i. e. *Magiſter, & Doctor,* ejusdem etiam Kanphanti diſcipulus. Diem clauſit extremum in Portugallia an. 253. menſe ſeptimo poſt exilium. In eum author explicuit verba Prophetæ: *Ecce ego mitto Angelum, &c.* IV. *Schemuel Alanſæus,* qui cognatione authorem libri attingebat; *Id. c. b.* V. *Schemuel Sirſa,* cujus, præter Miclal Iophi (quo tamen titulo duo veniunt libri: Vide *Bib. Rabb.* pag. 368.) extat *Peruſch.* ſeu explicatio in legem. *Iuch.* Ib. Igni, refert, R. Samuelem, authoritate Iſaaci Kanphantun adjudicatum eſſe, quòd geſtibus æternitatem Mundi aſtruere videretur; *Ib.* Reliquorum nomina & libros habes P. I. *zem. Dav.* p. 60, *Schalſch.* pag. 62. & deinc. qui exactiſsimum Rabbinorum pertexit Catalogum.

[*c*] Nam & Doctorum axioma hoc ſeculo obtinuerunt. *Buxt.* de Abbrev. pag. 115. Hic titulus no-

vus eſt, infra ducentos annos natus in Germania inde in Italiam traductus, quod valde miratus fuit Don Iſaac Abarbinel, ex Hiſpania in has terras veniens (& alii, vide *Zem.Dav.*P.1.pag.60.a.) ut ipſemet ſcribit in commentario in Pirke abhoth.c.6. Ferunt, occaſionem hujus tituli fuiſſe conſuetudinem Chriſtianorum, qui doctrinæ laude excellentes, viros ſuos promoverunt in Doctores. Inde Iudæi voluerunt etiam inter ſe Doctores habere, qui ſupra alios Rabbanim ſeu Magiſtros eminerent. Sic *Moreh* vel *Morenu* creatus fuit, qui Rabbi antea erat, ut reliquorum Rabbanim ſive Magiſtrorum caput eſſet, & Synagogæ Rector, Prætor ac Iudex ſummus, judicandi ac puniendi jus habens. Idem uſus adhuc hodie inter ipſos durat. Alii (id quod ex Doctore *Sinai*, fil.Bezaleel habet *R.Dav. Gans.* P.1.p.60 a.) dixerunt, cauſam fuiſſe nimis laxam licentiam vulgarium Rabbinorum in dandis libellis repudii. Id ut impediretur, creârunt alios Doctores ſupra Rabbinos, penes quos tantùm eſſet jus concedendi libellos repudii, & ſi quis repudiaſſet uxorem, non impetrato libello repudii ab hoc *Morenu*, ejus repudium illegitimum eſſet. Primi omnium titulo *Morenu* creati fuerunt *Maharaſch* & *Maharil*, id eſt, Morenu harabh Rabbi Scholam, & Morenu harabh Rabbi Iacob Levita, VVeilenſis. *Maharil* prioris fuit diſcipulus, & ſcripſit librum Ritualem, qui vocatur *Minhage Maharil*, Liber rituum Rabbi Maharil, qui, ut *R.David* loquitur, in cœleſtem Academiam requiſitus fuit a. æræ Iudaicæ 187. Chriſtianæ 1427.

[d] De

[d] De ejus authore & uſu prolixè ſatis *R. Dav. Gans* P.II.pag.60.b. Inter Iudæos multum tribuitur familiæ Schonzino, de qua *R. Gedal*, in Schalſch.pag. 62.b. *Hac ætate floruerunt viri ex familia Schonzino, qui longo de hinc tempore continuo Hebræos impreſſerunt libros, unde multum ad Iſraelitas rediit utilitatis. Fuerunt autem Typographi Conſtantinopolitani.*

[e] *Alii* enim in Vetus Teſtamentum ſunt commentati, ut 1. *R. Samuel Sirſa*; Iuch. Zem. Dav. P. I. pag.60.b, 2. *R. Schem-Tobb*, cujus extant Quæſtiones in Legem. 3. *R. IſaaK* filius Armaah, extorris Hiſpanus, à quo habemus *AKidath Iitzhak*, Ligationem IſaaKi. Commentarius eſt in Legem & quinque libellos Philoſophico-Theologicus, refutans Ariſtotelem de æternitate Mundi, & in aliis multis quæſtionibus. Liber excellens & multiplicis doctrinæ, inquit *Buxt. Bib. Rabb.* p.394. 4. *R. Lipmannus*, cujus eſt Sepher Nizzachon ſophiſtica potius perverſio, quam Didactica totius V. Teſtamenti explicatio.

Alii, contra Chriſtianos & Sadducæos calamum ſtrinxerunt: ut ſupra jam monuimus.

Alii vel Lexica vel Concordantias Biblicas ſcripſerunt. Huc pertinet 1. Ohel-Moed, Tentorium conventus. Accurata ſatis Methodo Synonyma veteris Teſtamenti tradit, authore R. Solomone Vrbinate, *Zem. Dav.* P.I.pag.60. b. 2. Concordantiæ Mardochæi Nathanis; Id.60.a. Qui tamen

R.Iſaako hunc Nathani fætum tribuunt, rejiciunt eum aliò. Vide ſeculo XIII.p.551.

Alii quæſtionibus Problematicis excutiendis ſuam addixerunt operam. Vnde plures ſeculo hoc floruerunt *baale Scheeloth utheſchuboth* authores quæſtionum & reſponſionum, quorum ex numero R.Ioſeph Kalon, *zem.* l. c. 60. b. vel *Kolon.* Schalſch.p.62.a. Adverſarium habuit R. Iehudam, qui mutuis ita flagrarunt diſsidiis, ut ipſa hinc Synagoga Mantuana in partes ſcinderetur. Vnde Mantuæ Dux urbe utrumq; exire juſsit. *Id.*Ib *R. Abraham Schallum*, cujus eſt Neveh ſchalom, liber Philoſophicus, Theologicus, Phyſicus, Metaphyſicus, complectens doctrinam ex omnibus ſcientiis collectam, & innumeras quæſtiones ex Ariſtotele partim explicans, partim refutans. R. Iſrael Germanus: R. Iacob VVeilenſis; *Id.*60.a. & alii.

Altera etiam *Theologiæ Iudaicæ pars*, Talmud nempe, multis fuit curæ. Prodiit hoc ſeculo 1. *En IaKob* vel Iſrael, oculus Iacobi, vel Iſraëlis, & *Beth IaKob*, Domus Iacob, complectens Hiſtorias Talmudis jucundiores, authore R. Iacobo, exule Hiſpano, *zem.DaV* P.I.pag.60.b. 2. *Halicoth olam*, itinera ſeculi vel æterna. Eſt introductio ad lectionem Talmudicam, quæ terminos ejus & formulas loquendi technicas explicat. Editus eſt liber cum verſione Clariſsimi viri. *D, Conſtantini L'Empereur* ſub titulo clavis Talmudicæ, complectens formulas, loca Dialectica & Rhetorica priſcorum judæorum, Author celebratur R. *Ieſchua Hallevi* Zem. Dav.P.I.pag 60.a.

Suc.

Succedit *tertia ſpecies*, Leiturgica, mixta ex utraq;, quæ ritus, & ceremonias ſuperſtitionis Iudaicæ explicat: Hujus farinæ ſunt *Minhage Mabaril*, de quibus ſupra.

Neque etiam intactam reliquerunt *Kabbaliſticam*. *R. Gedal.* in Schalſch pag. 64.a. R. Iſaak barrabbi Schemuel Chajim; R. Iechiel, erant ex numero egredientium Hiſpania excellentiſsimi Kabbaliſtę.

[f] Certum enim eſt, Scholaſticum diſputandi genus Arabes Iudæis ita paulatim affricuiſſe, ut hoc ſeculo in ipſas etiam Peruſchim ſeu explicationes Scripturæ irrepſerit. Teſtis eſt liber *A Kidat Iitzhak*, terminis Scholaſticis ita refertus, ut eum ne doctiſſimi quique judæorum facile aſſequantur. Hoc ipſo nuper nomine authorem, à Iudæo quodam vicino, *Abrahamo Brunſchvvig* pro, Celi lakar, quem, quod ſenſui literali inſiſteret, maluit, redemi.

Sectio VI.

seu

Συμβίβασις.

Tantò Seculi hujus luculentior eſt Συμβίβασις, quantò majori & excelſiori animo, [a] Papæ, [b] judicio ejus ἀνυπεύθυνω, & poteſtati αὐτοκρατορικῇ multi reſtiterunt. Alii enim, qui externæ quidem

dem confeſſionis teſſerâ Romanæ Eccleſiæ erant addicti; vitia & nævos & in [c] Pontifice, & in [d] Clero magna parrheſia taxabant; dogmata etiam [e] Pontificia authoritate ſtabilita convellebant. Alii verò,ſacris Papiſticis valere juſſis,certiora ſecuti ſunt & ſaniora, [f] Wicleſitæ videlicet, [g] Huſſitæ, [h] Waldenſes magno numero hinc inde diffuſi,& ad ſupplicia tracti.

[a] Huic ſe oppoſuerunt 1. *Sigismundus*. Rex Vngariæ. Cùm enim, remoto illo, Ladislaum coronari curâſſet Bonifacius IX. iram ejus in ſe concitavit. *Niem*. lib. 2. de ſchiſm. c. 17. 18. *Bzov*. a. Ch. 1403. S. 8. *Sigismundus ægre ferens, quòd præfatus Bonifacius contra eum talia fieri fecerat, de ipſo Bonifacio, ac Collegio Cardinalium & multis magnatibus per mundum, vehementer conquerendo famoſas epiſtolas deſtinavit, & ex hoc in ipſo regno Hungaria clades hominum innumerabilium, ac Eccleſiaſticorum, & piorum locorum & Monaſteriorum enormis deſtructio, incendia civitatum, oppidorum, villarum & caſtrorum, nec non infinita alia mala, quæ bella ſecum producunt, diu vigentia ſubſequebantur; quia non*

non (NB.) ſine multorum diſpendio Reges deponuntur. Et adeò vires aſſumpſerunt mala hujusmodi, quòd etiam Presbyteri & Eccleſiaſticæ perſonæ utriusque ſexus non fuerunt ſecuri per totum regnum Hungariæ, quantum ad invaſionem & deſtructionem, nulla habita eſt differentia, inter Presbyteros, Clericos & Vulgares, ordinem ſacrum & profanum. Et exinde in Curia Bonifacii pauci Hungari viſi fuerunt. Sed ipſe Sigismundus poſtea Cathedrales Eccleſias & Monaſteria, nec non omnia beneficia Eccleſiaſtica in Hungaria dedit quibus voluit, & hoc de exaltatione Regis Ladislai, quo ad regnum Hungariæ, ipſe Bonifacius & Collegium ejus lucrati fuerunt. 2. Ipſe *Ladislaus*, Rex Neapolitanus: Mortuo enim Bonifacio, Romam cum ingentibus copiis advolavit. Cumque jam Innocentium electum comperiſſet, diſsimulavit, & inter primas cauſas adventus gratulationem & ſalutationem prætexuit: tum deinde auxiliorum nomine, pro ſede Apoſtolica tantas copias ſe adduxiſſe dixit. Iſta in ſpeciem affirmabat. Cùm in urbe eſſet, quanquam ab Innocentio Pontifice ſupremis honoribus exceptus, tamen contra illum occultè Romanos concitabat, mente erectus ad urbem occupandam *Bzov.* an. Chr. 1404. S. 8. Sed & alio

alio probare nititur ſpecimine, Ladislaum rebus Eccleſiaſticis fuiſſe infeſtum; S.9.& a.Ch.1406.S.4. *Non potuit amplius ferre Innocentius ſedis Apoſtol. & ſuorum injurias, in Ladislao & complicibus illatas. Unde ipſum excommunicavit.* Et quamvis pax paulò pòſt ſecuta inter Ladislaum & Innocentium: mox tamen an.Chr. 1412.novi motus inter illum & Iohannem XXIII. excitantur, *Bzov.* 1412.S.1. 1413.S.4.*Plat.*p.283. Ipſam etiam ab eo urbem, a.Ch.1408. captam eſſe, ſcribit *Naucl.*Gen.47.p.267.b.Confer *Plat.*in Gregor XII, 3. *Romani* etiam tumultuantur,& in Papam inſurgunt.*Naucler.*Gen.47.p.266.*Bzov.* a.Ch. 1405.S.6.ab iisdem Eugenius an.Chr.1434.inſtigantibus Columnenſibus Româ expulſus, actuario navigio per Tiberim evaſit. Franciſcano cucullo, veſte pontificia abjecta, telis, lapidibusque ab utraque ripa petitus, *Cal.Bzov.*S.2.3.19.*Stell.* 4.*Paulus Vrſinus*; *Id.*a.Ch,1415.S.54. 5.*Brachius*, Iohannis Papæ exauctorati amicus, infenſus Martini V. adverſarius, qui ſive pio eo retinendi, ſive pro ſe ſtabiliendi cupidus totam jam Vmbriam in ſuam redegerat poteſtatem. Romanos ipſos inſtituti conſcios habuit & fautores: Id.an.Ch.1417.S.13. Patrimonii Apoſtolici partem ita ſibi parere coegerat,ut Martinus tutò Romam proficiſci non potuerit; Id.a.Ch.1419.S.10. Anathemate, Ib.& amica compoſitione Martinus omnia tentabat,an.Ch. 1420.S.14.Sed cùm pactis mox iterum receſsiſſet militem Sfortianum fudiſſet, alterum fulminis Papi-

piſtici ictum excipit, 1424. S. 6. & magno ſucceſſu bellum contra Pontificios continuat. an. Ch. 1433. S. 16. 6. *Suecos*, Regem & Proceres inviolabilem cleri libertatem violáſſe conqueritur, *Id.* a. C. 1422. pag. 631. confer. an. Chr. 1424. S. 31. & 1431. S 60. 7. *Ordinis Teutonici frater*, Romi petis quibusdam, contra oppreſſores Eccleſiaſticæ libertatis miſsis, interceptis vitam adimit. *Id.* a. C. 1429. S. 96. 8. *Florentini* Pontificē deſeruerunt. *Bzov.* a. Chr. 1425. S. 6. 9. *Iohannes Rex* (qui ob multa memorabilia geſta *bonæ memoriæ* cognominatus eſt) multis gravaminibus, *Id.* an. Ch. 1419. clerum Luſitanum oppreſſerat. *Id.* an. 1426. S. 24. Nec alia fuit mens Vladislao Regi Hungariæ. *Ib.* 25. 10. *Alphonſus*, Aragonum Rex non favit Calixto, *Bzov.* an. Chr. 1455. S. 16. 1456. S 9. Idem, edicta contra Papam & Legatum ejus affigi mandat, cum magno vituperio & ſcandalo ſedis Apoſtolicæ, ut habet *Id.* 1427. S. 19. Quam infenſo in Eugenium fuerit animo, recitat *Id.* a. Ch. 1437. S 5. & 1441. S. 2. Quid pro Petro Antipapa contra Martinum præſtiterit habet *Plat.* in Mart. V. pag. 292. 11. *Angliæ* Rex, & *Humfridus* Clocestriæ Dux, noluerunt Legationis munus in Anglia à Cardinale exerceri, absque juſſu Regio. *Ib.* 12. *Florentini* ſedi Apoſtolicæ rebellant; a. Ch. 1430. S. 83. 1478. S. 4. 13. *Columnenſes* Romam invadunt, omnia vaſtant, & diripiunt, Eugenio cumprimis ægrè facturi; *Naucl.* Gen. 48. p. 274. b. 14. *Carolus* Galliarum Rex, & Alexandri VI. infenſiſsimus fuit hoſtis. *Stell.* & Senatus Pariſienſis Pragmaticam ſanctionem defendit. Ipſa etiam Baſilienſis Synodus, ut

Ca-

Caroli Regis aucuparetur gratiam, eam admiſit: *Bzov*.a. Ch. 1438.S.69. Contra quam tamen anno ſequenti Eugenius IV.Legatum miſit in Franciam *Id*.S.144. Æneas Sylvius eam Pontifici intolerabilem; quod huc tenderet, ne Germanica natio juſſionibus Apoſtolicæ ſedis obedire cogeretur, & aliquid pecuniarium ad Romaná Curiam deferretur, judicavit, *Ep.ad Martin.Meyr.* Imò Pontifex factus, Concilio Mantuæ celebrato, Sanctionem illam in Galliis abrogavit: *Bal*. pag. 601. *Hæc enim*, (ut iterum *Ep.citata*, ſcribit) *ſedi Apoſtolicæ eminentiam, & paſtoralis officii plenitudinem eripit; & pauperem eſſe vult, abjectam & impotentem.* Literis proinde ſanctionem Pragmaticam Carolum abrogare jubet: *Bzov*.an. Ch. 1461. S.9. Cùm verò Ludovicus Francorum Rex per Legatos miſſos ad Pium II. liberam Eccleſiæ & Pontificis regno obedientiam præſtitiſſet, abrogationemque Pragmaticæ ſanctionis (quanquam libertatem Eccleſiaſticam ab eodem poſtea minutam queratur *Plat*.in Pio II.p.330.) pollicitus eſſet; Senatus Pariſienſis non potuit adduci, ut Pragmaticam legem tolleret. *Gaguin*.libr.10.*Geneb*.pag. 724. Hanc ſemper Pontifices appellârunt *hæreticam*, *Calv*. a.Ch.1438. Concilium contra Baſileenſe, eam, ut diximus, probavit. *Id*.& *Geneb*. p.718. 15. *Rutheni*, ditionis Polonicæ ad Moſcovitarum Imperatorem defecerunt, quod Alexander Dux Lithuaniæ eos Eccleſiæ Romanæ adjungere vellet, *Geneb*.732. Ipſe Iſidorus Cardinalis Bulgar. in Moſcoviam & Ruſ-

ſiam

ſiam miſſus ab Eugenio, capitur à Duce *Bzov.* a. Ch. 1441. S. 4. 16 *Philippus*, Mediolanenſium Dux à Pontifice abalienatur, & ei modis omnibus incommodare ſtudet; *Bzov.* an. Ch. 1431. S. 5. & 48. Item 1432. S. 144 & 1437. S. 6. 1438. S. 72. 17. *Iacobus Vicanus*, urbis Romæ præfectus, Ludovicus Columna Eugenio non bene cupiebant: *Id* ib. 18 Quid *Baſileenſes* non in Eugenii modò vita & moribus deſiderârint, ſed & quàm ægrè ejus poteſtatem αὐτοκρατορικὴν tulerint, vel ex ſolius *Bzovii* querelis colligimus. Vid. a. C. 1432. S. 1. 11. 110. & 1443 S. 22. Compendium παπομαχίας exhibet 1437. S. 10. *Imprimis*, inquit, *auſi ſunt* a. *locum Concilio Generali, præter decretum factum, deſignare.* b. *Imperatorem Græcorum aliorſum, quàm inclinaverat, quamque cum Pontifice convenerat, trahere.* c. *Præſidentem authoritate Pontificia, Concilio, Johannem Archiepiſcopum Tarentium, violare.* d. *Nuncios ſedis Apoſtolicæ, pari temeritate, in carceres compingere.* e. *Os in cælum ponere, ac varia crimina Eugenio per calumniam, pérque ſummam impudentiam imponere, ſupremóque omnium paſtori diem apud ſe dicere, & ad eadem ſua ſubſellia Cardinales S. R. E. obtorto collo rapere.* f. *Bonis temporalibus eundem ſummum Pon-*

tificem exuere. g. *Poteſtatis illius plenitudinem elevare,imminuere,limitare. Acta ejusdem ſummi Pontificis, non in dubium modò vocare, ſed & criminari, inficere, abrogare.* i. *Judicium in eundem & innocentem,& ſolius Dei correctioni ſubjectum,exercere. Ad extremum probris, convitiis, contumeliis, omnibúsque injuriis majeſtatem illius, vel ipſis ſpiritibus venerandam, proſcindere,lacerare, infamare, conculcare.* 19. In *agro Piceno* malè Pontificis res ſucceſsiſſe, Sanvio Cavillone ad Malateſtas Piſaurenſes deſciſcente,queritur *Bzov*.an.Ch.1433.S.15. 20.*Angulariæ Comes* multa in Pontificem machinatus eſt, ſi quo pacto eum perdere poſſet ferro vel veneno: *Id*.a.Ch.1463.S.18. 21.*Ludovicus Franciæ* Rex ſcripſit literas Pio,itémque Cardinalibus ſua dignitate indignas,& quaſi Pontifice ſuperior eſſet,damnavit opera ejus,& quomodo Pontifici vivendum eſſet Maximo, regulas præſcripſit, an.Chr.1463. S.24. 22.Parùm etiam bene Pio cum popularibus *Senenſibus* conveniſſe,conſtat ex eodem a.Ch.1462.S.22. 23.Calixto III plures cum Ferdinando interceſsiſſe lites,quàm ejus tulerit aut tolerarit valetudo,habet a.Ch.1458.S.9. 24 De Matthæo Pojano,vide an. Chr.1472.S.24.25. 25. Claudimus hoc ἀντιλεγόντων agmen,teſtimonio *Bzovii*,ex an.Chr.1491. S.8.depromto. *Hac dum in VVandalia gerer-*

ren-

rentur, Innocentius Pontifex, etiam in Italia, aliquos refractarios habuit. Omitto Peruſinos, & Anfidanos, qui hoc anno ſedi Apoſtolicæ contumaces, non niſi armis ad officium cogi & imperium potuere: Veneti, magis legum ſuarum curioſi, nulla ratione adduci toleravere, ut præter eas, dignitatem quandam Eccleſiaſticam ab Innocentio quidem delatam, aliquis retineret. Petrum Bembum dabo, qui narrabat. Obiit per hos dies (anno 1491.) mortem Romæ Marcus Barbus, Pauli II. Pont. Max. fratris filius, è Cardinalium Collegio, vir & doctrina & probitate, & ſanctitate vitæ & Romanorum civium gratia egregiè inſignis; quiq́ comitiis Pontificalibus Sixti morte habitis, parùm abfuit, quin à Collegio ſummum locum adipiſceretur. Eo mortuo, Innocentius, Patriarchatum Aquilegienſium, quem is multos annos obtinuerat, Hermolao Barbaro Legato apud ſe Veneto attribuit. Iſtud, ubi civitas intellexit, tametſi Hermolaus ad Senatum ſcripſerat, coactum ſe à Pontifice, veſtem ſenatoriam mutaviſſe: quoniam tamen Sacerdotiis captari cives Veneti, qui

Legati Romæ eſſent, lege prohibebantur; graviter tulit, auſum illum contra leges patrias facere. Auxit ejus rei magnopere invidiam, quod antea ex Hermolai literis, quas ad Senatum de Barbi morte ſcripſerat, more, inſtitutóque Majorum comitiis Senatoriis præjudicium Patres fecerant, cujus ipſi civis nomen ad inadipiſcendum Sacerdotium Innocentio commendarent. Itaque deceptos in eo ſeſe, ac propè deluſos querebantur. Erat omninò Hermolai, propter ejus ſummam in literarum, atque optimarum artium ſtudiis præſtantiam, magnum apud exteras nationes nomen; apud ſuos quidem certè maximum. Nam ad doctrinæ ſingularem opinionem, etiam vitæ perpetuam innocentiam adjunxerat. Simulis multum patris opibus, & gratia, qui ſummo proximum in civitate magiſtratum gerebat; multum clientelis, neceſſitudinibus, propinquitatibúſque pollebat. Quibus tamen in rebus omnibus, ſatis ſibi præſidii non habuit: cùm pluris à patribus una legum charitas, majeſtásque quàm ullorum civium omnibus aucta honoribus dignitas, atque clari-

tas

tas fieret. Decem viri enim literas ad eum ſeverè ſcriptas dederunt, mora omni, excuſationéque ſublata, ſacerdotium repudiaret; Id ſi non faceret, patrem Magiſtratu remoturos, & bona ejus publicaturos, præ ſe tulerunt: At pater perſpecta civitatis voluntate, omnibus tentatis rebus, cùm jam eam flecti, & leniri poſſe diffidebat, ægritudine animi eſt mortuus, filius non multò poſt Romæ, editis Plinianis caſtigationibus, immenſi propè laboris opere, privatus plebejo morbo periit. Eum vitæ finem Hermolaus habuit, omnium ex ſua civitate, qui ante illum nati eſſent, Latinorum & Græcorum literis planè doctiſſimus. P. Bembus hiſt. Venetæ lib. 1.

[b] Id quod magno ſtudio egerunt Patres Concilii Baſileenſis. Bullam ediderunt an. Chr. 1437. *de Papæ Romanæ ſuſpenſione ab officio paſtorali, propter ejus lupinam tyrannidem: item de non impediendâ Eccleſiæ Reformatione in capite & in membris, & quod Papa ſit ſubjectus Concilio. Quod niſi eſt*, inquiunt, *quis unquam Romano Pontifici, quanquam improbiſſimo, contradicet?* Publicæ hæc Bulla promulgata eſt die 17. Ian. anni ſeq. *conſt. Imp Cal.* Non uno hactenus loco monuimus, palmariam in

Eccleſia Romana controverſiam eſſe de ἀναμαρτησία, abſoluto Papæ in Eccleſiam dominio, & ἀνυπευθυνίᾳ ejusdem in rebus fidem concernentibus judicio. Hac Pontifici conceſſa, fruſtra de eo accuſando laboramus; ademta verò, & jure negata, inanes ſunt latratus, quibus pios Reformatorum conatus impetit. Operæ pretiũ proinde fuerit paulo plenius ex actis Concilii eruere, quàm fervidè Patres Pontifici hæc eripuerint privilegia. Cùm, editâ Apologia, Eugenium quidam defenderet, & Baſileenſes impietatis & iniquitatis accuſaret, oppoſito mox ſcripto Synodus oſtendit, fundi Theologici calamitatem ſoli Pontifici acceptam ferendam. Recitat illud Bzov. an. Ch. 1437. S. 22. cui concinunt aliquot ad ordinis Imperii Diplomata; an. Chr. 1438. S 62. & deinc. Aſſeclæ Eugenii publica Synodi authoritate damnantur; S 65. Theſes certę & concluſiones contra Papam conduntur, quas inter *1. Veritas eſt Catholicæ fidei, ſacrum generale Concilium, ſupra Papam, & alium quemvis, poteſtatem habere. 2. Generale Concilium legitimè congregatum, ſine ipſius conſenſu, nec diſſolvere, nec transferre, nec prorogare ad tempus, ex authoritate ſua poteſt Romanus Pontifex: idq́ veritatis ejusdem eſt. 3. Qui pertinaciter his veritatibus ſe opponit, hæreticus eſt cenſendus. 4. His veritatibus Eugenius Papa IV. repugna-*

gnavit, cùm primo ex plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ Baſileenſe Concilium diſſolvere ſeu transferre attentavit. 5. Errores his veritatibus repugnantes, monitus tandem per ſacrum Concilium Eugenius revocavit. 6. Diſſolutio ſive translatio per Eugenium ſecundo attentata, prædictis eſt obvia veritatibus, inexcuſabilémque circa fidem continet errorem. Bzov. a. Ch. 1439. S. 6. Abi jam Papaliſta, & Pontifici tuo impeccantiam, omnium ſaniorum judicio concedi, aſſere. Ipſe certè *Aeneas Sylvius* (quod impiè tamen Pius retractavit, literis ad Academiam Colonienſem: Bzov. an. Chr. 1439. S. 34.) tres priores Concluſiones acriter defendit, rationibusque Conciliorum ὑπεροχὴν propugnavit ſequentibus. *1. Regnum plus poteſt, quàm Rex. E. & Eccleſia plus quàm Papa. 2. Eccleſia eſt impeccabilis: Pontifices non item. 3. Eccleſiam errare non poſſe: Papam poſſe. 4. Eccleſia non pro Pontifice Chriſtum oràſſe, ne deficeret ejus fides. 5. Cùm Eccleſia Chriſtum eſſe, non cum uno unico Pontifice. 6. Chriſtum veritatis Spiritum Eccleſiæ promiſiſſe, non Pontifici. 7. Eccleſiam eſſe ſponſam Chriſti, Pontificem Vicarium, Miniſtrum. 8. Majorem eſſe orbem urbe. 9. Ec-*

cleſiam eſſe matrem; Pontificem filium. 10. Nullum mortalium eſſe ſuper Papam: E. Eccleſiam, cui data eſt poteſtas ligandi & ſolvendi, & de qua Chriſtus jubet: Dic Eccleſiæ. 11. Papam minorem eſſe Angelis; Angelos minores Eccleſia, à qua diſcunt. 12. Contra ſtatuta Conciliorum & Patrum nihil poſſe condere Pontifices. 13. Pontifices ſua ſtatuta plerunque Conciliis ſubmiſiſſe. 14. Concilia aliquando Pontifices reprehendiſſe, quemadmodum Apoſtoli Petrum, quod ad Cornelium Gentilem introiviſſet; & Paulus, eundem, quod legaliter vixiſſet. 15. Concilia hæreticos damnâſſe, in hæreticos ſententias protuliſſe, quod non feciſſent, ſi ad hæc ſolus Pontifex ſuffeciſſet. 16. Concilium Conſtantienſe Pontifices Concilio ſubmittere. 17. Chriſtum Eccleſiæ poteſtatem conceſſiſſe, Pontificem, ſi ſal infatuatum fuerit, ejiciendi & conculcandi, id eſt, deponendi: ſiq; fuerit caput mortuum, aliud ei ſubſtituendi, præſertim, cùm Chriſtus ipſe ſit Eccleſiæ caput verum, immutabile, perpetuum; Pontifex autem nihil plus quàm veri capitis locum tenens, ac membrum corporis Eccle-

cleſiæ, in ejus ædificationem non deſtructionem collocatum abſcindi & projici natum, ſi deſtructioni cooperetur, quemadmodum Johannes XXIII. Papa in Conſtantienſi Concilio depoſitus fuit: quod quidem Concilium Conſtantienſe, iſtum de ſuperioritate Concilii ſuper Papam, articulum eſſe de fide definivit, Hæc Æneas Sylvius. Confer *Paral. Vrſp.* p. 387. & deinc. *Catal. Teſt. Verit.* p. 370. iisdem penè armis in Baſileenſi Concilio pugnavit Thomas de Corſellis; *Catal. Teſt. Verit.* l. 19. p. 840. & alius quidam ἀνώνυμος. p. 882. Tectorium quęrit *Bzov.* an. Ch. 1439. Sect. 6, Seductum magis, & tractum ſeu coactum, quam ſcientem Æneam ita ſenſiſſe ſcribit; ſed riduculum eſt eum, qui non longè poſt ſedem occupavit Pontificiam, his ineptiis velle excuſare. Expende *Aeneæ* apologiam, & quâ fronte aliis inconſideratum illud: *Non putâſſem*; exprobret, judica. *Aderant*, ait, *Baſileæ, Legati Pariſienſis Scholæ, cujus eſt fama percelebris*; (quod jam aliunde didicimus; Quanto autem celebrior, tantò major in Concilio authoritas) *Affuerunt & aliquando Colonienſis Univerſitatis, & aliorum, ſtudiorum Germanicæ nationis oratores, & uno cuncti ore* (cur ergò ſolus illud impedire conatus eſt Papa?) *Concilii generalis authoritatē ad cælum effe-*

tranſire montes horrebat (nempe veſtigia terrebant, nec illud Rodolphi Imperatoris ; de quo ſup. *ſeculo* XIII. pag. 607. confer *Annal. Stettl.* p. 16. exciderat) *& in avinione, aut in Sabaudia locum deſiderabat. Adiverunt per id temporis duo viri ex Italia Baſileenſe Concilium, Nicolaus Panormitanus Archiepiſcopus, & Ludovicus Pontanus, Apoſtolicæ ſedis Notarius, Alfonſi magni Regis oratores, qui velut duo orbis ſidera, ſeu Pontificij juris, & totius civilis ſapientiæ duo præcipua lumina* (par igitur fuit, cæteros in cauſa contra Papæ ſuprematum, aures ſubſtrinxiſſe) *& clariſſima cenſebantur. Hi dictis ſcriptiſque Concilij geſta probabant, Eugenij facta damnabant; nec erat qui aut vellet* (ubi ergo tum Eccleſiæ Romanæ dignitas, ubi capitis corpus, omnibus Papæ poteſtatem uſurpatam negantibus?) *aut auderet dicta eorum refellere. Quid ageremus? Audire potuimus, non diſcere. Rude nimis ingenium eſt, quod per ſingulos dies audita & inculcata non capit. Quales Magiſtri, tales diſcipuli evadere ſolent:* Opportunè! Nam & hic Papæ diſcipulus, ſediſque Romanæ candidatus didicit & docuit; Honores mutare mores. Idem ille, qui laudibus antea Concilii facta

facta extulit,ad ſummum poſtea dignitatis gradum evectus,mutata ſententia, Pontifici Concilium debere ſubeſſe voluit; *Sleid.*Com.l.1 pag.20. Suſpecta igitur meritò ejus eſt autoritas. Aliter enim rem geſtam,majorique candore & ingenuitate, prolixa propoſuit oratione *Ludovicus, Cardinalis Arelatenſis* Id an.Chr.1439. S.7. ſed & *Segovienſis* Panegyris aculeata ſatis fuit,& Eugenianis parùm grata,quam *Idem*, ſect.mox octava recitat. Præiverunt in eadem ſententia alii. Concilium de hac re *Matthæi de Mataſſelanis* Bononienſis, lege an.Chr.1407.S.3. Quid? quod rationibus Aeneas utique aſſeruerit libertatem Chriſtiano Evangelicas traditiones defendendi, & à novitatibus vindicandi, ſive Paulus ſit ſive Petrus, qui ad veritatem non ambulet? *Vrſp.Paral.*pag.412. Neque verò Reges tantum Principes,& Magiſtratus,Concilia,&c. Pontifici per omnia parere renuerunt ex ipſis reperias Papæ domeſticis non paucos,qui eadem ſunt uſi παῤῥησίᾳ. Quàm acerbè in Pauli II. invehitur arrogantiam *Plat.*? Non indigna eſt hominis eruditi ἐπίπληξις,quæ paulo plenius inferatur. *Mortuo*, inquit,p.335. *6. Pio,in ejus locum Paulus ſuffectus eſt,qui ſtatim ubi Magiſtratum inyt, ſive quod ita pollicitus erat,ſive quod Pij decreta & acta oderat; Abbreviatores omnes oderat,quos Pius in ordinem redegerat; tanquam inutiles & indoctos (ut ipſe dicebat)*

bat) exauctoravit. Eos enim bonis & dignitate, indicta cauſa, ſpoliavit; quos etiam propter eruditionem & doctrinam ex toto orbe terrarum conquiſitos; magnis pollicitationibus, & præmiis vocare ad ſe debuerat. Erat quidem illud Collegium refectum bonis ac doctis viris. Inerant divini atque humani juris viri peritiſſimi. Inerant Poetæ & oratores plerique, qui certè non minus ornamenti ipſi curiæ afferebant; quàm ab eadem acciperent; quos omnes Paulus tanquam inquilinos & advenas poſſeſſione depulit; licet emptoribus cautum eſſet literis Apoſtolicis, cautum etiam fiſci Pontificii auctoritate; ne qui bona fide emiſſent è poſſeſſione honeſta ac legitima dejicerentur. Tentabant tamen iij; ad quos res ipſa pertinebat, hominem è ſententia dimovere, atque ego certè qui horum de numero eram rogando etiam, ut cauſa ipſa judicibus publicis (quos Rotæ auditores vocant) committeretur. Tum ille torvis oculis me aſpiciens; Ita nos inquit ad judices revocas? Ac ſi neſcires omnia jura in ſcrinio pectoris noſtri collocata eſſe. Sic ſtat ſententia, inquit; loco cedant omnes:

nes: eant quo volunt: nihil eos moror: Pontifex ſum, mihiq́ licet pro arbitrio animi, aliorum acta & reſcindere & approbare. Hac verò tam immiti ſententia accepta, ut lapidem immobilem volveremus obverſamur; & fruſtra quidem die ac noctu in foribus aulæ viliſſimum etiam quemq; ſervum rogantes; ut vel alloqui Pontificem liceret: reijciebamur, non ſine contumelia, tanquàm aqua & igni interdicti ac prophani. Hac autem diligentia viginti continuis noctibus uſi ſumus, nihil enim ferè niſi noctu agebat. Ego verò tanta ignominia excitus; quod mihi ac ſociis meis coram non licebat; id agere per literas inſtitui: Scripſi itaq; Epiſtolam his fermè verbis: Si tibi licuit indicta cauſa ſpoliare nos emptione noſtra juſta ac legitima, debet & nobis licere conqueri illatam injuriam, injuſtamq; ignominiam. Rejecti à te ac tam inſigni contumelia affecti, dilabemur paſſim ad reges, ad principes, eos adhortabimur, ut tibi Concilium indicant; in quo potiſſimum rationem reddere cogaris, cur nos legitima poſſeſſione ſpoliaveris. Lectis literis.

Pla-

Platinam reum Majeſtatis accerſit; in carcerem trahit; compedibus revincit: Mittit Theodorum Tharviſinum Epiſcopum, qui quæſtionem habeat. Is ſtatim me reum facit, quòd & libellos famoſos in Paulum ſparſiſſem, & Concilij mentionem feciſſem. Primum crimen ita confutavi; eos quidem dici libellos famoſos, in quibus ſcribentis nomen reticetur; at meum nomen in calce literarum extare; non igitur libelli famoſi ſunt. Qui verò de Concilio mentionem fecerim; me non adeò grave crimen id putaſſe, cùm in Synodis à Sanctis patribus ſtabilita ſint fundamenta orthodoxæ fidei; prius ſparſim jacta à Salvatore noſtro ejusq; diſcipulis, ut majores cum minoribus æquo jure viverent; ne cuiq; fieret injuria. Unde etiam apud Romanus inſtituta eſt Cenſura; qua & qui privati & qui in Magiſtratu fuerunt rationem habiti Magiſtratus, & vitæ anteactæ reddere cogebantur. Cùm verò his rationibus nihil profeciſſem, revictus compedibus & quidem graviſſimis media hyeme ſine foco; celſa in turri ac ventis omnibus expoſita; cohærceor menſibus quatuor.

Tan-

Tandem verò Paulus Franciſci Gonzaga Cardinalis Mantuani precibus fatigatus, ægrè pedibus ſtantem, moleſtia carceris me liberat, admonet, ne ab urbe diſcedam: In Indiam, inquit, ſi proficiſcere, inde te retrahet Paulus. Feci mandata, triennio in urbe commoratus ſum; arbitratus hominem aliquam medelam meis incommodis interim allaturum. Coronatus Paulus de more, memor; à Calixto quondam pulſos eſſe è Sancto Johanne Laterano Canonicos Regulares, quos eodem in loco Eugenius Pontifex ante collocaverat; eosdem revocavit; ut ſeorſum à Canonicis ſecularibus divina officia celebrarent. Præterea verò Canonicorum ſæcularium eo in loco nomen aboliturus, ſi quis moriebatur, in demortui locũ neminem ſufficiebat, aut ſi quod beneficium vacabat coactos ſe canonicatibus illis abdicare ad alias Eccleſias transferebat, ut tandem beneficia illa in unum Corpus redacta, canonicis regularibus ſatisfacerent ſine ullo ſuo diſpendio, cùm eos tum paſcere ob inopiam oporteret. Hanc autem ob rem Paulus multum ab ſe alienavit civium animos;

quòd

quòd dicerent illa beneficia à majoribus ſuis inſtituta, pulſis civibus inquilinis dari. Neq; hoc contentus Paulus, ſeorſum Canonicos quosdam allocutus eos minis; etiam adhibitis abdicare ſe illis canonicatibus impellebat. Nonnulli tamen ejus minas contemnentes; tempus vindicandæ libertatis expectabant, quod poſtea eo mortuo eluxit.

[*b*] Qua de re prolixe actum eſt ſup.pag.197. & deinc.

[*c*] Vide ſup.p.222.

[*d*] Erant enim, ut à cognoſcendi principio faciamus initium I.*qui lectioni Scripturæ magna intentione & attentione incubuerunt.* Viſit hoc clerum, qui proinde σηλευτικῶς, in concionibus etiam, hanc multorum conſuetudinem traduxit. Veſtigia extant in *Paßional. Viennens.* pag.3.6.& 12. b. utroque loco improbatur Germanorum deſiderium legendi Evangelia, & Sacras Scripturas reliquas, in linguam vernaculam translatas. Typorum beneficio Biblia Ger.edita ſunt.b. Quòd certiſsima Scripturæ interpretatio ſic accurata Συμβίβασις, ſuo jam tempore vidit *Iohannes de Vueſalia*, de quo ſuprà, pag.53. Confer *Catalog. Teſtium. Veritatis.* pag. 885. Certè orthodoxiam de Sc. S. maſculè vindicavit. Theologia contra Scholaſtica acriter fuit flagellata, Calamum in eam ſtrinxit *Baſilius Groningauus*, ſeu VVeſſelus Ganſefort. De hac quid ſenſerit, ex vaticinio, ejus operibus præfixo liquet. Magiſter

Iohannes Oſtendorpius Canonicus templi divini Levini, Daventrienſis,vir multo ſtudio, longaque experientia doctiſsimus, adoleſcens admodum VVeſſelum adiit,& inter cætera ab eo audivit, quaſi jam, quod futurum erat, prævidente: *Studioſe adoleſcens,ad illum vives diem,quo doctrina recentiorum & contentioſorum iſtorum Theologorum Thomæ & Bonaventuræ & aliorum ejusdem farinæ ab omnibus verè Chriſtianis explodetur, id quod à caneſcente Oſtendorpio audivit Noviomagus.* Vide plura in *Cat.Teſt.Verit.*p.885. Scholaſticorũ etiam, Mendicantium cumprimis, ſcripta, carbone notavit *Ioh.Gochius*, Mæchlinienſis. Id. pag. 887. & *AEn. Sylv.* in Anal. P.1. p. 321.c. *Traditiones, Eccleſiæ placita,* Pontificum decreta vim obligandi, multorum judicio amiſerunt, niſi fundamentum fortè ſuum haberent in ipſis literis Sacris. Vnde axiomata illa *Veſalij*,ſup pag.55. Confer *Catal. Teſt.Verit.* p.885. Eadem fuſius peti poſſunt, ex amici ejus VVeſſelii tractatu de poteſtate Eccleſiaſtica. *Henricus ToKen* Magdaburgenſis Canonicus ſcribit in ſylva Alphabetaria; *Periculoſas eſſe abuſiones in Monaſteriis, etiam Monachorum, quos* (ut ejus verba recitem) *tam callidè decipit Satan, ut ſuis propriis traditionibus, & adinventionibus prævaricentur Dei mandata. Catal. Teſt. Verit.* l.19.pag,880. Iohannis Gochii mens fuit: Scripturam

pturam ſolam ſequendam, aliosque omnes ſcriptores ad eam examinandos, etiam Pontificum, Conciliorumque decreta ei ſubjicienda. *Panormit.* de Elect. cap. *ſignificâſti*, inquit: *Uni fideli privato, ſi meliorem Scripturæ autoritatem aut rationem habuit, plus credendum eſt, quàm toti Concilio aut Papæ. Concilium errare poteſt, ſicut aliâs, erravit, ſuper cauſa matrimonii contrahendi inter raptam & raptorem, quando dictum Hieronymi fuit poſtea toti Concilio prælatum.* *Id.* pag. 864. *Stephanus Brulifer* docuit; *Nullas ceremonias pro articulis fidei habendas:* Pertinet huc *Antonij Campani* ad Cardinalem Papienſem Epiſtola, *quâ pro nimio Poëtarum ſtudio, ſacrarum Scripturarum lectionem ei commendat.* Initium ejus eſt: *Suades proprietate in me tua, ut quod ipſe effeciſti cæteris rejectis ſtudiis, præſertim Poëtarum, incumbam Evangelicis; quòd hæc ſalutaria & ſancta, illa obſcœna & pernicioſa videantur, &c.* vide *Bzov.* an. Ch. 1470. S. 9. quibus plane affinia ſunt, quæ obſervavimus in *collegio* noſtro *ſapientiæ reſtitutæ*, p. 58.

II. *Iuſtificationis* articulum ſobriè & ſolidè multi explicuerunt. Succi plena eſt commentatio *Savonarolæ* in Pſ. 51. quam in carcere ſcripſit. *Calv.* 1498. An verò tantum in cæteris quoque hic vir vel lucis habuerit, vel puræ & à ſuperſtitionibus defæcatæ religionis, quantum nonnulli ipſi adjudicant (vide ſup. p. 62.) alii pronuncient. Nihil ambigo, quin &

hîc ſanus fuerit, & magna contentione animiq; ſtudio in Alexandrũ VI.(propterea enim, quòd è ſuggeſtu nimia in eum uſus videretur libertate, die 9 Aprilis juſſu ejus exquiſitis tormentorum cruciatibus excarnificatus, una cum duobus ſociis Florentiæ laqueo ſuffocatus, poſteà crematus obiit) fuerit invectus, quam παῤῥησίαν cum multis aliis habuit communem. Damus etiam, concionum ejus themata fuiſſe; Italiam flagellis Dei expiandam, propter peccata multiplicia, in Principibus tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus. Florentiâ, urbéque Roma everſis renovationem Eccleſiæ futuràm, & quòd hæc citò deberent fieri. Turcas & Mauros noſtris temporibus ad Chriſtianum cultum converti debere. *Paral.Vrſp.* pag 437. Vnde & *Prophetæ* axioma obtinuit, à Franciſcò Pico Mirandulano, & Marſilio Ficino: Vtrum tamen, & ipſe vel converſioni Turcarum, vel futuræ reformationi tutam ſatis oſtenderit viam, viderint oculatiores. In dogmaticis & ritibus Eccleſiaſticis magno nimis & tyrannicó rigore obtruſis, eum magnam partem acquieviſſe non dubito. De παλινῳδίᾳ, quam ei tribuit *Naucler.* Gener. 52. pag. 302. b. ἐπέχω. Certum eſt, non paucas ſeculi ſordes contraxiſſe eum. Multa habent libri ejus IV. de veritate fidei, ſubſidia, è quibus & Chriſtianis patrocinium, & Muhammedanis exitium polliceri queamus: Quàm verò in quibusdam ſuperſtitioſus eſt? Lib. 3. c. 17. anxiè defendit transſubſtantiationẽ *contra ſcandala & difficultates*, quas ipſe magnò numero

to narrat. Imaginum & Sanctorum cultui, quot ſuffugia quærit, capite ſequenti? Cætera taceo, quæ adeò Pontificiis Scriptoribus placent, ut de eo vindicando, quàm maximè ſint ſoliciti. Id ſanè agit, *Bzov.* ſupra. Fuit fortè hæc ejus Theologia Scholaſtica, à qua vel metu ſupplicii, vel amore tranquillitatis, non facilè declinavit; alia Practicæ Theologiæ ratio eſt, quam in vinculis, aut inter equuleos, rogos, craticulas hauſerat. Quo thraſonico etiam & phariſaico typho turgentes juſtitiarii, omnem propè v tam perplexis & otioſis occupati Scholaſticorum παραδιατριβαῖς, morti vicini, ignitisq; Diaboli telis territi (exempla pete ex ὁδηγῷ P.III. p.161.) πάντα σκύβαλα εἶναι ἐνόμιζον, ut Chriſtum lucrifacerent? Non de ſphærulis precatoriis, aqua luſtrali, ciliciis, aut cucullis Monachorum, imaginum ſplendore cogitare poterant, quibus vix ſpirare amplius, aut lucem per rimulas habere licuit Atque, his præceptoribus, Savanorola didicit, *verbis vivis, animatis ſententiis & Spiritus fervore flagrantiſſimis,* (ita de hoc ſcripto judicat *Six. Senenſis*) *clamare: Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam: Non ſecundùm miſericordiam hominum, quæ parva eſt, ſed ſecundùm tuam, quæ magna eſt, quæ immenſa eſt, quæ incomprehenſibilis eſt, quæ omnia peccata in immenſum excedit. Secundùm illam magnam*

miſericordiam tuam, qua ſic dilexiſti mundum, ut filium tuum unigenitum dares. Quæ major miſericordia eſſe poteſt? Quæ major charitas? Quis deſperare poteſt? Quis non confidere? Deus factus eſt homo, & pro hominibus crucifixus eſt. Miſerere mei ergo, Deus, ſecundùm hanc magnam miſericordiam tuam, qua filium tuum pro nobis tradidiſti, qua per ipſum peccata mundi abſtuliſti, qua per crucem ejus omnes homines illuminaſti, qua ea, quæ in Cœlis, & quæ in terris ſunt, per ipſam inſtaurâſti. Lave me Domine in ſanguine ejus, illumina me in humilitate ejus, inſtaura me in reſurrectione ejus. Miſerere mei Deus, non ſecundùm parvam miſericordiam tuam: parva enim miſericordia tua eſt, cùm homines corporalibus miſeriis ſublevas, magna autem, quando peccata dimittis, & homines per gratiam tuam ſuper altitudinem terræ ſuſtollis Ita Domine miſerere mei ſecundùm hanc magnam miſericordiam tuam, ut me ad te convertas, ut peccata mea deleas, ut per gratiam tuam me juſtifices. Domine Deus noſter, te rogo, te obſecro, dele iniquitatem

tem meam ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum. Nam multa & infinita ſunt miſerationes tuæ; ut videlicet ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum deleas iniquitatem meam, ut ſicut innumerabiles peccatores traxiſti, ſuſcepiſti, & juſtos reddidiſti, ita me trahere, ſuſcipere & juſtum per gratiam tuam reddere digneris. Secundùm ergo multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Abſterge cor meum, ut omni iniquitate deleta, ac omni immundicia expulſa, fiat ſicut tabula munda, in qua digitus Dei Legem Charitatis ſuæ ſcribat. cum qua nulla habitare poteſt iniquitas. Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Quid igitur faciam? Quò me vertam? Quem inveniam defenſorem? Quem obſecro niſi te Deus meus? Quis adeò bonus? Quis ita pius? Quis tam miſericors? qui pietate omnes creaturas incomprehenſibiliter ſuperas. Tibi enim proprium eſt miſereri & parcere, qui omnipotentiam tuam maximè parcendo & miſerando manifeſtas. Fateor Domine, tibi ſoli peccavi & malum coram te feci. Mi-

ſerere mei & omnipotentiam tuam manifeſta in me, ut juſtificeris in ſermonibus tuis. Nam tu dixiſti, Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Juſtifica me Domine in ſermonibus tuis, voca me, ſuſcipe me, da mihi agere fructum dignum pœnitentiâ. Propter hoc enim crucifixus es, propterea mortuus & ſepultus. Dixiſti etiam, cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Juſtificare in ſermonibus tuis. Trahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Dixiſti iterum, venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Ecce ego venio ad te onuſtus peccatis, laborans die ac nocte in gemitu cordis mei. Refice me Domine, ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm judicaris. Nam multi dicunt, non eſt ſalus ipſi in Deo ejus, Deus dereliquit eum. Vince Domine iſtos, cùm ita judicaris ab eis, ne me derelinquas usque quaq;. Da mihi miſericordiam & ſalutem, & injecti ſunt. Redde obſecro, per merita ejus, qui ſemper ſtat ad dextram tuam & interpellat pro nobis, ut per ipſum ſentiam te mihi placatum, ut ſit ſignaculum

culum ſuper cor meum, ut dicam cum Apoſtolo, Chriſto confixus ſum cruce, vivo autem jam non ego, vivit verò in me Chriſtus: verùm quia magna eſt fragilitas mea, Spiritu principali confirma me, ut nullis perturbationibus à Chriſto ſeparari valeam, nullis terroribus à Te recedere, nullis cruciatibus infirmari. Non enim virtus mea tanta eſt, ut pugnare poßit cum antiquo ſerpente, & ei prævalere, &c.

Habuit hujus Theologiæ diſcipulos Savonarola aliquot, quorum κύκ{α pietatem ſpirant, & devotionem Chriſtiano dignam. Emortualia Laurentii Medicis Florentini, verba fuerunt ſequentia: *Tunc,* (fateor, ex Euchariſtiæ tum porrectæ occaſione hæc ei extorta verba) *mitißime Jeſu, tu nequißimum hunc ſervum tuum digneris inviſere? At quid dixi ſervum? Imò verò hoſtem potius, & quidem ingratißimum, qui tantis abs te cumulatus beneficiis, nec tibi dicto unquam audiens fuerim, & tuam toties Majeſtatem læſerim. Quod ego per te illam, qua genus omne hominum complectens, charitatem, quæq́ te cœlitus ad nos in terram deduxit, noſtræq́ humanitatis in-*

duit involucris, quæ famem, quæ ſitim, quæ frigus, æſtum, labores, contumelias, flagella & verbera, quæ poſtremo etiam mortem crucémque ſubire te compulit. Per hanc ego Charitatem te ſalutifer Jeſu, quæſo, obteſtórque, avertas faciem à peccatis meis, ut cùm ante tribunal tuum conſtitero, quo me jam dudum citari planè ſentio, non mea fraus, non culpa plectatur, ſed tuæ crucis meritis cõdonetur. Valeat, valeat in cauſâ mea ſanguis ille tuus Ieſu pretioſiſſimus, quem pro aſſerendis in libertatem hominibus in ara illa ſublimi noſtræ redemtionis effudiſti. Paulò pòſt ingreditur cubiculum ipſe Savanarola, cúmque, ut fidem teneat, hortatur. Ille verò tenere ſe ait inconcuſſam. Deinde ut quàm emendatiſſimè poſt hac vivere deſtinet; facturum ſe obnixè reſpondit. Poſtremò, ut mortem, ſi neceſſe ſit æquo animo toleret. Nihil verò, inquit ille, jucundius, ſiquidem ita à Deo decretum ſit. Extant & *Ioh. Pici Mirandulæ* verſus, quibus ſuas ad Deum preces & pia vota expreſsit: Sint ſpeciminis loco:

Præmia qui ut meritis longè majora rependis,
Supplicia admiſsis ſic leviora malis.
Nămque tua eſt noſtris major clementia culpis

Et

Et dare non dignis res mage digna Deo eſt.
Quanquam ſat digni: ſi quos dignatur amare,
Qui quos non dignos invenit ipſe facit.
Culpa reos fecit, ſed vincat gratia culpam:
Vt tuus in noſtro crimine creſcat honor.
O amor, ó pietas noſtris bene provida rebus,
O bonitas ſervi facta miniſtra tui:
Da precor huic tanto, qui ſemper fervet, amori
Ardorem in noſtris cordibus eſſe parem,
Da Satanæ Imperium (cui tot ſerviſſe per annos
Pœnitet) excuſſo depoſuiſſe jugo
Da precor extingui veſanæ incendia mentis,
Et tuus in noſtro pectore vivat amor.
Vt cùm mortalis perfunctus munere vitæ
Ductus erit Dominum ſpiritus ante ſuum,
Promiſsi regni felici ſorte potitus,
Non Dominum, ſed te ſentiat eſſe Patrem.

Sed & alii; præter Savonarolam, articulum juſtificationis à perplexa & intricata Scholaſticorum in eo ἀδολεσχίᾳ vindicârunt, id quod de *Iohanne Gochio*, Presbytero Mechlinienſi referunt authores; *Catal. Teſt Verit.* l. 19. pag. 887. Fatetur Ioſquinus Groninganus, ſe Agricolæ & VVeſſeli ſermonibus ſæpe interfuiſſe, quibus, præter alia, diſputaverint, de juſtitia fidei, quid ſit, quòd Paulus toties inculcet, homines fide juſtos eſſe, non operibus: apertè rejeciſſe eos Monachorum opinionem, quæ fingit, homines operibus juſtos eſſe: Id. p. 889. *Iohannes Trithemius*, Abbas Spanhemenſis propoſitionem, *Nos ſola fide juſtificari*, non ſuit

fuit averſatus. *Id.* p. 890. *Stephanus Bruliſer* defendit & aſſeruit, doctrinam, quæ meritis hominum juſtificationem attribuit, mendacem, imò diabolicam eſſe, cùm agnus immolatus pro nobis ſatisfecerit; *Id.* p. 888.

Et quemadmodum, meo quidem judicio, nihil impudentius aut nocentius contra gratuitam miſeri peccatoris juſtificationem in Eccleſiam irrepſit, quàm mercatura Indulgentiaria: ita etiam nulli convellendo errori ſuam libentius, aut audentius addixerunt viri, quibus de meliori luto Deus præcordia finxit, operam. Ἀνθρώπους ἀντὶ θυσιῶν à Romanis Inſtitoribus vendi, magno ſucceſſu, probavit *VVeſſelus*, cujus hac de re extant prolixa μελετήματα. Vide ejus Epiſt. ad M. Hoeck, Decanum Naddwicenſem, Farrag. pag. 105. Cùm anno Chriſti 1411. Iohannes XXIII. contra Neapolitanum Regem claſsicum canens, indulgentias iis, qui pro Eccleſia arma induerent, diſtribueret, etiamque nugivendulus quidam Pragam appuliſſet, publicéque de Cathedris cruciata illa promulgaretur, factum eſt, ut tribus in templis reperti ſint, qui palam obloquerentur. Sed & Huſſus adverſus ſuperſtitioſas illas Indulgentias theſes ad diſputandum propoſuit, publicéque cum M. Hieronymo illarum vanitatem oſtendit. Cùm verò iſte nihilominus impudenter pergeret, ſtudioſorum cohors impetu facto bullas ei eripiunt, quendamque è medio ſui meretricio habitu carro imponunt, bullis pectora exornant, circumvehunt, acclamant; Meretricem in-

interim blandiſsimis verbis & geſtibus circumfuſam turbam ſibi alliciente benedictionésq; diſtribuente: tandem in medio foro bullas omnes cum multis Papalibus & Prælatorum literis, combuſerunt. *Eccleſ. Bohem. perſecut. p. 31. Thomas Gaſcoigne* in Dictionario Theolog. circa a. D. 1440. populus Angliæ, ob profuſiſsimas indulgentiarum copias dicebat: *Roma ad noſtras fores nunc venit. Eccleſia Romana meretrix magna eſt, quia jam cuique ſe expoſuit pecuniam afferenti. Et cùm omnia eſſent Papalibus condonationibus plena, indulgentias tandem dabant Papæ negotiatores pro cœna, pro concubitu, pro hauſtu vini & cerviſiæ, pro pilæ luſu, & interdum pro actu venereo*: *Bal.* pag. 590. Indulgentias multi magno animo defendiſſent, niſi nimia liberalitate eas Papa in contemtum adduxiſſet. Id ſupra confeſſus fuit *Petrus Numagen.* Ita & Dominicus Brixienſis Epiſcopus libello ad Pium II. de Reformatione Romanæ curiæ. *Octava*, inquit, *conſideratio eſt circa indulgentias; & videtur; quòd dare ita frequenter indulgentias plenarias facit eas vileſcere cunctis. Quotieſcunque Papa exibat aliquo feſto in publicum, dabatur Indulgentia plenaria, contra conſuetudinem antiquorum Pontificum; cùm tamen per indiſcretas ac ſuperfluas*

ſuas indulgentias claves Eccleſiæ contemnantur : *Catal.Teſt.Verit.*p.854.

III. De *Papa* quid moneamus? Satis abundè diximus, nihil hoc ſeculo multos intentatum reliquiſſe, quod quidem ad authoritatem ejus vel reſtringendam vel abolendam, facere potuit. Obſervet interim lector, mantiſſæ loco, breviter & nomen, & privilegia, & officium, & uſurpatam poteſtatem, & ipſos etiam proventus ſeu reditus ejus variè fuiſſe oppugnatos.

Nomen ſi ſpectemus, non veriti ſunt multi, præter ſeculi conſuetudinem, Papam, ejusque Synagogam, *Babylonem* & *Babylonicam meretricem* appellare. Fuit hæc παῤῥησία tum aliorum (vide *Bal.*p,463.) tum *Gregorii Haymburgenſis*, qui tempore Concilii Baſileenſis vixit. *Catal.Teſt.Verit.*l.19.p.865. Iohannem XXIII. Bohemi quidam palàm Antichriſtum nuncupârunt. *Hiſt.Perſec.Bohem.*p.30. *Tyrannis*, optimo paſtori, ſcil.! quoties eſt exprobrata? Vicinæ Rheno Eccleſiæ non modò continuas de oneribus Antichriſti moverunt querelas: ſed & conſilia de δυσβαστάκτῳ illo excutiendo jugo agitârunt. Quâ de re ex variis documentis author *Catal. Teſt. Verit.* p.866.868. Auguſti nomen, ut Laurentius Valla Pontifici non invidet, *nempe, dum temporalia auget, ſpiritualia minuit* : De *Conſtant.Donat.* ita quàm ſit tyrannicum ejus in corpora & animas Imperium, eodem nemo vidit melius. *An poſſumus*, inquit, *principatum, potentiæ papalis pro*

pro jure proferre, quem tantorum ſcelerum tantorumq́; omnis generis malorum cernimus, eſſe cauſam? Quamobrem dico & exclamo (nec enim timebo homines, Deo fretus) neminem mea ætate in ſummo Pontificatu fuiſſe, ut fidelem diſpenſatorem, aut prudentem, qui, tantum abeſt, ut dederit familiæ Dei cibum, & eſcam panis. Papa, & ipſe bella pacatis populis infert, & inter civitates Principesq́; diſcordias ſerit. Papa & alienas ſitit opes, & ſuas exſorbet, ut Achilles in Agamemnonem δημόβορος βασιλεύς. Papa non modò Rempublicam, quod non Catilina, non quiſpiam peculator auderet, ſed etiam rem Eccleſiaſticam & Spiritum Sanctum quæſtui habet, quod Simon ille Magus deteſtatur. Quæ *Iulianus Cardinalis, VVeſſelus Groninganus* contra Pontificiam doctè diſputârunt tyrannidem, ex illius *duabus* Epiſtolis (vide etiam ſup.) *hujus* verò, libro de ſubditis & ſuperioribus liquet. Iohannes, *Carnotenſis* Epiſcopus, propterea Chriſtianis Papam dixit intolerabilem: *Cat. Teſt. Verit.* pag. 849. Ex *privilegiis* faſtuoſiſsimum eſt, uſurpata ἀναμαρτησία. At, turpiter errare poſsè Pontificem, publicè docuerunt. 1. *Aeneas Sylvius.* vide ſup. 2. *Henricus Kalteiſen*: *Nullus par-*

ticu-

ticularis homo eſt hujuſmodi ſufficiens regula, ut non poſſit in fide errare, ut etiam Papa aliquando fecit. Bzov.a.Ch.1443.S.308. 3.Petrus Vxamenſis, Salmanticæ Scholas Theologicas explicuit,in quibus ſtatuit, *Papam errare poſſe, & ſacerdotes per ſe nullam vim habere in remittendis peccatis:* Marina Cal.an.Chr. 1479. 4.Concilium Baſileenſe: Bzov.a.Ch.1432. S.75.&40. *Officium & poteſtatem Papæ ſatis graviter concuſſerunt*, qui 1. Concilio eum ſubjecerunt, tanquam unum hominem, Bzov.an Chr.1440.S. 89.quod factum eſt Conſtantiæ & Baſileæ. Id.an. Ch.1434. 2.*Anathemata ejus ſpreverunt*, ut Epiſcopus Baſileenſis. Id.1461.S.8. quod etiam Venetis conſilium dedit Petrus Bagarotus. I.C.Id.1482. S.11. 3.*Appellationes ad eum factas rejecerunt* & damnârunt, quibus decretum oppoſuit Innocentius VIII. Id.an.Chr.1491.S.2. 4.*Imperatoris in Papam poteſtatem aſſeruerunt*, quæ ſedula cura fuit Antonii Roſelli; *Cat.Teſt.Verit.*pag.884 & *Theodorici à Nyem*, aliquot Paparum Scribæ; Id. pag. 850. In Pontificis etiam authoritatem fuit invectus *Alphonſus Tonſtatus*: Bzov. an. Chr. 1482. Sect. 12. 5: πολυπραγμοσύνην, & ἀλλοτριοεπισκοπίαν *ei exprobrârunt.* Hanc verò Germanorum cumprimis fuiſſe parrheſiam, Calixtus ſua ipſius prodidit Apologia,apud Bzov.an.Chr.1457.Sect.1. *Equidem cùm nos omnes Chriſtiani orbis natio-*

nes

nes benignè, quantum cum Deo poſſumus, tractare curemus, præcipuè tamen Germanicos Principes ac Prælatos ſingulari quadam charitate, & præcipuo proſecuti ſumus affectu. Neq; enim nos latet, quo favore amplectendi ſint Eccleſiarum præſules, & ſeculi principes honore præveniendi; ut illos Fratrum, & iſtos filiorum loco, ſua cuique dignitate ſervata, habere debemus. Sunt Evangelia ſacra ſemper ante oculos mentis noſtræ; ſanctorumq; Patrum decreta ſedulò in animo volvimus. Novimus, quid Epiſcopis liceat, quid Principes deceat, quid officio ſummi Sacerdotis incumbat. Neq; cordi noſtro quicquam tenacius hæret, quàm ita Sacros Canones obſervare, ut idonei Miniſteriorum Chriſti diſpenſatores inveniamur. Nota eſt omnibus ſedis Apoſtolicæ autoritas: Manifeſta cuiq; ſedis primæ dignitas; vulgata per orbem vicarij Dei poteſtas, cui dictum eſt à Domino: Paſce oves meas; & quodcunq; ligaveris ſuper terram; erit ligatum & in cœlis, & reliqua, quibus in Evangelio Romani præſulis eminentia divinitus declaratur. Quibus ex rebus ne-

ſcimus, cur aliquis opem noſtram criminari poſſit, tanquàm latiùs evagemur, quàm nobis liceat, aut tanquam in alienam meſſem falcem mittere videamur; cùm non hujus aut illius provinciæ, ſed univerſi orbis præſulatum in Apoſtolicæ ſedis ſpecula conſecuti ſumus. Quæ cùm ita ſint, ſcimus tamen eos, qui vocati ſunt in partem ſollicitudinis, non eſſe turbandos; ſuam cuiq; juriſdictionem, niſi forſitan abutantur, ſervandam eſſe non ignoramus. Reditus ejus, & magna hactenus verſutia rapti proventus in quanto fuerunt diſcrimine? Annatæ illi, & primitiæ proventuum Eccleſiaſticorum ſub Carolo VI negantur: *Cal.* 1406. quod ipſum exemplum in Hiſpaniis fuerunt ſecuti Ferdinandus & Iſabella: *Bzov.* an.Chr. 1498. Sect. 1. Easdem Baſileenſes *ſimoniam* vocant, quibus tamen Pontificis Legatus contradicit. Id. 1434 S. 145. Tributa etiam eidem fuiſſe denegata, vel hinc patet, quòd reluctantes edictis coërcuerit. Id. 1497. S. 32. Ipſam Conſtantini donationem νοθείας poſtularunt, *Nicolaus Cuſanus*, Cat. Teſt. Verit. pag. 871. *Laurentius Valla*: Id 872. & alii. Sed & illi, qui publicè docuerunt: Nullum verum Chriſti vicarium eſſe eorum, qui poſt Petrum fuere, niſi qui paupertatem Chriſti imitati ſunt: *Plat.* in Paulo II. pag. 340. a. jus item imponendi novas in terris Romanæ Eccleſiæ gabellas abjudicant, magno

magno eum defraudant rerum ſuarum compendio, *Bzov*.an.Ch.1432.S.136.

Quæ *de clero* credi, aut obſervari in eo, Papa voluit, quàm variis illa modis impetita fuerunt & impugnata? *Cælibatum* obtruſit. Eum damnavit *VVilhelmus*, cognomento *Albus*, qui & Presbyter fuit, & uxoratus. Palam is aſſeruit, ſacerdotibus conjugium eſſe licitum. *Cat. Teſt. Verit*. 29. pag. 873. *Bedricus* ſacerdos propter ea inter hæreticos numeratur, quòd contemto jure Pontificio, uxorem duxit. *Id*. p. 876, & *Bal*. p. 666. qui plura affert exempla. *Thomæ Rhedonenſis*, diſputationem pro cleri conjugio habet, pag. 869. *Ipſe Pius II*. inter alia apophthegmata & hoc poſteritati reliquit: ***Sacerdotibus magna ratione olim ademtum conjugium; majori reſtituendum.*** In eandem ſententiam inquit lib. 2. de Concilio: ***Fortaſſis non eſſet pejus, ſacerdotes quàm plures uxorari, quoniam multi ſalvarentur in ſacerdotio conjugato, qui ſterili in presbyterio damnantur.*** ib. 87. *Bal*. pag. 539. Fervide cumprimis cælibatum, & exitioſos inde pullulantes fructus, impugnavit Gallico ſcripto *Alanus Charterius*, de quo ſupra. Aſſeverat, ex novo hoc dogmate, Græcæ & Latinæ Eccleſiæ ortum fuiſſe divortium. *Hoc primum*, inquit, *ſtatutum ſegregavit olim Eccleſiam Græcam à Latina; & inde enormis avaritia Sacerdotum fecit, ut diſcederent populi Bohemiæ*

ab Eccleſia Romana. *Immunitatem etiam*, quam tantopere deperibant, licentiæ aſſueti Sacerdotes & Monachi, cauſarum item cognitionem & tribunalia quibus majori vacabant attentione, quàm literis ſacris, non pauci in Papiſticæ doctrinæ contemtum aboleverunt. *Bzov*.an. Chr.1446. Sect 9. *In Belgio libertas Eccleſiaſtica per quosdam fuit violata, inde Carolinam iis auctam & confirmatam Baſileenſes oppoſuerunt*: *Bzov*. an.Ch.1434 S.53. Qua etiam Methodo revocare voluit Eugenius eos, qui Principum edictis, ne quidem negotiorum ſuorum cauſa, Romam proficiſcerentur, prohibebantur: *Bzov*.an.Ch.1432. Sect. 150. In Anglia (inquit idem *Bzovius*) ſtud afflictionis Eccleſiæ accidit id temporis. Iuris Regni periti, ut ſui commodi causâ, regia fora multitudine litium & infinitate replerent, plerasque controverſias ab Archiepiſcopali & Epiſcopali audientia ad ſua judicia vocabant, & Eccleſiaſticam jurisdictionem decimarum, matrimoniorum, teſtamentorum atque ultimarum voluntatum, finibus & cancellis ſuis concludere volebant, in quibus ſæpe etiam prohibitionibus Regis, Eccleſiaſticam poteſtatem coërcebant, & impediebant. Tum quædam proviſionum ſtatuta, & brevia de Præmunire, ut vocant, ſi, prælati ac Iudices Eccleſiaſtici, digitum, ut ajunt, latum, præſcriptos à ſe jurisdictionis fines tranſilirent, multis minis vibrabant. Eà pœna prælatis valde terribilis fuit. Nam ſi à laicis Iudicibus rei pronunciarentur, & bonis omnibus

mul-

mulctandi, & æternis carcerum tenebris involvendi erant. Hujus pœnæ atrocitate, Epiſcopi & prælati jurisdictione præditi, ita perturbati ſunt, ut quia Leguleiorum minantia tela vix evitare poterant, Concilium ſine mora ineundum putaverint, & Londini ad Synodum hoc anno convenerint. Ex ea Synodo ſupplicationem totius Anglicani Cleri nomine concepta Regi tradiderunt: in qua de laicis Iudicibus oppido ſemperque Clericis infeſtis graviter conqueſti ſunt. Nullam eſſe cauſam dixerunt, cur pro Regis, regnique incolumitate ac ſalute amplius orare Deum haberent, cùm major legis peritorum talium, quàm conſuetudinum, & Eccleſiaſticæ juridictionis prælatorum ratio haberi videretur. Se jure certo hærere ac inſiſtere leguleios illos arbitrio vagari, & jura pro cauſis quotidiana ſuo æri inſculpere, eademque in cauſis eisdem figere, refigere, tollere: tum, quod in aliis ſtatutis, ſi Parlamenti authoritate edantur (quo quidem jure neſcitur) interpretationem ſibi peculiariter arrogare & leges, conditorum mentes, atque intentiones (quæ ſola lex humanis legibus imperitat) incertis motivis, & decretis perverſis, impudenter & imperite quocumque vellent deducere. Si non alia ſit cauſa Regi, cur Prælatorum fidem in dubium vocaret, quàm quod prioribus ſæculis Clerus à Rege ad Pontificem Romanum provocaverit, magis propterea commendari deberent, quod ad Patrem totius Chriſtianitatis, veritatis & jurium amantiſſimum æque ac Regii honoris & juris cupientiſſimum accurriſſent. Quod ſi aliqua lex perplexis ver-

bis concepta, occaſionem hoſtibus præbuerit cavillandi: etiamſi de condentium mente non appareat, tamen ea in benigniorem partem & ſignificationem erat deducenda. Præſertim, quum Prælati, nunquam in Regis jurisdictionem manum intulerint; jurisdictionis ſuæ limites nunquam egreſsi fuerint, nunquam aliquid tale demeruerint, ut Eccleſiaſtica jurisdictio penitus enervetur, & univerſus Clerus contemptus vulgò fiat. Ad extremum poſtulabant, ne illi judices, Prælatos à munere ſuo, pie recteque gerendo aut impedirent, aut deterrerent. Quòd ſi tam iniqui calumniatores duriores eſſe velint, & vetera ob iniquas cauſas lata jura, non ad Principis aut Reipublicæ, ſed ad ſuam utilitatem, atque quæſtum, & ad integerrimi religioſiſsimique Prælatorum ordinis perniciem refricare, ſaltem ipſi illi ſimili lege lata patiantur legem talionis, eademque pœna plectantur, ſi in Eccleſiaſticæ jurisdictionis limites incurrant, qua prælatos, ſi ſuas cauſas vel minimo digito attingerent, affici volunt. In Germania, cùm, Italorum exemplo, Cuſanus Cardinalis omnem planè curam Monaſteriorum & Abbatiarum ad ſe transferre voluiſſet, reſtitit ei Sigismundus Archidux Auſtriæ. Hiſtoria narratur in *Paralip.Vrſp.* pag.407. *Cùm veniſſet Cuſanus ad Eccleſiam ſuam Brixinenſem in Alpibus, deque illa diſponere voluiſſet, pro veteri Pontificum jure, non paſſus eſt Sigismundus Dux Auſtriæ, ut ea in Germaniam tende-*

deretur conſuetudo, quòd Romani Cardinales Eccleſias Germaniæ haberent in commendis, quomodo Abbatias, & Monaſteria Hiſpaniæ, Italiæ, Galliarum, Angliæ, quæ una cauſa eſt in eis provinciis creari Cardinales, non in Germania. Grave oritur diſsidium inter Ducem Sigiſmundum & Cardinalem, uterq; ſuum gladium diſtrinxit in alterum. Captus Cardinalis cuſtodiæ mancipatur. Pontifex execratione & maledictis inſectatur Ducem. Mittit ille in urbem pro ſe Oratorem, qui Pontifici reddat ſui facti rationem. Erat homo quidem doctus, ſed pertinax, qui venerat Orator. & qui Pontificem in minoribus, ſe minorem cognoviſſet, ardentius tuetur cauſam Sigiſmundi commendatam. Ubi non profecit, appellationem interponit quæ extat, eamq́; in urbe publicat. Interim Papa & Ducem & nuncium execrationibus duris inſequitur. *Fugit Gregorius (hoc enim illi nomen fuerat) in Bohemiam, ibi, ducta uxore, contemnit Pontificis execrationes. Interim omnis Ducatus, parens Sigiſmundo, Eccleſiaſtico ſupponitur interdicto. Sed facilè principi cum*

principe convenit, ubi Chryſoſtomus venit in medium.Krantz.Vuandalia. Naucler.Gen. 49.p.290.*Ioh.ſleid*.pag.20.

Extat quidem Pontificis contra Sigismundum anathematiſmus,publicè; reſponſio verò Archiducis rarius,quod ſciam,vel citatur,vel reperitur. Dabo igitur utrunq; ſcriptum. illud ex Bzovio, a.Ch. 1460. S. 14. hoc ex annalibus noſtris domeſticis. *Inter hæc Sigismundus* (verba ſunt Bzovii) *Auſtriæ Dux , cùm accepiſſet Nicolaum de Cuſa,Epiſcopum Brixinenſem ,Cardinalem S.Petri, ad Eccleſiam ſuam profectum eſſe, iræ impatiens ac furoris , coactis ut potuit raptim copiis , quæ ſufficere videbantur, Bernecham, oppidum Brixinenſis Eccleſiæ, in cujus arcem Cardinalis ſeceſſerat, petiit, atq; in ipſo reſurrectionis Dominicæ Sacratiſſimo die, oppido expugnato, arcem quoq; aggreſſus,omni genere machinarum oppugnavit. Cardinalis ſuorum cædem veritus (jam enim pleriq; vulnerati fuerant) arcem & ſe ipſum tradidit, & in cuſtodia retentus, tandem juratus abſolutionem Sigismundo procurare, injuriasq; nullo unquam tempore vindicare dimiſſus eſt. Enim verò Pius Pontifex ſtatim atq; intellexit, ſacrile-*

legium à Sigiſmundo perpetratum. Senis adhuc exiſtens, pœnas juris ſcripti Sigiſmundum incurriſſe pronunciaverat, illumq́; ipſum anathematis mucrone percuſſerat. A qua ſententia, cùm Sigiſmundus, auctore Gregorio Heimburgo, homine peſtilentiſſimo, appellationem ad futurum Pontificem, & Generale Concilium interpoſuiſſet, eamq́; ſcripto conceptam Heimburgus ad valvas Eccleſiæ Florentinæ affixiſſet, Pius contra illum edictum vulgavit, proq́; illius executione Prælatis & Magiſtratibus in Germania eodem, quo Norenbergenſibus, tenore ſcripſit.

Pius, Papa Secundus, Dilectis filiis Burgi Magiſtris & Senatui oppidi Nurmberg. Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Salvator humani generis in hunc mundum veniens, ut ex mortalibus genitos Dei filios, & ſibi ipſi in ſummi Patris ſui Regno cohæredes efficeret, unum ex omnibus fidelibus in eum credentibus regnum conſtituit, idque unam ipſius Eccleſiam nuncupavit, cujus ipſe caput eſſet, & Regnator ſempiternus. Viſibilem verò humanis oculis præſentiam ſui, per admirabilem ad Patrem Omnipotentem aſcenſum, mundo ſubtracturus, Petrum Apoſtolorum Principem ejuſque legitimos ſucceſſores cum plenitudine poteſtatis, ad propriæ guberna-

tionem Eccleſiæ ſubſtituit,tribuens, omnimodam, per temporalem ſucceſsionem, Vicariis ipſis in terris; & in cœlis omnia ligandi,ſolvendique poteſtatem,præcipiens diſtrictè ipſos audire, & in eorum juſsionibus permorari. Quia ſi qui transgreſſores veneno imbuti,eos non audirent, hujusmodi omnes pro excluſis à ſuo Regno, ejectisque à Sancta Eccleſia, inter Ethnicos & publicanos, cum perditionis,& mortis filiis voluit computari.Cùm enim nullum Regnum, ut ipſius Domini noſtri verbis didicimus,in ſe diviſum ſtare poſsit; quonam modo Sacro ſanctum ſtabit Eccleſiæ regnum , ſi illi, qui Chriſti ſupremi Regis Vicario parere contemnunt,de Regni non valeant ſorte depelli? Adverſus hoc inquaſſabile fundamentum & Eccleſiæ firmam petram hæreſis quædam à parvo tempore citra ſenſum viſa ſuboriri,pullulavit; quæ ſub ovium veſtibus, lupos rapaces intrinſecus celans, ſub appellationis ſpecie Eccleſiæ ſatagit unionem convellere. Nam ſi quæ,Chriſti unicus vicarius,Canonibus ſacris etiam & juri ſcripto inhærendo decrevit, ſtatuique & ſervari ut dignum eſt, præcepit,calumniatores malevoli & perverſi ſubterfugere juſtitiam præſumentes, per ludibria frivolarum appellationum,ad futurum Concilium (ceu ad id,quod nusquam eſt,ac ſuper Chriſti Vicarium eſſe aut reperiri nequit) obedientiam, quæ eſt de neceſsitate Eccleſiæ,& ſalutis univerſorum , improbè declinant,ac temere. Hanc igitur Diabolico Spiritu & inſtinctu novitatem exortam conſiderantes, in totius Eccleſiæ Catholicæ non tantùm enervationem,

nem,ſed everſionem,in Mantuano conventu ſæpe & multum diſcuſſam, de venerabilium fratrum noſtrorum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium pluriumque aliorum Præſulum, & peritorum qui aderant, maturo conſilio, & conſenſu, iſtius modi appellationem damnavimus atque ita appellantes, notariosque ac teſtes, & adhærentes omnes excommunicavimus, læſæque Majeſtatis hæreſeos crimina, & pœnas eo ipſo illos diffinivimus incidiſſe, prout in Apoſtolicis literis ſuper inde confectis, plenius continetur. Cæterùm his omnibus non obſtantibus; quidam ex patre Diabolo mendaciorum artifice natus, Gregorius de Heimberg nomine, avaritiæ contaminatus illuvie & ſuperatus ardoribus, quæ eſt ſervitus Idolorum, de menſe Auguſti proximè præterito,à noſtra ſolenni declaratoria ſententia, qua Senis exiſtentes, impium Sigismundum ex Principibus Auſtriæ, ob notorium Sacrilegium, propter hoſtilem perſecutionem in perſonam dilecti Filii noſtri Nicolai, tituli ſancti Petri ad vincula, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Epiſcopi Brixinenſis, & rapinam bonorum Eccleſiæ illius perpetratum juris ſcripti pœnas declaravimus incurriſſe,à nobis ad futurum Concilium improbam, nefariam, temerariam, ſeditioſam denique appellationem dictavit; & illius interpoſitionis per dictum Sigismundum factæ, ipſe dictator in originali Inſtrumento,Florentiæ ad valvas Eccleſiæ affixo teſtis inſcribitur. Quod quia loquax ille præſumptuoſus, & præceps, mendax, atque turbulentus,temerarius,ob iſtud facinus excom-

communicatus exiſtit criminaque & pœnas incidit læſæ Majeſtatis,atque hæreſis, adeò ut ultra execrationem, honore omni, & bonis jure ſit privatus; devotiones veſtras in Domino requirentes admonemus, hujuſmodi peſtiferum hominem pro tali excommunicato habeatis, & privato, ab veſtriſque civibus omnibus haberi mandetis; ipſumque non ſolùm vitetis, ſed procul ejiciatis ab oppido, & dominio veſtro & bona quæcunque habet apud vos tam mobilia, quàm immobilia, fiſco veſtro applicetis & alia omnia faciatis, quæ contra hæreticos de jure canonico fieri mandantur, In quo vos nobis oſtendetis, exhibebitisq; Catholicos ſicut plenè confidimus, & Deo gratos cives, in talem pernicioſum Eccleſiæ Chriſti perſecutorem vos fideles, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientes oſtendendo. Nobiſque in hoc eò magis devotiones veſtræ complacebunt, quantò ſcimus plurimum eſſe Deo charum, Eccleſiæ ſuæ perutile, ac inprimis neceſſarium, quod profugus iſte, peſtiferque ſacrorum contemptor, ab omni expellatur converſatione, & conſortio Chriſtianorum. Facite nobis, quid egeritis, per literas veſtras deſcribatur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XVIII. Octobris M CCCC LX. Pontificatus noſtri anno III.

Ita Pontifex: Reſponſio verò Archiducis talis eſt.

SIgismund von Gottes gnaden Hertzog zu Oeſterreich / zu Steyr / zu Kärnden / vnd zu Krein/Graf zu Tyrol/allen liebhaberen der gerechtig-

rechtigkeit/ gewünneren der vnſchuldigkeit / vnd anderen die durch menſchlichkeit bewegt werden zu mitleiden der verdruckten / thund wird kundt vnd zewüſſen/ daß der Römiſch Bapſt noch nit geſättiget iſt ſeines vnrechten/ daß er an vns vnd vnſere Vnderthanen gelegt hat / damit er vns verhörung verſagt hat/ vnſer gewehr genommen hat vnſere Legaten durch forcht vnd träwung des Kerckers angeſchreckt hat / vnd in die heiligkeit gefreflet hat. Wann in offenbahren Rechten / Legaten die da geſandt werdend/ heilig genennet ſind / zu betheurung / daß niemand an ihnen freflen ſolle : Auch daß er die Bullē geiſtlichen zwangs gegen vns nach ſeinem luſt mehr außgewürgt/ dann außgeſprochen hat/ ſonder er richt ſich zu newem gericht wider vns vnd die vnſeren zuerfinden. Wann vns iſt fürkommen/ wie der Römiſch Bapſt erdicht / daß wir vnd alle vnſere Vnderthanen ihm von kätzerey verdacht ſeigind/ daß doch nie kein mañ von vns vnd vnſeren Vnderthanen vnſers Fürſtenthūms Tyrol geargwohnet hat. Nun ſol verdächtigkeit nit erdacht werden / ſonder durch ein zugang/ vnd nit den neider vnd argwöniger/ ſonder durch glaubwirdige vnd ehrbare perſohnen erſcheinen/ ehe dañ der Prelat geruch gutes lümdes mangle/ oder auch die lauterkeit Chriſtenlichen glaubens/ vnd der Vnderthanen einfaltigkeit

keit betrůbe: Aber der Bapſt ſpricht/ wir ſeigind verſchmächer der geiſtlichen zwänge vnd pœn/ darumb ſeigind wir verdächtlich der kätzerey. Wir habend jhm vor geantwortet/ daß wir mit keiner geiſtlichen pœn vertiefft ſeigind/ darumb daß vns der Bapſt verhörung abgeſchlagen hat. Es iſt verhört worden an dem fräſler des erſten gebotts/ auch Cain ſeines Bruders töder / vnd da das geſchrey von Sodoma auffſteig zu himmel/ wolt ſie der Herr nit ſtraaffen/ vnd ſprach darvor: Ich wil abſteigen/ vnd erſehen/ ob das gerůff/ das an mich gelanget hat/ ſie mit wercken vollbracht habind. Aber vns iſt verhörung verſagt/ vnd die gewehr benommen/ darumb erkennend wir nit/ daß das ein geiſtliche pœn ſeig/ die der Bapſt nach ſeiner luſtbarkeit wider natürliche recht gegen vns auffgeblaaſen hat. Daſſelbe ſol er vor rechtfertigen/ ehe dann er vns ſchuldige/ daß wir die geiſtliche pœn verſchmecht. Darůber hat der Bapſt wider vns/ vnd alle vnſere Vnderthanen newlich zu Roverit ein ladung angehefft/ darinn er vns die vnſeren für ſich heuſchet vber die articul des glaubens zu antworten. O wie gar ein betrůbte ladung ohn vnderſcheid mañliches oder weibliches geſchlechts/ knechtliches oder vnvernünfftiges/ alter/ oder kranckheit/ oder geſundheit/ ſinniges oder vnſinnigen gemůts! O wie gar ein irrige

rige fürhäuſchung mehr dann 100. tauſendt perſohnen / vnd worvon kauffend wir ihnen Brot daß ſie eſſend / wer wird mitführen / die newgebohrnen Kinder? Wer wird tragen den Bethrieſen? Wer wird führen den blinden? wer wird ſchwangeren vnd gebehrenden Frauwen Hebannen ſchaffen? Solche all hat der Bapſt ohne vnderſcheid fürgevorderet. Nun ſöllend der Obriſten gebott möglich / billich / ehrbar / vnd gerecht / vnd auch mit den rechten wercken zu verbringen möglich ſeyn. Wer wird dann das hauß verhüten? Die ſchloß bewahren? Das land beſchirmen / ſo wir mit vnſeren Vnderthanen darvon ſcheidend? Hierumb das Bäpſtlich gebott was halt es anderſt inn / denn daß er vns gebeut / daß wir ſollend vnſer heimat verlaſſen mit weib vnd kinden / vnd ins ellend fahren / daß noch nie kein vnchriſtlicher gewalt von jemandem begärt hat / nie kein tyrañ ſo vnbarmhertzig geweſen iſt / ſo er ſich von ſeinen feinden gehabt hette / daß er wölte ſoliches von ihm gehabt haben / vnd der geiſtlich Vatter begärt das von vns / der vns enbann (fortè antiquum eſt, pro, verbannete) daß wir vns rühmend in vnſerem Heiland Jeſu Chriſto / an dem ende / da er von vns redet / vnd ſpricht: Derſelb Sigmund ſchempt ſich noch nit Chriſtenlichen zerühmen. Darumb ein jeder ihn billich für einen

Kä-

bis concepta, occaſionem hoſtibus præbuerit cavillandi: etiamſi de condentium mente non appareat, tamen ea in benigniorem partem & ſignificationem erat deducenda. Præſertim, quum Prælati, nunquam in Regis jurisdictionem manum intulerint; jurisdictionis ſuæ limites nunquam egreſsi fuerint, nunquam aliquid tale demeruerint, ut Eccleſiaſtica jurisdictio penitus enervetur, & univerſus Clerus contemptus vulgò fiat. Ad extremum poſtulabant, ne illi judices, Prælatos à munere ſuo, pie recteque gerendo aut impedirent, aut deterrerent. Quòd ſi tam iniqui calumniatores duriores eſſe velint, & vetera ob iniquas cauſas lata jura, non ad Principis aut Reipublicæ, ſed ad ſuam utilitatem, atque quæſtum, & ad integerrimi religioſiſsimique Prælatorum ordinis perniciem refricare, ſaltem ipſi illi ſimili lege lata patiantur legem talionis, eademque pœna plectantur, ſi in Eccleſiaſticæ jurisdictionis limites incurrant, qua prælatos, ſi ſuas cauſas vel minimo digito attingerent, affici volunt. In Germania, cùm, Italorum exemplo, Cuſanus Cardinalis omnem planè curam Monaſteriorum & Abbatiarum ad ſe transferre voluiſſet, reſtitit ei Sigismundus Archidux Auſtriæ. Hiſtoria narratur in *Paralip.Vrſp.* pag.407. *Cùm veniſſet Cuſanus ad Eccleſiam ſuam Brixinenſem in Alpibus, deque illa diſponere voluiſſet, pro veteri Pontificum jure, non paſſus eſt Sigismundus Dux Auſtriæ, ut ea in Germaniam tende-*

deretur conſuetudo, quòd Romani Cardinales Eccleſias Germaniæ haberent in commendis, quomodo Abbatias, & Monaſteria Hiſpaniæ, Italiæ, Galliarum, Angliæ, quæ una cauſa eſt in eis provinciis creari Cardinales, non in Germania. Grave oritur diſsidium inter Ducem Sigismundum & Cardinalem, uterq; ſuum gladium diſtrinxit in alterum. Captus Cardinalis cuſtodiæ mancipatur. Pontifex execratione & maledictis inſectatur Ducem. Mittit ille in urbem pro ſe Oratorem, qui Pontifici reddat ſui facti rationem. Erat homo quidem doctus, ſed pertinax, qui venerat Orator. & qui Pontificem in minoribus, ſe minorem cognoviſſet, ardentius tuetur cauſam Sigismundi commendatam. Ubi non profecit, appellationem interponit quæ extat, eamq; in urbe publicat. Interim Papa & Ducem & nuncium execrationibus duris inſequitur. *Fugit Gregorius (hoc enim illi nomen fuerat) in Bohemiam, ibi, ducta uxore, contemnit Pontificis execrationes. Interim omnis Ducatus, parens Sigismundo, Eccleſiaſtico ſupponitur interdicto. Sed facilè principi cum*

principe convenit, ubi Chryſoſtomus venit in medium.Krantz.Vuandalia. Naucler.Gen. 49.p.290.*Ioh.Sleid*.pag.20.

Extat quidem Pontificis contra Sigismundum anathematiſmus,publicè; reſponſio verò Archiducis rarius,quod ſciam,vel citatur, vel reperitur. Dabo igitur utrunq; ſcriptum . illud ex Bzovio, a. Ch. 1460. S. 14. hoc ex annalibus noſtris domeſticis. *Inter hæc Sigismundus* (verba ſunt Bzovii) *Auſtriæ Dux , cùm accepiſſet Nicolaum de Cuſa, Epiſcopum Brixinenſem ,Cardinalem S.Petri, ad Eccleſiam ſuam profectum eſſe, iræ impatiens ac furoris , coactis ut potuit raptim copiis , quæ ſufficere videbantur, Bernecham, oppidum Brixinenſis Eccleſiæ, in cujus arcem Cardinalis ſeceſſerat, petiit, atq; in ipſo reſurrectionis Dominicæ Sacratiſſimo die, oppido expugnato, arcem quoq; aggreſſus,omni genere machinarum oppugnavit. Cardinalis ſuorum cædem veritus (jam enim pleriq; vulnerati fuerant) arcem & ſe ipſum tradidit, & in cuſtodia retentus, tandem juratus abſolutionem Sigismundo procurare, injuriasq; nullo unquam tempore vindicare dimiſſus eſt. Enim verò Pius Pontifex ſtatim atq; intellexit, ſacrile-*

legium à Sigiſmundo perpetratum. Senis adhuc exiſtens, pœnas juris ſcripti Sigiſmundum incurriſſe pronunciaverat, illumq́ ipſum anathematis mucrone percuſſerat. A qua ſententia, cùm Sigiſmundus, auctore Gregorio Heimburgo, homine peſtilentiſſimo, appellationem ad futurum Pontificem, & Generale Concilium interpoſuiſſet, eamq́ ſcripto conceptam Heimburgus ad valvas Eccleſiæ Florentinæ affixiſſet, Pius contra illum edictum vulgavit, proq́ illius executione Prælatis & Magiſtratibus in Germania eodem, quo Norenbergenſibus, tenore ſcripſit.

Pius, Papa Secundus, Dilectis filiis Burgi Magiſtris & Senatui oppidi Nurmberg. Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Salvator humani generis in hunc mundum veniens, ut ex mortalibus genitos Dei filios, & ſibi ipſi in ſummi Patris ſui Regno cohæredes efficeret, unum ex omnibus fidelibus in eum credentibus regnum conſtituit, idque unam ipſius Eccleſiam nuncupavit, cujus ipſe caput eſſet, & Regnator ſempiternus. Viſibilem verò humanis oculis præſentiam ſui, per admirabilem ad Patrem Omnipotentem aſcenſum, mundo ſubtracturus, Petrum Apoſtolorum Principem ejusque legitimos ſucceſſores cum plenitudine poteſtatis, ad propriæ guberna-

tionem Eccleſiæ ſubſtituit,tribuens, omnimodam, per temporalem ſucceſsionem, Vicariis ipſis in terris; & in cœlis omnia ligandi,ſolvendique poteſtatem,præcipiens diſtrictè ipſos audire, & in eorum juſsionibus permorari. Quia ſi qui transgreſſores veneno imbuti,eos non audirent, hujusmodi omnes pro excluſis à ſuo Regno, ejectisque à Sancta Eccleſia, inter Ethnicos & publicanos, cum perditionis,& mortis filiis voluit computari.Cùm enim nullum Regnum, ut ipſius Domini noſtri verbis didicimus,in ſe diviſum ſtare poſsit; quonam modo Sacro ſanctum ſtabit Eccleſiæ regnum, ſi illi, qui Chriſti ſupremi Regis Vicario parere contemnunt,de Regni non valeant ſorte depelli? Adverſus hoc inquaſſabile fundamentum & Eccleſiæ firmam petram hæreſis quædam à parvo tempore citra ſenſum viſa ſuboriri,pullulavit; quæ ſub ovium veſtibus, lupos rapaces intrinſecus celans, ſub appellationis ſpecie Eccleſiæ ſatagit unionem convellere. Nam ſi quæ,Chriſti unicus vicarius,Canonibus ſacris etiam & juri ſcripto inhærendo decrevit, ſtatuique & ſervari ut dignum eſt, præcepit,calumniatores malevoli & perverſi ſubterfugere juſtitiam præſumentes, per ludibria frivolarum appellationum,ad futurum Concilium (ceu ad id,quod nusquam eſt,ac ſuper Chriſti Vicarium eſſe aut reperiri nequit) obedientiam, quæ eſt de neceſsitate Eccleſiæ,& ſalutis univerſorum, improbè declinant,ac temere. Hanc igitur Diabolico Spiritu & inſtinctu novitatem exortam conſiderantes, in totius Eccleſiæ Catholicæ non tantùm enervationem,

nem,ſed everſionem,in Mantuano conventu ſæpe & multum diſcuſſam, de venerabilium fratrum noſtrorum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium pluriumque aliorum Præſulum, & peritorum qui aderant, maturo conſilio, & conſenſu, iſtius modi appellationem damnavimus atque ita appellantes, notariosque ac teſtes, & adhærentes omnes excommunicavimus, læſæque Majeſtatis hæreſeos crimina, & pœnas eo ipſo illos diffinivimus inciſſe, prout in Apoſtolicis literis ſuper inde confectis, plenius continetur. Cæterùm his omnibus non obſtantibus; quidam ex patre Diabolo mendaciorum artifice natus, Gregorius de Heimberg nomine, avaritiæ contaminatus illuvie & ſuperatus ardoribus, quæ eſt ſervitus Idolorum, de menſe Auguſti proximè præterito, à noſtra ſolenni declaratoria ſententia, qua Senis exiſtentes, impium Sigismundum ex Principibus Auſtriæ, ob notorium Sacrilegium, propter hoſtilem perſecutionem in perſonam dilecti Filii noſtri Nicolai, tituli ſancti Petri ad vincula, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Epiſcopi Brixinenſis, & rapinam bonorum Eccleſiæ illius perpetratum juris ſcripti pœnas declaravimus incurriſſe, à nobis ad futurum Concilium improbam, nefariam, temerariam, ſeditioſam denique appellationem dictavit; & illius interpoſitionis per dictum Sigismundum factæ, ipſe dictator in originali Inſtrumento, Florentiæ ad valvas Eccleſiæ affixo teſtis inſcribitur. Quod quia loquax ille præſumptuoſus, & præceps, mendax, atque turbulentus, temerarius, ob iſtud facinus excom-

communicatus exiſtit criminaque & pœnas incidit læſæ Majeſtatis,atque hæreſis, adeò ut ultra execrationem, honore omni, & bonis jure ſit privatus; devotiones veſtras in Domino requirentes admonemus,hujusmodi peſtiferum hominem pro tali excommunicato habeatis, & privato, ab veſtriſque civibus omnibus haberi mandetis; ipſumque non ſolùm vitetis, ſed procul ejiciatis ab oppido, & dominio veſtro & bona quæcunque habet apud vos tam mobilia, quàm immobilia, fiſco veſtro applicetis & alia omnia faciatis, quæ contra hæreticos de jure canonico fieri mandantur, In quo vos nobis oſtendetis, exhibebitisq; Catholicos ſicut plenè confidimus,& Deo gratos cives, in talem pernicioſum Eccleſiæ Chriſti perſecutorem vos fideles, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientes oſtendendo. Nobisque in hoc eò magis devotiones veſtræ complacebunt, quantò ſcimus plurimum eſſe Deo charum, Eccleſiæ ſuæ perutile, ac inprimis neceſſarium, quod profugus iſte, peſtiferque ſacrorum contemptor, ab omni expellatur converſatione,& conſortio Chriſtianorum. Facite nobis, quid egeritis, per literas veſtras deſcribatur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XVIII. Octobris M CCCC LX. Pontificatus noſtri anno III.

Ita Pontifex: Reſponſio verò Archiducis talis eſt.

Sigismund von Gottes gnaden Hertzog zu Oeſterreich / zu Steyr / zu Kärnden / vnd zu Krein/Graf zu Tyrol/allen liebhaberen der gerechtig-

rechtigkeit/ gewünneren der vnſchuldigkeit / vnd anderen die durch menſchlichkeit bewegt werden zu mitleiden der verdruckten / thund wird kundt vnd zewüſſen/daß der Römiſch Bapſt noch nit geſättiget iſt ſeines vnrechten/daß er an vns vnd vnſere Vnderthanen gelegt hat / damit er vns verhörung verſagt hat/ vnſer gewehr genommen hat vnſere Legaten durch forcht vnd träwung des Kerckers angeſchreckt hat / vnd in die heiligkeit gefreſlet hat. Wann in offenbahren Rechten / Legaten die da geſandt werdend/ heilig genennet ſind / zu betheurung / daß niemand an ihnen freſlen ſolle : Auch daß er die Bullē geiſtlichen zwangs gegen vns nach ſeinem luſt mehr außgewürgt/dann außgeſprochen hat/ ſonder er richt ſich zu newem gericht wider vns vnd die vnſeren zuerfinden. Wann vns iſt fürkommen/ wie der Römiſch Bapſt erdicht / daß wir vnd alle vnſere Vnderthanen ihm von käzerey verdacht ſeigind/daß doch nie kein mañ von vns vnd vnſeren Vnderthanen vnſers Fürſtenthums Tyrol geargwohnet hat. Nun ſol verdächtigkeit nit erdacht werden / ſonder durch ein zugang/vnd nit den neider vnd argwöniger/ſonder durch glaubwirdige vnd ehrbare perſohnen erſcheinen/ehe dañ der Prelat geruch gutes lümdes mangle/oder auch die lauterkeit Chriſtenlichen glaubens/vnd der Vnderthanen einfaltigkeit

keit betrůbe: Aber der Bapſt ſpricht / wir ſei-
gind verſchmächer der geiſtlichen zwänge
vnd pœn / darumb ſeigind wir verdächtlich
der kätzerey. Wir habend jhm vor geantwor-
tet / daß wir mit keiner geiſtlichen pœn vertiefft
ſeigind / darumb daß vns der Bapſt verhőrung
abgeſchlagen hat. Es iſt verhőrt worden an dem
fräfler des erſten gebotts / auch Cain ſeines Bru-
ders tőder / vnd da das geſchrey von Sodoma
auffſteig zu himmel / wolt ſie der Herr nit ſtraaf-
fen / vnd ſprach darvor: Ich wil abſteigen / vnd
erſehen / ob das gerůff / das an mich gelanget hat /
ſie mit wercken vollbracht habind. Aber vns iſt
verhőrung verſagt / vnd die gewehr benommen /
darumb erkennend wir nit / daß das ein geiſtliche
pœn ſeig / die der Bapſt nach ſeiner luſtbar-
keit wider natürliche recht gegen vns auff-
geblaaſen hat. Daſſelbe ſol er vor rechtferti-
gen / ehe dann er vns ſchuldige / daß wir die geiſt-
liche pœn verſchmecht. Darůber hat der Bapſt
wider vns / vnd alle vnſere Vnderthanen newlich
zu Roverit ein ladung angeheft / darinn er vns
die vnſeren für ſich heuſchet vber die articul des
glaubens zu antworten. O wie gar ein betrůbte
ladung ohn vnderſcheid mañliches oder weibli-
ches geſchlechts / knechtliches oder vnvernünffti-
ges / alter / oder kranckheit / oder geſundheit / ſinni-
ges oder vnſinnigen gemůts! O wie gar ein ir-
rige

rige fürhäuſchung mehr dann 100. tauſendt perſohnen/ vnd worvon kauffend wir ihnen Brot daß ſie eſſend/ wer wird mitführen/ die newgebohrnen Kinder? Wer wird tragen den Bethrieſen? Wer wird führen den blinden? wer wird ſchwangeren vnd gebehrenden Frauwen Hebannen ſchaffen? Solche all hat der Bapſt ohne vnderſcheid fürgevorderet. Nun ſöllend der Obriſten gebott möglich/ billich/ ehrbar/ vnd gerecht / vnd auch mit den rechten wercken zu verbringen möglich ſeyn. Wer wird dann das hauß verhüten? Die ſchloß bewahren? Das land beſchirmen / ſo wir mit vnſeren Vnderthanen darvon ſcheidend? Hierumb das Bäpſtlich gebott was halt es anderſt inn/ denn daß er vns gebeut/ daß wir ſollend vnſer heimat verlaſſen mit weib vnd kinden/ vnd ins ellend fahren/ daß noch nie kein vnchriſtlicher gewalt von jemandem begärt hat / nie kein tyrañ ſo vnbarmhertzig geweſen iſt / ſo er ſich von ſeinen feinden gehabt hette / daß er wölte ſoliches von ihm gehabt haben / vnd der geiſtlich Vatter begärt das von vns/ der vns enbann (fortè antiquum eſt, pro, verbannete) daß wir vns rühmend in vnſerem Heiland Jeſu Chriſto / an dem ende / da er von vns redet / vnd ſpricht: Derſelb Sigmund ſchempt ſich noch nit Chriſtenlichen zerühmen. Darumb ein jeder ihn billich für einen

Kä-

Kätzer achtet: vnd darnach ſpricht er/wie er vns in ſeinem vorderen berůffen verklärt hab / beleidigter Majeſtat/vnd Kätzerey ſchuldig zeſein/2c. Daß ſeiz die vrſach / darauff jhm der Bapſt erdichtet argwönigkeit der Kätzerey wider vns: das erſte rechtfertiget ſich durch ſich ſelbs. Darumb dann ein jedlich Chriſten menſch ſich billich rühmt in Chriſto / deſſen nammen er tragt/vnd täglichen bittet/daß der nam̃ in jhm geheiliget werd: Das ander iſt von einem verdächtigen Bapſt außgefloſſen gegen dem/der ſeiner gewehr beraubet iſt. Wir mögend aber nit verſchweigen / wir můſſend derſelben beider vnfůglichkeit auff das kůrtzeſt berůhren. Der Bapſt ſpricht: Er habe verbotten/zu Mantua/daß ſich niemand ſol berůffen auff ein künfftig Concilium. Das Mandat iſt. Wer das vbertrette/den habe er gebannet vnd erklert in die pœn der beleidigten Maj:ſtat vnd Kätzerey gefallen. Sigmund aber der Fürſt von Oeſterreich vber 2. monat darnach hat darwider gethan: darumb iſt er ſchuldig beleidigter Majeſtat vnd Kätzerey. Aber wir ſind alſo bericht/das groß Concilium zu Coſtantz erkeñt hat daß ein gmein Concilium den gwalt hat von Chriſto ohn mittel vber den Bapſt in allen ſtucken / die den glauben / die Reforma-

mation vnd den frid berůhret / daß alles das heilig Concilium zu Baſel verneweret / vnd Eugenius vnd Nicolaus Römiſche Bäpſt erkeñt habend. Wañenhar nim̃t Jhm Bapſt Pius den gewalt/daß er ſeinen Oberen/dem gemeinen Concilio/ die händ beſchlieſſet/ dem er doch pflichtig iſt gehorſam zu ſeyn? Es mag auch jemand verwunderen / ob an ein Concilium jemand appelliert/das doch noch nit beſamlet iſt/wann die Oberkeit des gewalts der heiligen Kirchen allwegen beſtätt / vnd als die jetzund iſt in der Kirchen durch die welt geſprochen/alſo wirdet ſie dann ordenlich in der Kirchen ſo ſie geſamlet iſt. Daß man aber nit weißt wann ſie geſamlet wird / das bringt nit hindernus an der berůffung / wann man ſich auch berůffet an dem ſtul ſo er ledig iſt: ſo wüſſend wir auch auß den geſetzen des groſſen Concilii zu Coſtantz/ daß allwegen von zehen jahren in zehen jahr zu ewigẽ zeiten gemeine Concilia ſollend gehalten werden. Die zeit iſt nie vergangen/der tag iſt nie erſchinen / der da růffet. Aber durch weſſe ſchuld das verhinderet wird/ dem ſol es zu einer pœn gemeſſen werden: dann wer das gericht verhinderet / der erzeigt / daß er ſeinen rechten mißtrawet. Nun gahnd wir fürbas zu den vmbſtänden der ladung / ſo findend wir/daß er vns gebeut vor ihm zu erſcheinen/dar-

darvon hat der Legation heiligkeit geſchwächet/ da er zu Senis war. Nun ſo er zu Rom iſt/ was ſicherheit mag er vns oder den vnſeren verheiſſen? Der den glauben des offenbaren rechten hat zerbrochen/ vnd durch ſein vorvorderen iſt etwan geſchriben/ zu gunſt Ruprechti Königs in Sicilia/ wider Keyſer Heinrich/ daß er nit pflichtig ſeig ſich zu vberantworten in die hånd ſeines feinds noch im glauben des geleits. Nun hat der Bapſt vns gewehrt/ vnd darvor vnſeren Legaten durch forcht abgeſchreckt/ vnd alſo gleich flüchtigen verachtet; Wo wir dem zu dem dritten mal glauben/ ſo habend wir vns ſelbs betrogen/ wañ wir dem triegenden geglaubt. Wird er aber betrogen/ das hat er ihm ſelbſt gethan. Nun ſteigend wir ab zu der ſach. Der Bapſt ſpricht: Ein newen proceß fangend wir an gegen Sigismund/ als den/ der nit annimpt den articul des wahren glaubens. Dann ein jeder menſch außſpricht durch die wort des glaubens der 12. botten: Ich glaub in ein heilige Chriſtenliche Kirchen/ ꝛc. Fürwahr wir habend gelehrnet von vnſerem Vatter/ kinderweiß glauben/ in Gott Vatter Allmächtigen/ Schöpffer Himmels vnd der Erden/ vnd in Jeſum Chriſtum/ ſeinen einigen Sohn vnſeren Herren/ vnd den

den heiligen Geiſt/ ꝛc. vnd aber nicht in die Kilchen. Es hat auch der 12. botten glauben nit in ihm: daß wir ſöllind glauben in ein geſchöpft. Wann der glauben den die 12. botten / die Ritter Jeſu Chriſti/ alß ſie zu ſtreit außziehen woltend / den ſie gegen den Abgötteren vnd alle Heidenſchafft begahn ſöllen mit einmůtigem hertzen/ vnd in einem geiſt auffnamen/ damit ſie ſich wagetend/ vnd vnder derſelben ſchilt den huffen der feind durchgetrungen habend/ halt in jhn ſoliche wort: Jch glaub in den heiligen Geiſt/ ein heilige Chriſtenliche Kirchen / aber nit in die Kirchen. Jn demſelben glauben beſtahnd wir mit den 12. botten: Darnach da wir kommend zu groſſen jahren/ vnd zu Gottes gezierd / als er durch die heilig Kirchen geordnet iſt/ vnſer auffmercken hettend/ habend wir auß dem glauben der Vätteren des Concilii Niceni gelehrnet/ glauben in einen Gott/ Vatter/ Allmächtigen/ Macher des Himmels vnd der Erden/ aller ſichtigen vnd vnſichtigen dingen/ vnd in einen Herꝛen Jeſum Chriſtum Gottes eingebohrnen Sohn/ ꝛc. vnd in den H. Geiſt/ den Herꝛen / vnd ein heilige allgemeine Chriſtenliche Kirchen / aber nit in die Kirchen/ wann ſie iſt ein werck vnd gemächt Gottes/ Machers aller ſichtigen vnd vnſichtigen dingen. Füro redt der Bapſt von vns alſo: Jſt er nit

pflichtig den geſatzen vnd pœnen der Kir-
chen gehorſam zeſeyn/ꝛc. Wir wüſſend wol/
daß die heiligen Geſetzen von allen leuthen ſöl-
lend gehalten/ vnd ehrbare gebott der Oberen
von den Vnderthanen wirdiglich empfangen
werden: aber nit alſo/ daß wir ſöllind geheiſ-
ſen werden glauben in die Kirchen/oder ei-
niges Gottes geſchöpf oder gemächt/ ſon-
der auch nit alſo/daß wir glauben ſöllind/
daß wir im bañ ſeigind/weil wir nit ver-
hört ſind; auch nit darumb/ daß wir erkennen
ſöllind/ daß wir einicherley gewalts/ oder vn-
rechts dem Cardinal erzeigt habend/ deſſen vn-
gerechtigkeit/ getürſtigkeit vnd mordtliche that
wir von vns vnd vnſeren Vnderthanen abgetri-
ben hand durch natürliche vnd volck-recht/ das
vns niemand verbieten noch benemmen mag;
dann die natur hat es vns eingebildet/vnd iſt es
mit vns gebohren: Auch die natürlich vernunfft
des billichen vnd gerechten/ die keiner außwar-
tenden rechten oder lehrung dürfftig iſt/ die es
bekräfftiget. Dann das recht/das einen jeden ge-
ben iſt ſich vnrechtes zu wehren das wird geboh-
ren vnd nit gedichtet. Darumb es auch bey al-
len völckeren vnd gezeugen gleicher weiß geehrt
vnd gehalten wird/auß demſelben rechten offen-
bare vnd beſondere krieg gerechtfertiget vnd ge-
bil-

billichet/ vnderweilen auch geheiliget/ vnd das ewig leben verſprochen wird. Hierumb merckend/was hat der Bapſt anders gethan / oder was beklagt ſich anders der Cardinal/ dann daß wir die todſchläg / wider die vnſeren geſchehen/ vnd die betrübung / ſo er vnſeren Bergwercken angelegt/nit habend wöllen gedulden / oder auch nit habend wöllen verharren / daß er frömbdes volck (daß die zeit in der Graffſchafft von Görtz/ Ritterſchafft) oder raub begunnen / in ſein Schloß eyngeführt hette/daß er wol bezeuget damit/daß er nit frid noch auffſchub ein jahrlang auffnemmen wölte. Hat er nit gnuglich erzeigt/ was ſein fürſatz geweſen iſt / beſonder in den zeiten / da ihm ſolicher zufahl zuſtund/ vnd ſoliche füglichkeit des Graffen von Nöſſingen/ Graffen an Wittewitz bann/die die Graffſchafft von Görtz an den gräntzen vnſers Fürſtenthumbs gelegen/ verhergte / auch Schloß vnd Schlöſſer vnder ſich brachte. Wer ſolte nun ſo taubes gemühts oder ſo taubens hertzens ſeyn/der ſein ſelbs füglichkeit dargegen wolt vergeſſen/vnd die angſt vnd noht/ die ihm vor augen war / verharren / vnd ſeinen widerſacher der füglichkeit geſtattet/ gleich in den zeiten/alß ob der ſig mitten zwüſchend den waaffen eingieng; dann wann man des ſiegs frevel verhängt / vmb gröſſigkeit willen der ſorgfeltigkeit/iſt ſchandtlich nach der that zeſprechen; das

hat ich nit gemeinet. **O was groſſen lachens hat der Pfaff erweckt!** wo er vns hat müſſig-gahnd oder ſchlaaffend fürkommen. Solch vnſer fürſichtigkeit/ob die zu loben/oder zu ſchelten ſeige/ das ſtaht zu frommer lühten erkantnus. Darnach folget in derſelbigen irrigen citation alſo: Wir ladend Sigmund/daß er erſcheine von dem Chriſtenlichen glauben/ beſonder von dem General-Articul/ vnd was darzu auß der lehr der heiligen Lehreren folget/antworte. Wir habend geantwortet/ daß wir glaubend ein Chriſtenliche Kirchen/ aber nicht in die Kirchen/ **daß wir die höchſte ehr/die Gott allein gebührt/keinem geſchöpf oder werck Gottes anlegind:** Aber was der Bapſt weiter ſpricht/ vnd was darzu folget nach lehr der Heiligen. O ein vergriffenlich wort/ das ohne zahl forſchung in ihm tragt! O ein ſchimpflich gelächter von einem weltlichen Fürſten zu erforſchen/daß er antworte zu den ſtucken/darvon die Doctor/ vnd die der Schul pflegend/habend zu diſputieren! Darumb man jhnen gezierde vnd würdige künſtliche nammen erkennet. Vns benüget/ **daß wir offenbarlich bekennend/vnd glaubend/was die 12. botten gelehrt habend/ vnd was die Vätter des Concilii Nicæni erkent habend.** Das ander wöllend wir in dem ge-

gemeinen glauben vnſerer Mutter der heiligen Chriſtenheit mitglauben/vnd der gemeinen Chriſtenheit glauben mithalten/nachfolgen der Lehr St. Pauli/ daß wir nit mehr ſöllind forſchen/ dann nohtdürfftig iſt. O wie vil Heilige frolockend in dem Himmel/die jhr blut vergoſſen habend vmb den nammen Chriſti/die die hohen ſinn der lehr nie gehört/ noch gedacht habend? Fürwahr der mehrtheil des Himmels der jenige/die von der welt geſcheiden ſind/iſt von den/ die in der liebe gebrent habend/ die doch die geheim der Geſchrifft nie erforſchet habend. Hierumb ſpricht der Prophet nit/ daß die ſelig ſeigind/die da forſchend die lehr des Herren/dann es thunds auch die hoffertigen/vnd die anfechter/vnd wer die gſchrifft verachten wil/der lehrnt ſie: Aber alſo ſind ſelig die/ die ſchrifft erforſchend/ ob ſie den Herren ſuchend von gantzem hertzen: den wöllend wir erſuchen ohn ergründung der ſchrifft/ die vnſere verſtändtnus vbertrifft. Vns gebürt vnſer Landſchafft ernſtlich zu ſchützen/ vnd/ ſo wir diß haltend/ordenlich vnd ſeliglich gemehren vnder dem glauben Chriſti/ vnd ſeiner XII. Botten/ auch in dem Nicæno Concilio erklert/ das wir glaubend klärlich vnd offentlich: das ander daß dem glauben gehört/ das haltend wir mit der Kirchen / damit hoffend wir die ewige Widerlegung zu verdie-

nen. Dennocht benügt dem Bapſt nit / daß er vns in ſölicher wyß geladen hat / ſonder greifft wehrer / vnd ſpricht alſo: Gleicher wyß ladend wir auch alle genañten / Sigmunds Rahtgeben / Hußgeſind vnd alle des genañten Sigmunds Vnderthanen / Trientes vnd Brixiner Biſtuñs / die den Kirchentrang verachtend. Fürwahr den Kirchentrang verachtet niemand / wañ noch keiner ordenlich gelegt iſt / ſonder nach wolluſt des Cardinals ſind vil ſchandlich / ſchmächlicher / läſterlicher worten / vnrechts vnd trutz gegen vns geſchehen / wider vns vnd vnſere Vnderthanen / da wir doch nie angehört ſind. Solches ſich billich gebührt vns zu wehren / dann wider vns erſcherpffen / alß wir vorgemeldt habend / vnd in den rechten wol verſorgt iſt / was ſtraff den jenigen gebürt / die den geiſtlichen trang vnordenlich auffblaſen / vnd ſich mißbrauchen des gewalts der ihnen befohlen iſt. Aber jedoch gebürt vns die vnfüglichkeit des fürnemmens außzefechten / damit daß er begärt alle vnſere Vnderthanen zu verhören vber den Articul des glaubens vnd was darauß folget. Iſt das nit ein offenbarlich diſputation / von dem glauben / daß doch in dem geſetzt verbotten iſt. Iſt anders das offenbahr / daß mit 200000. perſohnen / Mannen / Frouwen vnd Kinderen wird gehandlet / was ſol ſagen der Ackermañ / ſo er gefragt

fragt wird was die Kirch ſeig / oder in wem ſie auffgehalten wird? Wann der Bapſt irzet? vnd ob ein Griech ein ſtuck in der Kirchen ſeig / oder ein Indier / oder ein ander Chriſt / wonhafft zu end der welt? was für ein vnderſcheid ſeig zwüſchend dem wahren haupt der Kirchen / oder dem dienſtbarlichen haupt? was gewalts die Kirchen den geſchrifften gegeben / oder von den geſchrifften genom̄en habe? So groſſen fleiß habend vnſere vordere gehabt / die geheym der geſchrifft zuverwahren / daß ſie nit leyiſch gehandlet wurde / daß ſie die ſtrafftend / die die heilig Geſchrifft auß Lateiniſcher zungen in die Teutſche gewandlet hetten. Nun wil der Cardinal das Bergvolck fragen auß den hohen ſinnen / die nach lehr der Heiligen folget auß den articlen des heiligen Glaubens / daſſelb diſputieren der ſchul befehlen / ackerleuhten / vnd denen gebürt das feld zebawen vnd zepflantzen. Den iſt gnug / daß ſie der 12. Botten glauben können verſehen; Aber die erforſchung der Einigkeit in einer gemeinſchafft oder verſamlung oder einträchtigkeit möge verſtanden werden / das iſt nit leyen gedicht. Geliebt aber dem Cardinal ein vngelehrt volck mit den hohen ſinnen der heiligen Lehr zu pullieren / ſo mag er / ob jhn geluſt / ſchulen anheben / da ſie an den feyrtagen zuſammen kommind: Alſo doch / daß ſie die

erd zebawen nit verlierind. Aber der heilig Bapſt Gregorius hat nit alſo gelehrt in ſeinem büch der Seelſorg/ Paſtorale genañt/ daß man das/ das nach der zeit vnd ſtund der perſohnen zemelden/ oder zu ſchweigen iſt/ ſölle offenbarlich/vnd ohn allen vnderſcheid handlen/ fürbringen vnd verkünden: Wann das heiſſet perli für die ſchwein werffen/ die höhe vnd die geheim der heiligen Schrifft leyſch handlen. Hat der Bapſt ein wonne oder fürmuhtung/ daß wir deß glauben minder/ dann ſich gebührt/ gelehrt weren/ wann er dann ein lauter hertz zu vns hette oder truge/er möcht es liederlich erfahren von frommen vnd hohen leuthen/ die bey vns wohnend/ohne ſchmächwort/damit er ſich gegen vns erluſtet. Ob jhm aber von vnſeren Vnderthanen/ geiſtlichen oder weltlichen einicherley ſolcher zweifel wer/fürwahr wer lauterkeit in ſeinem gemüt gering/wurd er ſeines gewalts ohne fürhäuſchung ſo vil perſohnen vnd ſolich vnfuhr oder bewegung. Er hett gebotten vnnügliche ding/darauß es möcht erdichtem vrſach bitterlichen zuerzörnen. Welcher Heiden oder ja abgötter hat die Chriſtenheit je ſo ſehr verachtet/ daß er ſo vil Chriſtenliche ſeelen zu einem vrtheil verdammete/ alß der Bapſt jetzund leuthen gerüfft hat/daß er ein vrſach möge erdichten zu der verdamnus: Wann der/der darvor der Legaten heiligkeit entehret hat/ antrewe/was führer von ſei-

ſeiner vnmenſchlichkeit oder gütigkeit zuvermeiden ſeig / ſo hat er ſelbs vberflüſſiglich wol erzeigt/ oder daß wir perſöhnlich vor jhm erſchienen / oder vnſer Vnderthan geiſtlich oder weltlich/ vnd dem vertrawen/ der vns erhörung hat verſagt: vor ſölcher vernunfft wölle vns Gott bewahren; **Sonder vnſeren glauben wöllend wir beide der XII. Botten vnd auch der Vätteren des Concilii Nicæni / allen Fürſten offenbahren / damit niemandem der lauterkeit vnſers glaubens von vns kein zweifel haben möge.** Darzu habend wir Prieſterſchafft vnd heilige Stätte in würdiglicher ehr/vnd jhr zeitlich nahrung habend wir in getrewem ſchirm / vnd kein nach Prælaten in weltlicher Herrſchafft des Bapſts/der ſo vil freyheit brauchen möge ſeiner perſohn / ſeiner nahrung/alß die/ die vnder vns in vnſeren Fürſtenthumb Tyrol jhr Gottes lohn habend. Das iſt je nit ein zeichen der kätzerey/oder verdächtlichkeit/oder argwönnigkeit des glaubens / ſonder vil mehr gutes lobs vnd weſens exempel/ dem billicher wer nachzufolgen/dann zu vergreiffen. **Hierumb von ſolichen ſeinen vnrechten/ ſchandlichen ſcheltworten/von ſolicher irriger ladung oder fürhäuſchung/vnd von ſeiner vnrechten betröuwung appellierend**

vnd

vnd berůffend wir für vns vnd vnſere Vnderthanen / geiſtlich vnd weltlich/ alſo doch belibe die vntogenheit/ die es an ihm ſelbs in ſich tragt/vnd jhre irꝛſal in dem glauben/ vnd im rechten denſelben wir hiemit in keinen weg gehören/ſonder den gläubigen Chriſti vnd ſeinen 12.Botten in dem Concilio Nicæno erklert / verſprechend wir / ob joch der Bapſt vnd der Cardinal von Cuſa anders glaubend/ wañ der glaub gemein iſt vnſer aller/vnd nit allein die geiſtlichen oder gelehrten / ſonder auch die Leyen vnd vngelehrten/vnd gäntzlich alle Chriſtenheit berůhrt/ vnd machend vnſer appellation ſtaffel/ꝛc. Zum erſten/ob der Bapſt die ſach/die er vnd der Cardinal gegen vns fürnemmen wölte einem vnverdachtlichen empfehlen. Dann es ſind vil Prælaten vnd Fürſten durch Tütſche land gantz vnvermälget/ den das weſen vnd gelegenheit der Kirchen zu Briven darzu vnſer vnd der Cardinals ſitten vnd leben ſehr wol bekant ſind. Wer derſelben bekantnuß verſchlecht/der entblöſſet ſich/ daß er ſeinen rechten nit trawend iſt. Iſt das nit / ſo berůffend wir vns an das zukönfftig Concilium des geſetzten zeit/das iſt X. Jahr/ ſo nun langiſt vergangen iſt; vnd gebricht nur am Bapſt daß es nit gehalten wird/

vnd

vnd verzogen. Geleicher weiß berüffend wir vns an einen zukönfftigen Römiſchen Bapſt vñ auch ſonſt in aller form/vnd maaß vnd ſtaffel/ als wir in vnſerer vorderen Appellation/die zu Florentz an der Kirchenthür angeheftt vnd appelliert vnd berüfft habend/die der Bapſt bekännet/daß ſie an ihn gelangt/vnd ihm fürkommen iſt/vnd erhöuſchen Apoſtoli. bezeugen / vnd bedingend aller maaſſen/wie in derſelben Appellation begriffen iſt/ꝛc.

IV. *Transſubſtantiationis* oppugnator publicus fuit *Paulus Scriptoris*, Tubingenſis, Pellicani noſtri præceptor. Hic, cùm Tubingæ Scotum prælegeret, & ad decimam quarti libri diſtinctionem deveniret, Transſubſtantiationem negavit. *Cat. Teſt. Ver.* lib. 19. pag. 888. De *Domitio Calderino* referunt nonnulli, (inter quos, *Vives* & ex eo *Bzov.* an. Chr. 1471. §. 11.) quod miſſas non libenter audiret, cumque aliquando ab amicis invitus ad eas protraheretur, ſolitus erat dicere; ***Eamus ſanè ad communes errores.*** Id. pag. 867. *Thomas Occleve* Anglus, Berengarii ſententiam tenuiſſe dicitur, pag. 537. Anno D. 1410. Londini, faber quidam, quoniam dicebat, id non eſſe realiter Chriſti corpus, quod ſacramentaliter tractatur in Eccleſia, dolio incluſus exurebatur. Similiter & in ſartorem quendam eodem anno, pro eodem articulo animadvertitur.

[*f*] De horum origine & progreſſu ſuperiori jam

jam ſeculo actum eſt. Quid hujus ætatis hiſtoria ferat, paucis diſpiciamus. Tenendum ergò.

I. *Publicis decretis* & edictis in VViclefitarum libros, Doctores & doctrinam fuiſſe animadverſum. a. in *Anglia* Bzov. a. Ch. 1401. S. 17. *In Anglia ad feſtum S. S. Epiphaniæ, indicto comitio apud Londinum, promulgatum eſt edictum adverſus Lollardos ſeu VViccleffiſtas, ut ubicunque deprehenderentur ſuam pravam doctrinam amplexantes caperentur & Diœceſano Epiſcopo traderentur, qui ſi perſeveraſſent pertinaciter ſuas opiniones defendere, degradarentur, Juriſdictioni ſeculari committerentur. Actum eſt hac lege in quendam Pſeudo-presbyterum, qui apud Smithfeldium, multis adſpectantibus combuſtus eſt: maximè quod Rex Henricus, maximi hujus comitii authoritate conſtituiſſet & ſanciviſſet, ne quisquam ſine licentia Epiſcopì, (exceptis iis, quos jus Eccleſiaſticum admittit) concionari auderet, ne ad prava & damnata dogmata diſcenda aliquis conventus hominum coiret, ne quis aurem hujusmodi docentibus præberet, ne damnatos libros apud ſe retineret; qui autem*

tem obſtinatè in erroribus perſiſterent, palàm incendio ad terrorem, aliorúmq; exemplum abſumerentur. b. In *Bohemia.* Totius hiſtoriæ ἐπιτομὴν ſup. ſec. pag. 909. exhibuimus ex *Nauclero.* Prolixiorem tractationem ſuppeditat *Bzov.* an. Chr. 1408. S. 19. 1409. S. 18. Pauca nunc quædam diſtinctius & ſuccinctius. Año Ch. 1408. die 14. Maji, à 40. magiſtris, infinitóque Baccalaureorum numero, VViclefi articuli examinati & damnati ſunt. *Hiſt. Perſ. Bohem.* p. 28. Paulò pôſt iterum an. Chr. 1410. 16. Iulii VViclefi libri condemnati, ignique addicti fuerunt. Exuſta igitur ſunt (teſte *Aenea Sylvio*) ſupra ducenta volumina, pulcherrimè conſcripta, bullis aureis, tegumentisque pretioſis ornata. Fuit hæc rabies Archiepiſcopi planè ἀναλφαβήτου, (de quo ſupra) qui eam ob rem fabula vulgi factus, falsè perſtringebatur. *Libris enim combuſtis,* inquit *Bzov.* a. Ch. 1409. S. 18. *Johannes Huſs, ut Archiepiſcopo injuriam rependeret, ita & odioſum & contemptibilem ſuis detractionibus populo rependit, ut plerique partium ſuarum laici, vulgares & Ironicas in optimum paſtorem cantiones confingerent, at in publico decantarent: Suinick Kraſchi ſpalil. ſc.* ſus pinguis exuſsit, quod pulcherrimum fuerat, *propter eam librorum combuſtionem. Et adeò increbue-*

buerat ea cantionum frequentia, ut Rex VVenceslaus neceſſe habuerit, publico evulgato edicto, ne amplius ſub pœna capitali, omniúmque facultatum amiſsione, ejusmodi decantarentur cantilenæ. Alia igitur, conqueritur Bzovius, Methodo, Huſſum VViclefi doctrinam commendâſſe, *qua imbuti ſordidiſsimi mechanici, laici etiam ex ſacrarum Literarum ſedula lectione, frequentíque concionum auditione, eum hauſerint ſuccum, & de ſacris Literis diſſerere, & Presbyteris certamina movere præſumſerint. ib.* Huſſus ipſe eo tempore tractatum ſcripſit de libris Hæreticorum legendis; & actum inſtituit ſingularem, pro defenſione Ioh. VViclefi, de Trinitate ſancta, quem & ipſum combuſſerant. 3, In *Germania*, Conſtantiæ enim VViclefus, ejusque dogmata damnata fuerunt. Adi *Concil. Act.* Seſs. 45. & ult. *Bzov.* a. Ch. 1418 Ne mortuo quidem, pridemque ſepulto, harpyæ pepercerunt, ſed Synodi decreto, oſſa ejus exhumata concremârunt. Vide *Paral. Vrſp.* p. 375. II. Calamo Doctrina eorum à quibusdam, Anglis præſertim, fuit impugnata. *Bzov.* an. Chr. 1422. S. 3. III. Sed nec veritati & cauſæ VViclefiſticæ deerant hyperaſpiſtæ. Emicuerunt Iohannes Purvay, quem *VValdenus* Lollardorum librarium, & VViclefi gloſſatorem nuncupat. Edidit Commentar. ejus in Apoc. Lutherus, quibus Eccleſiam Romanam, Babylonicam meretricem & Papam Antichriſtum probat.

bat. *Bal.* Cent. p. 542. Richardus Caiſtre, qui quidem impensè, ſed clam tantùm VViclefi favit doctrinæ: Id. p. 556. Iohannes Oldecaſtell, Eques auratus, & Cobhami Dominus. Faſſus hic fuit, peccatum nunquam ſe ex animo odiſſe prius, quàm VViclefi dogmatibus fuiſſet imbutus Id. p. 557. Guilelmus Tayleur. Id. 560. Guilelmus VVythe, pag. 564. Petrus Clarke p. 572. Petrus Payne p. 578. Rogerus Onley p. 584. Reginal. Pecock p. 594 cujus contra Papatum dogmata ordine recenſentur p. 595. Alexander Fabricius ſeu Carpentarius, cujus in præſulum negligentiam extant querelæ p. 566.

[g] Incunabula Huſsitarum reteximus jam in ſuperioribus, cum quibus conferatur *Bzov.* an. Ch. 1402. S. 8. & deinceps. Incrementa nunc intueamur, & varias Diaboli technas, quibus floreſcentem Bohemorum Eccleſiam ſuccidere conatus eſt. Teneamus ergò. I. *Acceſsionem Bohemicis Eccleſiis factam eſſe ingentem.* De Bohemia, cur multa verba faciam? Tota propemodum Huſsi placita fuit amplexa. Foras etiam prorupit, & aſſeclas hinc inde Bohemicus Doctor fuit nactus. In *Scotiam* penetravit operâ Pauli Crau, de quo *Bzov.* a. Ch. 1431. S. 58. *Poſt paucos dies, ex quo ſolutum Concilium fuerat, deprehenſus eſt ab eodem Henrico Epiſcopo quidam in Gymnaſio S. Andreæ, natione Bohemus, nomine Paulus Crau, novas ſectas docere, novâque dogmata de Sacramento Euchariſtia, ac contra Divorum*

venerationem, & confeſſionem ſacerdotibus in aurem faciendam. Igni tandem in eum animadvertit. Nec alia eorum hæreſis videtur fuiſſe, in quos Sundis ab Inquiſitoribus ſævitum eſt: de quibus *Krantz.* Vandal lib. 10.c.6 &.8. *Bzov*, a.Ch.1403.S. 23. *Roſtochii* mulier & ipſa hæreſeos ab Inquiſitore damnata, cùm jam, ſupplicio proxima, ad ignem ſtaret, ac filius ejus, ordinem Ciſtertienſem profeſſus, illam ad pœnitentiam & abjurationem erroris, (ſic ſcribit *Bzov.* ipſe erro) hortaretur; illa obſtinato animo ac vultu, ſuum eſſe filium negavit, & adulterinum dixit, atque ab oculis recedere præcepit, dicens: *Nunquam his lactatus es mamillis, neque utero portatus meo: Abi deterrime mortalium. Niſi VValdenſis eſſe malis.* In *Germania* certè alibi multos Huſſum habuiſſe ſectatores, ambigere nos non ſinunt ipſa eorum nomina, quæ occurrunt *Catal. Teſt. Verit.* l. 19. p.830.

II. *Dogmatibus ſuis, acceſſiſſe eos proximè VValdenſibus.* Teſtem habemus *Naucler.* ſuperiori ſeculo pag. 911. Idem conciones evincunt *Pauli Crau.* Confer Catalogum errorum in Concil. *Conſtant.* Huſſo exprobratorum *Bzov.* an. Chr. 1415. S. 1546. at quia multa calumnioſè Martyri affinguntur, aliunde melius de ejus doctrina judicium habendum; id quod tum opera ejus exhibent, tum acta Concilii Conſtantienſis à *Sumpfio* conſcripta p.60.71. & deinc. *Zachar. Theobald.* de bello Huſſ. l. 1. pag. 18. *Avent.* l.7.p.808. Certum eſt 1. *eos impugnâſſe Papæ pri-*

primatum. Anno 1404. duo Angli, Theologiæ Baccalaurei (Iacobus quidam & Conradus Candelburgius) Pragam venerunt, alboque Academiæ inſcripti, publicè controverſias de Papæ primatu, ſimilibusque movere cæperunt, paulò poſt tamen publico interdictu id facere prohibiti. Illi igitur, (nam quod hominib. nō licebat, licebat parietibus) in cœnacula ſuæ habitationis, hoſpite conſentiente, depingi curant, altera quidē parte paſsionis Chriſti hiſtoriam, ex oppoſito autem Pompam aulæ papalis Cardinaliumque, cujus picturæ, cùm Iohannes Huſs in concionibus faceret mentionem, tanquam veræ Chriſti & Antichriſti antitheſeos, confluebat eo ſubinde populus, ſpectandi cauſa. *Hiſt. Perſec. Boh.* p. 27. 2. Docuiſſe, *Papam eſſe Antichriſtum*. Id. p. 30. 3. *Clero nimiam illam pompam, lautitias & divitias abjudicâſſe. And. de Petra*, Archiepiſc. Coloſſenſis, Eugenii orat. in Concil. Baſileenſ. *Totum Huſſitarum ſtudium in eo poſitum eſt, ut Clericorum inſolentias, voluptates, avaritiam, ſuperbiam, atque ambitionem, quibus hunc veſtrum ſtatum Eccleſiaſticum, & amplitudinem, dejiciant atque proſternant, vulgò continuo prædicent.* Illud autem, quantum quibusdam maximi viris placeat, & populis rationi conſentaneum videatur, apertè oſtenderem, ſi hæc omnia vobis clarius non paterent; *Bzov.* an. Chr. 1432. S. 44.

III. *Varias ubique Bohemicis cætibus, à Diabolo*

ejusq; inſtrumentis paratas fuiſſe inſidias. Vexabantur, A. *malis inteſtinis*, diſcordiis & Schiſmatibus. Occurrunt enim, *Huſſitæ* κυρίως ſic dicti, *Orebitæ, Calixtini, Taboritæ, Fratres, Huſſitas* ἀναμφιλέκτως appello, qui VViclefi, Huſsi, & Hieronymi Pragenſis publicè retinuerunt doctrinam. Hi, ſuperſtite Huſſo, magno ubique fuerunt numero.

Calixtini, qui & Pſeudo Huſsitæ, Bohemi, Pragenſes, erant leniores & tepidiores in ſolum calicem intenti, reliqua Huſsi dogmata ſecurè neglexerunt. Ita vulgus Cleri & plebis. Vide literas Iohannis, cognomento Cardinalis, apud *Bzov.* a. Chr. 1417 S. 17. De *Orebitis* à quodam monte ſic dictis, & eorum in Sacrificulos crudelitate, agit *Bzov.* an. Ch. 1420, S. 5.

Taboritæ verò à novo oppido Tabor, ubi ſedem fixerant, *Bzov.* an. Chr, 1420. S. 1. denominati, puritatem ac ſimplicitatem in omnibus articulis & ceremoniis urgere cæperunt. Zelotæ iidem nuncupati, quod rigidiores eſſent. Catalogum dogmatum eorum pertexuit *Æneas Sylv.* Epiſt. 130. Eminuit inter hos *VVenceslaus Coranda*, & *Nicolaus Episcopius*. Clamabant illi, nullas in Eccleſia tolerandas ſuperſtitiones. Horum Dux initio fuit Ziſca (de quo *Aen. Sylv.* loc. cit. & *Zachar. Theobal.* de bello. Huſſ. l. 1. p 228. *Paral. Vrſp.* p. 387. *Avent.* annal. l 7. pag. 812. Ziſcam, quaſi cæcum, quòd luſcus eſſet, dictum vult *Ianum de Troſenau*) quem tamen nonnulli dementârunt, ut Calixtinis accederet. Vnde etiam contra Thaboritas prælio decrevit. *Bzov.* an. Ch. 1423. S. 12. De *Fratrum* origine paulò plenius,

Cæ-

Cæſar cum Pontifice, ut armis nihil profici animadverterunt, ad fraudes converſi, Baſileam convocato a. Ch. 1432. Concilio, Bohemos ad amicam diſſenſionis tansactionem placidiſsimè invitant, de ſecuritate publica quoquo modo vellent ſatisfacturi. Miſsi itaque ad Concilium ſunt Legati, inter quos præcipuus fuit Iohannes Rokyzanus Pragenſium, & Nicolaus Epiſcopius Taborenſium, Theologi, è proceribus verò Procopius Taboritarum Dux, & VVilhelmus Roſtka, Baro de Poſtupiez &c. ubi humaniter excepti, & de poſtulatis interrogati obtulerunt quatuor articulos, eos ſibi permitti rogantes, aut defenſuros eſſe. Erant autem articuli ita concepti,

I. *Ut Calicis uſus plebi reſtituatur, & ſacra omnia lingua vernacula peragantur.*

II. *Clerici ne ſeculariter regnent.*

III. *Verbum Dei liberè doceatur.*

IV. *In peccata publica publicè animadvertatur.*

Interroganti Papæ Legato, annon plura haberent? Narrari enim, eos credere, *ordines Monachorum à Diabolo eſſe*? Reſpondit Procopius: *Unde igitur eſſe poteſt id, quod neq; à Patriarchis aut Prophetis, neque à Chriſto & Apoſtolis inſtitutum eſt?* Deputati poſtea ſunt ab utraque parte, qui de propoſitis articulis totos quinquaginta dies diſputârunt. Vide *Paral. Urſp.* p. 394. Cumque confutari non poſſent Bohemi, ad amicam compoſitionem ventum eſt, omniáque Rokyzano (qui ut callido erat ingenio, ita co-

thurnis omnia involvebat, controverſias cum Pontificiis extenuabat) Archiepiſcopalis dignitatis ſpe demendato, reliquosque Legatorum dementante, ita transacta, ut Bohemi ad obedientiam ſedis Romanæ redire, ejusq; dogmata & ritus omnes obſervare polliciti ſint, excepto calicis uſu, qui ipſis permittebatur liber, ut & alia illa poſtulata. Hos quatuor articulos (cui tamen indulto ſe mox Papa & aſſeclæ ejus opponebant: vide Diſput. Rochenzanæ cum Capiſtrano *Paral. Viſp.* pag. 396, *compactata* appellarunt; miſsique ſunt in Bohemiam & à Concilio & à Cæſare Legati, qui Bohemos in Eccleſiæ gremium eſſe receptos, charósque haberi filios declararent. Ibi convocatis comitiis, Rokyzanus quàm ex voto obtinuiſſet ea, pro quibus dimicando tantum ſanguinis effuſum eſſet, in tantamque vaſtitatem regnum deveniſſet, magnifice exponit: longè aliter nunc de Pontifice & Cæſare, quam olim, cùm eos meretricem beſtiamque apocalypticam appellaret, verba faciens. Doluit permultis, maximè verò zelotis Taboritis, iſto modo ab Huſſi veſtigiis recedi, & in Antichriſti caſtra rediri: reclamabant, quantum poterant, & ventum eſt ad arma iterum, ubi Taborenſes ſuccubuerunt, totaque eorum bellica vis concidit penitus, ut poſtea nonniſi verbi gladio & patientia ſe defenderent. Facta hæc ſunt a. Chr. 1434. Pontifex Romanus cùm ſic, quod voluit, obtinuiſſet, viresque Bohemorum diſtraxiſſet, accidit βȣλὴ κακὴ βȣλεύσαντι κακίστη, conſuetas malis conſiliariis rependit gratias.

Ro-

Rokyzanus quidem an. Ch. 1435. publicis comitiis ſolenniter in Archiepiſcopum fuit electus, ſed à ſolenni conſecratione impeditus, rurſum cum factione ſua dominationem Papalem inſectari cæpit, metuque Cæſaris ſe tandem Praga ſubduxit. Papa etiam in Georgium Podebradium, (qui à Rokyzani planè arbitrio dependebat, & Calixtinos interdictis, & cenſuris, vexavit) tanquam hæreticum; *Naucler.* Gen. 49. pag. 292. b. deſæviit, non ſegnius illis in Papam & Monachos debacchantibus. Sed veri fideles premebantur utrinque, & cuniculis circumveniebantur. Anno enim 1444. Taboritarum reliquiæ, fraudibus & vi penitus oppreſſæ ſunt Rokyzanus ſiquidem per ſe & alios blandiſsimè eos alliciens, adhuc ſe cedere paratum ſimulabat, ſi penes ſe puriorem eſſe veritatem illi, demonſtraverint, nec ſe cupere ejus cauſæ ſeipſum, aut ſuorum quenquam conſtituere judicem, ſed permittere, ut ordines in publicis comitiis de ea cognoſcant, & pronuntient. Annuerunt Taboritæ, cauſæ bonitati freti, ad comitia comparuerunt. Vbi poſt multas diſceptationes arbitri delecti, qui definitivam ferrent ſententiam, comitiorum authoritate ita confirmandam, ut neutri parti amplius provocare liceret, ſed illico ſe alteri parti adjungere teneretur. qui cùm pro Rokyzano (res enim compoſita erat) pronuntiaſſent, boni & ſimplices Taboritæ dolosè circumventos tandem agnoverunt. Pactis tamen contra non audentes; conſenſum in ritibus polliciti ſunt. Cùm autem illi domum reverſi Eccleſiam reformare differrent, Prorex Georgius cum

exercitu interveniens urbem obſidione cinxit, in eumque terrorem conjecit,ut cives deditione facta, Sacerdotes ſuos ejus poteſtati traderent, quos ille in arce Podebrad & Litiz carceribus impactos plerosque enecavit: Lupacio cum aliis quibusdam ad Rokyzanum tranſeunte. Poſteaquam autem Bohemi per aliquot annos fruſtra Archiepiſcopi ſui inveſtituram, toties eo nomine Romam legatione facta, flagitarent, Papa verò id,niſi calici renunciaret Rokyzanus,abnueret: quinimò Cardinale de S. Angelo Pragam a,Ch. 1448 miſſo, ſub tractationis ſpe, Compactata ſubducii is, eripique juberet (cum quibus ille clàm profugerat quidem, ſed è fuga retractus & reſtituere coactus eſt) Rokyzanus reſumto in Papam odio,eum ex Apocalypſi & Daniele magnum illum Antichriſtum,nósque,inquit, niſi ab obſequio ejus ſeceſſerimus, miſeram & damnatam eſſe turbam, demonſtrabat; pro religionis norma non Compactata,ſed Legem Chriſti habendam; omnia Papæ,tanquam contaminata, deferenda, omnia è fundamentis Apoſtolicis ab integro excitanda eſſe,dictitans. Verbo,ita detonabat in Antichriſtum,ut plerique alterum crederent Huſſum, novæque Reformationis ſpes affulgere viſa. Sed cùm non admoveret operi manum, cordatiores ex Auditoribus (inter quos vel primarius fuit Gregorius,Rokyzani ex ſorore nepos,vir nobilis) collatis conſiliis,Rokyzanum adeunt,angores conſcientiæ detegunt,conſilium petunt. Ille amicè excepit,zelum collaudavit, tractatus quosdam,maximè Petri Chelvicii,contra irreptitias in Eccleſiam abo-

abominationes, legendos obtulit, eóque modo magis inflammavit: ſilentium tamen ſuadens & patientiam. Cùm iterum & tertiò, auctiores jam numero, inſtarent, ut quod verbis doceret, re ipſa exhibere ne differret, reſpondit: Magnæ molis eſſe negotium, præcipitanter hic nihil poſſe agi, &c. Moliebatur interim Rokyzanus in Papam quicquid poterat, conſenſum etiam cum Eccleſia Græca, de quo ſup. pag. 29. quæ cum lentam haberent ſpem, Rokyzanus iterum ſuos animare, publicéque ſpem jam jam apparituræ Reformationis facere. Dicebat enim, varios taxans abuſus. Nos ſuperficiem premimus, ſed prodibunt brevi, qui fundamenta veritatis à profundo eruent. Cùm ita pias animas in ſeptimum annum produceret, rogatus iterum conſilium, dixit: Luſtrâſſe jam animo omnia, nec quid ſtatuat reperire, niſi ut ſeceſsio fiat, tam à Calixtinis, quàm à Papiſtis ipſis, in univerſum: omnia ſcatere abominationibus, & immedicabile eſſe hoc malum, cui ſimile conſilium Lupacij quoque fuit. Cùm dicerent; Secedamus igitur, Te Ducem, Te Doctorem, Te patrem agnoſcemus, venerabimur, ſequemur. Duram offertis provinciam, reſpondit; audaces nimium eſtis; res plena periculi eſt, & ſimilia. Expugnata interim fuit à Turca Conſtantinopolis diſperſorumq; Græcorum duo Pragam ingreſsi, humaniter à Rokyzano excepti, Miſſamque (poſt multa de religione colloquia) celebrare permiſsi ſunt. Vbi cùm appareret, æquè apud illos ſuperſtitionibus obrutam eſſe fidei ſinceritatem: boni illi Zelotæ magis accende-

buerat ea cantionum frequentia, ut Rex VVenceslaus neceſſe habuerit, publico evulgato edicto, ne amplius ſub pœna capitali, omniúmque facultatum amiſsione, ejuſmodi decantarentur cantilenæ. Alia igitur, conqueritur Bzovius, Methodo, Huſſum VViclefi doctrinam commendâſſe, *qua imbuti ſordidiſsimi mechanici, laici etiam ex ſacrarum Literarum ſedula lectione, frequentíque concionum auditione, eum hauſerint ſuccum, & de ſacris Literis diſſerere, & Presbyteris certamina movere præſumſerint. Ib.* Huſſus ipſe eo tempore tractatum ſcripſit de libris Hæreticorum legendis; & actum inſtituit ſingularem, pro defenſione Ioh. VViclefi, de Trinitate ſancta, quem & ipſum combuſſerant. 3, In *Germania*, Conſtantiæ enim VViclefus, ejusque dogmata damnata fuerunt. Adi *Concil. Act.* Seſs. 45. & ult. *Bzov.* a. Ch. 1418 Ne mortuo quidem, pridemque ſepulto, harpyæ pepercerunt, ſed Synodi decreto, oſſa ejus exhumata concremârunt. Vide *Paral. Vrſp.* p. 375. II. Calamo Doctrina eorum à quibusdam, Anglis præſertim, fuit impugnata. *Bzov.* an. Chr. 1422. S. 3. III. Sed nec veritati & cauſæ VViclefiſticæ deerant hyperaſpiſtæ. Emicuerunt Iohannes Purvay, quem *VValdenus* Lollardorum librarium, & VViclefi gloſſatorem nuncupat. Edidit Commentar. ejus in Apoc. Lutherus, quibus Eccleſiam Romanam, Babylonicam meretricem & Papam Antichriſtum probat.

bat. *Bal.* Cent. p. 542. Richardus Caiſtre, qui quidem impensè, ſed clam tantùm VViclefi favit doctrinæ: Id. p. 556. Iohannes Oldecaſtell, Eques auratus, & Cobhani Dominus. Faſſus hic fuit, peccatum nunquam ſe ex animo odiſſe prius, quàm VViclefi dogmatibus fuiſſet imbutus Id. p. 557. Guilelmus Tayleur. Id. 560. Guilelmus VVythe, pag. 564. Petrus Clarke p. 572. Petrus Payne p. 578. Rogerus Onley p. 584. Reginal. Pecock p. 594 cujus contra Papatum dogmata ordine recenſentur p. 595. Alexander Fabricius ſeu Carpentarius, cujus in præſulum negligentiam extant querelæ p. 566.

[g] Incunabula Huſsitarum reteximus jam in ſuperioribus, cum quibus conferatur *Bzov.* an. Ch. 1402. S. 8. & deinceps. Incrementa nunc intueamur, & varias Diaboli technas, quibus floreſcentem Bohemorum Eccleſiam ſuccidere conatus eſt. Teneamus ergò. I. *Acceſsionem Bohemicis Eccleſiis factam eſſe ingentem.* De Bohemia, cur multa verba faciam? Tota propemodum Huſsi placita fuit amplexa. Foras etiam prorupit, & aſſeclas hinc inde Bohemicus Doctor fuit nactus. In *Scotiam* penetravit operâ Pauli Crau, de quo *Bzov.* a. Ch. 1431. S. 58. *Poſt paucos dies, ex quo ſolutum Concilium fuerat, deprehenſus eſt ab eodem Henrico Epiſcopo quidam in Gymnaſio S. Andreæ, natione Bohemus, nomine Paulus Crau, novas ſectas docere, novàque dogmata de Sacramento Euchariſtiæ, ac contra Divorum*

primatum. Anno 1404. duo Angli, Theologiæ Baccalaurei (Iacobus quidam & Conradus Candelburgius) Pragam venerunt, alboque Academiæ inſcripti, publicè controverſias de Papæ primatu, ſimilibusque movere cæperunt, paulò poſt tamen publico interdictu id facere prohibiti. Illi igitur, (nam quod hominib. nō licebat, licebat parietibus) in cœnacula ſuæ habitationis, hoſpite conſentiente, depingi curant, altera quidē parte paſsionis Chriſti hiſtoriam, ex oppoſito autem Pompam aulæ papalis Cardinaliumque, cujus picturæ, cùm Iohannes Huſs in concionibus faceret mentionem, tanquam veræ Chriſti & Antichriſti antitheſeos, confluebat eo ſubinde populus, ſpectandi cauſa, *Hiſt. Perſec. Boh.* p. 27. 2. Docuiſſe, *Papam eſſe Antichriſtum.* Id. p. 30. 3. *clero nimiam illam pompam, lautitias & divitias abjudicâſſe.* *And. de Petra,* Archiepiſc. Coloſſenſis, Eugenii orat. in Concil. Baſileenſ. *Totum Huſſitarum ſtudium in eo poſitum eſt, ut Clericorum inſolentias, voluptates, avaritiam, ſuperbiam, atque ambitionem, quibus hunc veſtrum ſtatum Eccleſiaſticum, & amplitudinem, dejiciant atque proſternant, vulgò continuo prædicent.* Illud autem, quantum quibusdam maximi viris placeat, & populis rationi conſentaneum videatur, apertè oſtenderem, ſi hæc omnia vobis clarius non paterent; *Bzov.* an. Chr. 1432, S. 44.

III. *Varias ubique Bohemicis cœtibus, à Diabolo*

ejusq; inſtrumentis paratas fuiſſe inſidias. Vexabantur, *A. malis inteſtinis*, diſcordiis & Schiſmatibus. Occurrunt enim, *Huſſitæ* κυρίως ſic dicti, *Orebitæ*, *Calixtini*, *Taboritæ*, *Fratres*, *Huſſitas* ἀναμφιλέκτως appello, qui VViclefi, Huſsi, & Hieronymi Pragenſis publicè retinuerunt doctrinam. Hi, ſuperſtite Huſſo, magno ubique fuerunt numero.

Calixtini, qui & Pſeudo Huſsitæ, Bohemi, Pragenſes, erant leniores & tepidiores in ſolum calicem intenti, reliqua Huſsi dogmata ſecurè neglexerunt. Ita vulgus Cleri & plebis. Vide literas Iohannis, cognomento Cardinalis, apud *Bzov*. a Chr. 1417 S. 17. De *Orebitis* à quodam monte ſic dictis, & eorum in Sacrificulos crudelitate, agit *Bzov*. an. Ch. 1420. S. 5.

Taboritæ verò à novo oppido Tabor, ubi ſedem fixerant, *Bzov*. an. Chr, 1420. S. 1. denominati, puritatem ac ſimplicitatem in omnibus articulis & ceremoniis urgere cæperunt. Zelotæ iidem nuncupati, quod rigidiores eſſent. Catalogum dogmatum eorum pertexuit *Æneas Sylv*. Epiſt. 130. Eminuit inter hos *VVenceslaus Coranda*, & *Nicolaus Epiſcopius*. Clamabant illi, nullas in Eccleſia tolerandas ſuperſtitiones. Horum Dux initio fuit Ziſca (de quo *Aen. Sylv*. loc. cit. & *Zachar. Theobal*. de bello. Huſſ. l. 1. p 228. *Paral. Urſp*. p. 387. *Avent*. annal. l 7. pag. 812. Ziſcam, quaſi cæcum, quòd luſcus eſſet, dictum vult *Ianum de Troſenau*) quem tamen nonnulli dementârunt, ut Calixtinis accederet. Vnde etiam contra Thaboritas prælio decrevit. *Bzov*. an. Ch. 1423. S. 12. De *Fratrum* origine paulò plenius,

Cæ-

Cæſar cum Pontifice, ut armis nihil profici animadverterunt, ad fraudes converſi, Baſileam convocato a. Ch. 1432. Concilio, Bohemos ad amicam diſſenſionis tanſactionem placidiſsimè invitant, de ſecuritate publica quoquo modo vellent ſatisfacturi. Miſsi itaque ad Concilium ſunt Legati, inter quos præcipuus fuit Iohannes Rokyzanus Pragenſium, & Nicolaus Epiſcopius Taborenſium, Theologi, è proceribus verò Procopius Taboritarum Dux, & VVilhelmus Roſtka, Baro de Poſtupiez &c. ubi humaniter excepti, & de poſtulatis interrogati obtulerunt quatuor articulos, eos ſibi permitti rogantes, aut defenſuros eſſe. Erant autem articuli ita concepti,

I. *Vt Calicis uſus plebi reſtituatur, & ſacra omnia lingua vernacula peragantur.*

II. *Clerici ne ſeculariter regnent.*

III. *Verbum Dei liberè doceatur.*

IV. *In peccata publica publicè animadvertatur.*

Interroganti Papæ Legato, annon plura haberent? Narrari enim, eos credere, *ordines Monachorum à Diabolo eſſe*? Reſpondit Procopius: *Unde igitur eſſe poteſt id, quod neq; à Patriarchis aut Prophetis, neque à Chriſto & Apoſtolis inſtitutum eſt?* Deputati poſtea ſunt ab utraque parte, qui de propoſitis articulis totos quinquaginta dies diſputârunt. Vide *Paral. Vrſp.* p. 394. Cumque confutari non poſſent Bohemi, ad amicam compoſitionem ventum eſt, omniaque Rokyzano (qui ut callido erat ingenio, ita co-

thurnis omnia involvebat, controverſias cum Pontificiis extenuabat) Archiepiſcopalis dignitatis ſpe demendato, reliquosque Legatorum dementante, ita transacta, ut Bohemi ad obedientiam ſedis Romanæ redire, ejusq; dogmata & ritus omnes obſervare polliciti ſint, excepto calicis uſu, qui ipſis permittebatur liber, ut & alia illa poſtulata. Hos quatuor articulos (cui tamen indulto ſe mox Papa & aſſeclæ ejus opponebant: vide Diſput. Rochenzanæ cum Capiſtrano *Paral. Viſſ*. pag. 396, *compactata* appellarunt; miſsique ſunt in Bohemiam & à Concilio & à Cæſare Legati, qui Bohemos in Eccleſiæ gremium eſſe receptos, charósque haberi filios declararent. Ibi convocatis comitiis, Rokyzanus quàm ex voto obtinuiſſet ea, pro quibus dimicando tantum ſanguinis effuſum eſſet, in tantamque vaſtitatem regnum deveniſſet, magnificè exponit: longè aliter nunc de Pontifice & Cæſare, quam olim, cùm eos meretricem beſtiamque apocalypticam appellaret, verba faciens. Doluit permultis; maximè verò zelotis Taboritis, iſto modo ab Huſſi veſtigiis recedi, & in Antichriſti caſtra rediri: reclamabant, quantum poterant, & ventum eſt ad arma iterum, ubi Taborenſes ſuccubuerunt, totaque eorum bellica vis concidit penitus, ut poſtea nonniſi verbi gladio & patientia ſe defenderent. Facta hæc ſunt a. Chr. 1434. Pontifex Romanus cùm ſic, quod voluit, obtinuiſſet, víresque Bohemorum diſtraxiſſet, accidit *βȣλὴ κακὴ βȣλδύοντι κακίςη*, conſuetas malis conſiliariis rependit gratias. Ro-

Rokyzanus quidem an. Ch. 1435. publicis comitiis ſolenniter in Archiepiſcopum fuit electus, ſed à ſolenni conſecratione impeditus, rurſum cum factione ſua dominationem Papalem inſectari cæpit, metuque Cæſaris ſe tandem Praga ſubduxit. Papa etiam in Georgium Podebradium, (qui à Rokyzani planè arbitrio dependebat, & Calixtinos interdictis, & cenſuris, vexavit) tanquam hæreticum; *Naucler.* Gen. 49. pag. 292. b. deſæviit, non ſegnius illis in Papam & Monachos debacchantibus. Sed veri fideles premebantur utrinque, & cuniculis circumveniebantur. Anno enim 1444. Taboritarum reliquiæ, fraudibus & vi penitus oppreſſæ ſunt Rokyzanus ſiquidem per ſe & alios blandiſsimè eos alliciens, adhuc ſe cedere paratum ſimulabat, ſi penes ſe puriorem eſſe veritatem illi, demonſtraverint, nec ſe cupere ejus cauſæ ſeipſum, aut ſuorum quenquam conſtituere judicem, ſed permittere, ut ordines in publicis comitiis de ea cognoſcant, & pronuntient. Annuerunt Taboritæ, cauſæ bonitati freti, ad comitia comparuerunt. Vbi poſt multas diſceptationes arbitri delecti, qui definitivam ferrent ſententiam, comitiorum authoritate ita confirmandam, ut neutri parti amplius provocare liceret, ſed illico ſe alteri parti adjungere teneretur. qui cùm pro Rokyzano (res enim compoſita erat) pronuntiaſſent, boni & ſimplices Taboritæ doloſè circumventos tandem agnoverunt. Pactis tamen contra non audentes; conſenſum in ritibus polliciti ſunt. Cùm autem illi domum reverſi Eccleſiam reformare differrent, Prorex Georgius cum

exercitu interveniens urbem obſidione cinxit, in eumque terrorem conjecit,ut cives deditione facta, Sacerdotes ſuos ejus poteſtati traderent , quos ille in arce Podebrad & Litiz carceribus impactos pleroſque enecavit: Lupacio cum aliis quibusdam ad Rokyzanum tranſeunte. Poſteaquam autem Bohemi per aliquot annos fruſtra Archiepiſcopi ſui inveſtituram, toties eo nomine Romam legatione facta, flagitarent, Papa verò id,niſi calici renunciaret Rokyzanus,abnueret: quinimò Cardinale de S. Angelo Pragam a,Ch. 1448. miſſo, ſub tractationis ſpe, Compactata ſubducii is , eripiſque juberet (cum quibus ille clàm profugerat quidem, ſed è fuga retractus & reſtituere coactus eſt) Rokyzanus reſumto in Papam odio,eum ex Apocalypſi & Daniele magnum illum Antichriſtum,nòsque,inquit, niſi ab obſequio ejus ſeceſſerimus, miſeram & damnatam eſſe turbam , demonſtrabat; pro religionis norma non Compactata,ſed Legem Chriſti habendam ; omnia Papæ,tanquam contaminata, deſerenda , omnia è fundamentis Apoſtolicis ab integro excitanda eſſe,dictitans. Verbo,ita detonabat in Antichriſtum,ut plerique alterum crederent Huſſum , novæque Reformationis ſpes affulgere viſa. Sed cùm non admoveret operi manum , cordatiores ex Auditoribus (inter quos vel primarius fuit Gregorius,Rokyzani ex ſorore nepos,vir nobilis) collatis conſiliis, Rokyzanum adeunt,angores conſcientiæ detegunt,conſilium petunt. Ille amicè excepit,zelum collaudavit, tractatus quosdam,maximè Petri Chelvicii,contra irreptitias in Eccleſiam abo-

abominationes,legendos obtulit,eóque modo magis inflammavit: ſilentium tamen ſuadens & patientiam. Cùm iterum & tertiò,auctiores jam numero,inſtarent,ut quod verbis doceret, re ipſa exhibere ne differret, reſpondit: Magnæ molis eſſe negotium, præcipitanter hic nihil poſſe agi, &c. Moliebatur interim ROKYZANUS in Papam quicquid poterat, conſenſum etiam cum Eccleſia Græca, de quo ſup. pag. 29. quæ cum lentam haberent ſpem, ROKYZANUS iterum ſuos animare, publicéque ſpem jam jam appariturae Reformationis facere. Dicebat enim,varios taxans abuſus. Nos ſuperficiem premimus, ſed prodibunt brevi, qui fundamenta veritatis à profundo eruent. Cùm ita pias animas in ſeptimum annum produceret, rogatus iterum conſilium, dixit: Luſtrâſſe jam animo omnia, nec quid ſtatuat reperire, niſi ut ſeceſsio fiat, tam à Calixtinis, quàm à Papiſtis ipſis, in univerſum: omnia ſcatere abominationibus, & immedicabile eſſe hoc malum, cui ſimile conſilium Lupacij quoque fuit. Cùm dicerent; Secedamus igitur, Te Ducem, Te Doctorem, Te patrem agnoſcemus, venerabimur, ſequemur. Duram offertis provinciam, reſpondit; audaces nimium eſtis; res plena periculi eſt, & ſimilia. Expugnata interim fuit à Turca Conſtantinopolis diſperſorumq; Græcorum duo Pragam ingreſsi, humaniter à ROKYZANO excepti, Miſſamque (poſt multa de religione colloquia) celebrare permiſsi ſunt. Vbi cùm appareret, æquè apud illos ſuperſtitionibus obrutam eſſe fidei ſinceritatem: boni illi Zelotæ magis accende-

bantur Spiritu, quem fugerent videntes, quem ſequerentur non habentes. Denuo igitur Rokyzanum adeunt, perque gloriam Dei obteſtantur, ut animarum ſuarum, ſeductæque plebis miſertus, ſe in tanto ſalutis diſcrimine ne deſereret. Ille autem bonus vir, cùm non tantùm haberet viriũ, ut poſthabita Archiepiſcopalis gloriæ, licèt vana ſpe, cum populo Dei ignominiam, & crucem eligeret, indignabundus jam importunitatem exprobare, rogareque, uti ſe miſſo facto ipſimet fecederent: ſe illis à Rege (Georgio illo Podebradio; qui, ut coronа potiretur, Papæ obedientiam jurarat) locum aliquem, ubi ſecurè degere, & pura conſcientia Deo ſervire poſſent, impetraturum. Impetravit igitur ditionem Liticenſem, in montanis Silæſiæ vicinis: quo mox Pragenſes illi cives, Baccalaurei, Magiſtri ſeſe contulerunt; alii verò aliunde, plebeii & Nobiles docti & indocti, non exiguo numero confluxerunt, maximè in pagum Kunwald, an. Ch. 1459, Scripturarum lectioni, precibus, & operibus pietatis intenti. Paſtores habebant è Calixtinis, qui ſuperſtitionibus relictis ad Apoſtolicæ ſimplicitatis formam ſeſe componebant: quorum præcipuus fuit Michael Zambergius, pius ac devotus ſenex. Illi omnes in univerſum ſe ſe mutuo Chriſtianis communi, piis amabili nomine FRATRES, & SORORES compellare cæperuut: unde obtinuit, ut illis Fratrum Bohemicorum κατ' ἐξοχὴν titulus eſſet attributus, huc uſque. Hæc ex Perſec. Eccleſ. Bohem. Quæ de perſecutionibus, contra novum Eccleſiæ ſurculum excitatis, regimine

Ec-

Eccleſiaſtico, crebris exiliis & expulſionibus, latebrarum inhabitatione, à qua poſtea per ludibrium Iamnici, id eſt, Speluncales erant dicti, convitiis quibus obruebantur, apologia ad Regem Vladiſlaum ſcripta, cæteriſque ad hujus ſeculi hiſtoriam pertinentibus inſeri poſſent, ex eadem perſecutionum Hiſtoria, accurata & fide digna, Lector petat. Summa tantùm delibare voluimus. Atque ſic inteſtinis Bohemorum diſsidiis Evangelii luci, multis in locis extinctæ, tenebræ Cimmeriæ ſucceſſerunt: Solis Fratribus Huſsi veſtigia obſervantibus. *Orphanorum* nomenclatura Oeconomica eſt, ex obitu Ziſcæ orta: de hinc enim Orphani velut amiſſo parente appellari voluerunt. De his *Dubrav.* Hiſt. Boh. lib. 27. & *Bzov.* an. Ch. 1424. S. 25. Sed & foris Eccleſiæ hoſtes in Bohemorum exitium conſpirarunt, cælum & orcum in capita, eorum ciere conati.

Ac *primò* quidem Conciliorum authoritate ſilentium imponere iis voluerunt, & Conſtantienſes & Baſileenſes patres. Conſtantienſe Concilium non ideo tantùm fuit indictum, ut diuturnum Schiſma tolleretur: Simoniæ labes, aliaque vitia maxima, quæ ſtatum Eccleſiæ turpiter deformarunt, eluerentur: Sed & VViclefiſtarum & Huſsitarum conatus opprimerentur: *Bzov.* an. Ch. 1414. S. 4. Studioſè Hiſtoriam Concilii conſcriptam reliquit, præter alios, *Stumpfius* noſter: qui, quid in cæteris deſiderarit, præfatione monuit. Literas ſecuritatis Regiæ & pacta à Conſtantienſibus jurata, recitat *Bzov.* an. Ch. 1413. S. 7. Seſsiones: an. Ch.

1414.

1414. S.22. Damnationem Huſsi & dogmatum ejus 15. factam Seſsione, an. Ch. 1416. ſupplicium S.47. Breviter ita ex alio enarrat: *Lectus eſt proceſſus adverſus illũ longa ſerie, rebellionem, contumaciam, clavium contemtum, & in hæreſi pertinaciam ejus complectens, quo perlecto, pronunciata eſt in eum definitiva ſententia Concilij Generalis. Poſtea celebrata eſt ſolenniter à ſeptem Epiſcopis ejus degradatio, dum eſſet indutus omni ornatu ſacro, velut Miſſam celebraturus. Sed antequam illis exueretur, rurſus admonitus eſt, ut revocaret & abjuraret. Ipſe verò ſuper menſam aſcendens, & ad circumſtantem populum converſus, alta voce magno cum dolore proclamans ait: En iſti Epiſcopi hortantur me ad revocandum, & abjurandum, quod ego facere horreſco, metuens ne in conſpcctu Dei fiam mendax, & lædam conſcientiam meam, ac veritatem Dei; cùm ego articulos ipſos nunquam tenuerim, docuerim, ſcripſerim, aut prædicaverim. Hæc autem falsò & ſeditiosè ad excitandum rumorem, & tumultum in populo vociferans, juſſus eſt ſilere, & de menſa deſcendere. Incipi-*

pientes ergò etiam degradationem ſeptem Epiſcopi, primò è manibus ejus tulerunt ſacrum calicem, deinde planetum ſeu caſulam, poſtea ſtolam, & reliqua, pronunciantes ad ſingula, dum auferrent, ſolennia verba deteſtationis & imprecationis. His peractis, Rex ait ad Ludovicum Ducem Bavariæ, Electorem, qui pomum aureum tenebat; Vade, recipe eum, qui recipiens illum tradidit eum lictoribus capite tonſum; & alto pileo papyraceo coronatum, cui inſcriptum erat; Hic eſt Hæreſiarcha. Dum autem ad locum pœnæ duceretur e videns in cœmiterio libros ſuos comburi, ſubriſit. Inter eundum verò, ad circumſtantes proteſtabatur, ſe ad mortem duci, propter errores ſibi falsò impoſitos à falſis teſtibus, qui ſibi capitales fuerint inimici. Ad rogum perductus, procidit in terram, & flexis genibus, levatisq; in cælum oculis ac manibus, Pſalm. Miſerere mei Deus, &c: In te Domine ſperavi, orans dixit: Ductus deinde ad circumſtantem populum, ut moris eſt, iterum proteſtatus eſt ſicut prius, obteſtans omnem populum, ne crederent ipſos tales articulos prædi-

dicâſſe aut docuiſſe, quos falſi teſtes contra eum depoſuerint. Finito eo ſermone, ſuis à Victore exutus veſtibus, ligatis poſt tergum manibus, affixo in terram palo alligatus eſt in medio rogi. Hæc, ὡς ἐν τύπῳ. Pleniorem deſcriptionem *Stumpfius* ſuppeditat & *Poggius* apud eundem pag. 129. a. *Paraleip. Vrſp.* pag. 376. De Hieronymo Pragenſi quid factum ſit, vide *Bucb.* 1416. *Bzov.* an. Chr. 1415. S. 48. 1416. S. 1. Seſſ. 21. S. 3. 121. 130. *Vrſp.* pag. 378. *Stumpf.* p. 114. De utroque Martyre honorati apud Tigurinos viri, ante Reformationem, judicium fuit: Magno quidem numero Conſtantiæ Sacerdotes conveniſſe, duos tamen præſtantiſsimos, & qui eſſent ὑπείροχοι ἄλλων, ignis ſupplicio fuiſſe ſublatos. Teſtimonium ab Academia Pragenſi, Proceribus Bohemiæ & Moraviæ utrique deſtinatum inſerit, p: 135. & deinc. Extat etiam in *Paral. Vrſp.* 381. Expoſtulant, Paſtorem ſuum, virum innocentem, pium, ſanctum, fidelémque veritatis doctorem, injuſte condemnatum eſſe. Synodus illis non reſpondit; ſed ad alios, quos Romanis ſuperſtitionibus adhuc dementatos, inq; præeminentia conſtitutos ſciebant, (nominatim Iohannem de Michelsberga, Alſæum Skopex de Dubba. Albertum de Kolditz) ſcripſerunt Conſilii Patres: orantes, & obteſtantes, haberent ſibi Romano-Catholicam Eccleſiam commẽdatam Conciliique Legato Iohanni Lithormyſleno Epiſcopo in opprimenda hæreſi hæreticiſque ad-

adjutores eſſent. Datæ erant Conſtantiæ 1417. 22. Martii. Malè igitur excepta Concilii hujus acta, Huſſitas exaſperârunt. Vide Bιον. an. Chr. 1417. S. 20. & 40. Ita enim paulatim ſequentibus bellis Huſsiticis originem dederunt, quibus cùm nihil profeciſſent, ad Concilii Baſileenſis authoritatem res delata fuit, qua de re ſupra.

II. *Excommunicationum fulmina vibrârunt.* Bohemis enim à Concilio Conſtantienſi in diſsidia mutua armatis, contentiones, rixæ, odiaque exacuebantur in dies magis magisque. Promulgabant ſacrificuli è cathedris in Huſsitas excommunicationem, eosdémque diris devovebant: utque omni ratione exoſos redderent, mendacibus quibusdam ſignis uſi ſunt. Inter alia, oblinebant cereorum ellychnia luto, cumque flamma eo usque ceram depaſcens luti humiditate extingueretur; clamitabant in mediis illis execrationibus, miraculis ecce oſtendere, Deum teterrimos illos hæreticos, qui luce fruantur, indignos eſſe. Pellebant itaque eosdem communitatibus. Novus à Synodo electus Pontifex an. Chr. 1420. Excommunicatione adverſus eosdem Florentiæ publicata, æſCarem, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Præfectos, Civitates & Reſpubliaas ad arma contra eosdem invitans & incitans, per vulnera Chriſti, perque ſalutem cujusque orabat, vellent viribus conjunctis eos aggredi, ſacrilegamque & maledictam gentem exterminare penitus; ubi & ſceleſtiſsimo cuique, qui vel unum modò Bohemum occidiſſet, omnium peccatorum remiſsio promittebatur.

III. *Se-*

III. *Secuta ſunt cruenta bella.* Hoc enim Martini incentivo Sigismundus Cæſar inflammatus, tota cum Germania viciniſque regnis Miniſtrum ſe Antichriſtianæ tyrannidi præbuit, moxque año 1420. valido cum exercitu Bohemiam ingreſſus, eam bellis in decimum tertium annum continuatis, fatigavit. Atque hæc bella *Huſsitica* dicta, per 19. annos ſunt continuata, de quibus *AEne. Syl.* ſcripſit, *plus admirationis, quàm fidei habitura apud poſteros: quia nullo prorſus ſucceſſu ab illorum parte geſta ſunt, Ziſca Bohemorum Duce & ſucceſſoribus ejus ſemper ſuperantibus.* De magnis Bohemorum progreſsibus, & acceptis aliquot hoſtium cladibus, conſulatur *AEneas Sylv.* Hiſt. Boh. c. 47. Ejusdem *Dial. Cont. Bohem.* Epiſt. 130. Calv. an. Ch. 1420. *Zacharias Theobaldus* Schlacco, VValdenſis Bohemus lib. de bello Huſsitico, *Bzov.* an. Ch. 1419. S. 9. ubi graviter conqueritur de *Ziſca*, templa, imagines, monaſteria deſtruente an. Chr. 1424. S. 25. de morte & ſucceſſoribus ejus. *Avent.* anal. l. 7. p. 812. 814. *Buch.* 1417. 1421. 1422. 1427. 1431. 1441. *Bzov.* 1425. S. 11. 1429. S. 91. 1430. S. 10. quibus adeò territi fuerunt Pontificii, ut ſæpe hoſti nondum viſo terga obverterint. *Avent.* l. cit.

IV. *Reſtabat ultimus & ſordidiſsimus Diaboli crepitus, excrementa & ἐρέμματα convitiorum contra innocentes eructata & egeſta.* Qui nec aperto bello, nec violentis perſecutionibus, de quibus elegans proſtat

ſtat ſcriptura, frangi poterant; falſiſsimis hoſtium criminationibus onerandi erant. Accidit hoc Fratribus poſt Rokyzani cum deſperatione luctati, obitum, qui Apologetico propterea ſcripto ſe purgârunt, rogantes VVladislaum Regem, ut per vim in eos tentari aliquid non permitteret. Quod Huſsitarum impios quosdam adeò uſsit, ut an. Ch. 1476. omnium in eos concitare odia impudentiſsimè attentârint. Sublegerunt hominem leviſſimum, arte Polentarium, nomine Leskam (id eſt, Mendaciolum) qui è conſortio Piccardorum ſe venire, interque eos ſeniorem fuiſſe dictitans, mira prodebat arcana: quomodo nempe illi in conventiculis ſuis Deum, Mariam Virginem, & Sanctos blaſphement, Sacramenta ludibriis traducant, inceſtuosè Adamitarum more ſeſe commiſceant, homicidia exerceant, magiam tractent, theſauros ingentes coacervent, &c. Hunc per urbes & oppida circumducendo ſpectaculo exhibebant, revocantem ubique in templis, & jurantem, prædictos errores & flagitia, plebémque, ut pro ſe miſero peccatore Deum orarent, ſibi verò ipſis à ſceleratis Piccardis caverent, obteſtantem. Comprehenderunt etiam iſtam ejus Confeſsionem ſcripto, ſigilliſque & ſubſcriptionibus aliquot Decanorum & Parochorum munitam vulgarunt: ut quò non ipſe Leska veniſſet perſonaliter, Confeſsio hæc ejus populo de Cathedra legi poſſet. Sed conatus hic Satanæ in nihilum recidit. Fratres ſiquidem mendacia illa publico ſcripto refutarunt: & Leska toties in populi Chriſtiani conſpectu adjurari, ac

pro veritate mendacia proloqui, ex horreſcens, renuit obſequi,ſeque inductum eſſe, nec quenquam Piccardorum nôſſe, confeſſus eſt. Illa tamen ipſa mendacis Satanæ impudentia, conſueta Dei bonitate quibusdam in bonum ceſsit: qui nimirum tantæ atrocitatis facturi periculum Fratrum cœtus clàm frequentare animum induxerant: longéque aliter omnibus deprehenſis Fratribus tanquam veris Chriſtianis aſſociabant.

Hinc veró antequam abeamus, expedienda nobis venit quæſtio; *An Huſſus contra datam fidem ad ſupplicium ſit raptus?* *Becanus*, tract. de fide hæret. ſervan. c. 12. S. 7 gemino argumento à labe violatæ fidei Papiſtas purgare ſatagit, I. Salvum conductum jure tantùm communi Huſſo eſſe exhibitum; qui aliud nihil promittat, quam ſecuritatem contra violentiam injuſtam, ſalva ſemper juſtitia & juris executione. Aliam rationem eſſe, cum ſpeciali jure datur ſecuritas contra omnem vim, ſive juſtam, ſive injuſtam. Illum patres Conſtantienſis, hunc Tridentini, Conciliorum largitos eſſe. II. Quod de fide violata nec Huſſus, nec Hieronymus Pragenſis, nec nobiles Bohemi ſint conqueſti. De eadem etiam re fusè agit *Bzov*. a. Chr. 1417. S. 25. & deinc. Sed neutrum argumentum ádverſarios defendit. Non primum, cùm optimus Interpres, verborum ſit quisque ſuorum, Sigismundus utique optimè noverat, quo ſenſu Huſſum ſalvo conductu Conſtantiam perductum vellet. Speciali nempe qui omnem ei metum eximere poſſet, & à Cleri inſania tueretur. Vnde ipſi illi, quorum fidem ſervâſſe inter-

tererat, ægre tulerunt hanc ſibi inconſtantiæ notem inuſtam, *Incinerationem Johannis Huſs.* ſcribit Naucl. Gen. 48. p. 272. a. *& Hieronymi, ferunt Imperatorem non æquo animo tuliſſe* (non absq; gemitu ceſsiſſe Imperatorem, legimus apud Sleid. l. 11. p. 130.) *propter ſalvum conductum eis datum. Reſpondit ei Sacroſancta Synodus, eum argui non poſſe de fide mentita, quia Concilium ipſum non dederat eis ſalvum Conductum, & Concilium majus eſt Imperatore, & ideo non potuiſſe contra voluntatem Concilii id concedere, præcipuè in factis fidei.* Atque in hac quidem determinatione Imperatorem acquieviſſe monet: quæ tamen Carolo V. cum eadem fide cum Luthero agere juberetur, non ſatisfecit. Vide Comment. Sleid. p. 25. b. Quid ergo tergiverſamur, quin vel ex hoc ipſo reſponſo, contra Becanum, aliósque Ieſuitas eliciamus, Conſtantienſes Patres & verbis & facto decreviſſe, Hæreticis non eſſe habendam fidem. Facti exemplum præbet Huſſus. Verbis hoc erroris monſtrum ejusdem Concilii Patribus propugnatum eſſe, non dubitare nos ſinit expreſſus Canon: *Quòd, non obſtantibus ſalvis conductibus Imperatoris Regum, &c. poſsit per judicem competentem de hæretica pravitate inquiri.* Ita ad verbum habet: *Præſens ſancta Synodus*

ex QUOVIS SALVO *conductu per Imperatorem, Reges, & alios ſeculi principes hæreticis, vel de hæreſi diffamatis, putantes eosdem ſic à ſuis erroribus revocare,* QUOCUNQUE VINCULO *ſe adſtrinxerint, conceſſo, nullum fidei Catholicæ, vel juriſdictioni Eccleſiaſticæ præjudicium generari, vel impedimentum præſtari poſſe, ſeu debere declarat, quominus, dicto ſalvo conductu non obſtante, liceat judici competenti & Eccleſiaſtico, de hujusmodi perſonarum erroribus inquirere, & aliàs contra eos debitè procedere, eosdemq́ punire, quantum juſtitia ſua debet, ſi ſuos errores revocare pertinaciter recuſaverint.* ETIAMSI SALVO CONDUCTU *confiſi ad locum venerint judicij, aliâs non venturi.* Vnde poriſma Brovii marginale: *Hæreticis, ſuas hæreſes pertinaciter* defendentibus ſalvum *conductum non patrocinari*, an. Ch. 1415. S. 4. Confer Sleid. lib. 3. pag. 27. a. Et queri tamen audet Ieſuita pag. 60. in hanc ſe ſententiam, *hæreticis non eſſe ſervandam fidem*, invitos pertrahi. Sed fugam urget, ſalvi conductus conditionem neceſſariam *Becanus*, poſt *Campianũ* Ieſuitã Anglum, rat. 4. qui eò impudentię proceſsit, ut auſus fuerit ſcribere: Huſſum omne facilè declinare potuiſſe periculum modò non exceſsiſſet.

et Reſp. *Fugiſſe Huſſum, cùm vidiſſet Concilium attendere facta ſua, timore perculſum,* ſcribit quidem *Naucl.* pag. 270. Sed hanc frangendæ fidei ſufficientem fuiſſe cauſam, ne illi quidem viderunt, qui excuſando facinori quemlibet quæſiverunt colorem. Non ignorare poterat Imperator Iohannis fugam, & tamen ſupplicium ejus ægrè tulit. *Num & Hieronymus Pragenſis. fugâ ſe ſubduxerit?* Et tamen contra fidem publicam Concilii *Bzov*. an. Ch. 1417. S. 31. (quam tum temporis, quo Eccleſia Romana πολυκέφαλ☉ adeóque ἀκέφαλ☉ erat, à nemine expectare poterat, quàm ab ipſo Imperatore, cujus cum ſtudio & induſtriâ Concilium erat indictum) rogo injectus animam expiravit. Hac cur non potius pœna animadverſum fuit in Iohannem XXIII. inſcio, & invito Concilio ſe fuga ſalvantem? *Bzov*. an. Chr. 1415. Sect. 13. Meminiſſe deberent boni illi viri, quàm acerbè conſcientiæ vermis illos roſerit, qui perfidæ illi Tragœdiæ manum admoverunt. De illis loquor, qui ſenſum adhuc aliquem conſcientiæ habuerunt; cæteri callum obduxerunt. Refert *clariß. Alting.* Hiſt. Palat. pag. m. 60. ſeqq. *Fata Ottonis Henrici paulò antevertit VVolfgangus Palatinus, ipſius patruus, frater duorum Electorum, minimus natu filius Philippi Electoris, Princeps pius, eruditus, modeſtus, & quod in elogio ejus celebratur, ſorte ſua per*

omnem vitam contentus. De quo facere non poſſum, quin vobis quiddam memoriâ dignum referam. Hortabantur eum fratres Electores, ut, cùm ſenex eſſet, tandem aliquando animum conjugio applicare vellet, ut ſuſceptis liberis familiam produceret, & dignitatem Electoralem propagare, & conſervare poſſet. Quod quidem etſi ſæpius, multúmque fuerit rogatus, conſtanter tamen reſpondit, dicens: Familiam Palatinam premi uno peccato Abavi ſui, quod etiam in quartam generationem ipſe luere, & expiare cogeretur. Id autem hujusmodi erat, Abavus VVolfgangi, itemque Ludovici & Friderici II. Elect. fuit Ludovicus cæcus & barbatus: filius Ruberti Imperatoris, Vicarius Imperii defenſor, & executor Concilii Conſtantienſis. Cùm Concilium illud ageretur, & eò proficiſceretur Sigismundus Imperator, ipſe ſecutus Imperat. perpetuò cum eo, & circa cum fuit: comparuit in Concilio, & quæ muneris ſui propria erant, eſt executus. Solent autem juxta Imperatorem aſſidere Electores, ſed cùm Imperator in ſolio ſedet, tum ſolet ex una parte adſtare Palatinus,

ge-

gerens pomum illud aureum, figuram mundi referens, eminente cruce: Ex altera parte verò Elector Saxonicus, ſtrictum gladiū tenens. Cum igitur ſententia in Joh. Huſſum, qui contra fidem datam, in carcerem conjectus eſt, ferenda eſſet, & ipſe produceretur, conſidebat Imperator, aſsiſtebant duo Electores, conſidebat totum Concilium Cardinalium, Epiſcoporum, &c. Et ex cathedra ferebatur ſententia in Joh. Huſſum virum ſanctiſs. Et cum ſententia lata eſſet, tum verò illi exutæ veſtes clerici ordinis, & fiebat plebejus, adeóque ad ſupplicium educendus. Tum mandabat Imp. Sigismundus Ludovico Electori, tanquam Protectori, & Executori Concilii, ut executionem procuraret. Igitur poſitis inſignibus, id eſt, pomo illo, & cæteris, quæ tanquam Elector geſtabat, per Marſchallum ſuum, & alios juſsit comprehendi Huſſum, foras adduci, & tradi carnifici, ut ad rogum, qui extructus jam erat, adduceretur. Ipſe zelo ſuperſtitionis profectus cum ſuis comitabur ad rogum, & multo ſermone eum hortabatur, ut ejuratâ hæreſi ad conſenſum Catholicum rever-

teretur, gratiam vitæ certam à Cæſare habiturus. Sed Huſſus contrà, Sp.S. obfirmatus, contra negationis, & apoſtaſiæ periculum conſtanter permanſit. Ubi cùm exutis veſtibus palo alligaretur, & dum cremaretur, erant, qui pallium ipſius, qui cingulum, qui alia inſtrumenta ſepoſuerunt, ſive aſſervanda, ſive venditioni exponenda. Hic Elector Ludovicus, ne illa, tanquam martyris reliquiæ, aſſervarentur, curavit ea redimi, tradi carnifici, & unà cum Huſſo concremari, & redigi in cineres. Hoc eſt, quod in Abavo Ludovico, Wolfgang *deplorabat, & dolere ſe dicebat commiſſa: ſe autem eſſe quartum ex generatione iſta, adeóque fore, ut familia iſta Palatina quoad ſui ipſius poſteritatem orta intercideret, & ſic comminationi ſuæ veritas fieret, annexo ſecundo Decalogi mandato, quod Deus vindicaturus ſit, &c. Hanc ſe luere & fratres ſuos. Erant ei octo, qui omnes ad adultam ætatem pervenerant, & nullos liberos ſuſceperant.* Alteram rationem Decano, homini in Hiſtoriis ſatis verſato excidere potuiſſe, quis non miretur? Huſſus de violata fide non graviſſimè ſit queſtus? Epiſtola ejus legatur apud *Stumpf.* p. 91, & quot ei nomi-

minibus perfidia hæc moleſta fuerit, luce meridiana clarius pateſcet.

[b] Atque hi etiam diſperſi erant I. per *Germaniam*, Sueviam maximè & Archiep. Colonienſem, vide *Bzov*.a.Ch.1432.S.155.& ſeqq. Impia & impura illa dogmata,quæMonachus iis affingit,noluimus repetere. Coccyſmus eſt, & impudentiſsima calumnia,à maleferiatis ventribus,ut aliâs diximus, excogitata.Sed & in Moraviæ & Auſtriæ finibus adeò numeroſos habebant cœtus, & exactam diſciplinam Eccleſiaſticam, ut novum Fratrum Bohemicorum Collegium ab illis poteſtatem creandi Miniſtros flagitarit. Hiſt. Perſec. Bohem. pag. 71. Quæras; *Nonne ergo Bohemi cum VValdenſibus ſunt iidem?* Eodem utroſque nomine venire, dixiſti Sec.12.p.280.Reſp. Certum eſt 1.magnam utrinque eſſe & animorum, & dogmatum affinitatem 2. Apud authores eosdem nonnunquam ſυνωνύμως poni. 3. Maluiſſe tamen Bohemos à VValdenſibus diſtingui.Rem ita ſe habere,diſtinctè proponit *Hiſt.Perſec.Boh.*p.70.& 71. Cumque in confiniis Moraviæ & Auſtriæ VValdenſium quosdam eſſe ſcirent, ut omnino ſcrupulis conſcientiæ ſuæ & alienæ,(in præſens & in futurum) conſulerent, ad illos Michaelem Zambergium Paſtorem ſuum (olim ab Epiſcopo Romano ordinatum) cum aliis duobus miſerunt,qui;quicquid actum eſſet, explicarent,judiciumque de eo peterent. Inveniunt illi Epiſcopum eorum Stephanum; qui accito Epiſcopo altero, & aliquot è miniſtris] originem ſuam,

uſque à Conſtantini temporibus , doctrinæ item ſuæ articulos, & quid hactenus horrendi per Italiam & Galliam paſsi eſſent, explicant: rurſumque Noſtrorum de ſeceſsione à Papa & Calixtinis relationem audiunt, approbant, congratulantur: quin imò tribus illis Miniſtros creandi poteſtate collata, manuum impoſitione eos Epiſcopos creant, & ad ſuos remittunt.

Noſtri cum gaudio iſta percipiunt, & unitatis Chriſtianæ avidi, nùm in unum populum, unamque Eccleſiam cum VValdenſibus coaleſcere poſſent, deliberant. Placuit doctrinæ puritas vitæque Chriſtianæ ſtudium ſummé. Diſplicuit autem, quòd veritatem occultarent, nec profiterentur liberè; quin evitandi perſecutiones ſtudio, Papiſtica Templa frequentarent, ſacriſq; idololatricis communicarent. Concluſum, monendos eſſe de hoc, ut & aliis quibusdam. Miſsis itaque denuò viris idoneis. VValdenſibus, illa exponunt; qui placere ſibi de unitate ineunda propoſitum teſtantur; vitia expoſita ſe nec ignorare nec defendere, dicunt, fateri potiùs à priſtina patrum ſuorum puritate ſeceſſum eſſe, de emendatione itaque cogitaturos. Convenit utrinque, ut certo tempore convenirent, & de negotio hoc plenius conſtituerent. Sed antequam tempus illud adeſſet, Papiſtæ, re prodita, in bonos VValdenſes ſævire incipiunt. Stephanus Antiſtes Viennæ igni perimitur, reliqui hinc inde (plerique in Marchiam, indeque poſtea in Moraviam præſertim Fulnekam delati) diffugiunt.

Ab harmonia hac Fratr. Bohemorum cum VVal-den-

denſibus ortum videtur, quòd poſtea VValdenſium quoque titulo inſigniti fuerint: Sed quem illi nunquam admittere voluerunt, per errorem illum ſibi tribui, ſæpius publicis ſcriptis conqueſti. Id autem tum veritatis tum neceſsitatis cauſa. Veritatis, quia non ab ipſis doctrinam mutuârant, nec ipſis authoribus unitatem fundârant, nec ab ipſis reformati erant, reformari potius à ſe illos, in quibusdam noxiis defectibus, cupiebant. Neceſsitatis verò: quia lata & publicata in VValdenſes à Magiſtratibus decreta in ſe non derivanda, vitanda potiûs, prudenter putabant. Ordinandi tamen poteſtatem, eoque externam ſucceſsionem à VValdenſibus ſe accepiſſe nunquam negarunt: licet & hanc aliquando, pro temporis ratione, ſilentio præterirent.

II. Per *angliam*: Lollardorum, qui & VVicleſiſtæ, retento nomine. Memorabile eſt hoc ſeculum diſputatione inter Cantuarienſem & Iohannem Oldcaſtell habita. Eam deſcripſit *VValſingamus*, & *Bzov*.a.Ch. 1413.S.34. his verbis: Eo tempore Lollardi, qui doctrinam Evangelicam, & Apoſtolicam, atque Propheticam depravabant, fixerunt ſchedulas in valvis Eccleſiarum Londoniis, quæ continebant centum millia parata ad inſurgendum contra cunctos, qui non ſaperent ſectam ſuam. Invitabantur nempe viribus & ingenio cujusdam, qui dicebatur Iohannes Oldcaſtell, qui ob reverentiam nuptiarũ quas contraxerat cum affine nobilis viri Domini de Cobham, cognomen dicti Domini ſortitus eſt. Erat iſte Ioañes fortis viribus,

ope-

operi Martio ſatis idoneus,ſed hoſtis Eccleſiæ pervicaciſsimus. Regi propter probitatem moralem ſeu civilem charus, ſed tamen propter hæreticam pravitatem valdè ſuſpectus. Eo tempore facta Londoniis Cleri convocatione per Dominum Cantuarienſem, maximè jam cauſa prædicti Iohannis, repertum fuit,quod idem Iohannes fuit & eſt principalis receptator & fautor, protector & defenſor Lollardorum, & quod, præſertim in diœceſibus, Londonienſi, Roffenſi, & Herefordenſi, ipſos Lollardos, ab ordinariis, ſive diœceſanis locorum minimè licentiatos, contra conſtitutionem Provincialem, inde factam, ad prædicandum transmiſit, eorumque prædicationibus nephariis interfuit, & contradictores,ſi quos repererat, minis,ac terroribus,ac brachii ſecularis poteſtate compeſcuit, aſſerens inter cætera, quod Cantuarienſis Archiepiſcopus & ejus ſuffraganei non habuerunt, nec habent poteſtatem aliquam,hujusmodi conſtitutionem faciendi,aliterque ſenſit, & ſentit, ac dogmatizat,& docet,de Sacramentis Altaris & pœnitentiæ, peregrinationibus, & adorationibus imaginum, ac clavibus,quàm Romana Eccleſia docet & affirmat. Quare ex parte totius Cleri, Dominus Cantuarienſis fuerat requiſitus, ut deſuper præmiſsis contra eundẽ Iohannẽ procedere dignaretur. Qui tamen ob reverentiam Domini Regis, cujus ad tunc idem Iohannes familiaris extiterat,& ob honorem ordinis militaris, una cum omnibus ſuffraganeis tunc præſentibus & magna parte Cleri, acceſsit ad præſentiam Domini Regis, tunc in prædio ſuo in

Ken-

Kennyngton exiſtentis, declarans ei defectus ejusdem. Ad inſtantiam tamen Domini Regis cupientis eum ſine dedecore revocare, ſuſpenſum fuit negotium magno tempore: Sed cùm Dominus Rex circa ſeductionem ejus longum tempus triviſſet inaniter, ſignificavit Domino Cantuarienſi ſe circa eum inutiliter laboraſſe. Dominus ergò Cantuarienſis, dictum Iohannem, de, & ſuper præmiſſis perſonaliter reſponſurum coram eo, ad certum terminum decrevit evocandum, ac nuntium ſuum cum literis citatoriis ad eum transmiſit (tunc in caſtro ſuo de Coulyng agentem) mandans dicto nuntio, ut dictum caſtrum dicti Iohañis nullo modo ingrederetur, licet licentiatus, ſed per mediationem cujusdam Iohannis Butler, Hoſtiarii Cameræ Domini noſtri Regis, ipſum Dominum Iohannem requireret, quatenus daret dicto nuntio licentiam ingrediendi, ut citaret eundem, ſeu ſaltem extra caſtrum ſuum prædictum faceret ſui copiam, ut ſic citatione poſſet apprehendi. Qui tamen Iohannes Oldcaſtell dicto Iohanni Butler ex parte Domini Regis ſibi præmiſſa exponenti, publicè reſpondit: quòd nullo modo citari voluit, nec citationem ipſius aliqualiter tolerare. His auditis Dominus Cantuarienſis decrevit eum citandum per edictum, in valvis Roffenſis Eccleſiæ ſibi vicinæ publicè affigendum, ut compareret coram eo 11. menſis Septembris, ſuper præmiſsis & aliis hæreticam pravitatem concernentibus perſonaliter reſponſurus. Quo die adveniente, Dominus Cantuarienſis in capella majori infra Caſtrum de Ledes, quod tunc inha-

inhabitabat,ſedens pro tribunali, audita & recepta relatione, quod idem Dominus Iohannes ſe incaſtellavit, & fortificavit in caſtro ſuo prædicto, ac opiniones ſuas defendit,claves Eccleſiæ & poteſtatem Archiepiſcopalem multipliciter contemnendo,fecit eum citari publicè,ac præconizari. Qui cùm diu expectatus nullo modo compareret, prout initio contumacem excommunicavit in ſcriptis. Et quia dictus Iohannes in defenſionem erroris ſui,contra claves Eccleſiæ ſe incaſtellavit & fortificavit, Dominus Cantuarienſis, decrevit iterato citare dictum Iohannem, ſi poſſet apprehendi; vel alias per edictum,ſicut prius,ut compareret coram eo die Sabbathi proximo, poſt feſtum ſancti Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ,allaturus cauſam rationabilem,ſi quam haberet,quare contra eundem, ad graviora procedi non debeat, tanquam publicum hæreticum, ſchiſmaticum, hoſtem & adverſarium univerſalis Eccleſiæ, & quare etiam pronunciari non debeat excommunicatus, & auxilium brachii ſecularis contra eum ſolenniter invocari, perſonaliter reſponſurus, facturus & recepturus, circa omnia & ſingula præmiſſa, quod juſtitia ſua, debit. Adveniente termino præfixo, Domino Cantuarienſi ſedente pro tribunali in Capitulo Sancti Pauli Londoniis, aſsidentibus ſibi Dominis, Richardo Londinenſi,& Henrico VVintonienſi Epiſcopis, Dominus Robertus Murley miles, cuſtos turris Londoniarum, ſecum præfatum Dominum Iohannem adduxit. Nam parùm ante per regios miniſtros comprehenſus fuerat, & in turri clauſus,

Cui

Cui Dominus Cantuarienſis recitavit proceſſum memoratum, quomodo videlicet in convocatione Cleri detectus & delatus extiterat, quomodóque citatus, & propter ſuam contumaciam excommunicatus. Inde Dominus Cantuarienſis gratiosè obtulit, & paratum fore promiſit ad abſolvendum eum, ſi tamen illum facti pœniteret. Sed ille abſolutionem Domini Cantuarienſis petere noluit, ſed divertens ad alia dixit, quòd libenter recitaret coram Domino Cantuarienſi fidem quam tenet, extraxitque de ſinu ſuo ſchedulam intentatam, quam tradidit Domino Cantuarienſi: Qua ſchedula perlecta, Dominus Cantuarienſis dixit: Ecce Domine Iohannes, in hac ſchedula veſtra plura bona continentur, ac ſatis Catholica, ſed habetis terminum iſtum ad reſpondendum ſuper aliis articulis, errores & hæreſes ſapientibus, quibus per contenta in hac ſchedula, non eſt plenè reſponſum. Et propterea vos oportet ad eadem reſpondere, qualiter ſentitis, & fidem veſtram plenius declarare, videlicet: An credatis, & affirmatis, quòd in Sacramento altaris poſt conſecrationem ritè factam, maneat panis materialis, vel non? Item an teneatis, credatis & affirmetis, quod in Sacramento Pœnitentiæ neceſſarium fuerit, ut habens copiam ſacerdotis confiteatur de peccatis ſuis Presbytero per Eccleſiam ordinato? Qui reſpondit expreſsé, ſe nolle aliter prædicta declarare, quam in dicta ſchedula ſua continentur. Cui compatiens Dominus Cantuarienſis dixit: Caveatis Domine Iohannes, quia ſi ad hæc vobis objecta, clarè non reſpondeatis in termi-

mino legitimo vobis jam dato, poterimus vos denunciare & declarare hæreticum. Sed dictus Iohannes aliter reſpondere contempſit. Tunc Dominus Cantuarienſis declaravit ei, quid ſancta Romana Eccleſia, ſequens dicta Beatorum Auguſtini, Hieronymi, & Ambroſii, & aliorum ſanctorum determinavit, quas determinationes oportet quoſcunque Catholicos obſervare. Ad quæ dictus Iohannes reſpondit, quod voluit credere & obſervare, quicquid ſancta Eccleſia determinavit, ac quicquid voluit ſe credere & obſervare; ſed quod Dominus Papa & Cardinales, Archiepiſcopi, cæterique Prælati Eccleſiæ haberent poteſtatem talia determinandi, noluit pro tunc aliqualiter affirmare. Vnde Dominus Cantuarienſis ſibi compatiens, ſub ſpe melioris deliberationis in Anglicis certis articulis, rogavit, ut in die Lunæ proximo ſequente, plenè & clarè ſuum daret reſponſum ſuper eiſdem. Quo die Lunæ, videlicet 25. die menſis Septembris, coram Domino Cantuarienſi, & antè dictis Epiſcopis, adjuncto illis Bangorenſi Epiſcopo Domino Benedicto, comparuit Dominus Robertus Murley, cuſtos turris Londonienſis, ac præfatum Dominum Iohannem ſecum duxit, ac coram Domino Cantuarienſi, & toto Clero pro tunc congregato conſtituit. Cui Archiepiſcopus affabiliter & ſuaviter recitavit acta prioris diei, & quomodo excommunicatus fuerat, & eſt, ac rogavit, & requiſivit eundem, ut peteret, atque admitteret in forma debita Eccleſiæ abſolutionem. Quod ſe dictus Iohannes facturum negavit, ſed à ſolo Deo ab-

ſo-

ſolutionem petiturum dixit. Conſequenter Dominus Cantuarienſis ſuavi & modeſto modo rogavit & requiſivit eundem, quatenus de & ſuper contentis in dicta ſchedula, juxta determinationem Eccleſiæ eidem transmiſſam, de ſibi oppoſitis clarum daret reſponſum. Et primum, ſuper Sacramentum Euchariſtiæ. Ad quem articulum inter cætera reſpondit, quòd ſicut Chriſtus hic in terra degens habuit in ſe divinitatem & humanitatem, divinitatem tamen velatam & inviſibilem ſub humanitate, quæ in eo aperta & viſibilis fuerat, ſic in Sacramento altaris eſt verum corpus, & verus panis, videlicet quidem videmus, & corpus ſub eodem velatum, quod non videmus. Ad fidem circa Sacramentum hujusmodi in ſchedula prædicta per Dominum Cantuarienſem ſibi transmiſſa, perque ſanctam Romanam Eccleſiam, & doctores ſanctos determinatam, expreſsè negavit, dicens, quòd determinatio Eccleſię facta eſt, contra ſacram Scripturam, poſtquam Eccleſia dotata eſt, & venenum infuſum in Eccleſiam, & non ante. Quod autem ad Sacramentum pœnitentiæ & confeſsionis, dixit & aſſeruit, quód ſi quis eſſet in aliquo gravi peccato conſtitutus, à quo ipſe ſurgere neſciret, expediret & bonum eſſet ſibi adire aliquem ſanctum, & diſcretum ſacerdotem, pro conſilio ab eo habendo. Sed quod confiteretur peccatum ſuum proprio Curato, ſeu alteri Presbytero, etiamſi haberet copiam ejusdem non eſt neceſſarium ad ſalutem, quia ſola contritio peccatum ejusmodi poſſet delere, & ipſe peccator purgari. Circa adorationem ſanctæ

Crucis dixit & aſſeruit,quod ſolum corpus Chriſti, quod pendebat in Cruce,debuit adorari, quia illud corpus ſolum fuit & eſt adorandum. Et interrogatus,quem honorem faceret imagini ipſius Crucis, reſpondit verbis expreſsis, quod illum honorem faceret ſibi, quod bene mundaret eam, & poneret in bona cuſtodia. Quod autem ad poteſtatem Clavium,dixit, Dominum noſtrum Papam, & Archiepiſcopos,& alios Prælatos nullam habere. Inſuper dixit,quod Dominus noſter Papa eſt verus Antichriſtus,hoc eſt, Caput: ejusdem Archiepiſcopi, & Epiſcopi, nec non alii Prælati ſunt membra, & fratres,cauda ejusdem, quibus, Papæ, Archiepiſcopis & Prælatis non eſt obediendum,niſi quatenus fuerint imitatores Chriſti,& Petri,in vita, moribus,& converſatione, & quod ipſe eſt ſucceſſor,qui eſt vita melior,moribus purior,& nullus alius. Vlteriùs dixit idem Iohannes, alta voce manibus expanſis, alloquendo circumſtantes: Iſti qui judicant, & volunt damnare me, ſeducunt vos omnes, & ſeipſos, & vos ducent ad infernum, & ideò caveatis ab eis. Quibus omnibus per eum ſic dictis, Dominus Cantuarienſis, iterum ac ſæpius flebili vultu, dictum Dominum Iohannem alloquebatur, verbis quibus potuit exhortando, ut ad unitatem rediret Eccleſiæ,crederet,& teneret, quod Eccleſia Romana tenet & credit. Qui reſpondit expreſsè, ſe non aliter credere, quàm ſuperiùs expreſsit. Videns ergo Dominus Cantuarienſis, ſe in nullo poſſe proficere cum magna cordis amaritudine proceſſit ad prolationem ſententiæ definitivæ in hunc mo-

modum; In Dei nomine &c. Amen. Hæc *VValſing.* & *Bzov.*

III. Imò, quod largè concedunt adverſarii, ſecta hac nulla latius fuit graſſata: Vnde *Andr. de Porta*, Archiep. Coloſſ. *Plurima damna ab Arrianis, Neſtorianis, Monothelitis, de Monachis Eccleſia Dei perpeſſa eſt, ſed nulla fuit tanta hæretica peſtis, quæ huic cladi poſſit comparari. Hæc enim omnia humana & divina jura pervertens, nulla pietate in ætatem vel ſexum, ampliſſimas, & opulentiſſimas patrias igni & ferro ſubjicit. Patet ejus immaniſſimæ ſtrages in Bohemia, Moravia, Sileſia, Marchia, Auſtria, Hungaria, ac cæteris circumfinitimis adjacentibus nationibus. Totum autem Huſſitarum ſtudium in hoc poſitum eſt, ut clericorum inſolentias, voluptates, avaritiam, ſuperbiam atq; ambitionem, quibus hunc veſtrum ſtatum Eccleſiaſticum & amplitudinem dejiciant, atque proſternant, vulgo continuo prædicent.* *Bzov.* 1431, S. 45. Suam tamen in Anglia religionem armis defenſuri, non eadem felicitate cum Bohemis, ſi *Bzovio*, an. Chr. 1414. Sect. 8. § 15. habenda fides, pugnabant. *Captus eſt*, inquit, *non ita multo poſt illorum* (Lolhardorum)

Princeps, Oldcaſtellus, Dominus de Ponviſia, atque Londinum cum Presbytero quodam illius arcanorum ſocio delatus. Suprema illa, quæ Parlamentum appellamus, Regni comitia, eo tempore Londini habita ſunt, ad quæ & Oldcaſtellus accerſitus eſt, oſtenſúmque ei, quod læſæ Regiæ Majeſtatis, propter ſeditionem illam, de qua prius meminimus, armáque contra Regem & Rempublicam in campo illo Divi Aegidii capta damnatus eſſet. Rogatus, quid cauſæ adducere poſſet, ne per duellionem ſupplicium ſubire deberet, aliena quædam à cauſa garriens, de miſericordia concionari cæpit. Cúmque urgeretur, ne fruſtraretur, aut tergiverſaretur, ſed quæ ad cauſam defenſionémque ſuam accommoda eſſent, cæteris dimiſſis proponeret, cùm ſilentium aliquandiu tenuiſſet, in hanc tandem vocem, quaſi novus Apoſtolus, erupit: Mihi autem, inquit, pro minimo eſt, ut à vobis judicer, aut ab humano die, & ad alia deinde, quæ nihil cum cauſa cohærebant, concionabundus delapſus eſt. Sed cùm premeretur, ut ineptias iſtas dimitteret, & ad cauſam aptè, atque idoneè reſponderet, ma-

maxima mox petulantia, Non agnoſco, inquit, quemquam veſtrum pro vero & juſto judice, atque arbitro, quamdiu Dominus & Rex meus Richardus, qui in Scotia commoratur, vivit. Poſt iſtud reſponſum, datum eſt Regiis miniſtris negotium, ut ad ſuſpendium traheretur, pendensq́; in furca, abſumeretur. Ubi dum ſuſpenderetur, inter poſtrema verba, quæ habuit, Dominum Thomam Erpinghamium allocutus; Adjuro te, inquit, ut ſi tertia me die à mortuis excitatum videris, efficias, ut qui meæ diſciplinæ ſunt homines, quiete & tranquille deinceps vivant, neque ulla eis faceſſantur negotia. Cujus orationis quanta fuerit vanitas, & quàm miſerabilis hujus hominis cæcitas, liquidò poterat conſtare. Non deterruerat ea vox Henricum quintum Regem, quin decerneret, ut omnes VVicclephitæ Dei & Regis proditores cenſerentur, eámque ob cauſam publicatis eorum bonis, ſuſpendio & incendio abſumerentur, quod tota eorum cognatio, in necem Regiam & Regiorum, poſt omnia divina temerata, conſpirâſſet. VValſingham in Henrico V. & MS. Bibliothecæ Vatica

næ,de rebus Anglicanis. Alibi tamen,multos ad Papiſmũ rediiſſe ſcribit *Bzov*. Vide a. Ch.1403.S.25.

Finem imponimus συμβιβάσει. Quæ de Bohemis dici potuerant, ἐπιτόμως ex Hiſt.Perſec.Boh. excerpſimus. Plura petenti offeruntur in *Catal. Teſt. Verit.*l.19.p.827.*Naucl.* Gen.48.p.270.& deinc. *Paral.Vrſp.*p.375. *Sleid.* Comment.l.3.p.26.b.30.b. *Bzov*.a.Ch.1402.S.8. de origine Huſsi & reformatione ejus, cauſa item περιπατητικῇ, quæſtuoſa Indulgentiarum nundinatione, S.15.& 1410.S.22. de incrementis eorum ortis ex diſſenſionibus & conniventia Principum A.Ch.1409.S.18. de ſtudio Alexandri V.in extirpandis Huſsitis. An.Chr. 1413.S.1.Inſtitutum Iohannis XXIII. qui & edictis publicis & Concilii authoritate Huſsitas compeſci voluit,S.36. Progreſſum Huſsiticæ doctrinæ ſtertenti imputat VVenceslao. Sed malè. Alias reformationis cauſas Huſsi ſuppeditant querelæ, publicis concionibus propoſitæ,quas hoc ordine ſubjicit Monachus: *Ait, queſtos eſſe; quòd Papa & Archiepiſcopus prohiberent Verbum Dei, & Evangelium Chriſti prædicari; & per Indulgentias aliásque Romanæ curiæ,& Epiſcopalis Conſiſtorii practicas quærerent, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti,quódque raperent ab ovibus Chriſti lanam,& lac,& non paſcerent eas verbo Dei, aut bonæ vitæ exemplis; Et docebant populum:quòd manda-*

datis Papæ & Prælatorum non ſit obediendum, niſi ſequantur doctrinam & vitam Chriſti, & Apoſtolorum ejus. Docebant, quòd Laici debeant judicare opera ſuorum Præpoſitorum, ſicut Paulus judicavit opera Petri corripiendo ad Gal.2. Docebant certa ſigna, per quæ diſcernatur an Prælatis obediendum ſit nec ne. Illudebant præterea jurisdictionem Papalem propter ſchiſma, quod id temporis in Eccleſia erat, quando tres de Papatu inter ſeſe contendebant. Nunc (ajebant) *Balthaſar Coſſa, dictus Johannes XXIII. eſt Romæ; Angelus Corrarii, dictus Gregorius XIII. Arimini, & Petrus de Luna, dictus Benedictus XIII. in Arragonia, &c.* S.40. Conſilium univerſitatis Pragenſis ad Abolendam VVicleſi doctrinam; & ei oppoſita Huſsi, & Huſsitarum antitheſi, S.41. An. Chr. 1414 S.29. ſcribit, Sigismundi Imperatoris uxorem, VVicleſi & Huſsi doctrinam fuiſſe amplexam, Contra a. Ch. 1415 S.58. eorum recenſet nomina, qui ſcriptis VVicleſum adeoque & Huſſum refutârunt, A. Ch. 1418. S. 1. Nuſpiam tamen reperio Hieronymi de Prag, Camaldulenſis Eremitæ invectivam in Bohemos, quam Mſc. habeo: ut & alia quædam de cauſa Huſsitica, de quibus alias. Martinus V. damnationem errorum VVicleſi & Huſsi

approbat. An. Ch. 1420. S. 46. de conatibus Sigismundi contra Huſsitas S. 7. ſubjungit Martini V. bullam, qua cruciatam contra Bohemos decernit. S. 23. Mittit Legatum, Brandum Cardinalem, qui bellum contra Huſsitas indiceret; quem poſtea ſecutus fuit Cardinalis Vintonienſis, ejusdem Pontificis Legatus an. Ch. 1427. S. 5. De irruptione Bohemorum in Miſniam a. Ch. 1425. S. 28. Auſtriam 1426. S. 21. A. Ch. 1421. S. 1. Pragenſe Concilium & ejus articuli ab Huſsitis conſcripti proponuntur: S. 4. Rebellionis crimen à ſe amoliuntur Pragenſes, & S. 5. proteſtationem de quatuor articulis addit. A. Ch. 1423. S. 10. 11. 15. de magno apparatu bellico in Bohemos, qui in fumum abiit. A. Ch. 1428. S. 16. ex Trithemio ſcribit: *Sigismundum Romanorum Regem. Martino V. conſentiente innumerabilem pecuniam ab omni clero & populo totius Alemanniæ levaſſe contra Bohemos.* Eodem anno S. 15. de infelici Pontificiorum pugna. An. Chr. 1430. Bullam inſerit Martini V. pro indicendo bello ſacro contra Huſſitas; Calixti verò an. Ch. 1458. S. 12. ubi & privilegia quædam Inquiſitoribus conceſſa recenſentur: Nomina Inquiſitorum; an. Chr. 1463. S. 47. 1465. S. 62. De Huſsitarum fautoribus numero multis, authoritate magnis, ſcribit a. Ch. 1426. S. 5. Curam Eugenii, pro reducendis Bohemis, confirmationem item legationis Cardinalis Iulii ad Bohemos, habet an. Ch 1431. S. 7. 8. Acta præſertim Baſileenſis Concilii prolixè enarrat. Recitata. Epiſtolam

Bohemorum ad Principes Chriſtianos, quibus & ſuſceptæ reformationis & doctrinæ ſuæ reddunt rationem an. Ch. 1431. S. 18. b. Monita Bituricenſis conventus ſpecialia, ubi inter alia, *de Bohemorum in ipſa etiam Gallia ſucceſſibus & fautoribus*; 1432. S. 18. c. Oratorum Baſileenſium ſcriptum pro eliciendis à Bohemis Legatis, S. 25. coll. cum S. 113. 142. d. Varios Bohemorum conatus, & in Poloniam irruptiones ex Nydero; S. 164. ex quibus hoc nobis ſuppeditat poriſma: *Peccatores victoriam obtinere ſolent multoties contra ſe juſtiores, ut de cætu Iſrael pateat ſemel atque iterum à Benjaminitis proſtrato: ac ſuccedentibus ſeculis ſub Antiochi ſæviſſima perſecutione multis fidelibus trucidatis.* e. Amicum Iuliani Cardinalis ad Bohemos Baſileam miſſos compellationem, & ad concordiæ ſtudium invitationem; an. 1433. S. 58. f. Bohemorum repulſam, niſi in quatuor ſatisfacerent Patres, S. 67. g. Compactata Pragæ propoſita, quibus cum tamen nihil commune habere volebant Taboritæ; S. 77. h. Orationes quatuor Bohemorum articulis oppoſitas. *Prima* eſt Iohannis de Raguſio, ordinis Prædicatorum Procuratoris generalis ad articulum de communione ſub utraque ſpecie, propoſitum à M. Iohanne Rokyzano d 16. Ian. 1433. S. 99. *Secunda*, Ægidii Carlerii Decani Eccleſiæ Cameracenſis, qua reſpondit per dies quatuor ad articulum Bohemorum ſecun-

dum, de corrigendis peccatis publicis propoſitum per biduum à Nicolao Taborita, S.194. *Tertia* Henrici Kalteiſen Dominicani, Profeſſoris Theologiæ in Academia Colonienſi, & hæreticæ pravitatis inquiſitore per triduum habita contra tertium Bohemorum articulum; de libera prædicatione verbi Dei, propoſitum per biduum ab Vdalrico Presbytero orphanorum: S.254. *Quarta* Iohannis de Polemar, Archidiaconi Barcinonenſis, qua etiam per tres dies quartum Bohemorum articulum de civili Dominici Clericorum fuit aggreſſus, antea per triduum ventilatum à Petro Rayne Anglo, primario Bohemorum Doctore, S.338. i. Diſsidia inter Lupum Orphanorum Miniſtrum & Rokyzanam excitata. Vnde tandem prælia & exitium Taboritarum, 1434. S.37. k. Cuſani operam, pro Bohemorum converſione, commendat, an. Chr. 1452. S.13. l. Inſtrumentum executionis compactatorum: a. Ch 1437. S.40. m. Prolixius Sigismundi Imperatoris indultum Bohemis conceſſum; S.44. n. Taboritarum & Rokyzanæ concordiam in Romanæ Eccleſiæ præjudicium; S.48. o. Vladislai Poloniæ Regis contra hæreticos, ut vocat, in favorem inquiſitorum diploma; S.52. p. Articulos Bohemorum, Compactatorum nomine vulgatos, hoc ordine recitat: 1. Vt Compactata cum Eccleſia ſancta ab omnibus efficaciter teneantur. 2. Vt omnes Prædicatores affirment, communionem utriusque ſpeciei, eſſe veram, utilem, & ſalubrem. 3. Vt nullus audeat prædicare, quod tantum ſumitur ſub una ſpecie, quantum

tum ſub utraque, cûm hoc ſit contra communicantes ſub utraque ſpecie. 4. Vt nullus audeat porrigere ſub una ſpecie, publicè vel occultè. 5. Vt omnes Plebani manu propria communicent populum ſub utraque ſpecie. 6. Vt ſic communicantes nullus audeat quovis modo diffamare, puta hæreticos aut ſchiſmaticos dicere; ſed ab omnibus teneantur pro fidelibus Chriſtianis. 7. Vt omnes Sacerdotes Pragenſes, & Monachi ſint ſub obedientia Magiſtri Pozibram, & Magiſtri Procopii. Si autem quiſpiam nollet, non debeet foveri.

Sectio VII.

De ECCLESIA FALSA.

Supereſt Eccleſia falſa, ex [a] Gentilibus, [b] Judæis, Muhammedanis, Gingiſchanicis, & [c] Pſeudo-Chriſtianis collecta, atque ſuſtentata.

[a] Magnam orbis partem fuiſſe adhuc ἄθεον ex illis patet, quæ paulò fuſius de Gentiliſmo commemoravimus.

[b] De quibus prolixè ſuis locis.

[c] Qui paſsim per Orientem & Occidentem (hunc maximè, in quo Occidentalis Antichriſti tyrannis ſuas ubique exeruit vires) fuerunt diffuſi. Quos Pontificii in Hæreticorum Catalogum referunt,

runt, pleroſque in Συμβιβάσει, veritatis Teſtes produximus: cæteros cum ſuis ληρολογίαις valere nos jubemus. De *dæmonicolarum* ſecta, quæ apud Atrebates detecta eſt, agit *Bzov.* an. Ch. 1160. S.48. *Adamitas* (quorum ſceleratiſsima libido jure exagitatur) cum Bohemis orthodoxis confundi, nihil eſt periculi. *Pridem dolebat Pragenſibus, quòd malè audirent apud exteros nomine proſtratæ pudicitiæ. Imò ipſe Ziſca, cùm ſcelus audiret. Inſulam quam incolebant, expugnavit, omnéſque, duobus tantùm reſervatis, gladio interemit*: *Bzov.* a. Ch. 1421. S.8. *Petrum Arandam*, Epiſcopum Calaguritanum, qui, teſte eodem, an. Ch. 1500. S. 15. ſententiam depoſitionis & carceris perpetui. à Pontifice latam tulit, ſibi habeant. Quæ contra Indulgentias & carnis interdictum diſputavit, non hæreſis; ſed veritatis characteres habent; quemadmodum & illa, quæ Petrus de Oſma Salmanticenſis Profeſſor contra confeſsionem edidit; Nempe, non Dei ſed hominum inſtitutum eſſe. Vide *Gaulter.* Chronog. tab. p. 728.

INDEX I.

Continens.

A.

Epitomen totius Hiſtoriæ Chriſtianæ à Seculo XV. ad XVI.

SECVLO XV. obſervamus. A. *Naturam*, quæ habet. 1. Eclipſes Solis & Lunæ, pag. 2. 2. Cometas, 3. 3. Terræmotus, pag. 8. 4. Peſtes & varios morbos, 9. 5. Locuſtas Ib. 6. Aëris & Maris prodigia 10. 7. Tempeſtates & aquarum inundationes pag. 11. 8. Plures Soles; variarum calamitatum prodomos, pag. 12.

B. *Politiam* I. *Orientalem*, ſub Turcarum Imperio, poſt expugnatam Conſtantinopolin, pag. 13. II. *Occientalem*, ſub a. Roberto, pag. 15. b. Sigismundo, pag. 16. c, Alberto Ib. d. Friderico, p. 17. e. Maximiliano Ib.

C. *Eccleſiam*, I. *Orientalem* A. *Græcam*, quæ quidem a. dogmatum puritatem in multis amiſit, pag. 18. b. Superſtitioſas ceremonias recepit, 21. c. Simoniæ labem contraxit; Ib. Bohemis tamen ſe pag. 29. quàm Romanis jungere paratior fuit p. 28. B. *Cingarorum*, de quibus obiter, pag. 29.

II. *Occidentalem*, ubi A. *Schola*, in qua 1. *Ortus Academiarum* Lipſienſis, Roſtochienſis, pag. 33. Lovanien-

vanienſis, Gripswaldenſis, Baſileenſis, Ingolſtadienſis, Tubingenſis; Moguntinæ, Friburgenſis, Sant-Andræanæ, pag. 34. 2. *Complementum* Academiæ Cracovienſis. 3. *Collegia* Hiſpanica, & Anglica, pag. 35. 4. *Authoritas* Academiæ Pariſienſis, pag. 36. 5. Bibliothecæ, Vaticana, pag. 38. Londinenſis & Palatina, pag. 40. 6. *Origo typographiæ*, de qua variæ authorum ſententiæ, pag. 45. 7. *Studia* I. Theologiæ a. Biblicæ, pag. 48. b. Hiſtoricæ, pag. 49. c. Theologiæ Practicæ, ubi tenendum 1. *Plerosq; vel verborum tantùm elegantiam fuiſſe ſectatos; vel Ariſtotelem cum Moſe commiſcuiſſe, vel ſuperſtitione potiùs, quàm veræ religionis cura Auditorum animos imbuiſſe*: pag. 50. 2. *Practicorum Theologorum nomine non eos modò à nobis intelligi, qui* φερωνύμως *tales erant, ſed qui eo loco in Papatu habebantur*; p. 51. ubi de Iohanne Geyler, Iohanne Capiſtrano, Iohanne de Vueſalia, pag. 53. Thoma Conecta, p. 61. Haitono, Hieronymo Savonarola, Theologis Viennenſibus, p. 62. quorum conciones continent, a. *Fabuloſa*, p. 63. b. *Heterodoxa*. c. *Orthodoxa*, p. 65. d. Scholaſticæ, pag. 71. ubi & de Theologis, præſertim Thoma de Kempis, pag. 73. Dionyſio Rickel, pag. 74. Savonarola, pag. 75. Nicolao Cuſano, Beſſarione, Paulo Corteſio, pag. 80. & Theologia, cujus controverſiæ erant 1. de conceptione B. Mariæ, de qua Mantuanus, pag. 83. 2. de ſanguine Chriſti, pag. 84. 3. de ſtigmatibus S. Catharinæ, pag. 89. 4 de authoritate Concilii ſupra Papam, pag. 94. 5. de Roſario, pag. 107. 6. De reliquiis, B. Lucæ, pag. 108. 7. de annulo pronubo

B. Mariæ Virginis, pag. 129. 8. de reliquiis Eremitanis, pag. 142. II. Iuridica, culta maximè per Zabarellam, Nicol. Siculum, Chriſtophorum, Comitem Caſtalionenſem, Ioh. de Imola, Paulum de Caſtro, Ludovicum Pontanum, pag. 144. Huldricum Zaſium, Angelum de Aretio, Alex. de Imola, Dominicum de Sancto Geminiano, pag. 145. III. Philoſophica, de quibus quædam theoremata, pag. 145. IV. Philologica, de quorum cultoribus pag. 147. & deinc. V. Linguarum, pag. 150. ubi de Iohanne Capnione ſeu Reuchlino, pag. 150. Rodolpho Agricola, pag. 152. Anglis quibusdam, Ib. ubi tamen iterum quidam notantur nævi Philologorum, pag. 154. 8. *Ortus virorum magnorum*, quorum alii profligârunt barbariem, pag. 155. alii ipſam Curiam Romanam impetierunt; 156. 9. *Promotores literarum* & literatorum, de quibus p. 157.

B. *Monaſteria*, in quibus I. *Contemtus* quidem eorum, p. 172. propter a. dominandi libidinem p. 161. b. fraudem, 163. c. rapacitatem p. 166. d. diſciplinam luxatam, p. 167. ſed & *augmentum*, tum ab ordinibus, p. 174. tum à ſocietatibus, 177. tum à privilegiis & honoribus. p. 178. Vnde variæ ſuperſtitiones p. 179. & abuſus, p. 181.

C. *Eccleſiam*, in cujus examine occurrit I. pars παθολογικὴ, quæ agnoſcit à. in genere, *Eccleſiam* vexatam fuiſſe variis diſsidiis, p. 182. morum corruptione, p. 186. hypocriſi, p. 191. multiplici dogmatum immutatione, ibid. b. In ſpecie, *caput* Eccleſiæ fuiſſe monſtroſum, p. 197. graviſsimis morbis affectum, ibid. Nam & electio violenta, ibid. &

Φι-

φιλοτιμία intolerabilis, p.198. & Simonia notoria, p.199 & pompa plusquam regia, p.202, & armorum ſtudium fervens, p.203. & ſchiſma immedicabile, p.205. id quod aliquot Pontificum exemplis illuſtratur. Vnde tot Pontificiorum querelæ, p.218. *Membra* verò πώρωσιν invaſiſſe: Scientia namque & conſcientia ubique periit, p.222. Clerus accuſatus fuit luxuriæ, pag.225. negligentiæ, Ibid. ignorantiæ, p.226. φιλοτιμίας, p.227. in obeundis ſacris, p.235. avaritiæ, p.238. Vitæ ſceleratæ, p.238. præeunte curia Romana, p.239. unde ejuſdem contemptus, Ib. II. Ἱεραπόλυτικὴ, quæ tradit a. neminem de Reformatione dubitáſſe, p.240. b. Varia conſilia & ſubſidia Reformationis ſubminiſtrata fuiſſe, à Dominico, Brixienſi Epiſcopo, pag. 241. Iacobo de Guitrode, Ib. Andrea, Archiepiſcopo Craynenſi. Nicolao Clemang. p.242. Petro de Aliaco, p.243. Andrea de Petra, 244. Iohanne Gerſone, p.245. c. Non tamen, variis de cauſis, illa fuiſſe ſufficientia. *Primo* n. de moribus potiùs quàm dogmatibus Reformandis erant ſoliciti, p.252. *Secundò*. Papa, cum Clero ſuo, ſemper reſtitit, p.255. *Tertiò*, obſtitit morbi ignoratio, ex *Scripturæ contemtu*, orta. Nam & hoc ſeculo I. *miracula* Scripturę præferebantur, p.263. cum tamen & Hæreticis & Schiſmaticis miraculorum laudem Pontificii tribuant, p.274. Hinc certârunt miraculis, pro a. Miſſa, pag.285. b. Cultu & adoratione B. Virginis, Ib. Imaginum, p.288. Sanctorum, Ib. Reliquiarum, p.289. c. Monachatu, 291. II, *Pontifex Scripturæ præponebatur*, pag.

pag.204. Hinc ſtabiliuntur Indulgentiæ. Ib. Iubilæi 294. dies feſti, 299. Communio ſub una ſpecie, pag. 300. Simonia, 305. Dominium ſupra Imperatores, 306. quod & reliquus clerus affectavit, p. 307. III. *conciliis & Eccleſiæ, plus æquo tribuebatur*, p. 310. IV. *conſuetudini abſolutum deferebatur obſequium*: unde patrocinium variis hujus ſeculi abuſibus, de quibus p. 313. & deinc. Hinc factum, ut nulla ſeculo hoc reddi potuerit vel vitæ puritas, p. 327. vel doctrinæ ſinceritas, ib. graſſante ubique Papæ in Scripturas dominio, & aliis καινοτομίαις, de quibus pag. ead. & ſeqq. vel electionis emendatio, p. 343. vel officii cura, pag. 344. unde virorum magnorum querelæ & expoſtulationes, p. 345.

Sequitur *appendix*. ſeu *geſta Andreæ Cardinalis*, cum commentariis Petri Numagen Trevirenſis, à pag. 347. ad 605. Confer Indicem Alphabeticum.

B.

Compendium Hiſtoriæ & Religionis Gingiſchanicæ.

Vbi I. de *ortu Gingiſchaniſmi*, p. 605. ejusdemque tum fautore Timuro, p 607. tum differentia ab Islamiſmo, p. 606. tum etiam amplis pomœriis, pag. 608.

II. De *ipſo Timuro*, ex Ahmede Arabſchiade, de quo pag. 611. ubi tamen duo 1. περιθεωρία, de vi-

cinis Arabum, Perſarum, Indorum, &c. regnis nempe, Iraka Perſica, pag. 617. Iraka Arabica, pag. 625. India pag. 627. Ægypto, Syria, Aintabo, Halebo, Gaza 628. Rea 634. Schirhano, Luro, Germania pag. 635. Diarbecra, pag. 636. Dilta, p. 640. Romania, pag. 643. Eorundemque religione, pag. 646. & literatura, 653. 2. *Tractatio* ipſa, quæ vel *prolixior* eſt, vel *contractior*. *Illa* ſequentibus abſolvitur partibus A. De nomine Timuri ſeu Tamerlanis, pag. 656. B. Majoribus ejus, parentibus, patria, pag. 657. C. Vita, morte, & rebus geſtis, pag. 660. D. Statu Chriſtianorum ſub Timuro, pag. 759. *Hæc* verò brevem vitæ ejus σκιαγραφίαν exhibet, pag. 760. Cætera vide in Alphabetico Indice.

C.

Compendium Muhammediſmi.

Partes ejus ſunt V. I. De *religione*, quæ Aidaris & Iſmaelis Schach Schiſmate miſere fuit lacerata, p. 791. & publicis ſcriptis refutata, p. 797.

II. *De animo eorum in chriſtianos*, ubi certum eſt a. Chriſtianos cum Muhammedanis fœdere ſæpe coaluiſſe, pag. 798. b. Infames fuiſſe Chriſtianos perjurio pag. 798. & Idololatria, pag. 800. c. Sultanos de fide Chriſtiana edoctos, de rigore ſuo remiſiſſe: Vide Confeſsionem Gennadii Scholaris, pag.

pag.803.& deinc. d. Eosdem, in Chriſtianos exacerbatos, graviſsimè eos afflixiſſe, p.814.

III. De *Apoſtaſia* quorundam Chriſtianorum Azembeci, Antonini de Ripolis, Trapezuntini Philoſophi p.815.

IV. De *regimine A. Turcarum* florentiſsimo, ſub a. Bajazethe. b. Solimano. c. Muhammede I. d. Morado, pag.820. e. Muhammede II. pag.821. Bajazethe II. pag.822. B. *Perſarum* ſub Tamerlanicis, in duas familias diſtributis, pag.823. C. *Arabum*, pag.825. V. De *ſucceſſu Turcarum in bellis*, ubi occurrit 1. Capta Conſtantinopolis, de qua p.827. 2. *continuatio belli ſacri*, per Pontifices p.833. Principes ſeculares, præſertim Georgium Caſtriotum ſeu Scanderbegum, pag.836. Iohannem Huniad; pag.849. Venetos pag.839. Fridericum Imperatorem, & alios, Ib. cui aſsignatæ fuerunt decimæ, pag. 840. & alii reditus, quos extorſerunt Indulgentiis, p.841. viſionibus, p.843. Et quanquam feliciter ſæpe pugnârint Chriſtiani, Ib. obſtiterunt tamen ſucceſsibus eorum 1. Inteſtina diſsidia. 2. Φιληδονία: 3. Ambitio & avaritia, p.847. 4. Suſpicio Monarchiæ à Venetis tentandæ, pag.848. 5. Pontificum malæ artes, Ib. 6. Syncretiſmus, p.849. 7. Perfidia: 8. Contemtus hoſtium, p.851. Vnde tot à Turcis inflictæ clades, p.853.

D.

Compendium Gentiliſmi.

Habemus hoc loco converſionem *Samogetarum*

Eccleſia Occidentalis univerſa ſec. 15. vexata fuit variis diſsidiis de religione, 182. 183. 184. de regione 184. 185. 186. morum corruptione, 186. 187. 188. 190. hypocriſi 191. dogmatum mutatione, innovatione & abolitione 191. & ſeq.
Eccleſiæ Occidentalis caput fuit monſtroſum 197
Morbis graviſsimis affectum, ib. & ſequentibus, paratæ medicinæ faſtidioſum, 205. & ſequentibus.
Cætera corporis hierarchici membra invaſit πώρωσις & ἀναισθησία 222 & ſeq. Nemo ferè fuit ſana mente præditus, qui miſerum Eccleſiæ ſtatum agnoſcens dubitarit, quin ſit reformandum 240
Reformationis inſtituendæ varia ſuppeditata fuerunt conſilia, & conquiſita ſubſidia, 241. & ſeq. ſed non erant illi ſufficientia: Plurimi enim, qui urgebant reformationem Eccleſiæ, de moribus potiùs corrigendis erant ſoliciti, quàm doctrina 253. 254.
Plurimæ operi injiciuntur moræ Intolerabilia optimorum reformandi conatuum ſufflamina fuerunt ſequentia: Poteſtas Papæ αὐτοκρατορική, qua omnia pro arbitrio diſpoſuit, 255. 254. Imperium Eccleſiæ & Conciliis in Scripturam conceſſum, 310. Conſuetudo, 312. Hinc i Curia Romana nec expectari nec impetrari potuit vita purior 327. doctrina ſincerior, ibid. Miniſtrorum electio emendatior, 342. officii vel regula vel cura religioſior, 344. Et hinc quoque juſtiſsimę magnorum virorum querelæ & expoſtulationes, ibid.
Eclipſes Lunæ 15.2. Solis, 15.9. Earum effectus, 13
Eleemoſynæ tria genera narrantur

mis notorii Papiſtarum fuerunt errores, p.948 vel quod miraculis Deum in hoſtes ipſorum animadvertere crederent, Ib.

IV. In *Scholis* habuerunt 1. ſuos Rectores, pag. 950 & Rabbinos. p.951. novo *Doctorum* titulo ornatos, Ib. 2. Typographiam, p.953. Theologos, Ib. Scholaſticos, p.955.

F.

Compendium Συμβιβάσεως.

Exhibet hæc Συμβίβασις 1. Catalogum eorum qui Papæ reſtiterunt, p.956. 2. Eos qui judicium ejus ἀνυπεύθυνον καὶ ἀναμάρτητον reſtrinxerunt, & cenſuræ ſubjecerunt, p.665. 3. Conſenſum doctrinæ de Scriptura, p.977. Iuſtificatione, p.979. Indulgentiarum contemtu, p.988. de Papa, p.990. Cœlibatu, p.995. Immunitate & inſolentia Cleri, p.996. ubi acta Pii IV. & Sigismundi Archiducis Auſtriæ, 998. de Transſubſtantiatione, pag. 1021. 4. Continuationem VVi-lefiſtarum, p.1022. Huſsitarum, pag.1025. quorum Hiſtoria prolixè pertexitur, & VValdenſium, 1049.

Sectio VII. de falſa Eccleſia pauca habet.

INDEX II.

Alphabeticus.

A.

Abdolazizus, Bagdadenſis, eloquentiæ Arabicæ & Perſicæ flumen 631.655
Abi Iezidus, vulgò Bajazethes, Romanarum regionum antiſtes, juſtitiæ ſtudioſiſsimus 644 645. Ejus filii 645.646
Academiæ ſec. 15. inſtitutæ. Lipſienſis, Roſtochienſis 33. Lovanienſis, Grypswaldenſis, Baſileenſis, Ingolſtadienſis, Tubingenſis, Moguntina, Friburgenſis in Brysgovia 34
Academiarum, Pariſienſis cumprimis, creſcit authoritas 15.35.36.37
Academiæ Muhammedicæ 654.
Ægyptus Tamerlanis imperio ſubjicitur 628
Ahmedus, filius Arabſchæ author hiſtor. Timuri De ſcriptis ejus judicium 611 655.
Alcoranus, Muhammedanis regula eſt faciendorum & omittendorum 647.648
Aldus Manutius, Philologus inſignis, floruit ſeculo 15. 148
Alphonſus, Arragonum Rex, literas humaniores ab exilio revocat 159
Ambroſius Calepinus, Philologus celebris, floruit ſec. 15. 149
Andreas, Archiepiſcopus Craynenſis, & Cardinalis, floruit ſec. 15. Interfuit Conſilio Baſileenſi. Pronuntiator illius à Cæſare conſtitutus, ad Reformationem promovendam nullum non movit lapidem 347.& ſeq.
Inſtituti ſui fautores habuit Bernenſes 348. Baſileenſes 353
In negotio illo operam ipſi fide-

fideliter præſtitit Petrus Numagen, Trevirenſis, Notarius Cæſareus, & Sacellanus Tigurinus 357
Cùm autem res præter votum ei cecidiſſet, ipſe ſolicitè ſe excuſat, ib.
Commendat Cardin. à facundia, 355 à muneribus publicis, tum à Pontifice, tum ab Imperatore mandatis, 356. 357. Exprobrat tamen ei cerebrum læſum, & mentis ἀῤῥωςίαν. 356
Exhibet editiones, Archiepiſcopi Craynenſis nomine, à ſe factas, 360. & ſeq.
Editione prima Craynenſis inſtituti ſui rationem reddit, miſerum Eccleſiæ ſtatum: Papæ apoſtaſian deſcribit, tractandamque in Concilio materiam quatuor concluſionibus proponit 360. & ſeq.
Secunda, Cardinalis in Sixtum IV. invehitur, vitam, vocationem, & regimen ejus taxat, Papæque poteſtatem & judicium ἀνυπεύθυνον reſtringit 368 & ſeq.
Sed Henricus Inſtitoris, Inquiſitor per Germaniam, Cardinali ſe opponit, ejus conatum Epiſtolâ publicâ reprimit, ſummáque poteſtatem Papæ aſtruit 395. & ſeq.
Tertia, Archiepiſcop. Henrico Inſtitoris ita reſpondet, ut & Monachum, totumque Prædicatorum ordinem accuſet, hypocriſin ejus & malas artes detegat, & epiſtolam adverſarii ordine refutet 422. & ſeq.
Fridericus Imp. per literas Andream, qua authoritate, cujusve ope, conſilio, vel directione, propoſitum ſuum ſtabilire conetur, interrogat 555
Andreas reſponſoriis ſuis Imperatori inſinuat, quánti & ſua, & Imperatoris, & omnium bonorum interſit, ut Eccleſiæ refor-

matio inſtituatur; non Doctorum tantùm, ſed & Regum atque Principum, quin & univerſarum nationum aſſenſum ſignificat, & Imperatorem, ut inſtituto ſuo patrocinetur & Concilium, ad exemplum Sigismundi anteceſſoris defendat, hortatur atque obteſtatur 556 & ſeq.

Petrus de Kettenheim, Feldbacenſis Præpoſitus Craynéſem carcere compeſcendi veniam à Magiſtratu Baſil. poſtulat, ſed cùm nihil impetraret, fulmen vibrat cujus tamen, appellatione ad Papam objecta, nulla habebatur ratio 567

Mittitur ab Imperatore Baſileam Orator, Antonius Gratia Det, qui coram Senatu Baſileenſe narrat, primò, quomodo à Papa & Cæſare ad populum Baſileenſem Orator deſtinatus ſit 569

Secundò quid eum utriusque eorum mandato expetere oporteat 571

Tertio, quibus rationibus Baſileenſes Papæ & Imperatori teneantur obedire 572

Imperator, Epiſtola ad Craynenſem data, eum, ut fidem illis, quæ Orator Cæſareus & dicturus & acturus ſit, adhibeat, & pareat hortatur 573

Alia epiſtola ad Baſileenſes data Craynenſem accuſat, & in vincula conjici jubet 574. 575. 576

Antonius gratia Dei, graviſsimè in ipſum Craynenſem coram invehitur 576. Craynenſis reſpondet 578

Antonius reſponſum illius refutat 580

Oratores Papæ à Senatu Baſileenſi & petunt & impetrant, ut Craynenſis captivus detineatur 582. 583

Angelus Epiſcopus Sueſanenſis, Orator Papæ, cùm legatione ſua non ad nutum

tum Papæ fungeretur, Brevi publico Roma miſſo, inhibetur 583, 584. 585
Sueſanus anathema in Baſileenſes vibrat 593
Moritur Andreas Cardinalis ibid.
Andreas Epiſcopo Lauſanenſi exprobrat, quod hactenus Concilium non frequentarit 594; rei neceſsitatem 595. 596. 597 & officii rationem 600 poſtulare ſcribit, ut accedat. Refraganti comminatur pœnas graviſsimas 603
Antichriſtum venturum Pontificii fruſtra expectârunt, ſec. 15. 5. 6 7
Antoninus Archiepiſc. Florentinus. *Vide Theologia hiſtorica.*
Antonius Sabellicus hiſtoricus inſignis, floruit in Italia, ſec. 15. 148
Aves novæ in Europam advolant 10

B.

Bellum ſacrum, à quibus, contra quos, & qua ratione hoc ſeculo fuerit geſtum, in Muhammediſmo reperies.
Biblia pauperum Bonaventuræ edita, ſec. 15. 49
Bibliothecæ, ſec. 15. fundatę Vaticana 38. Carmelitanorum & Auguſtinianorum Londinenſium Archipalatina Heidelbergenſis 39. 42
Bohemia. Bohemicis Eccleſiis variæ à Diabolo ejusque inſtrumentis paratæ fuerunt inſidiæ 1028. à malis inteſtinis diſcordiis & ſchiſmatibus, Ibid. & ſeq.
Ab hoſtibus extraneis: Conciliorum enim authoritate iis ſilentium imponere voluerunt Patres & Conſtantienſes & Baſileenſes 1035
Excommunicationum fulmina in eosdem fuerunt vibrata 1039. Cruentis bellis fuerunt vexati 1040
Borhaneddinus, Cæſariæ & Saivaſi Princeps, vir do-

ctus,653. Martyrium ſubit 717.718
Borneddinus, Poëta inter Muhammed. celeberrimus 655
Braſilia ab Americo Veſputio detecta eſt 870. Braſilienſium ſuperſtitio 871 & ſeq.
Bruchi agrum Bernenſem infeſtantes ab Epiſcopo Lauſannenſe citantur, & abire jubentur, ſed irrito eventu 317.& ſeq.

C.

Calixtini ſeu Pſeudo Huſsitæ, qui fuerint 1028
Campanarũ pulſatio in meridie à Calixto Papa inſtituta 3
Canonizatorum numerus crevit indies 300
Ceudius, Deus quidam fictitius à Varræis invocatus 872
Cingari in Germaniam advolant 30. quid de eorum religione ſentiendum 32
Clerus Romanus. Ejus luxuria, 225. negligentia, 225.226. ignorantia 226 diſsidia præſulũ ob ampla pomœria & axioma exorta, 227 & ſeq. nimiæ pro obeundis ſacris exactiones 235. avaritia 238. vita ſcelerata & atheiſmo vicina, ib. Quæ ſecutus etiam fuit cleri contemptus 239
Clericorum nuptias probavit Paphnutius & poſt eum ſec. hoc 15. Petrus Numagen 521. VVilhelmus Albus 995. Pius II. ibid.
Cleri immunitates, & uſurpatam poteſtatem multi in ipſo Papatu ſeculo hoc taxabant 996. & ſeq.
Cœna Dominica. Patres Concilii Conſtantienſis poteſtatem ſibi arrogant id abrogandi in S. Cœna, quod à Chriſto fidelibus traditum, & à primitiva Eccleſia obſervatum fuerat 301. & ſeq.
Collegia ſec. 15. inſtituta. Salamanticum Oxonienſia

enſia 35
Cometæ 3.7
concilia
De authoritate Concilii ſupra Papam diſputatum fuit à multis ſec.15. 94
Conſtantienſe, propter Papas tres digladiantes inter ſe indictum 15.16
Schiſma ex Concilio Baſileenſi ortum tollitur à Friderico III.15.17. Concilium Baſileenſe commendatur ab Andrea 521
Concilium Baſilea, Ferrariam, indeque Florentiam vocatur 15.22.23. Concilio huic interfuit Iohannes Imperator Conſtantinop cum Epiſcopis & Presbyteris Græcis, qui tandem cum Latinis in plerisque, ſpecietenus tamen, conſentiunt 15.22 23.24 Conſenſum hunc ſequitur in Græcia ſumma Eccleſiarum confuſio & diſtractio 26
Concilium Piſanum, ad abolendum ſchiſma inſtituitur, ſec.5.208. ſed parum commodi hinc haurit Eccleſia 209
Perpiniani inſtituitur Concilium à Petro Luna 209
Ipſa Concilia reformationis Eccleſiæ neceſsitatem agnoverunt. 251.252
Eccleſiam per Concilium reformari non poſſe docet Henricus Inſtitoris, Inquiſitor per Germaniá, 413.414
Papam non ſubjacere ſtatutis Conciliorum, idem conatur probare 412.413.414
Quomodo Concilium poteſtatem habeat ſupra Papam, docet Andreas Archiepiſcopus Crayn. 448 & ſeq.
Concilia Soli comparantur ab Hieronymo 477
Concilium Romæ congregatũ authoritate Symmachi Papæ definiviſſe, negat Andreas Archiepiſcopus 484.485
Negat etiam ſolum Papam convocare debere Concilium 486.487

Con-

cinis Arabum, Perſarum, Indorum, &c. regnis nempe, IraKa Perſica, pag. 617. IraKa Arabica, pag. 625. India pag. 627. Ægypto, Syria, Aintabo, Halebo, Gaza 628. Rea 634. Schirhano, Luro, Germania pag. 635. Diarbecra, pag. 636. Diſta, p. 640. Romania, pag. 643. Eorundemque religione, pag. 646. & literatura, 653. 2. *Tractatio* ipſa, quæ vel *prolixior* eſt, vel *contractior*. *Illa* ſequentibus abſolvitur partibus A. De nomine Timuri ſeu Tamerlanis, pag. 656. B. Majoribus ejus, parentibus, patria, pag. 657. C. Vita, morte, & rebus geſtis, pag. 660. D. Statu Chriſtianorum ſub Timuro, pag. 759. *Hæc* verò brevem vitæ ejus σκιαγραφίαν exhibet, pag. 760. Cætera vide in Alphabetico Indice.

C.

Compendium Muhammediſmi.

Partes ejus ſunt V. I. De *religione*, quæ Aidaris & Iſmaelis Schach Schiſmate miſere fuit lacerata, p. 791. & publicis ſcriptis refutata, p. 797.

II. *De animo eorum in chriſtianos*, ubi certum eſt a. Chriſtianos cum Muhammedanis fœdere ſæpe coaluiſſe, pag. 798. b. Infames fuiſſe Chriſtianos perjurio pag. 798. & Idololatria, pag. 800. c. Sultanos de fide Chriſtiana edoctos, de rigore ſuo remiſiſſe: Vide Confeſsionem Gennadii Scholaris, pag.

pag.803.& deinc. d. Eoſdem, in Chriſtianos exacerbatos, graviſsimè eos afflixiſſe, p.814.

III. De *Apoſtaſia* quorundam Chriſtianorum Azembeci, Antonini de Ripolis, Trapezuntini Philoſophi p.815.

IV. De *regimine A. Turcarum* florentiſsimo, ſub a. Bajazethe. b. Solimano. c. Muhammede I. d. Morado, pag.820. e. Muhammede II. pag.821. Bajazethe II. pag.822. B. *Perſarum* ſub Tamerlanicis, in duas familias diſtributis, pag.823. C. *Arabum*, pag.825. V. De *ſucceſſu Turcarum in bellis*, ubi occurrit 1. Capta Conſtantinopolis, de qua p.827. 2. *Continuatio belli ſacri*, per Pontifices p.833. Principes ſeculares, præſertim Georgium Caſtriotum ſeu Scanderbegum, pag.836. Iohannem Huniad, pag.849. Venetos pag.839. Fridericum Imperatorem, & alios, Ib. cui aſsignatæ fuerunt decimæ, pag. 840. & alii reditus, quos extorſerunt Indulgentiis, p.841. viſionibus, p.843. Et quanquam feliciter ſæpe pugnârint Chriſtiani, Ib. obſtiterunt tamen ſucceſsibus eorum 1. Inteſtina diſsidia. 2. Φιληδονία: 3. Ambitio & avaritia, p.847. 4. Suſpicio Monarchiæ à Venetis tentandæ, pag. 848. 5. Pontificum malæ artes, Ib. 6. Syncretiſmus, p.849. 7. Perfidia: 8. Contemtus hoſtium, p.851. Vnde totà Turcis inflictæ clades, p.853.

D.

Compendium Gentiliſmi.

Habemus hoc loco converſionem *Samogetarum*

Eccleſia Occidentalis univerſa ſęc.15. vexata fuit variis diſsidiis de religione, 182.183.184. de regione 184.185.186. morum corruptione, 186. 187.188.190. hypocriſi 191. dogmatum mutatione, innovatione & abolitione 191. & ſeq.

Eccleſiæ Occidentalis caput fuit monſtroſum 197 Morbis graviſsimis affectum, ib. & ſequentibus, paratæ medicinæ faſtidioſum, 205. & ſequentibus. Cætera corporis hierarchici membra invaſit πώρωσις & ἀναισθησία 222 & ſeq. Nemo ferè fuit ſana mente præditus, qui miſerum Eccleſiæ ſtatum agnoſcens dubitarit, quin ſit reformandum 240 Reformationis inſtituendæ varia ſuppeditata fuerunt conſilia, & conquiſita ſubſidia, 241. & ſeq. ſed non erant illi ſufficientia: Plurimi enim, qui urgebant reformationem Eccleſiæ, de moribus potiùs corrigendis erant ſoliciti. quàm doctrina 253.254.

Plurimæ operi injiciuntur moræ Intolerabilia optimorum reformandi conatuum ſufflamina fuerunt ſequentia: Poteſtas Papæ αὐτοκρατορικὴ, qua omnia pro arbitrio diſpoſuit, 255.254. Imperium Eccleſiæ & Conciliis in Scripturam conceſſum, 310. Conſuetudo, 312. Hinc 1 Curia Romana nec expectari nec impetrari potuit vita purior 327. doctrina ſincerior, ibid. Miniſtrorum electio emendatior, 342. officii vel regula vel cura religioſior, 344. Et hinc quoque juſtiſsimę magnorum virorum querelæ & expoſtulationes, ibid.

Eclipſes Lunæ 15.2. Solis, 15.9. Earum effectus, 13

Eleemoſynæ tria genera narrantur

mis notorii Papiſtarum fuerunt errores, p.948 vel quod miraculis Deum in hoſtes ipſorum animadvertere crederent, Ib.

IV. In *Scholis* habuerunt 1. ſuos Rectores, pag. 950 & Rabbinos. p. 951. novo *Doctorum*, titulo ornatos, Ib. 2. Typographiam, p. 953. Theologos, Ib. Scholaſticos, p. 955.

F.

Compendium Συμβιβάσεως.

Exhibet hæc Συμβίβασις 1. Catalogum eorum qui Papæ reſtiterunt, p. 956. 2. Eos qui judicium ejus ἀνυπεύθυνον καὶ ἀναμάρτητον reſtrinxerunt, & cenſuræ ſubjecerunt, p. 665. 3. Conſenſum doctrinæ de Scriptura, p. 977. Iuſtificatione, p. 979. Indulgentiarum contemtu, p. 988. de Papa, p. 990. Cœlibatu, p. 995. Immunitate & inſolentia Cleri, p. 996. ubi acta Pii IV. & Sigismundi Archiducis Auſtriæ, 998. de Transſubſtantiatione, pag. 1021. 4. Continuationem VVicleſiſtarum, p. 1022. Huſſitarum, pag. 1025. quorum Hiſtoria prolixè pertexitur, & VValdenſium, 1049.

Sectio VII. de falſa Eccleſia pauca habet.

INDEX II.

Alphabeticus.

A.

Abdolazizus, Bagdadenſis, eloquentiæ Arabicæ & Perſicæ flumen 631.655

Abi Iezidus, vulgò Bajazethes, Romanarum regionum antiſtes, juſtitiæ ſtudioſiſsimus 644 645. Ejus filii 645.646

Academiæ ſec.15. inſtitutæ. Lipſienſis, Roſtochienſis 33. Lovanienſis, Grypswaldenſis, Baſileenſis, Ingolſtadienſis, Tubingenſis, Moguntina, Friburgenſis in Brysgovia 34

Academiarum, Pariſienſis cumprimis, creſcit authoritas 15.35.36.37

Academiæ Muhammedicæ 654.

Ægyptus Tamerlanis imperio ſubjicitur 628

Ahmedus, filius Arabſchæ author hiſtor. Timuri De ſcriptis ejus judicium 611 655.

Alcoranus, Muhammedanis regula eſt faciendorum & omittendorum 647.648

Aldus Manutius, Philologus inſignis, floruit ſeculo 15. 148

Alphonſus, Arragonum Rex, literas humaniores ab exilio revocat 159

Ambroſius Calepinus, Philologus celebris, floruit ſec.15. 149

Andreas, Archiepiſcopus Craynenſis, & Cardinalis, floruit ſec.15. Interfuit Conſilio Baſileenſi. Pronuntiator illius à Cæſare conſtitutus, ad Reformationem promovendam nullum non movit lapidem 347.& ſeq. Inſtituti ſui fautores habuit Bernenſes 348. Baſileenſes 353 In negotio illo operam ipſi fide-

fideliter præſtitit Petrus Numagen, Trevirenſis, Notarius Cæſareus, & Sacellanus Tigurinus 357
Cùm autem res præter votum ei cecidiſſet, ipſe ſolicitè ſe excuſat, ib.
Commendat Cardin. à facundia, 355 à muneribus publicis, tum à Pontifice, tum ab Imperatore mandatis, 356. 357. Exprobrat tamen ei cerebrum læſum, & mentis ἀῤῥωςίαν. 356
Exhibet editiones, Archiepiſcopi Craynenſis nomine, à ſe factas, 360. & ſeq.
Editione prima Craynenſis inſtituti ſui rationem reddit, miſerum Eccleſiæ ſtatum: Papæ apoſtaſian deſcribit, tractandamque in Concilio materiam quatuor concluſionibus proponit 360. & ſeq.
Secunda, Cardinalis in Sixtum IV. invehitur, vitam, vocationem, & regimen ejus taxat, Papæque poteſtatem & judicium ἀνυπεύθυνον reſtringit 368 & ſeq.
Sed Henricus Inſtitoris, Inquiſitor per Germaniam, Cardinali ſe opponit, ejus conatum Epiſtolâ publicâ reprimit, ſummáque poteſtatem Papæ aſtruit 395. & ſeq.
Tertia, Archiepiſcop. Henrico Inſtitoris ita reſpondet, ut & Monachum, totumque Prædicatorum ordinem accuſet, hypocriſin ejus & malas artes detegat, & epiſtolam adverſarii ordine refutet 422. & ſeq.
Fridericus Imp. per literas Andream, qua authoritate, cujusve ope, conſilio, vel directione, propoſitum ſuum ſtabilire conetur, interrogat 555
Andreas reſponſoriis ſuis Imperatori inſinuat, quáti & ſua, & Imperatoris, & omnium bonorum interſit, ut Eccleſiæ refor-

matio inſtituatur; non Doctorum tantùm, ſed & Regum atque Principum, quin & univerſarum nationum aſſenſum ſignificat, & Imperatorem, ut inſtituto ſuo patrocinetur & Concilium, ad exemplum Sigismundi anteceſſoris defendat, hortatur atque obteſtatur 556 & ſeq.

Petrus de Kettenheim, Feldbacenſis Præpoſitus Craynēſem carcere compeſcendi veniam à Magiſtratu Baſil. poſtulat, ſed cùm nihil impetraret, fulmen vibrat cujus tamen, appellatione ad Papam objecta, nulla habebatur ratio 567

Mittitur ab Imperatore Baſileam Orator, Antonius Gratia Det, qui coram Senatu Baſileenſe narrat, primò, quomodo à Papa & Cæſare ad populum Baſileenſem Orator deſtinatus ſit 569

Secundò quid eum utriusque eorum mandato expetere oporteat 571

Tertio, quibus rationibus Baſileenſes Papæ & Imperatori teneantur obedire 572

Imperator, Epiſtola ad Craynenſem data, eum, ut fidem illis, quæ Orator Cæſareus & dicturus & acturus ſit, adhibeat, & pareat hortatur 573

Alia epiſtola ad Baſileenſes data Craynenſem accuſat, & in vincula conjici jubet 574. 575. 576

Antonius gratia Dei, graviſsimè in ipſum Craynenſem coram invehitur 576. Craynenſis reſpondet 578

Antonius reſponſum illius refutat 580

Oratores Papæ à Senatu Baſileenſi & petunt & impetrant, ut Craynenſis captivus detineatur 582, 583

Angelus Epiſcopus Sueſanenſis, Orator Papæ, cùm legatione ſua non ad nutum

tum Papæ fungeretur, Brevi publico Roma miſſo, inhibetur 583, 584. 585
Sueſanus anathema in Baſileenſes vibrat 593
Moritur Andreas Cardinalis ibid.
Andreas Epiſcopo Lauſanenſi exprobrat, quod hactenus Concilium non frequentarit 594; rei neceſsitatem 595.596.597 & officii rationem 600 poſtulare ſcribit, ut accedat. Refraganti comminatur pœnas graviſsimas 603
Antichriſtum venturum Pontificii fruſtra expectârunt, ſec. 15. 567
Antoninus Archiepiſc. Florentinus. *Vide Theologia hiſtorica.*
Antonius Sabellicus hiſtoricus inſignis, floruit in Italia, ſec. 15. 148
Aves novæ in Europam advolant 10

B.

Bellum ſacrum, à quibus, contra quos, & qua ratione hoc ſeculo fuerit geſtum, in Muhammediſmo reperies.
Biblia pauperum Bonaventuræ edita, ſec. 15. 49
Bibliothecæ, ſec. 15. fundatę Vaticana 38. Carmelitanorum & Auguſtinianorum Londinenſium. Archipalatina Heidelbergenſis 39.42
Bohemia. Bohemicis Eccleſiis variæ à Diabolo ejusque inſtrumentis paratæ fuerunt inſidiæ 1028. à malis inteſtinis diſcordiis & ſchiſmatibus, Ibid. & ſeq.
Ab hoſtibus extraneis: Conciliorum enim authoritate iis ſilentium imponere voluerunt Patres & Conſtantienſes & Baſileenſes 1035
Excommunicationum fulmina in eosdem fuerunt vibrata 1039. Cruentis bellis fuerunt vexati 1040
Borhaneddinus, Cæſariæ & Saivaſi Princeps, vir do-

ctus,653. Martyrium ſubit 717.718
Borneddinus, Poëta inter Muhammed. celeberrimus 655
Braſilia ab Americo Veſputio detecta eſt 870. Braſilienſium ſuperſtitio 871 & ſeq.
Bruchi agrum Bernenſem infeſtantes ab Epiſcopo Lauſannenſe citantur, & abire jubentur, ſed irrito eventu 317.& ſeq.

C.

Calixtini ſeu Pſeudo Huſsitæ, qui fuerint 1028
Campanarū pulſatio in meridie à Calixto Papa inſtituta 3
Canonizatorum numerus crevit indies 300
Ceudius, Deus quidam fictitius à Varræis invocatus 872
Cingari in Germaniam advolant 30. quid de eorum religione ſentiendum 32
Clerus Romanus. Ejus luxuria, 225. negligentia, 225.226. ignorantia 226 diſsidia præſulū ob ampla pomœria & axioma exorta, 227 & ſeq. nimiæ pro obeundis ſacris exactiones 235. avaritia 238. vita ſcelerata & atheiſmo vicina, ib. Quæ ſecutus etiam fuit cleri contemptus 239
Clericorum nuptias probavit Paphnutius & poſt eum ſec. hoc 15. Petrus Numageri 521. VVilhelmus Albus 995. Pius II. ibid.
Cleri immunitates, & uſurpatam poteſtatem multi in ipſo Papatu ſeculo hoc taxabant 996.& ſeq.
Cœna Dominica. Patres Concilii Conſtamienſis poteſtatem ſibi arrogant id abrogandi in S. Cœna, quod à Chriſto fidelibus traditum, & à primitiva Eccleſia obſervatum fuerat 301.& ſeq.
Collegia ſec. 15. inſtituta. Salamanticum Oxonienſia

enſia 35
Cometæ 3.7
Concilia
De authoritate Concilii ſupra Papam diſputatum fuit à multis ſec.15. 94
Conſtantienſe, propter Papas tres digladiantes inter ſe, indictum 15.16
Schiſma ex Concilio Baſileenſi ortum tollitur à Friderico III. 15.17. Concilium Baſileenſe commendatur ab Andrea 521
Concilium Baſilea, Ferrariam, indeque Florentiam vocatur 15.22.23. Concilio huic interfuit Iohannes Imperator Conſtantinop. cum Epiſcopis & Presbyteris Græcis, qui tandem cum Latinis in plerisque, ſpecietenus tamen, conſentiunt 15.22 23.24. Conſenſum hunc ſequitur in Græcia ſumma Eccleſiarum confuſio & diſtractio 26
Concilium Piſanum, ad abolendum ſchiſma inſtituitur, ſec.5.208. ſed parum commodi hinc haurit Eccleſia 209
Perpiniani inſtituitur Concilium à Petro Luna 209
Ipſa Concilia reformationis Eccleſiæ neceſsitatem agnoverunt 251.252
Eccleſiam per Concilium reformari non poſſe docet Henricus Inſtitoris, Inquiſitor per Germaniá, 413.414
Papam non ſubjacere ſtatutis Conciliorum, idem conatur probare 412. 413.414
Quomodo Concilium poteſtatem habeat ſupra Papam, docet Andreas Archiepiſcopus Crayn. 448 & ſeq.
Concilia Soli comparantur ab Hieronymo 477
Concilium Romæ congregatũ authoritate Symmachi Papæ definiviſſe, negat Andreas Archiepiſcopus 484.485
Negat etiam ſolum Papam convocare debere Concilium 486.487

Con-

Conciliorum legitimorum authoritas Papæ autho ritati longè profertur, à Petro Numagen 468.469 & ſequentibus.
Conſtantinopolis, olim By zantium, capitur, & jugo Turcico ſubjicitur 13.14
Vrbis illius ſolutio ab obſidione, Timuro accepta ferenda eſt, 759. Expugnatur à Turcis 826
Conſtantinus XI. cognomine Draco, Imperator Orientis & Imperio & vita privatur à Muhammede II. 14
Coſmus Medices, patriæ, Muſarumq; pater, floruit ſec. 15. 159
Cyprus, inſula, Regnum hoc à Iohanne, Iacobo ex pellice filio, in monaſterium rejecto, traditur Ludovico, Sabaudo, 816. ſed à Sultano Ægyptio eidem reſtituitur 817.818

D.

Dalburgius, Epiſcopus VVormatienſis, & Cancellarius Palatinus, Theolog. & Philoſ. floruit ſec. 15. 43
Degnai. Sic Turcarum Antichriſtus à noſtris appellatur: ſed malè 607
Diarbexra, qua ratione in poteſtatem Timuri redacta 636.637.695
Diſta, quæ & Kaphghaka, & Diſt Birxa dicitur, Timuro traditur, 640. Islamiſmum amplectitur 647

E.

Eccleſia.
Eccleſia Græca. Ejus facies ſqualida fuit, falſis dogmatibus adulterata 15.19 20.21
Ceremoniis ſuperſtitioſis conſpurcata 21
hypocriſi & inconſtantia Antiſtitum defœdata ib.
Simoniæ labe notata 27. A receptis tamen quibusdam dogmatibus orthodoxis recedere noluit 28.
Huſsitis fraternitatis teſſeram offert 29

Eccle-

de quibus pag.856.& deinc.& *Indorum*, qui & *Feri*, p.892.ubi expendendæ.1.Inſulæ novæ repertæ a. per Luſitanos,p,859. b.Chriſtophorum Columbum,pag.869. c.Americum Veſputium,pag.870. 2. Idololatria Americanorum, p.871. 3. Impedimenta propagandi Chriſtianiſmi a.quòd Papæ major quàm Chriſti habita fuerit ratio,p.886 890. b Avaritia,p.888.c. Ignorantia Dialectorum Indicarum,p.908. d. Hiſpanorum tyrannis, pag.907. Morum pravitas,Ib. 4. Cauſæ impellentes externæ recipiendorum ſacrorum Chriſtianorum: a. Tyrannis Procerum.p.896. b.Harmonia ceremoniarum,p.901.

E.

Compendium Judaiſmi.

Occurrit I. *Politia* proſtrata. Nam Iudæi à.notis ab aliis diſtinguuntur, p.909. b. Ne tolerentur ab aliis rationibus agitur,p.910.c.Expelluntur Hiſpania,pag.913. Vngaria,916, Polonia,917.Italia,Ib. Germania,931.Portugallia,932.

II. *Eccleſia*,ſeu *Synagoga*, quæ damnat a. Saducæos,p.932. & Chriſtianos, p.037. b. Deluditur tamen Pſeudo Meſsia, pag 934. & jacturam facit multorum membrorum,p 933.

III. *Leges* de tolerantia Iudæorum; pag.942.à Pontificiis ſrnliuntur,ſed ſpe converſionis eorum, quam conceperant ſæpe,exciderunt; vel quòd ni-

mis

rantur,ex Albino 512
Epiſcopatus potius officii nomen eſt quàm dignitatis 495
Eraſmus Roterodamus florere cœpit ſec. 15. 148
Excommunicatus alios excommunicare nō poteſt. Sic docet Petrus de Numagen 544

F.

Feſtum Viſitationis & conceptionis Mariæ, à Concilio Baſileenſi inſtituitur & confirmatur. 329
Franciſcus Zabarella, Patavinus Ictus, Cardinalis floruit ſec. 15. 144
Funera Orientalium qua ratione celebrentur 747

G.

Gallica lues homines inficere cœpit, ſec. 15. 9
Gaza, Tamerlanis jugo ſubjicitur 628
Gennadius Scholaris Theol. Græcus juſſu Mehmeti Regis Turc. Patriarcha Conſtantinop. creatur, 803. Confeſsionis, illius articuli 807
Gingis-Chaniſmus, à Gingis Chano dictus 605
ſuperſtitio eſt longè lateque patens 605.606
ex Islamiſmo mutuata & interpolata 606.607
eidem tamen exoſa & infeſta, 607.608. cum ipſo Tamerlanis imperio creſcere, & honorata eſſe cæpit 608.609

H.

Haminameddinus, Isphahanenſis, vitæ innocentiâ celebris 654
Hieronymus Savanorola. Vide Theologia practica.
Hiſtoria. Studium hiſtoricum, ſec. 15. excultum fuit à Ioh. Franciſco Poggio Florentino, 147. Laurentio Valla, Anthonio Sabellico, Iacobo Bergomenſe, Iohanne Nauclero, Iohanne Trithemio, Alberto Kranzio, Iohanne

ne Aventino, Raphaele Volaterrano, 148. Blondio Flavio, Bartholomæo Platina, Froſſardo 149
Hoſeinus, Balchi Rex à Timuro trucidatur 667
Humfredus; Gloceſtriȩ dux, literarum & literatorum fautor, vixit ſec. 15,159
Huſs, Huſsitæ.
An Huſſus contra datam fidem ad ſupplicium fuerit raptus 1052. & ſequentibus.
Huſsitæ ſeculo hoc ſua habuerunt incrementa 1025 & ſeq. Dogmatibus proximè acceſſerunt VValdenſibus 1026
Huſsiticum bellum. Vide Bohemia.
Ipſis fatentibus Pontificiis, ſecta hac nulla latiùs fuit graſſata 1059. & ſequentibus.

I.

Iacobitæ Romanis accedunt 15. 27
Idacu, vir eruditione & militari dexteritate clarus, Diſtam gubernat 642. 643.655
Imperium, Imperatores.
Imperium orientale, ipſa orientalium culpa, cadit ſub Conſtantino XI. 15. 14
Imperatores Occidentis ſec. 15
I. Robertus, Elector Palat. ſec. 15.
II. Sigismundus, Hung. & Bohem. Rex 16
III. Albertus Auſtriacus 16
IV. Fridericus III. 17
V. Maximilianus 17
India, Indi.
Exactis inter Sultanos diſſidiis, Timurus Indorum regno potitur, 627.628. 700. & ſeq.
India, antea Europæis incognita invenitur & detegitur per Luſitanos 859 & ſeq. per Chriſtophorum Columbum, Ligurem 869. Americum Veſputium 870.871
Incolarum Inſularum Fortunatarum ſeu Canariarum

rum

rum mores, 869. Superſtitiones Braſilienſium, 871.& ſeq.
Chiandrum, 874. Guacavilcarum, 875. Mechoacanorum, ibid. Peruanorum 874 876.& ſeq. Mexicanorum 878.879
Indorũ ſácrificia 883.884 899.900
Clerici apud Indos converſos, eorumque officia & ſtipendia 886.887.888
In horum converſione major Papæ & Pluti quàm Chriſti habita fuit ratio, 886.& ſequentibus.
Brutalitatis Indorum quatuor ſpecies 892.893
Cauſa converſionis Indorum προκαταρκτικὴ fuit Regum Tyrannis 896 897
Peruanorum templa 897. Granaria ibid.
Indi dogmatum quorundam affinitate pellecti Papiſmo nomen dedere 901 & ſeq. Ceremoniam quandam theatricam habent Miſſa, à non multùm abludentem, ibid. Habent & confeſsionem auricularẽ 903.904. Obſtacula converſionis Indorum plura commemorantur, quàm quæ aut hyperbolicis eorum recenſionibus conciliari, aut ſubſiſtere cum iis queant 904.905 906 907.908
Indulgentiæ Romanæ Reformationem non parum impediunt 294 & ſeq.
Jnger/vermium genus. Vide Bruchi.
Inundationes variæ 15.11
Invocatio Sanctorum incrementa ſua habuit ſec. 15. 334
Iohannes Camerarius, Conſiliarius Palatinus, floruit ſec.14. 40
Iohannes Gerſon, Cancellarius Pariſ. Theologiæ Catecheticæ author 60. Paulo liberius Reformationem urgens domo, patria, dignitatibus à Pontifice ſpoliatur 345
Iohannes Galeazius, Mediolanenſium Dux, ſummus lite-

literarum & literatorum fautor, vixit ſec. 15. 159
Iohannes Nauclerus, Præpoſitus Tubingenſis, floruit ſec. 15. 148
Irakæ Babylonicæ, ſeu Perſicæ Domini ſec. 15. 618. & ſeq.
IrakæArabicæDomini 625
Iubilæi Romani myſteria Chriſtianiſmi obſcurarunt 295
Iudæi, Iudaiſmus.
Iudæi ſeculo hoc 15. Meſſiam mox venturum expectarunt 5,6.7
Certis characteribus fuerunt notati 909
Chriſtiani qui Iudæos tolerarunt, in offenſam aliorum incurrerũt 909.910
In Iudæos vel ſcelerum inſimulatos & convictos, vel à Chriſtianiſmo alienos graviter animadverſum fuit in Hiſpania 913 Vngaria 915. Polonia, 917. Italia, ib. Germania, 931. Portugallia, ib.
Avitam ſuperſtitionem contra Sadducæos, ſeu Karræos, & Chriſtianos ſcriptis defendere conati ſunt 933
Pſeudo Meſsiæ ſpe rurſus turpiter deluduntur 934
Magnus Iudæorum numerus ad Chriſtum convertitur 935, & ſeq.
Variæ leges de Iudæorum inſtitutione, tolerantia, & converſione fuerunt latæ, 942.
Graviter, divina vindicta, in perſecutores ſuos ſec. hoc fuiſſe animadverſum, Iudæi ſpargunt 948
In Scholis ſeculo hoc ſuos hinc inde habuerunt Rectores, 950. Rabbinos, 951. Qui inter hos doctrinę laude excelluerunt, nomen Doctorum obtinuerunt 951.952. Non defuerunt illis Chalcographi, 953. Prodierunt hoc ſeculo varia ſcripta Theologico Philoſophica, vel Scholaſtica potiùs 953, 954.955. Scholaſticum diſputandi genus irrepſit in Peruſchim, ſeu explica-

tiones ſcripturæ Iudaicas 855.
Ius, tum Civile, tum Canonicum floruit ſec. 15.
Celebres in ea facultate ante alios, tum fuerunt, ſequentes, Franciſcus Zabarella, Patavinus, Nicolaus Siculus, Archiepiſcopus Panormitanus, Chriſtophorus Comes Caſtalionenſis, Iohannes & Alexander de Imola, Paulus de Caſtro, Ludovicus Pontanus Roman, Huldricus Zaſius, Angelus de Aretio, Dominicus de ſancto Geminiano 144. 145
Baldus, Raphaeles bini, Fulgoſius. Comenſis, Segnorolus Amedeus 160
Iusjurandum. Magna ejus apud Muhammedanos eſt religio 650
Iuſtificatio. Articulum hunc multi in ipſo Papatu ſeculo hoc ſobriè & ſolidè explicuerunt. 979. & ſeq.

K.

Kermaniæ Reges ante ſubjugationem Tamerlanicam. 635

L.

Laurentius Valla, Philoſ. & hiſtoricus inſignis floruit ſec. 15. 148
Locuſtarum ingens copia, 15. 9
Lucas Evang. De illius reliquiis dimicatum fuit, ſec. 15. 108. & ſeq.
Linguæ.
Linguarum ſtudium revocatum atque reſtitutum fuit ſec. 15. 150. Hebrææ à Iohanne Capnione ſeu Reuchlino, in Germania ibid. Iohanne Hayntone, 151. Laurentio Holbeke in Anglia 150
Græcæ, itidem à Capnione, 151. 152. 153. Emanuele Chryſolora, Byzantio. 163
Latinæ, à Iohanne Phrea, Londinenſe, 153. Laurentio

tio Valla, Eraſmo Roterodamo, Nicolao Berotto, Pomponio Læto, Angelo Politiano 154. 155

M.

Manzur, Schah - Manzur, Princeps Perſicus, Isphahani dominus, heros inſignis 619. Ejus geſta, 620. & ſeq. Mors 624

Maria, B. Virgo θεοτόκος. De annulo ejus pronubo, graviter fuit dimicatum, ſec. 15. 129 & ſeq.

Martyres aliquot Muſelmanni recenſentur 718 5

Matheſeos ſtudium floruit ſec. 15. 146, Ejus cultores fuerunt Georgius Purbachius, Iohannes Virtungus, Iohannes Stofflerus, Guilielmus Batecumbe, Guilielmus Botoner 147

Mavaranahara, regio. Ejus deſcriptio 658. 659

Mecca. Ejus honorifica ſemper fit mentio apud authores Muhammedanos 648

Medicina ſuos quoq; habuit cultores ſec. 15

Celebriores ſunt Iohannes Kent 149

Nicolaus Hoſtres ham 150

Marſilius à ſancta Sophia, Syllanus Niger, Antonius Vacca 160

Miracula. Miracula ſuę quisque libidini & ſententiæ ſervire coegit 263. & ſeq.

Illi etiam, qui ſchiſmaticorum & hæreticorum loco habiti fuerunt, miraculorum & ſanctitatis laudem ſibi vindicarunt 274. 275

Græci miraculis ſuam contra Muhammedanos probarunt Religionem 275. 276

Miraculis agebatur pro Miſſa 205. Pro cultu & adoratione B. Virginis, ibid. Pro cultu imaginum 288 Pro Sanctorum immoderato honore & veneratione 288. 289. Pro reliquiarum cultu 289, 290 291

Monachi inprimis hac πιερτώδη θεολογία e-

gregiè poterant uti 391. & ſeq.
Muhammedani de miraculis parùm ſunt ſoliciti 649
Miſſa quid habeat ἄγραφον, docet Iohannes de Raguſio Dominicanus, 195

Monachi, Monachatus.

Monachatus ſec. 15. infamis fuit dominandi libidine 161. fraude 163. rapacitate 166. ſuperbia, ibid. diſciplina luxata & laxata 166. 167. & ſeq. Publicis etiam ſcriptis fuit exagitatus 173. Suos tamen ſemper ar habuit fautores, quorum opera inſtituti fuer nt novi ordines, nempe.
Ordo Montolivetenſium 174.
Canonicorũ S. Georgii de Alga
Mendicantium Hieronymi
Minimorum Iesu Mariæ
Pœnitentiũ Mulierũ
Tertii ordinis, ſeu de pœnitentia S. Dominici
Congregatio, ſeu ſocietas nominis Ieſu } 175
Ordines quidam in partes dividuntur, Auguſtiniani in Seculares & Regulares, ibid,
Minoritæ in fratres obſervationis & à Conventu 177. Carmelitæ in obſervantes & non obſervantes ibid.
Novæ ſodalitates inſtitutæ ibid. Sodalitas B. Virginis, ibid, Roſarii ſodalitas reſtituta 177. 178
Ordines Monaſtici honoribus, privilegiis & divitiis aucti ſunt ſec. 15. 278. 179
Hinc ſuperſtitio ſua quoq; habuit incrementa 179 180. & Eccleſiaſticorum bonorum abuſus 180. 181
Monachi περιῳδίας θεολογίας methodo compendioſè uti potuerunt

291.& ſeq.
Monachus quoque ſuos habent Mexicani, Eorum ſuperſtitio 882.883
Monſtra marina 1011
Moreh vel Morenu. Ita appellari ſeculo hoc cœperunt Doctores Iudæorum celebriores 952

Muhammed, Muhammediſmus, vel Islamiſmus.

Islamiſmus ſeculo hoc 15. graviter quidam fuit vexatus, 646. Sua tamen habuit incrementa 647
Alcoranus Muhammedanis regula eſt faciendorum & omittendorum, 648
Autores Muhammedici in commendando Pſeudopropheta ſuo valde fuerunt hyperbolici, 648. 649
Iurisjurandi apud Muhammedanos magna ſemper fuit religio 650
Muhammedanorũ dogmata 650.651.652
Muhammedani mœchos & ſcortatores vita privabant 651
Principes eorum vitam pro regione & religione profundere erant parati, 652
Peregrinationibus religioſis ſuperſtitiose fungebantur ib.
Pro patria & religione occumbentes Martyres ab ipſis vocantur ib.
Studia ſec. 15. non prorſus à Muhammedanis fuerunt neglecta ib.
Nullum ſtudiorum genus eſt, quod ſeculo illo, à viris inter hos magnis non ſatis fuerit excultum 653
Viri aliquot inter Muhammedanos eruditi recenſentur 655
Muhammediſmus ſeculo hoc 15 Aidaris & Iſmaelis Schah ſchiſmate miſere fuit vexatus, 771.& ſeq.
Impia Muhammedis dogmata à Chriſtianis in apricum prolata, 796. & oppugnata fuerunt, 797. 798. Muhammedani variis cladibus afficiunt

Chriſtianos, infames perjurio, 798. & ſeq. & idololatria 800
Sultan Mahmet Turcar. Conſtantinopolin expugnans, confeſsione Gennadii Patriarchæ placatur, 802. & ſeq. Capita illius confeſsionis 807
Apoſtatæ quidam tranſeunt in caſtra Turcarum. Acembecus, Teuto, & Antonius de Ripolis, 814. 815
Alii contrà, abjecto Muhammediſmo, Chriſtianorum amplexi ſunt ſacra 815
Muhammedani quidam conjugio ſibi deſponſatas voluerunt Chriſtianorum filias ib. &c.
Muhammedani alta ſemper mente repoſtas tenuerunt clades à Francis illatas, 8. Acta Sultani cum Iacobo Cypri Rege, ibid.
Ad Turcici Imperii gubernacula hoc ſeculo ſederunt. 1. Bajazetes. 2. Solimanus. 3. Muhammed I. 4. Moradus ſeu Amurathes. 5. Ma..omedes, ſive Muhammed II. 6. Bajazetes II. 820. 821. 822
Reſpublica vel inter multas familias fuit diſtracta, vel penè abolita tam apud Perſas, 813. 824. quorum Reges recenſentur è a milia Kara Kuyonl u, 54 nec non è familia Axuyonlu, 825. quàm apud Arabes
Totum Orientis Imperium Græcorum, Turcis ceſsit, ipſa etiam ſede Imperii, Conſtantinopoli expugnata, 826. Chriſtiani indignè à Turcis fuerunt tractati 827. & ſeq.
Turcis ſe oppoſuerunt ex Pontificibus Alexander V. Nicolaus V. Paulus II. Sixtus IV. Calixtus III. 833. Pius II. 834. 835. Ex Principibusq; Georgius Caſtriotus, Epiri & Albaniæ Dux, vulgo Scanderbeg, 836. 837. Iohannes Hunniad, Matthiæ Regis Vnga-

Vngariæ pater, 837. Veneti, 839. Dux Mediolanenſis, ib. Fridericus Roman. Imper. & Carolus Burgundiæ Dux, ibid.
Chriſtophorus Daciæ, Norwegiæ & Sueciǫ Rex, ibid. Gallorum Rex, 840. Perſiæ Rex, ibid. Ferdinandus, Arragonum & Siliciǫ Rex, ibid. Nervum belli hujus ſacri ſuppeditat Alexander VI. ib. Rationes quibus commendata fuit militia ſacra adverſus Turcas, 841. 842. Hiſpanorum adverſus Mauros conatus hoc ſeculo admodum fuere felices, 843. 844. ut & Europæorum per Hungaros finium defenſio, 846.
Belli ſacri adverſus Muhammedanos obſtacula, 847. 848
Felicibus hujus belli ſucceſſibus obſtitit diſsidium Principum Chriſtianorum, φιλνδ[illegible]ονία, ambitio & avaritia, 847. Pontificum artes, ſuſpicio Monarchiæ à Venetis tentandæ, 848. Syncretiſmus, 849. Contemptus hoſtium, 851. Hinc dilatata Turcarum pomœria, 853. & clades aliquot Chriſtianis inflictæ, ibid.
Muhammed Ben Motſeri, Perſarum Rex, 618. Ejus filii 619
Muſica inter Muſelmannos quoq; ſec. 15. ſuos habuit cultores 655. 656

N.

Nicolaus Clemangis, Archidiaconus Bajocenſis. Doctor Pariſ. conqueſtus de miſero Eccleſ. Occident. ſtatu 242

O.

Oratoria floruit ſec. 15. Excelluerunt in hoc Angelus Politianus, & Æneas Sylvius, poſtea Pius II. 147. Georgius Trapezontius. Philippus Calimachus, 149. Iohannes Blakenay 150

P.

Papa. Vide *Pontifices Romani.*

Perjurii pœnas luunt Chriſtiani 798.799

Peſtis ingens, 15. 9.12

Petrus de Aliaco, Cardinalis Cameracenſis: capita conſiderationum illius de reformatione Eccleſiæ 243 244

Philologia ſec. 15. ſuos habuit cultores, Æneam Sylvium, Angelum Politianum, 147. Iohannem Picum, comitem de Mirandula, Laurentiũ Vallam, Eraſmum Roterodamũ, Aldum Manutium, Petrum Crinitum, Iovianum Pontanum, 148. Ambroſium Calepinum, Philippum Calimachum 149

Philoſophia ſtudia quæ fuerint ſec. 15. 146. à quibus fuerit reformata ib.

Pontifices Romani.

Pontifices tres inter ſe digladiantur in diverſis locis reſidentes, Benedictus III Avinioni, Iohannes XXIII. Bononiæ, Gregorius VII. Arimini 16

Nicolaus V. ſeculo 15. primus literarum humanitatis, & eloquentiæ, linguarumq; ſtudium reſtituit, 157. Nec non Alexander V. 160

At Paulus II. alio fuit in literas animo, 158.

Ipſa nonunquam Pontificum electio fuit vel violenta, vel incerta 197.198

φιλοτιμία eorum, vel ignavia, tyrannorum libidini omnia expoſuit 198

Vita quorundam plena fuit ſcandali, ib. Iohannis XXIV. 198.199

Simonia Pontificibus ſeculo hoc fuit trita 199

Pompa illorum multos ἐκ τῶν οἰκείων offendit, 202.203

Fidem ne in externis quidem ſervârunt 203

Armorum ſtudium ſacrorum curam excuſsit multis, ib.

Libi-

Libidinis teſtes reliquerunt nothos multo munere cumulatiſsimos 204
Ἄσπονδοι ſunt 204.205
Schiſmata ſeculo hoc inter Pontifices orta Eccleſiam mirum in modum vexarunt 205.& ſeq.
Imperatores, Reges & Principes operam navant ut ſchiſmati finis imponatur 207.208.
Alexander V. eligitur Pontifex in Concilio Piſano, 210
Iohannes XXII. Gregogorius XII. & Benedictus XIII. à Pontificatu removentur in Concilio Conſtantienſi 212.218
His dejectis Martinus V. in eodem Concilio Pontifex eligitur 218
Eugenius IV. à Patribus Concilii Baſileenſis dejicitur, inq; ejus locum Amadeus Sabaudiæ Dux creatur, Felix IV. appellatus 220.221
Amadeus ceſsit Nicolao V. 221.
Paulus II. homo inconſtans & Epicureus, ib.
Poteſtate quadam αὐτοκρατορικῇ divinis & humanis inſultantes legibus pro arbitrio omnia diſponunt 294
Nummo addixerunt remiſsionem peccatorum, & copiam fecerunt diebus prohibitis veſcendi lacticiniis 305
Ferro flammaque utrumq; gladium ſibi rapuerunt, 306
Papalis dignitas ex praxi ſec. 15. fulcra ſua habuit, 336
Sixti IV. vita, vocatio & regimen taxantur ab Andrea, Archiep. Craynenſi 368.& ſeq. Defenduntur ab Henrico Inſtitoris, 409.& ſeq.
papæ poteſtas, & judicium ἀνυπεύθυνον reſtringitur ab Andrea Archiep. Craynenſi 377.& ſeq.
Papam à nemine poſſe judicari, probare conatur

Henricus Inſtitoris, frater And. prædicatorum, Inquiſitor per Germaniam 399.400 fatetur tamen eum poſſe peccare, 401
Et rurſus, Concilium, vel Synodum, ſententiam depoſitionis in eum proferre poſſe, negat 402.403
Quo modo cum Papa procedendum ſit, & qua ratione incorrigibilis dici poſſit, docet 404
Sixti IV. opera quædam laudabilia recenſentur ab eodem 409.410.411
Idem docet, Papam non ſubjacere ſtatutis Concilii 442.413 414 nec committere poſſe Simoniam, certis reſpectibus, 416. nec appellationẽ dari à Papa ad Deum. 418. appellare à Papa ad Eccleſiam univerſalem, hæreticorum eſſe, ibid.
De Papa *Andreas Archiep.* docet: Eum nõ poſſe dici caput Eccleſiæ, 455. poteſtatem ſummam excellentius eſſe in Eccleſia, quàm in Papa 457
Papæ authoritatem dependere à Concilio 472. quomodo Papa accuſatus teneatur ſe purgare, & quomodo non teneatur 481
Papam judicari poſſe à Concilio, fraternæq; correctioni, & ſubjectum eſſe Concilio 501.502
Sixtum IV. non contra Turcam, ſed pro Turca fuiſſe, aſſerit 511
Papam non poſſe tantum committere crimen Simoniæ, ſed ipſo facto etiam illud à Sixto IV. eſſe commiſſum 225
Papam non poſſe ligare Eccleſiam, Eccleſiam verò ligare poſſe Papam, 544
Non obediendũ eſſe mandato Papæ injuſto. Sic ex Innocent. docet Petrus Numagen 381
Papæ ſe oppoſuerunt Reges atque Principes, cum univerſis nationibus 956 & ſeq.
Ejus judicio ἀνυπεύθυνος, &

& poteſtati ἀυτοκρατορικῇ reſtiterunt Concilia, Reges, Principes, Magiſtratus, quin & ipſi ejus domeſtici, 965. & ſeq. Ex iisdem nonnulli ipſa etiam dogmata, Pontificia autoritate ſtabilita, convellere non dubitarunt 977

Papæ & nomen, & privilegia, & officium, & uſurpata poteſtas, & ipſi etiam proventus ſeu red itus variè ſeculo hoc fuerunt oppugnata 990. & ſeq

Poëſis ſec. 15. exculta fuit à Baptiſta Spagnolo Mantuano, Conrado Celte, Franciſco Philepho, Matthæo Siculo, Galfrido Chaucero, Nicolao Rentone, 149. Iohanne Govero, Thoma Ockleve, Iohanne Seguarde, Iohonne Lydgate 150; A Muhammedanis quoq; ſeculo ſuprà dicto, fuit exculta 655

Prædicatorum inſcitia & malitia taxatur ab Andrea Archiepiſcop. Craynenſi, 429. 430

R.

Reformatio Eccleſiæ. Vide Eccleſia.

Reliquiæ variæ inventæ ſec. 15. 329. illarum cultus Eccleſiam mirum in modum infeſtat 107. & ſeq. Hiſtoria reliquiarum à furibus ex Monaſterio B. V. Eremitarum, ablatarũ & Tiguri relictarum, 142 143

Rodolphus Agricola Groninganus, Theol. & Philol. Conſiliarius Palatinus, floruit ſec. 15. 40

Romanæ, ſeu Rumanæ regiones quæ dicantur 643. 644. & qua ratione Tamerlano ceſſerint 644. 645. 646

S.

Sacramentorum doctrina ſec. 15. varie mutata & mutilata, nullam vel Papæ,

pæ vel Conciliorum autoritate κατάρτισιν conſecuta fuit 338
Samarκanda, urbs Mavaraaharæ Tamerlanis obſequio devota, 608. Sedes Imperii ejus conſtituitur, 667. Ejusdem amplitudo, tractus, & majeſtas, 670. 671.
Samogetæ. Eorum ſuperſtitio, 856. Convertuntur ad fidem Chriſtianam opera Vladislai Regis 858. 859.
Scanderbeg, aliàs Georgius Caſtriotus, Epiri & Albaniæ Dux, in aula Turcica quidem educatus, Turcarum tamen pòſt hoſtis extitit infenſiſsimus 836. 837.
Scheich Oorian, Perſa, annum trecenteſimũ quinquageſimum attigit 780
Scholæ ſec. 15. fundatæ. Monaſterienſis, 34. S. Andreana in Scotia. ib.
Scriptura Sancta. Ejus auctoritatem dependere ab Eccleſia, plerisque adhuc Curiæ Romanæ aſſeclis placuit ſec. 15. 327
Seid Muhammed, aliàs Muhammed Sarbedal, Sarbedalitarum πράγματι dedit originem 676
A Timuro de Choraſana occupanda conſulitur, 677
Simonia, Crimen hoc committi poſſe à Papa affirmat Andreas Archiepiſc. Crayn. 525
Negat Henr. Inſtitoris 416
Simoniam vitium hæreſibus quibuscunque deteſtandis deterius eſſe, docet Petrus Numagen, 528 532. 533.
Soles tres videntur in cœlo, Sec. 15. 12.
Superſtitio ſua habuit fomenta ſec. 15. 329
Syria, à quibus ante Tamerlanum fuerit adminiſtrata, 628
A Tamerlane expugnatur, 703. & ſeq.

T.

Taboritæ. Eorum dogma-

ta & acta, 1028. & ſeq.
Talmud. Hoc adhuc ſeculo 15. Iudæis fuit curæ 954
Thomas de Kempis. Vide Theologia practica.
Timurus aliâs *Tamerlanes.* Tartarorum Rex.
À Muhammedanis ignominioſiſsimis appellatur nominibus, 607.608. Brevis atq; compendioſa ejus proſopographia, 760 761
Ejus nomen, 656. Avus, 657. Avia. ib. Patria, 658. Nativitas 659. Educatio, 660. Totius vitæ curſus, ib, & ſeq.
Adoleſcentiam ſuam toleravit furtis, 660. Cura equorum, ibid Rebellione & regionis immodica affectatione, 661. & ſeq.
Imperium illius quibus conſtiterit initiis, 662
Conjugem luminis uſura privat. ib. Ejus conſiliarii, ibid. Imperii limites ampliaturus initium fecit à tractibus Segeſtanæ 664
Prima ejus molimina plena periculi 665
In poteſtatam ſuam Mavaranaharæ ditionem redigit, 667.670. Samarkandam, ib. Balachſchanum, ibid. Choraſanam regionem, 669 677.679. Chorazmiam, 672.682. Hariam, 675. Segeſtanâ, 676. Mazandranam, 683.684. Babyloniam Arabicam, 682.683 684. Kermaniâ 684 Iezdam ib. Iſphahanum 685 686 Schirazi & Irakæ Barbarorum Regem 680
Magolorum & Gerharum Regem in partes ſuas trahit 666.687.688
Principes quidam Choraſanæ, Perſiæ ſeu Irakæ Barbarorum, & Mazandranæ adverſus illum conſpirantes, è medio tolluntur 688
Perſiam adortus, univerſæ ſtirpi regiæ interitum attulit 689
Mazandrani regni principes tum ſupplicio, tum exilio

exilio mulctat 698.690
In Arabiam movet 691
Sultanum Ahmed, Bagdadi Regulum in prælio vincit ibid.
Lurum, provinciam, ſubjugat 692
Hamadanum bello tentaturus, ingenti λύτρῳ placatur, ibid. Tebrizam expilat 693. Collem Negha, ſeu ſalutis deditione capit 694, Expilat Mauzolam, Raſainū, Roham, 695. Adrebighanam, Edeſſam 696. Syriæ quidā Toparchæ Timuro reſiſtunt 696.697.698.999
Indorum regnum in poteſtatem ſuam redigit 700 701. 702. In Syriam rediens 708. Saivaſum occupat 703. Caſtellum Halebenſe, Malatiam, Ainrabū 704. Halebum, 706. Damaſcum 706, 707.713. Variis quæſtionibus doctorū Syrorum explorat acumen, 708. 709, preces ſumma devotione fundit 711
In Ægyptum movet 716
Hamatham expoliat 715
Emiſſam occupat 716
Incolæ Heliopolitani patrocinium Timuri ſupplices rogantes, parum proficiunt 717, Sultani Ægyptiorum ducis exercitum fugat 719. Arcem Damaſcenam expugnat 724. Theologos Muſelmannos initio quidem humaniſsimè excipit 712 poſtea verò indigniſsimè tractat 725
Periros artifices Damaſco Samarkandam abire jubet 726
Maredinam funditus evertit 727. Bagdadum refer-ſus illam devaſtat 727. 728.729. Romanis, ſeu Romæis rurſus bellum infert 729. Othmanidem aggreditur 729.731. Arcem Camaſch occupat, 732. Et obſidionem Conſtantinopolitanam ſolvit 733. Othmanidem prælio vincit 735. Beroſam expugnat, ibid. Ezmiro po-

potitur 736. Tartarorum Imperatoribus perſuadet ut patria relicta eum ſequantur 738
Expugnat duo Caraghæorum præſidia firmiſsima, Karaghum, 739. 740. & Calcurcitum 40. Samarkandam redit 741
Omnibus in Regno ſuo diſpoſitis, Rempubl. adminiſtrat 742
Nepoti ſuo Vlugbeco nuptias parat 742
Alladadum Chatæorum Provinciæ moderatorem perſecuturus 744. in itinere moritur 745
Succeſſorem habuit Sultanum Chalilum, nepotem ſuum 746
Regno illius initia Barnadekus quidam turbat 747
Funus Timuri 747. Principes quidam jugum obedientiæ excutere conantur 748, 749. ſed ab Alladado tum reprimuntur, tum ad officium revocantur, 749. 50. Poſteritas Timuri Imperii Orientalis facit jacturam 751
Ex ſeptentrionalibus quoque rebelles quidam ſunt 751. Bir Muhammed, & Hoſeinus, Timuri nepotes Chalilum de throno detrudere conantur, ſed nullo ſucceſſu, 752. 753.
Irakæi, & Tartari Romani priſtinas ſedes repetere conantur, ſed ſpes decollat 754
Bir Muhammed rurſus Timuro bellum denunciat, ſed fortunam novercam habens, pacem cum eo init, mox tamen à Bir Ali & honoribus & vita privatur 754
Chodidadus & Nureddinus Samarkandam, abſente Chalilo, ſpoliant, mox tamen in ordinem radiguntur, 755. Arx Indorum erigitur 755
Irakæ & Adrebighanæ regna varios quoque motus experiuntur 756
Peregrini quàmplurimi

Sa-

Samarkanda deſerta patrios lares repetunt 756
Alladad, & Argunſchah ſummo impetu Chalili imperium arietant, 756. Chalilus Samarkanda, ſede metropolitana privatur, à Chodidado 756 qui filium ſuum Alladadum Sultanum creat, ib. ſed à Schachrocho mox depellitur 757. Chodidadus Schachrocho conciliari ſtudet, ſed à Mogolenſibus ei traditur & decollatur 757. 758. Sultanus à patruo Schachrocho Choraſanam reducitur, eique Rea committitur, in qua moritur 758
Fœdera fuerunt inter Muhammedanos & Chriſtianos, Conſtantinopolitanos præſertim 759
Ex doctis nonnulli blanditiis eum devinxerunt, 761. Valieddinus Abdolrachmannus inprimis, hiſtoricus inſignis 761
Intentus erat Timur lectioni hiſtoriarum, linguâ tantùm Perſica 762
Exercitus Timuri à tribus tantum viris magno affectus eſt damno, ab Abubecro Schakaſanita, Seidi 765. Et Omaro Turcmanno 766. Muhammed Kavaghinus Timurum ab obſidione arcis Indiæ dehortatus, gratiâ Tyranni excidit 769
In theſauros ſuos totius orbis divitias congeſſit 771
Mulieres Timuri 77.
Filii Timuri, Amiranſchahus 772. Schahrochus. ibid.
Ratio nomenclaturæ & filii & orbis Schachrochi 774. Amiranſchah, Tebrizi Præſes, 755. Hic egregia epiſtola patrem ad officium revocare conatur 775. 776
Filia, Sultan Dacht. ibid.
Nepotes 773
Viri Timuri tempore, & paulò poſt illuſtres 777 778
Muſelmannis Timurus con-

conceſsit ut ſuas Samarxandæ haberent Meſgidas, 780. Multum illi tribuebant templo Rebat. 780. 781.
Qoinam & quales, militiam Timuri fuerint ſecuti, 784.
Terræmotus, 15. 8
Theologia.
Qualis ſec. 15. fuerit Theologia biblica, 48. Ejus cultores, Robertus Roſe, Iohannes Capgrave, Paulus de Maria, ibid.
Hiſtorica, 49. Claruit in hac Antoninus, Archiepiſc. Florentinus, ibid.
Practica, ibid. In hac excelluerunt, Iohannes Geyler, Keiſerſperg. 52. Iohannes Krutzer, 53. Iohannes Capiſtranus, ibid. Iohannes de Vueſalia, ibid. Thomas Conecta, Carmelita, 61. Haironus, 62. Hieronymus Savanorola, ibid. Theologi Viennenſes ib. De horum Paſsionalibus judicium, 63. 64. Thomas à Kempis, Teutonicus, ord. Canonicorum Regularium S. Auguſtini. Cherubinus Spoletanus. Iohannes Tileny. Thomas Rhedonius, 68. Henricus Parker. Iohannes Tonneys 69
Catechetica, ibid. Reformationis illius laus tribuitur Iohanni Gerſoni, Cancellario Pariſienſi, ib.
Scholaſtica. Poſt Thomam de Kempis, 72. & Savanorolam 75. 76. 77. 78. 79 de quibus ſuprà, hanc cumprimis exornarunt Dionyſius Rikel, Carthuſianus, 74. Nicolaus Cuſanus, Beſſarion, Paulus Corteſius, 80. 81. 82. 83
Controverſiæ, quibus Eccleſia ſec. 15. à Scholaſticis fuit fatigata, 83. & ſeq.
Turcæ.
Turcæ dialectis & tribubus ſuis diſtinguuntur, 641. 673. Tribus eorum potiſſimùm ſunt quatuor, ib. Vide etiam *Muhammedis.*
Turcomanni, quomodo differant à Turcis 637

Typographiæ in Germania inventæ, ſec. 15. 44. 45. 46 47

V.

Viſiones fictitiæ reformationem Eccleſiæ non parùm impediunt, 263. & ſeq.
Viſionum ſplendore multi ſibi gratiam conciliarunt, quos Curia Romana nigro pridem theta notavit, 284
Vitzliputzli, Mexicanorum idolum 880
Vladislaus Hungariæ Rex perjurii pœnas luit 799

W.

VValdenſes ſeculo hoc magno numero fuerunt diffuſi, & ad ſupplicia tracti, per Germaniam, 1049. per Angliam, 1051
VVeſſelus, celeberrimus Theologus Groninganus, ad Reformationem in Palatinatu inchoandam non parum contulit ſec. 15. 39. 42. 43
Ioh. de Vueſalia. Ejus dogmata, eorumque examen, 54. 55. 56. 57.
VVicleſitæ. Publicis edictis & decretis in horum libros, Doctores & doctrinam hoc etiam ſeculo fuit animadverſum in Anglia, 1022. Bohemia, 1023. Germania, 1024.

Z.

Zygeiner. Vide Cingari.

FINIS.

A01 1469252